THESAURUS
ANTIQUITATUM SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS,

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illuſtrationem utriuſque Teſtamenti, & ad Philologiam ſacram, & profanam utiliſſimum, maximeque neceſſarium.

VOLUMEN DECIMUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.




VENETIIS

MDCCXLIX.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



ANTONIO GENTILIO
S. R. E.
CARDINALI
CONGREGATIONIS CONCILII PRÆFECTO.

BLASIUS UGOLINUS
FELICITATEM.

PErmagni *mea interest*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *meam, quam per tot annos vel componendis, vel illustrandis* ANTIQUITATIBUS SACRIS *impendi, Tibi probari operam, qui probe nossem, quantum*

ex

ex Tua dignitate & præsidio mihi dignitatis & præsidii comparari posset. Quid enim mihi illustrius, & honorificentius cum ad animi constantiam, tum ad memoriæ dignitatem, accidere unquam potuit, quam ut Tibi mea studia commendarentur, qui esses ab omni laude, & omnium bonorum prædicatione commendatissimus? Floruisti Adolescens in Foro Romano singulari Jurisprudentiæ fama, in qua civitate tanti legum scientiam habitam esse scimus, ut quamplurimos acceperimus, qui juris doctrina claruere, vel Consules, vel Dictatores Orbis Terrarum imperio summa cum laude præfuisse. Maturius, uti decebat post maximas dignitates pari gloria partas & gestas, de Foro deductus es in Curiam, ut primum Congregationi Episcoporum, ac Regularium a secretis interesses, deinde (cum ea essent tempora, ut integritatis exempla in primis desiderarentur) ut honorificentissimo Datarii munere fungerere, in quo una & præcipua Tibi cura fuit, ut nulla privati compendii habita ratione, Tua innocentia ab omnibus probaretur. Florentissima adhuc ætate Cardinalis tanta omnium ordinum, præsertim bonorum lætitia creatus es, ut pro tanta in Te unum collata dignitate sibi gratula-

ren-

rentur omnes; sperantes fore ut in deferendis virtutis insignibus, unius virtutis ratio in posterum haberetur. Congregationis Concilii, cui a secretis tanta cum laude Adolescens assueras, Tibi præ ceteris Præfectura demandata est, qui præ ceteris Juris cum Civilis tum Pontificii scientia commendarere. Dignitates maximas & honorificentissimas nullo usus ambitu & prehensatione, sed una præeunte virtute, & muniente viam, assecutus es, sed tanta Tua sunt in Ecclesiam universam promerita, ut omnium judicio majoribus honoribus dignus sis & habeare. Tua vero studia in omnes literas, præsertim sacras, quanta & quam illustria extitere! quibus abs Te nulla unquam officia ac præsidia defuerunt. Mihi vero, qui essem ab ingenio, & ab omni gratia imparatior, quam ceteri, quos, etiamsi a doctrina & ab opibus sibi essent omnia paratiora, tanti operis magnitudo ab incæpto deterruerat, abs Te fuerunt omnia paratissima, a quo nullum prætermissum sit vel consilii vel præsidii genus, quo me desperantem diffidentemque confirmares. Quamobrem dabitur a me opera, sæpissime facta habitaque in ANTIQUITATIBUS SACRIS, *quas* CHRISTIANÆ, *si Tua mihi affuerint auspicia,*

quam-

quamprimum consequentur, honorificentissima Tuorum in me beneficiorum commemoratione, ut ab omni posteritate pro Tuis maximis atque immortalibus in Te promeritis, gratiæ Tibi maximæ & immortales habeantur. Interea Deum Optimum Maximum oro obtestorque, ut cum Tuo, tum universæ Ecclesiæ bono, quandiu mea, & omnium bonorum vota postulabunt, Te incolumem servet ac tueatur. Vale

Venetiis XIII. Kal. Septembr.





BLASIUS UGOLINUS
LECTORI.

QUÆ in hoc Decimo volumine comprehenduntur dissertationes, in iis præcipue ex antiquissimis Hebræorum monumentis *Mensa Panum Propositionis*, & *Altare exterius* illustratur; In XI. quod quamprimum consequetur, edentur opuscula de *Candelabro*, de *Altari interiori*, ceterisque vasis, quæ ad Sanctuarium pertinebant.

Quod vero nonnulli conquerantur, *Jo: Baptistæ Villalpandi*, *Bernh. Lamy*, & *Jac. Jud. Arieh* libros de *Templo* a me fuisse prætermissos, si prodromum hujus Operis consuluissent, in quo monui Opuscula tantummodo edenda suscepisse, nulla causa fuisset mei vel arguendi, vel improbandi. *Jac. Juda Arieh* libros IV. de *Templo* consulto prætermisi, in quo vulgaria omnia, multa incerta, nonnulla etiam falsa deprehendantur. Hoc unum dolui, *Mosis ben Gerson Chaphetz* tractatum, qui חנוכת הבית inscribitur, a me præteritum fuisse, in quo tanta exstant, & tam præclara monumenta, ut mihi videatur in illustrando *Templo Hierosolymitano* præ ceteris excelluisse. Quamobrem a me dabitur opera, ut in supplementis hujus *Thesauri*, in quibus multa inedita, quæ promissa propediem expectamus, edentur opuscula, prodeat Latina interpretatione, & notis a me nunc primum illustratus. Cetera, quæ consequentur volumina, vel plane omnia, vel pleraque nova, & inedita comprehendent.

CA-

CATALOGUS
OPUSCULORUM,
Quæ in hoc Volumine continentur.



DIS-



DISSERTATIONIS AUTORI RESPONDENTI CLARISSIMO

S. P. D.

PRÆSES.

ARduam in TE, VIR. CL., suscepisti provinciam dum ut profectuum Academicorum specimen quoddam ederes, istiusmodi thema enucleandum Tibimet seligebas, quod tot, ac tantis undequaque implicatum, atque circumseptum est difficultatibus, ut vel plane a Criticis, ceteroquin Celeberrimis, neglectum istud vel pro splendoris nimium, ac dignitatis qua summopere corruscat ratione, a nemine hactenus perpolitum, & exornatum fuerit. Non pauci enim tot molestiarum, quas negotium hoc concomitari, facile deprehendebant, tædio occupati, ut brevius se expedirent corruptionis hinc atque inde, ipsasmet Scripturas sacratiores coarguebant; alii postquam antiquiores Hebræorum ritus, mores, & consuetudines, propter duriora gentis hujus per omnem orbem dispersæ, fata ac deperdita in exiliis monumenta antiquissima, in obscuro delitescere, imo prorsus sepultas quasi jacere comperiebant, ad Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum, aliorumque inventa, ac instituta se receperunt, & ordine prorsus retrogrado, aquas ex iniquinatis potius lacunis, quam ex limpidissimis fontium scaturiginibus haurire maluerunt. Tu sane VIR. CL., eo omne ingenii, atque mentis aciem intendisti, ut quum studium, atque operam splendido huic argumento, pro virili illustrando semel addixisses, in recto veritatis tramite, pede inoffenso procederes utrunque semper oculum in scopo, ac meta rerum tuarum unice defixum haberes; scopulosque in deviis collocatos, ad quos alii minus cauti facile allidebant sapienter, atque circumspecte evitares. Juisti ita quo ire TIBI permis-

ſum erat, & aliis forſan omni licet adhibita cura, atque diligentia, non ſpicilegium, ſed meſſem potius hucdum ampliſſimam, in quam & ipſi falcem ſuam immittere, & quid vires valeant, quid ferre recuſent denuo experiri queant reliquiſti. TUAS, *interim haſce* COLUMNAS ÆNEAS, *quod in vanum, & fruſtra haud auguror, nec edax imber, nec impotens Aquilo unquam diruent, ſed ſera potius poſteritas, ſi quæ gratior futura eſt, cauſſæ ſatis habebit, ut nobiliſſimum hoc ingenii fœcundioris monumentum dignis ſuis encomiis, ſemper concelebret. Ego ut rerum quas hactenus molitus es, ſucceſſum feliciſſimum animitus, Tibimet gratulor, ita* DEUM *veneror immortalem, ut in poſterum plus ultra tendere, ſummamque adeo Parentis, ac Patronorum, de* TE *conceptam ſpem rite, & undequaque adimplere, imo innumeris demum, quod dicitur paraſangis ſuperare valeas. Ceterum cum Iſtos inter jure, ac merito ſuo, in primis referendus veniat* DN. GERHARDUS MEJERUS, *Doctor Theologus, & Sacrorum apud Bremenſes Antiſtes ſupremus, qui rebus atque commodis* TUIS *circumſpecte, ac ſollicite ſemper invigilavit, & in poſterum quoque pro virili providebit; non poſſum non, quin & Ego, commoda hac occaſione, non ſine maximo gaudio illorum temporum recorder, ſub quibus, tam in vicina Sororia Lipſienſi, quam in noſtra hac Academia conjunctiſſime, cum Eodem vixi; & ſigillatim fati iſtius, plane ſingularis quo in ipſis Suecorum caſtris, Palæo-Randſtadianis quæ ad levandas Muſarum noſtrarum calamitates, publico nomine ſæpius tum temporis frequentare me oportebat, exſertis ulnis, Eundem complecti, & amicitiam tanto annorum intervallo, ſancte olim inter Nos coalitam, atque cultam coram renovare potuirim. Et hujus quidem tanti tamque veteris, & integerrimi Amici literis conſtipatus, quamprimum* TU VIR CL. *in hac, puriorum doctrinarum officinam integris quatuor ab hinc annis ingrediebaris, mihi cui de nota meliori commendatus fueras, potiſſimum quoque innotuiſti. Ipſa ſtatim frons, quæ a natura,* TIBI *obtigit exporrectior, & latentes eaſdemque eximias animi dotes, candorem puto, morum gravitatem, & cum hac ſingularem conjunctam modeſtiam, atque ſuavitatem, aperte ſatis prodere videbatur, ita animum meum protinus occupavit, ut* TUI *imprimis curam promte in me ſuſciperem, conatuſque longe honeſtiſſimos ope, & conſilio pro virili ſufflaminarem. Paria in* TE *exornando ſtudia reliqui quoque Academiæ Patres Tibimet comprobarunt, poſteaquam per fideliſſimam horum diſciplinam, atque inſtitutionem, in eum res* TUÆ *ſtatum brevi provectæ fuerunt, ut non Commilitones ſolummodo, quos in vitæ conſortium Ipſemet provide ſelegeras, ſed reliqui etiam, Almæ hujus Cives, qui in publico diſſerentem* TE *contemplati ſunt, magna da* TE *ominarentur, & miro quodam Tibimet conſenſu applauderent. Dudum equidem in Cathedram* TE *proripere, & ampliores jurium, atque privilegiorum, Doctoratus Philoſophici fructus præ aliis multis, percipere potuiſſes, niſi lento potius gradu incedendo, rebus* TUIS *optime conſulere, quam nimium feſtinando, ad earundem diſpendia deproperare maluiſſes. Prudentem itaque tarditatem, quando jam nunc cum maximo Tuæ, æque ac univerſæ literariæ rei emolumento gravitate feliciſſime compenſas, omnium bonorum, & quotquot profundiori doctrinæ, calculis ſuis, ſubſcribunt plauſum adprime mereris, luculentoque inſimul documento, quod virtuti, & labori improbo nihil ſit invium, publice jam nunc commonſtras. Bene vale. E muſeo meo.* d. V. Id. *Septembr. A. O. R.*

MEIN-



MEINHARDI PLESKEN DISSERTATIO PHILOLOGICA DE COLUMNIS ÆNEIS

PROOEMIUM.

COlumnarum usum longe antiquissimum esse, res notior est, quam ut probatione ulla indigere videatur. Sub ipsis equidem mundi incunabulis, eundem jam tum invaluisse, ex iis, quæ de famosissimis filiorum, ac nepotum SETHI *Columnis antediluvianis*, a quibusdam, *Adamo* ipsimet, [1] & *Evæ*, [2] tributis, multi in medium attulerunt, [3] nondum satis evictum puto, cum fide admodum debili, eadem ista gaudere plures alii jam pridem iverint demonstratum [4]. Neque vero recentioris demum ævi inventum, *columnas* esse, vel ëx istis, quæ de more antiquissimo, quo præclara inventa, res gestæ, leges, aliaque *columnis* incidebantur, in vetustissimis Historiarum monumentis, consignata sunt [5], deprehendere licebit. Immo ipsa Scriptura, & Historia S. *columnarum antiquitatem*, satis, & abundanter testimoniis suis, declarat. Quod si enim vel ad vocabula עמוד, מצבה, משכית, עב, & חמר, quibus singulis, nonnunquam stylo Codicis S. *columnæ* solent denotari, paulisper attendamus, tam *vetustum*, quam *varium*, *ac multiplicem* earundem usum apud *Hebræos* fuisse sponte intelligemus. Quemadmodum vero nullum facile præstantiorem, quam qui *in templis*, vel *ante eadem*, conspicuus fuit, *columnarum usum* apud *Gentiles* invaluisse [6], pronuntiaverim, ita eumdem pariter in gente *Hebræa* obtinuisse, immo hinc ad illos derivatum fuisse, eædem SS. literæ, non uno in loco, haud obscure, indigitant. Sive enim ad *Tabernaculum*, sive ad *Templum*, quod istius esse loco debebat, respiciamus, utrique huic, nobilissimo Architecturæ S. monumento, *columnas*, sive עמודים, quæ propria Spiritui S. in iisdem describendis vox esse solet, non parum decoris attulisse, comperimus. Ex *Tabernaculi columnis*, præ ceteris, notari merentur העמודים שטים, sive *Columnæ* illæ *cedrinæ*, quæ ad *Vela* tum *Sancti Sanctorum*, tum *Sanctuarii*, denique *Atrii* etiam, rite expandenda, requirebantur, quas singulas, ductu *Exod.* XXVI. 32. 37. XXVII. 16. collatis capp. XXXVI. 36. 38. & XXXIX. 19., in Dissertatione *de Velis Tabernaculi*, atque *Templi*, superiore anno sub umbone Magnif. *Dn. Præsidis* habita accuratius descriptas, invenies. [7] His adde, quæ *Exod.* XXVII. 9. sqq. & XXXIX. 9. sqq.

commemorantur, עמודי החצר, sive *Columnas Atrii*, de quibus in compendio, legi poterit *Lundius* [8], & quod significationem earundem mysticam attinet, *Calovius* [9]. *Ex columnis Templi* vero, quarum complures, *Judæorum* æque, ac *Christianorum* Doctoribus, qui descriptionem splendidissimi hujus ædificii in se receperunt, suppetunt [10], præter עמוד המלך, sive *Columnam regiam*, quæ in *Israelitarum* Atrio conspicua erat, & 2. *Reg.* XI. 14. XXIII. 3. 2. *Par.* XXIII. 13.introducitur [11], illæ cum primis in Scriptura S. memorantur, quas in rubro hujus *Dissertationis* stitimus, & in quas jam nunc paullo diligentius, inquirere annitemur. Et hanc quidem operam eo libentius expediendam aggrediar, quod hæ columnæ, omnium consensione opus sint Architecturæ S. excellentissimum, atque præstantissimum, ut nihil etiam cum illis, in universo isto, ac tam illustri *Templi Solomonei* ædificio conferendum, aut comparandum esse, censeat *Guil. Gœreus* [12], & ante eum *Jo: Baptista* (quem *Bartholomæum* erronee *Eybenius* [13] nominat) *Villalpandus* [14], alii. Id tamen a cœpto semel proposito facile me abducere potuisset, quod præter Mathematicas difficultates, quas ut plures non nominemus, *Augustinus Vagetius*, *Amplissimo Philosophorum Ordini*, hac in Academia, quondam *Adscriptus*, postmodum in *Gottingensium* Gymnasio, ac demum Alma Gissensi, *Mathematum Professor*, νῦν ἐν ἁγίοις, duabus integris *Dissertationibus*, anno superioris Seculi XCV., mensibus *Martio*, & *Julio*, hic locorum evulgatis, (quarum primam solummodo Celeb. *Fabricius* se vidisse testatur [15],) perlustrasse non minus, quam illustrasse, videbatur; aliis pluribus, iisdemque propemodum plane non superandis dubiis, atque scrupulis suis istud constipatum esse persentiscebam. Utut enim exactior harum *columnarum*, quam ceterarum *Templi Solomonei* partium, descriptio, in *Veteri Instrumento*, & quidem in quatuor, ut *Goldmannus* [16] auctor est, vel quinque, ut *Lundius* [17], computat, vel potius ut alii nobiscum observant, in sex diversis ejusdem locis, earundem istarum mentio injiciatur; vix tamen, unius, ex omnibus istis, cum altero, si ex primo rem intuitu æstimes, consensus, atque harmonia, reperitur exactior. Atque hoc sine dubio in caussa est, cur nemo hactenus repertus fuerit, qui singula, ad hoc negotium spectantia, in ordine suo, sub examen revocare, dataque opera, & ex professo, illud agere instituisset, ut quæ sparsim, super columnis hisce, in medium ab *Eruditis* afferuntur conjecturæ, ipsemet cum cura, comportaret, & quæ ex illis probabiliores, vel minus probabiles, esse videantur, interposito subinde judicio, pro virili, demonstraret. Cum itaque ante aliquod tempus, quando ego de argumento quodam *Philologico*, in quo excutiendo ingenii nervos intenderem, paullisper meditabar, & quod, in tanta objectorum varietate, fieri assolet, nunc huc, nunc illuc, cogitationes conferebam, opportune accideret, ut V. CL. *Theodori Hasæi*, Doctoris Theologi, & *Ecclesiæ Reformatæ*, quæ ad ædem B. *Virginis*, in urbe patria, colligitur, *Symmistæ Dissertatio* de אבן שתיה, seu *lapide fundamenti*, *cui olim arca fœderis imposita fuit*, anno superiori, prælo liberata, sese mihi objiceret, vix fronte capitis primi perlustrato, in animum induxi meum, ut *Columnis Æneis*, *a Solomone* in templi porticu positis uberius illustrandis operam meam potissimum consecrarem, atque ita illius, & aliorum desideria, si non ex asse, quadantenus tamen, adimplerem. Quando enim sigillatim, Vir. Cl., in §. statim VI., ex iis omnibus, quæ ad splendidissimum *Templi Hierosolymitani* ædificium pertinebant, præter *Lapidem fundamenti*, quem ipsemet non infeliciter voluerat, duo adhuc dum, quæ non exigui momenti, & nondum tamen digne excussa sint, in ædificio isto, superesse animadvertebat, *duas* videlicet *Columnas æneas* ante istud conspicuas, & *Velum*, quod *Sanctum Sanctorum a Sanctuario* distinguebat, illico mecum decrevi, ut ex hisce duobus argumentis, prius ego elaborandum susciperem. Posteaquam enim alterum in Dissertatione *de Velis Tabernaculi atque Templi*, sub Magnif. *Dn. Præsidis* moderamine, anno abhinc proximo evulgata solide, atque acccurate jam tum excussum fuerat, in priori enodando, pro ingenii modulo tantisper desudandum mihi esse existimavi. Utut igitur, *Augustinus Vagetius* in Dissertationibus supra memoratis, qua momenta sigillatim Mathematica suam negotio huic operam jam tum impenderit, tamen cum labor iste, arctioribus quasi quibusdam cancellis inclusus sit, atque adeo nec ipsi *Cl. Hasæo* [18], nec *Cl. Friderico Adolpho Lampio*, in ejusdem *Ecclesiæ Reformatæ Bremensis* cœtu, qui ad ædem St. *Stephani* colligitur, T. D. Ministro [19], exacte & omnino sese comprobet; de materia insuper eadem, sub diversa tamen methodo, atque ratione plures subinde, commentari soleant; consilium semel cœptum pertinaciter a me urgendum atque prosequendum esse existimabam. Animo itaque promto, & alacri, rem ipsam ingredior, ac verba Scripturæ S. authentica, tanquam unicam cynosuram, præ oculis habens,

habens, linguisque, & versionibus, tum illis, quas Orienti debemus, tum aliis, quoque suo loco in subsidium vocatis, ita nunc has columnas delineare annitar, ut vocum non minus, quam rei ipsius rationem ubivis memet habuisse, appareat. Negotium autem omne ordine, quem tum rei natura, tum *Scriptura* ipsa, locis diversis inter se collatis, monstrare videtur, servato, ad tria potissimum revocabo momenta, ita quidem, ut post *efformationis*, atque *inaugurationis* harum columnarum expositionem, earundem quoque *destructionem* aliquantisper contemplari instituam. De *illa* enim 1. *Reg. VII.* 15. 20. & 41. *sq.* 2. *Par. III.* 15. 16. *IV.* 12. *sq.*; de *ista* autem 1. *Reg. VII.* 21. *sq.* 2. *Par. III.* 17.; & de *hac* denique 2. *Reg. XXV.* 17. & *Jerem. LII.* 20. *sq.* literæ diviniores nos informant, unde & ad ista loca, utroque semper oculo diligentius attendemus, & in singulis tribus momentis, prout commodum nobis visum fuerit, & rei pertractandæ difficultas id ipsum postulabit, ad eadem nullo tamen ad certum momentum adstricto libere semper provocabimus. Faxit modo DEUS, id fiat feliciter!

[1] Evolu. Gotfridus Viterbiensis, *in Pantheo P. I.* ap. Pistorium *T. II. Scriptor. Rer. Germ. col.* 29. Conf. Maderus, *in præf. collect. var. auctor. de Bibliothecis p.* 8.

[2] Legg. quæ, hanc in rem, ex Codice Biblico Germanico, A. cIↄ CCCC LVIII. manu exarato, exhibet Joh. Frid. Mayerus, *diss. pec. de hoc codice Th. X. Hamb.* 1697. 4.

[3] Primus has columnas commemoravit Josephus, *Antiqu. Jud. L. I. c. II.* sive, ut in aliis editionibus est, *cap. III.* cujus verba emendavit G. I. Vossius, *Lib.* I. *de Arte Grammat. cap. IX. Opp. T. II. p.* 14. Josephum deinceps secuti sunt Eustathius, & juniores multi alii, quos, magno numero, allegant Celeb. Fabricius, *Cod. Pseud. V. T. pag.* 148. Ægid. Strauchius, D. G. Mollerus, & M. Frid. Hannib. Stempel. *in peculiaribus Witteb.* 1669. *Altdorf.* 1699. & *Jen.* 1706. *habitis Dissertationibus*. Novissime, Josephi partes, etsi quasdam ejus circumstantias dubias esse concedant, qua rem ipsam, tamen, non deserendas esse duxerunt Guil. Turckius, *in Specim. Histor. S. L. I. Sect. IV. p.* 51. *sq.* Christ. Schoettgenius, *Diss. I. de Inscriptionibus Hebræor.* §. *III. p.* 7. *sqq.* & Cl. Theod. Hasæus, *diss. de* אבן שתיה *Cap. III.* §. 21. *p.* 69. *sq.*

[4] Ingentem horum numerum dabunt Viri Celeberr. Fabricius, Schoettgenius, Hasæus, *ll. cc.* quem hic, denuo, inire lubens supersedeo. Addi, tamen, iisdem poterit Guil. Saldenus, *Otior. Theol. L. I. Exerc. I.* §. *X. p.* 9.

[5] In compendio illa exhibet Huetius, *Demonstr. Evang. Prop. IV. c. II.* §. *XV. p.* 93. *sq.* cum quo conferri merentur Steph. Le Moyne, in *Proleg. ad Varia* S. Hoffmannus, in *Lexic. Univ. T. I. p.* 931. *seq.* Svicerus, *Thes. Eccl. T. II. fol.* 1049. *seq.* Almeloveenius, *Amœnitatt. p.* 29. *sqq.* Celeb. Fabricius, *Biblioth. Græc. L. I. c. XI. p.* 73. *sq.* alii.

[6] Quam frequens, pariter & antiquus, hic columnarum usus fuerit, Huetius, iterum, *l. c. Prop. IV. p.* 326. *sq.* & *Qq. Alnet. Lib. II. cap. XII.* §. *XIV. p.* 205. *sq.* ostendit. Conf. denuo, Svicerum *l. c. p.* 1051. *sq.* & Almeloveen. *l. c. p.* 28. *sq.* De columnis, quibus templum Gazæ ornatum fuit, videsis Relandi *Palæstin. p.* 793.

[7] Conf. de columnis *Sancti Sanctorum*, *Sect. I.* §. *XII. sq. p.* 23. *sqq. Sanctuarii*, *Sect. II.* §. *V. seq. p.* 41. *sqq.* & *Atrii*, *Sect. III.* §. *IV. p.* 50. *sq.*

[8] In Jüdischen Heiligth. *Lib. I. c. VII. p.* 25. *sq.*

[9] *T. I. Bibl. Illustr. p.* 440.

[10] Josephus, in universo templo, columnas DC. fuisse, tradidit, *Antiqq. Judaic. L. XV. c.* 14. quem, hac in parte, sequitur Capellus, *in Trisagio*, *T. I. Bibl. Polyglott.* præmisso, *pag.* 24. *a.* & 38. *b.*

[11] Conferri de hac ipsa columna, possunt Conr. Mel, in *Antiquario S.* nuperrime edito p. 61. sq. Lundius, in J. H. *Lib. II. cap. XIX. p.* 325. *sq.* & Svicerus, *Thes. Eccl. T. II. pag.* 1051. qui omnes, Veteres Hebræos, ut & Paraphrastem Chaldæum secuti, vocabulum עמוד, citatis in locis, *suggestum* potius, quam *columnam*, denotare arbitrantur.

[12] In *Voorbereidsel der Bybelschen Wysheyd*, *XI. Boeck*, teste cognato ejus, Th. Jans. Ab Almeloveen, *l. c. p.* 13.

[13] In *Eponymologio Magiri aucto*, *p.* 795. notatus] jam ea propter a Faesio, in *Obelo Communionis peregrinæ p.* 70.

[14] *Explanatt. in Ezechielem*, *T. II. P. II. L. V. c. IV. p.* 418. quod opus, jam Lud. Capelli ætate, vix venale prostabat, nec nisi magno comparari pretio poterat. vid. hujus *Trisagion*, sive *Templi Hierosolymitani triplex delineatio*, *Bibliis*, tum *Polyglottis*, *T. I.* tum *Criticis*, T. V. inserta.

[15] *Bibliograph. Antiquar. Cap. IX.* §. 8. *p.* 287.

[16] In der vollständigen Anweisung zu der Civil-Bau-Kunst. *Lib. I. cap. VII. pag.* 33. ubi de nostris columnis ex instituto, differit.

[17] In denen Jüdischen Heyligth. *Lib. II. c. XII. pag.* 295.

[18] In *Dissertat. de* אבן שתיה, paullo ante excitata, *Cap. I.* §. 6. *p.* 7.

[19] In *Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica*, Bremæ, anno superiori, edi cœpta, *Fascic. IV. p.* 563.



SUM-

SUMMA AC PRÆCIPUA TOTIUS DISSERTATIONIS CAPITA.

PROŒMIUM.

DE antiquitate columnarum potiſſimum in Templis, olim obviarum, ex Hiſtoria in primis Sacra ediſſerit, ac noſtratum præ ceteris cunctis præſtantiam, una cum ſcribendi occaſione, ac mothodi, qua incedendum hic erat, ratione exponit.

SECTIO PRIMA.

DE COLUMNARUM ÆNEARUM EFFORMATIONE.

In §. I. Singula, quæ huc ſpectant dicenda ad legitimum ordinem ſuum reducuntur.

§. II. Nomen harum columnarum עמודים*, cum ſua radice, tum ex Hebræa, tum aliis maxime vero cognatis linguis explicatur, & quales præciſe columnas iſtud inſinuet demonſtratur.*

§. III. Artifex earundem cur hoc ſigillatim loco prætereundus haud fuerit, declaratur ac porro de ipſius nomine genealogia diverſimode, in Codice S., deſcripta, ut & aliis, quæ circa eundem Interpretes torquent, difficultatibus, diſquiritur atque ſpeciatim corruptionis fontium documenta, cum Capello, & Clerico peti inde non poſſe, adſtruitur ac demum, quod artifex noſter, columnarum Solomonearum efformatione, non tam proprio ingenio, quam divinæ inſtructioni, obſecutus fuerit adverſus Huetium, evincitur.

§. IV. Materia ex qua hæ ipſæ columnæ conſtiterint, indagatur inſimulque commoda hac, quæ objiciebatur occaſione, de vera indole vocis נחשת*, ejuſque pariter ac cognati vocabuli* נחש*, cum ſua utriuſque radice* נחש*, nexu, ac convenientia intimiori tractatio ſuſcipitur. Inſuper etiam certa æris ſpecies quam columnarum noſtrarum, materiam fuiſſe, probabile ſit definitur, atque iſtius porro craſſitudo, e Codice S., cujus integritas, a Grotianis ſollicitationibus, liberatur expenditur: Ultimo tandem loco de methodo Villapandiana qua univerſi hujus æris pondus accurate, determinari debeat, & de auri, quam idem ille ſtatuit, in columnis noſtris obductione diſputatur.*

§. V. Formandi Methodus, in ipſa noſtrarum columnarum efformatione, obſervata ex vocibus authenticis. צור *vel* צרר *[harum enim una vocabuli* ויצר*, quod 1. Reg. VII. 15. ſcriptum deprehenditur radix eſſe putatur,] &* יצק*, quantum licet generatim eruitur. Dein ad quod ſigillatim, in hac ipſa methodo, attendi mereatur, oſtenditur ac inter alia, varia nonnullorum V. T. Codicum lectio obſervatur. Inſuper autem, cum formandi methodo formationis quoque locus nexu minime coarctato conjungitur, idemque ex Geographia S., paullo diligentius inveſtigatur. Ad ultimum curioſitatis quorundam nimiæ, ad ſpecialiſſima quæque circa illam formandi methodum inveſtiganda directæ, mentione injecta, quo pacto a ſuæ formationis loco, ad locum erectionis, transferri columnæ noſtræ potuerint, quæſtio movetur.*

§. VI. Forma columnarum ipſa, & quæ in hac primo attendenda loco eſt, altitudo earundem, relictis deſcriptionibus aliis, e S. Codice ſiſtitur, neque hujus ullam, vel lacunam vel a Maſorethis oriundam depravationem in verbis, altitudinem iſtam inſinuantibus, effingi debere, adverſus Clericum, & Capellum declaratur. Biga porro vocum authenticarum, קמה*, &* אמה*, evolvitur, ac ultimæ in primis, quando menſuram illam indicat diverſimoda apud Hæbreos interpretatio producitur noſtriſque tandem columnis ea quæ tutiſſima videri poterat, adplicatur. Hinc partes columnæ,*

ſub

sub mensuram, quam Sacer Textus posuit, comprehendendæ enumerantur, & Scripturæ ipsius, circa eandem altitudinem, discrepantia, optima, quæ collatis multifariis Eruditorum sententiis, videri poterat ratione secum conciliatur. pagg. 66. 101.

§. VII. Alterum quod in forma columnarum, illustrandum sequitur, illarum nempe crassities ductu locorum Scripturæ huc pertinentium commonstratur, & duobus, præ ceteris vocabulis חוט *&* סבב*, paullo curatius, explicatis verborum authenticorum integritas denuo sollicitata confirmatur. His confectis ea quæ Villalpandus, aliique in gratiam tum versionum LXX. viralis, & Vulgatæ, utut toto a se invicem cœlo hic distantium, tum architecturæ civilis de eadem crassitie, magno numero in medium attulerunt, Scripturæ adversa, ordine suo recensentur, juxta ac diluuntur. Denique diametri nostrarum columnarum investigatio superraditur.*

§. VIII. Tertium quod ad earundem columnarum formam pertinuit, Ornatus nimirum, istis superimpositus, describendus sumitur ac præmissis quibusdam, de hujus negotii difficultate, Eruditorum testimoniis, qualem sibi ornatus hujus figuram Judæorum Magistri imaginati sint, exponitur pluresque Interpretum, qui cum illis facere videntur, ut & nonnullorum, de eadem hac figura, judicia adjiciuntur. Post hæc Villalpandi de eodem ornatu, hypothesi dijudicata, juxta ipsiusmet Scripturæ divinioris normam istius descriptio suscipitur, atque initio super ejusdem nominibus, גלות כתרות *&* צפת*, ex professo dispicitur, nec non de materia pariter, atque universa altitudine illius pauca quædam monentur. Tum vero ad ipsam genuinam hujus ornatus figuram transitus fit, ac de vocabulo* שושן*, quod ad eandem in primis facere videtur edisseritur. Porro quid voces* גדילים שבכים*, &* שרשרות*, proprie sibi velint, & quid eædem in nostrarum columnarum ornatu indigitent palam redditur, locisque præterea duobus 2. Par. III. 16., & 2. Reg. XXV. 17. [quorum uterque satis ceteroquin difficilis, postremus vero variis Scripturæ oraculis, immo & Grammatices, juxta quosdam ex Masorethârum in eundem observatione, illud colligentium regulis adversari videri poterat,) necessaria lux affunditur. Ulterius in vocabula* טורים*, &* רמנים*, inquiritur ac eorum nomine, quid nobis in ornatu nostro significatum sit distinctius declaratur. Hinc ad phrases quæ ejusdem Ornatus formam, in primis obscuram reddunt,* מלעמת הבטן*, &* לעבר שבכה*, dissertatio dirigitur ac denique, tum malogranatorum numerum diversum, tum ipsius nostri Ornatus altitudinem diversam, quæ in Codice S. obvia est, nullam plane involvere contradictionem, demonstratur.*

S E C T I O II.

DE COLUMNARUM ÆNEARUM INAUGURATIONE.

In §. I. Præmissa ob prolixiorem Sectionis primæ elaborationem, excusatione quid præsenti in Sectione proponendum veniat indigitatur.

§. II. Situs columnarum nostrarum contemplandus sistitur, & in hujus rei gratiam, ante omnia locus quem eædem in Templo Solomoneo occuparunt, e S. Codice investigatur, ac de vocibus אלם*,* היכל *&* בית*, harumque singularum in illa Æde, significatione strictiori disquiritur. Deinde quænam isto loco columnarum earundem dispositio obtinuerit, exhibetur.*

§. III. Nomina columnis indita, יכין*, &* בעז*, utrum pro appellativis, potius an vero propriis æstimanda sunt? quemnam auctorem habuerint? quid denique significarint? disceptatur. Eadem hac occasione, de verbis* כון*, &* עזז*, ac de nominibus* עז*, &* עז *observatu necessaria, ac digniora in medium proferuntur.*

§. IV. Usus harum columnarum quem juxta Eruditorum conjecturas illæ habuerunt adducitur, atque exemplis columnarum ex Antiquitate profana desumtarum illustratur.

§. V. Significatio denique earundem, ex Judæorum, non minus quam Christianorum monumentis eruitur, ac præsertim de typo, quam præstitisse dicuntur diversæ Interpretum sententiæ enarrantur.

SE-

SECTIO III.

DE COLUMNARUM ÆNEARUM DESTRUCTIONE.


In §. I. Quibus Sectio isthæc absolvi possit momentis, significatur.

§. II. Vera de columnarum nostrarum destructione sententia, ex ipsius Codicis S. verbis, pariter ac testimoniis aliis eruitur.

§. III. Falsæ nonnullorum de columnarum, vel earundem nostrarum, vel iis simillimatum, in Templo secundo extructione indeque in urbem Romam deportatione facta, hypotheses rejiciuntur.

§. IV. Toti demum operi epilogus superimponitur.





SECTIO PRIMA.
DE
COLUMNARUM ÆNEARUM
EFFORMATIONE.

§. I.

AD *Effformationem* itaque noſtrarum *columnarum* quantum attinet, varia, circa eandem iſtam, venient commemoranda. Attendendum enim, omnino hic paullo penitius erit, tum ad ipſum harum columnarum *nomen*, tum ad *artificem* porro ad *materiam* illarum, & *formandi methodum*, ac denique etiam, in quo cardo rei vertitur, ad *formam* earundem ipſam, *altitudinem* puto, *craſſitiem*, & *ornatum*. De ſingulis, pro ratione inſtituti, potiſſima, & argumentum præ ceteris illuſtrantia, commentabor.

§. II. *Nomen* harum columnarum eſt עמודים, ſive ut *I. Reg. VII.* 41. & frequentius, alias occurrit, עמדים, quam vocem *Targum*, *Syrus*, & *Arabs*, *Londinenſis*, ſuo quilibet ſermone, ubique locorum, in quibus de columnis hiſce exponitur, retinent, excepto 2. *Par. III.* 15. 16., ubi *Syrus* per vocabulum ܐܣܛܘܢܐ, quod in numero plurium quando adhibetur, & *columnas*, & *narciſſos*, denotare *Ferrarius* teſtis eſt [1], eandem reddidit. Nec peccatum ab *Arabe*, in eo quicquam fuiſſe crediderim, quod numerum dualem عمودين, utpote, qui *Hebræorum* שני העמודים, ſatis commode, exprimere videtur, noſtris in locis adhibuerit, quamvis ex *Hieronymi* ſententia [2], *Ezechiel* Propheta *cap. XL.* 49. de iiſdem hiſce, ut putat, columnis exponens, non *duas* columnas, ſed אחד מפה ואחד מפה, *unam hinc*, *& alteram illinc*, adfuiſſe, propterea dixerit, ne in dualem, ceu imperfectiorem incurreret numerum. Radix, vero hujus nominis eſt עמד, quod ipſum ampliſſime ſignificationis vocabulum eſſe, & in *Kal* non ſolum *ſtandi*, *adſtandi*, *ſiſtendi*, *ſubſiſtendi*, &c. *manendi*, *permanendi*, ſed & *ſilendi*, *conquieſcendi*, ac *deſinendi* notiones; in *Hiphil* vero *ſtatuendi*, *conſtituendi*, *ſtabiliendi*, *excitandi*, & *erigendi*, ſignificatus ſuſtinere, ex Lexicographis, *Reuchlino*, *Avenario*, *Forſtero*, *Buxtorfio*, *Schindlero*, *Caſtello*, *Robertſonio*, ceteris, conſtat. Cum primis vero emphaſi plane ſingulari, hoc vocabulum in *Pſ. CVI.* gaudere deprehenditur, ubi divus *Pſaltes verſ.* 23. Deum perditurum fuiſſe Iſraelitas dicit, לולי משה בחירו עמד בפרץ לפנו, *Niſi Moſes, electus ipſius, ſtetiſſet, in irruptione illa, coram ipſo*; & *verſ.* 30. ſimilem de *Pinchaſo* locutionem adhibet, eoque ipſo vocabulum עמד id involvere indigitat, quod eſt *virum ſe præſtare aliis, veluti præ conſilii inopia laborantibus*, uti optime, pro more, rem explicat *Gejerus* [3]. Apud *Syros* idem verbum plane diverſum induit

[1] ap. Caſtellum *Lexic. Heptaglott. p.* 177.

[2] Quam legeſis ap. Villalpandum, *Explanatt. in Ezech. T. II. Lib. III. Cap. XLIX. p.* 249. *ſq.*

[3] *In Commentar. ad hh. ll.*

significatum, nihilque aliud, quam *baptizare*, aut *baptizari* denotat, qua eadem significandi vi, præter multo plures alias, & apud *Arabes*, quandoque, illud usurpari, *Schindlerus*, & *Castellus*, indicant. Caussam hujus rei non aliam subesse, nisi *quod starent*, *qui baptizarentur*, *cum in reliquis lavacris sederent*, cum jam laudato *Schindlero* [1], *Ludov. Thomassinus* [2] auctor est, qui *Syros*, loco *Hebræorum* עמר suum ܥܡܪ, quod est *manere*, *habitare*, levi admodum, nec insolita literarum ר & ד commutatione facta, adhibere, suspicatur. *Buxtorfius* equidem quoad *surgendi* actus, isthoc *Hebræorum* vocabulo exprimitur, illud *Talmudicis* quasi proprium vendicat, eamque in sententiam, ex tractatu *Talmudis*, ברכות, testimonia quædam allegat [3]. Sed præterquam quod verba, quæ in linguis *Orientalibus*, significant *esse* etiam, *incipere esse*, significent, adeoque & nostrum עמד, æque ac verbum קום, *stare*, & *incipere stare*, quod ultimum idem est ac *surgere*, denotet; in ipso *Codice*, S., utpote *Neh. VII. 65. Dan. IIX. 22. 23.* & alibi, *surgendi* notionem nostrum vocabulum sustinere, eruditissimus DE *Dieu*, & ex eo, *Leighius*, [4] observant. Quod si vero nostrum עמוד, sive עמודים, cum hac sua radice, ejusdemque significatibus potioribus ante allatis, paullo sollicitius, conferamus, apparebit facile, עמוד, sive *columnam*, a *stando*, & *erigendo*, ita nominari, *quod* scilicet *in altum stet erecta*, quam derivandi rationem *Forsterus* pariter, & quem modo nominabam, *Leighius*, calculo suo approbant. Cum vero hæc ipsa vox communem apud *Hebræos* notionem, qua etiam *statuæ* comprehenduntur, optimorum *Lexicographorum* judicio, constituat, quisnam ejusdem nostris obtineri in locis *Scripturæ S.* significatus possit, dispiciendum est. Posset enim cuiquam, non extra omne dubium, res posita videri, si vocis etymologiam, a *Reuchlino*, *Avenario*, *Buxtorfio*, aliis, traditam, עמוד scilicet, sive *columnam*, ideo dici ab עמד, quod non solum in altum stet erecta, sed & *quod fulciat*, *sustentetque*, *domum*, *& stet sub illa*, acrius, quam par erat, urserit; cum ejusmodi officium nostris adscribere *columnis* tuto non possimus, quin potius cum *Seb. Schmidio* [5] & *Jo: Lundio*, [6] habeamus confiteri, has columnas, non ut aliquid sustantarent, sed ornatus potius caussa factas fuisse. At quam parum huic argumento roboris insit, ex eo facile colligamus licet, quod hac ratione, *statuis* illa applicari etymologia nullo omnino jure possit, quod tamen ex ipsorum ejus auctorum mente fieri debebat, siquidem & illi *statuis* notionem עמוד communem esse, unanimi consensu, docent. Potius itaque generaliorem illam, quam ex *Forstero*, & *Leighio* jamjam afferebam in medium, sufficere etymologias rationem asseruerim, postquam & *statuæ*, & *columnæ*, cujuscunque etiam hæc sit generis, attribui istam posse, apud omnes in confesso sit. Quid? quod nostras columnas quantum attinet, LXX. *Interpretes* rem omnem decidant, easdemque, dum *Hebræorum* עמודים, per στύλυς efferunt, *columnas* non *statuas* fuisse haud obscure indicent. Etsi enim differentiam inter στύλυς, & στήλας, qua istos, columnas *præcipuas*, *& magnas*, has vero *minus notabiles*, idemque quod κίονες, proprie loquentibus, denotare, ex *Eustathio*, *Glossis Cyrilli*, ac *Luciano*, comprobare sategit *Svicerus* [7], magnopere hic non urgeam, cum κίονες, & στύλυς a *Polluce* [8], quem *Lexicographorum optimi* sequuntur, [9] pro synonymis haberi sciam, ipseque *Svicerus* vocabula στύλυς & στήλας, si nempe *columnæ* iisdem describantur promiscue, haud raro usurpari agnoscat [10], duo tamen hæc ejusdem originis vocabula, ita esse synonyma, ut & de *statuis* utrumque adhiberi possit, id quidem ægre mihimet persuaderi patior. Nostris minimum in locis *Scripturæ S. Græcorum* στύλυς æque ac *Hebræorum* עמודים, per *statuas* explicanda non esse, tum ex ipsa sacra, quam de iisdem legimus, descriptione satis apparere, tum ex argumentis aliis, ubi in istius explicatione versabimur hinc, & inde adducendis, nec hic locorum anticipandis, ulterius appariturum esse confido. Neque vero *res columnæ ratione figuræ similes* tantum per nostrum עמודים debere intelligi, (quamvis ejusmodi significatum huic vocabulo *improprie* vel per *metaphoram*, uti *Glassius*, [11] vel per *metonymiam*, uti *Svicerus*, [12] habet, competere, illud celeberrimum præsentiæ divinæ signum, עמוד הענן ועמוד האש, *columna nubis*, *& ignis*, *Exod. XIII. 21. 22.*, Num. XIV. 14. [13], nec non עמוד עשן, *columna fumi*, *Jud.* XX.

[1] *Lexic. Pentaglott. f.* 1339.
[2] *Glossar: Univers. Ebraic. p.* 715.
[3] *in L. T. pag.* 1622.
[4] *Critic. S. p.* 171.
[5] *Colleg. Bibl. poster. p.* 301.
[6] *B. h. L. II. cap. XII. pag.* 296.
[7] *In Thesauro Eccl. T. II. p.* 1054.
[8] *in Onomastico, Lib. I. Segm.* 78. *pag.* 51. *ed. Amstel.*
[9] Conf. e multis, Henr. Stephanus *in Thesauro, T. I. pag.* 1807. & *T. IV. pag.* 1229. add. Lexica X. *Auctorum*, *Scapulæ*, *aliorum*, voce στύλος.
[10] *l. c.*
[11] *Philol. Tr. I. cap. XII. pag.* 1846.
[12] *l. c. pag.* 1042.
[13] De hac columna, præter peculiares M. Val. Friderici, M. Christ. Sahmii, & M. Isaac. Pihlmanni, *Dissertationes Lips.* 1689. *Gedani*, 1702. *& Aboæ*, *in Finnlandia*, 1704. *habitas*, legi meren-

XX. 40. nos edoceant,) ullus unquam asseverabit. Supereſt itaque ut de *columnis proprie dictis* vocem nativo adhibitam ſenſu, accipiamus. Ad has vero, quum Architecti non ſolum *ſcapum*, una cum *capitulo*, ſive *capitello*, quod eidem ſuperimponitur, & *baſi*, cui ſcapus, ſive ſtylus, ſuperſtet [1], ſed alii inſuper *ſtylobatam*, quæ baſi cum *ſcamillo* denuo ſupponatur [2], ſoleant requirere; quænam harum partium, in *Columnis Solomoneis*, dicendæ ſint adfuiſſe, exponendum eſt. Ac *ſtylobatam* quidem, cum pars illa columnæ eſſentialis, quæ ſemper adhiberi debeat, non habeatur, neque ejuſdem ulla in ſacro codice fiat mentio, hic non adfuiſſe, cum Celeberrimis Mathematicis, *Goldmanno*, [3] *Reyhero*, [4] *Vagetio*, [5] quicquid etiam *Henrico Coccejo* videatur [6], merito arbitramur. Ceteras vero tres partes primarias, *baſin*, nempe, *ſcapum*, & *capitulum* (*coronamentum* enim, ſive ut nos illud, ſub initium ſectionis hujus, appellare maluimus, *ornatum*, על--ראש, העמודים *ſuper caput columnarum* [7] poſitum, voce עמודים non comprehendi, tum ex ſingulis iſtis oraculis ſacris, quæ de columnis noſtris exponunt, tum vel exinde patet, quod *ornatus* iſte pars columnæ eſſentialis haberi nequeat,) in noſtris quoque hiſce columnis conſpicuas fuiſſe, *Jo: Bapt. Villalpando*, [8] *Ludov. Capello*, [9] reliquis, haud ægre, puto, concedendum eſſe, dummodo non ad certum aliquem *ordinem*, ut Architecti loquuntur, illæ cum dimenſionibus ſuis revocentur. Id enim quam parum ſolido fiat cum fundamento, ex iis, quæ de *forma* columnarum noſtrarum, mox dicenda erunt, palam fiet.

§. III. Ante autem quam ad ulteriora progredimur, de columnarum iſtarum *Artifice* tantiſper diſpiciendum erit. Quamvis enim commode illum præteriri hic a nobis poſſe, aliquis conjectare queat, cum in iſtis omnibus, quæ rubrum hujus diſſertationis indicat, commatibus, nulla ejus injiciatur mentio, vel ſolius tamen Illuſtris *Huetii*, de eodem, ob ipſam *columnarum noſtrarum efformationem*, prolata ſententia, mox a nobis in medium afferenda, juxta & confutanda, aliud nobis ſuadere videtur. Quid? quod vocabulum ויצר, quod prioris oraculi, 1. *Reg. VII.* 15., initiale eſt, tam arcte cum præcedente verſiculo illud conjungat, ut de quonam iſthoc vocabulum adhibeatur, merito ſuo, atque omnino diſceptare poſſimus. *Nomen* vero hujus viri ibidem, 1. *Reg. VII.* 13. videlicet, dicitur חירם *Chiram*, ſive 2. *Par. IV.* 16. ſcriptum reperitur, חורם *Churam*, quod utrumque, cum Celeb. *Hillero* [10], ab *Hebræo* חור, *albuit*, *canduit*, [unde & Arabum حار,) addito inſuper מ intenſivo, deducere malo, quam *D. Hieronymi*, vel quicunque alius, nobis, ſub ejus nomine, *Traditiones in libros Regum*, reliquerit [11], ſententiæ ſubſcribere, qui radices חיה, *vixit*, & רום, *altum*, *excelſum*, *eſſe*, ut apparet, conjungens prius, *vivit ſublimis*, poſterius autem *DEUS excelſus*, interpretatur [12]. Fruſtra, interim quantum ego aſſequor, *Fl. Joſephus* a *Villalpando* [13] accuſatur, ac ſi diverſam ab hac ipſa denominandi rationem ſecutus fuerit, & quem ſacer textus *Chiramum*, vel *Churamum* dixit, Ἀδώραμον, ſive *Adoramum* appellaverit. Miſſum

tur Alexius Philopator, (qui vero nomine eſt Ecwald Teling, Zelandus,) in *ſeven nuttigen Tractaten*, *Tractatu VII. integro*, Amſt. 1618. 4. Reyherus, *Math. Moſaic. N. XIX. p.* 464 *ſqq.* Franc. Burmannus, *Synopſ. Theol. Chriſt. P. I. L. IV. cap.* 32. §. 2. Camp. Vitringa. *Obſ. SS. L. V. c. XIV. p.* 168. *ſqq.* aliique. Celeb. Hardtii ſententiam paradoxam, *Ephem. Philol. diſc.VI. pag.* 86. *ſqq.* propoſitam, & in *Vindiciis ſecundis Ephemer. pag.* 93. *ſqq.* ulterius defenſam, ex inſtituto confutarunt Calvorius, in *Gloria Moſis diſſ. I. pag.* 14. *ſqq.* & in *Gloria Moſis illuſtrata*, *pag.* 8. *ſqq.* nec non Chriſt. Mundenius, *peculiari* de hac columna *libello*, Goslar. 1712. 8. edito. Quibus addi poſſunt Joh. Jac. Cramerus, & Joh. Marckius, locis, a Celeb. Buddeo, *H. E. V. T. Per. II. Sect. I. §. XIV. pag.* 577. allegatis. De *myſterio* hujus columnæ, præter Vitringam, *l. c. cap. VI. p.* 194. *ſqq.* evolui poterunt ex *veteribus*, Ambroſius Ansbertus, *T. XIII. Biblioth. Maxim. Patrum pag.* 538. & exinde, ap. Almeloveenium, *l. c. p.* 23. *ſq.* ex *recentioribus*, Forſterus, *in Diexodo Exodi*, *p.* 549. *ſqq.* &, ex *recentiſſimis*, CL. Haſæus *diſſ. cit. Cap. II. §. VI. p.* 23.

[1] Conf. e multis, Villalpandus, *l. & pag. citand.* & Goldmannus, *l. citand. cap. IV. p.* 10.

[2] Vid. Sturmii *Matheſ. Compendiar. pagin.* 48. *Reg. XXXI.*

[3] in der vollſtändigen Anweiſung zu der Civil-Bau-Kunſt. *Lib. I. c. VII. p.* 34.

[4] *Math. Moſaic. N. XXXVII. §. V. p.* 688.

[5] *diſſert. II. de columnis noſtris*, *Sect. VI. §.* 2. 8

[6] in *Naeder Onderſoeck van het rechte Verſtand van den Tempel Ezechielis*, ap. Vagetium *l. c.*

[7] ut legitur 1. *Reg. VII.* 16. 22. & 41. 2. *Par. IV.* 12. Nec deſunt, ex Interpretibus, qui vocabulo ראש ipſum *capitellum* columnarum noſtrarum inſinuari volunt.

[8] *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. Lib. V. c. V. pag.* 423.

[9] in *Triſagio*, *pag.* 17. *T. I. Bibl. Polyglottorum Waltonis.*

[10] *in Onomaſt. S. p.* 172.

[11] Vid. Eraſmus Roterod. in *Indice Scriptorum Hieronymi*, *T. I. Opp. edit. ſuæ*, *præmiſſo.* conf. e Criticis recentioribus, Caveum, *Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſ. pag.* 174. du Pinium, dans la *Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. III. pag.* 131.

[12] *T. IV. Opp. f.* 113. *D. edit. cit.*

[13] *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. cap. XXVI. pag.* 461. *b. E.* Verba Joſephi, quibus innititur Villalpandus, *Lib. IX. Antiqq. Jud. Cap. II. p.* 231. ed. Froben. leguntur, ubi cum operariorum, a Solomone, in Libano, conſtitutorum, numerum retuliſſet, γεγόνει δὲ, inquit, ἐπίτροπος τῶ φόρου τούτων Ἀδώραμος. Quæ autem verba, procul dubio, cum illis, quæ 1. *Reg. V.* 28. exſtant, coincidunt, adeoque de אדנירם, ſeu ut 1. *Reg. XII.* 18. idem appellatur, אדרם, qui tributo Regis præerat, potius, quam de *Chiramo* noſtro, accipienda erunt.

fuisse *Chiramum* hunc nostrum a rege *Tyrio*, ejusdem nominis, ex *Tyro* ad *Salomonem*, 1. *Reg. VII.* 13. Scriptura S. diserte testatur; sed *unde oriundus ille fuerit*, de eo variæ Interpretum variorum prostant sententiæ. Cum enim, 1. *Reg. VII.* 14. de illo relatum legamus: בן אשה אלמנה הוא ממטה נפתלי ואביו איש צרי, *filius mulieris viduæ ille, e tribu Nephtali, & pater ejus vir Tyrius;* & contra 2. *Par. II.* 13. appelletur בן אשה מן--בנות דן ואביו איש--צרי *filius mulieris, e posteris Dan, cujus pater Tyrius;* non una ab omnibus loca isthæc, quæ pugnare invicem videbantur, conciliandi ratio inita est. Quo enim pacto, *mater Chirami*, quæ priori in loco dicatur fuisse *e tribu Nephtali*, in posteriori *e tribu Dan*, dici possit oriunda, diversis admodum conjecturis dicam, an explicationibus, nonnulli ostendere conati sunt. *Jo: Steph. Menochius* rem salvam esse putat, si vocabulum *Dan*, non pro *tribu*, sed pro *civitate*, quæ erat *in tribu Nephtali* [1], accipiamus, quam sententiam, cum eodem amplectitur *Jo: Lundius* [2]. *Sanctio* contra minime mirum esse videtur, si errasse *Tyri* regem in assignando *Israelitico* genere, existimemus. *Grotius* vicissim *fœminam Danitidem* intelligit, sed quæ *vidua* fuerit *Nephthalitæ*. Alii denique *patrem Chirami duas* successive duxisse *uxores*, alteram ex tribu *Dan*, quæ Chirami *mater*, alteram ex tribu *Nephthali*, quæ *noverca* ejusdem fuerit, arbitrantur [3]. Ast quod citra necessitatem, Viri ceteroquin eruditi se torqueant, ipse *Hebræus*, prioris loci, 1. *Reg. VII.* 14. textus, quantum sufficere potest, declarat. Quod si enim ad verbum eundem reddamus: *Filius mulieris viduæ ipse de tribu Nephthali*, nondum video, quid nos cogat, ultima verba ad *matrem* potius, quam *filium* referre. Et hoc ipsum LXX. *Græcis* jam tum observatum fuit, qui locum excitatum, cum præcedente commate, ita connectunt: τὸν χειρὰμ ἐκ Τύρȣ, Υἱὸν γυναικὸς χήρας, καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς φυλῆς τῆς Νεφθαλίμ. Hos deinde secuti sunt, ex *Patribus*, *Hieronymus* [4]; ex *Romano Catholicis*, *Estius* [5], & *Frassenius* [6], ex *Reformatis*, *Piscator* [7], & *Lightfootus* [8], nec minus, ex *Nostratibus*, *Vvaltherus* [9], & *Schmidius* [10], qui omnes affirmant, *Chiramum ipsum* isto in loco *intuitu patris sui*, de tribu *Nephthali* dici oriundum. Nulli itaque & nos dubitamus, quin calculum iis adjiciamus, atque sequentem nostro oraculo sensum attribuamus: *Ipse fuit filius mulieris viduæ: & ipse* [non autem mater,] *erat de tribu Nephthali*. Neque vero huic nostræ explicationi illud officit, quod utroque in loco ante allegato, *pater Chirami*, quem *de tribu Nephthali* fuisse affirmavi, איש--צרי *Vir Tyrius*, [11] appelletur. Nolo equidem, Veterum *Hebræorum* traditionem, quam *Hieronymus* nobis conservavit [12], meam nunc facere, atque cum iisdem asserere, quod mortuo Chirami patre *Nephthalita*, mater istius vidua, eundem *discendi*, [non *docendi*, uti *Hieronymus* habet, sed recte a *Villalpando* corrigitur, [13],] gratia, *Tyrum* ablegaverit, isque adeo, a quo edoctus ibidem fuerit, *pater ejusdem Tyrius* nuncupetur. Neque vero isti *Rabbinorum* conjecturæ, qua איש--צרי, qui *pater* Chirami, disertis verbis appellatur, *vitricum* ejusdem fuisse perhibent, subscribo, quum unde illi resciverint istud, cum *Clerico* [14] huc dum non capiam. Quin potius ab eorum stabo partibus, qui Chirami patrem, non *originis*, sed *plurium annorum incolatus* nomine *Tyrium* appellatum fuisse, cum *Rabbinis*, *Salomone*, ut vulgo dicitur, [15] *Jarchio*, *Dav. Kimchio*, & *Salomone Ben Melech*, *Christianis* item, *Munstero*, *Clario* [*Munsteri* sententias, & verba, tantum non ubvis, describere solito [16],] *A Lapide*, *Estio*, *Mariana*, *Seb. Schmidio*, multisque aliis sibi

[1] vid. Adrichomius, *Theatr. Terr. S. in Naphthalim*, *N.* 37. *p.* 105.

[2] in 𝔍. ℌ. *Lib. II. cap. III. p.* 251.

[3] Quam sententiam M. Alb. Frid. Freyerus defendit, *diss. I. de mari æneo Solomonis*, *Cap. II. obs. XI. §. II. pag.* 47. *sq. Jen.* 1715.

[4] *l. c. T. IV. Opp. fol.* 113. *D. &* 114. *A.* ubi matris Chirami genealogiam, a prima ejus origine, deducere allaborat.

[5] ap. Polum, *in Synopsi ad* 2. *Par. II.* 14.

[6] *Disqq. Bibl. Lib. IV. pag.* 786.

[7] vid. Polus, *ad* 1. *Reg. VII.* 14.

[8] *T. I. Opp. pag.* 74.

[8] *Harmon. Bibl. p.* 250.

[9] in *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 14.

[10] Codex Alexandrinus τῶν LXX. Bibliis Waltoni, cum Vaticano, simul insertus, pro vocibus, ἀνὴρ Τύριος, hic substituit ἀνὴρ Τίμιος.

[11] *loc. sæp. cit.*

[12] *Explan. in Ezech. T. II. P. II. Lib. V. c.* 26. *pag.* 462.

[13] *Commentar. in* 1. *Reg. VII.* 14.

[14] Minus enim recte eundem ita vocari, cum R. SALOMO ISACIDES nomen ipsi sit, R. Simon *Hist. Critic. du vieux Test. pag.* 610. & qui idem, cum eo, est, Simonuille, in *præf. sur R. Leon. de Modene Cerem. & coust. des Juifs*, xx. 10. Wandalin, *de Prophet. pag.* 6. 7. Wagner, *de Ur Chald. p.* 35. & in primis Acoluth *de aqu. amar. p.* 2. *sqq.* ostendunt. Quam observationem Summe Venerabili Ducatuum Bremensis, & Verdensis, Antistiti Generali, D. D. Diecmanno, Patrono, summa animi observantia, ætatem deverando, me debere profiteor. Conf. ejus *Opp. German. T. I. p.* 16. Plura, eandem in rem, dabit Vener. Wolfius, *Biblioth. Hebraic. p.* 1057. *sq.*

[15] Unde *ignavum* eundem, & *manifestum Plagiarium*, salutat Polus *T. I. Synops. in Præf.*

[16] Confer loca 2. *Sam. VI.* 10. *&* 1. *Par. XIV.* 13. Ad idem exemplum provocant Lightfootus, *T. I. Opp. pag.* 74. Petrus Martyr, & Estius. Cornelius autem a Lapide addit exemplum Pauli, quando *Tarsensis* ille appellatur. Vid. de tribus ultimis, Polus, *in Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 14. *&* 2. *Par. II.* 14.

bi persuadent. Adscribam verba *Judæi* prioris, quæ in Commentario ejus, ad 2. *Par. II.* 14. leguntur, eo lubentius, quod exemplo illa rem omnem uberius illustrent: יהודי היה יושב בצור דוגמא עובד אדום הגתי שהיה יושב בגת ולוי היה ובמלכים כתיב בן אשה אלמנה ממטה נפתלי ואביו איש צרי אלא אמו מדן ואביו מנפתלי h. e. *Judæus fuit*, [scil. pater Chirami] *habitans Tyri. Exemplo sit Obed-Edom, Gitthæus*, [dictus] *quod habitaret in Gath* [1], *& Levita tamen fuit. Itaque* [quando] *in libris regum scribitur: Filius fuit mulieris viduæ e tribu Nephtali, & pater ejus vir Tyrius, sensus est, quod mater ejus e tribu Dan, pater vero e tribu Nephtali, fuerit.* Nec immerito proinde mirandam hic Dei providentiam, sapientiamque, cum *Hafenreffero Dietericus* [2], & ex eo *Majus* [3], sibi deprehendisse sunt visi, qua *Chiramus* posteaquam parentis sui culpa, extra terram patriam, publicoque Dei verbo, & cultu destitutus, vivere debuerat, non tantum in illam, verum ad ipsam etiam domus Dei structuram revocatus, inque fœdus Dei postliminio quasi jure receptus fuerit. At enim *nova*, eademque *priori major*, circa artificem nostrum *difficultas* suboritur, quid scilicet connexæ invicem voces, חורם אבי, 2. *Par. II.* 12., & חורם אביו, 2. *Par. IV.* 16., sibi velint. Non defuisse olim codices, qui utrinque legerent, חורם אביו, versiones *Lut. Strigelii, & Belgarumque* ostendunt; at paucos tamen fuisse, locique adeo prioris a nobis adductam lectionem præ illa retinendam esse, nemo temere infitiabitur. Verum vero vocabula אבי, & אביו, pro *nominibus* Chirami *propriis*, haberi debeant quod *Lut. Osiandro*, *Piscatori*, *Menochio*, *Emanueli Saa*, aliisque [4], placet, ea quæstio solutu omnino difficilior esse videtur. Nec quicquam vererer, quin sententiam hanc eandem meam quoque facerem, nisi tum diversitas terminationis, jamjam vindicata, tum vero Interpretes, & *Græci*, & *Chaldæus*, [*Syrus* enim, & *Arabs*, in versionibus suis, τὸ אבי 2. *Par. II.* 13. plane omittunt, in 2. *Par. IV.* autem septem integri versus, ab 11. ad 17. utrobique deficiunt,] aliud mihi suadere, & quod appellativa vocabula, cum suffixis suis, hic compareant, indicare viderentur. Illi enim LXX. *Græcos* innuo, quamvis loco verbi אביו, quod in *posteriori* dicto occurrit, plane diversam, quam mox indicabo, vocem substituerint; verba tamen *prioris* loci, לחורם אבי, quæ præfixum ל habent, per *χιρὰμ τὸν Πατέρα μȣ* reddiderunt [5]; hic vero, *Chaldæum* puta, quamvis loco אבי quod in *priori* dicto adest, vocem explicatu difficilem, רבתא adhibuerit, [6] notionem tamen, *posterioris* loci, אביו, per אבוהי, *pater ejus*, expressit. Lubens interim fateor, quod eadem hæc, *voces duas priores*, לחורם אבי, vertendi ratio, qua per accusandi casum, LXX. illas efferunt, ab omni incommodo non sit libera, quamvis præter *Hieronymum* [7] *Vulgatus*, *Casp. Ulembergius* [8], & Romano Catholicorum plerique, suis eandem istam calculis suffulciant. Parum enim probabilitatis ea, quæ exinde elici solet, consequentia habere videtur, quasi nempe rex *Tyrius*, artificem Chiramum *suum* appellaverit *patrem*, & illud quidem vel *dignitatis* gratia, in quam sententiam *Hieronymus* inclinat; [9] vel *ætatis*, *& benevolentiæ* caussa, quæ interpretatio a *Menochio* probatur; [10] vel denique *artis* intuitu, ad quam, cum *Estio*, [11] non pauci se recipiunt. Alia certe locorum *Gen. XLV.* 8. *&* 2. *Reg. II.* 12. *XIII.* 14., quæ, pro hac sententia stabilienda, *Buxtorfio* judice [12], potissimum excitanda essent, videtur esse conditio. Et hoc ipsum, si recte hariolor, *Ben. Ariam Montanum* eo perduxit, ut vocabulum אבי, quasi in statu constructo, cum לחורם positum esset, per *genitivum* potius transferret, atque adeo sequentem inde verborum, sive potius literarum, [13] regis *Tyrii* ad *Solomonem*, eliceret

[1] *Antiqq. Bibl. p.* 363.

[2] *Oeconom. V. T. p.* 814.

[3] inter quos & Mich. Frid. Beckius est, in *nott. ad Paraphras. Chaldaic. in hh. ll: p.* 19. 20. 49. 50.

[4] Codex *Alexandrinus* hic, iterum, dissentit, & *τὸν χιρὰμ τὸν παῖδα μȣ* vertit. Quam eandem lectionem, & *ad marginem* Codicis *Vaticani*, & in *Complutensi*, aliisque, etiam occurrere, Flaminius Nobilius observat, in *nott. ad Variantes Lectiones Versionis Græcæ LXX. Interpp. pag.* 69. *T. VI. Biblior. Polyglott. Waltonis.*

[5] M. F. Beckius, pro רבתא, legendum esse רבא, *magistrum*, suspicatur, *in nott. ad h. l.*

[6] *loco sup. cit.*

[7] cujus versio germanica, in *Bibliis Pentapliis*, 1711. 4. editis, iterum fuit excusa, de qua, præter horum Bibliorum *præfationem in N. T.* conferri poterunt Zeltnerus, in diss. *de novis Bibliorum versionibus Germanicis*, *Cap. I. p.* 6. *sq.* nec non *Bibliotheca sacra Longo-Berneriana*, *Cap. IX. Sect. II p.* 193. *sqq.*

[8] *l. c.*

[9] *Commentar. ad h. l.*

[10] referente Polo, *in Synops. ad h. l.*

[11] *in Anti-Critic. P. II. c. II. p.* 390.

[12] Exhibent has litteras, ut & illas, quas Solomonem ad Chiramum dedisse volunt, Eusebius, *Præpar. Evangel. L. IX. pag.* 263. *seq. edit. Paris.* 1544. & qui plane diversas ab his, retulit, Josephus, *Antiqq. L. IX. cap. II. pag.* 230. *sq. edit. Froben.* 1544. Ex Eusebio, in latinum sermonem, easdem translatas sistit Villalpandus, *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. cap. XXV. pag.* 460. &, ex utroque, tum græce, tum latine, Celeb. Fabricius, *Cod. Pseud. V. T. pag.* 1022. *sqq.* Eas autem supposititias esse, quis dubitabit?

[13] *in nott. ad* 2. *Par. II.* 14. *pagin.* 69. *T. VI. Bibl. Polyglott.* Waltonis.

ceret ſenſum : *Nunc mitto virum Chiramum patris mei* , i. e. qui fuit patris mei artifex. Atque hanç eandem verſionem *Flaminius Nobilius*, nobilis ille, in LXX. viralem, *Scholiaſtes*, & ad ejus exemplum, alii non pauci, quos ipſe allegat [1], quibus, noviſſime *Freyerus* acceſſit [2], ampleƈtuntur. Premunt hi potiſſimum *R. Salomonis Jarchii* veſtigia, utpote qui mentem regis *Tyrii*, per ſequentia circumſcribit : אומן חכם של אבי היה וגם שלי הוא *Artifex ſapiens patris mei fuit, atque meus etiam eſt ille*. Quamvis vero ultima hæc interpretandi ratio ſic ſatis concinna, atque ita comparata ſit ut eidem ſolidi vix quicquam obverti queat, propius tamen textui ſacro, poſteaquam apud *Hebræos* præfixum ל *dativum*, quam *accuſativum*, frequentius format, convenire illorum translatio, mihi videtur, qui cum *Pagnino*, *Vatablo*, *Tremellio*, *Clerico*, *Joſepho Athia* [3], *Glaſſio* [4], aliis, quibus & *Reyherum* [5] adjungo, (*Piſcatorem* enim qui nimis ſcrupuloſus hic eſt [6], parum moror,) vocabulum *utrumque* per *dativum* exprimunt, & de *rege Chiramo*, eoque jam demortuo [7], accipiunt. His itaque caute ſuppoſitis, nomen artificis hoc in loco plane non continetur, ſed *Tyri* potius rex ſequentia *Solomoni* indicat: *Nunc mitto virum* &c., qui erat *Chiramo patri meo*. Ad voces autem duas poſteriores, חורם אביו, 2. *Par. IV. 16.*, quantum attinet, tot difficultatibus eædem, ex quorundam, qui Criticos inter Chriſtianos locum ſibi arrogant judicio implicitæ ſunt, ut ipſius Codicis authentici integritatem in dubium hic vocare non vereantur. *Ludovicus Capellus* certe quem *novaturientem naſutulum*, *Gejerus* olim ex merito ſuo appellavit, [8] vocem אביו h. l. omnino, ſupervacaneam eſſe, indeque 1. *Reg. VII. 49.*, ubi eadem verba legantur, reƈte *omiſſam* fuiſſe, profano, & impio auſu conatus eſt demonſtrare. [9] *Jo: Clericus* contra quem, *Jo: Van Der Vvayen*, *nec Batavum eſſe* vult, *nec Theologum Batavum*, *immo ne Theologum quidem*, *ſed hominem*, *res ſacras immaniter profanare auſum*, [10] plane diverſum, eodem in commate, inſolentiæ criticæ argumentum ſuppeditat, quando arbitratur, quod e textu ſacro, aliquid potius exciderit, adeoque ne hiulcus iſte maneat, *inſeri* inter memoratas duas voces debeat : אשר שלח אותו מלך הצר עבד חורם, quæ verba, uncinis incluſa, hunc ipſi ſenſum efficiunt : Fecit Churam, (*quem miſit Rex Tyri*, *ſervum Churam*) patris ſui i. e. Regis Tyri. At enim vero, effrenem utriuſque licentiam, vel eam ob cauſſam hic compeſcere ſuperſedeo, quod *Capellum*, ejuſdemque univerſum, quod *Critica Sacra*, vere ſacerrima, propalat inſtitutum, dudum a *Buxtorfio F.*, (ut alios taceam) *protritum*, *accurate refutatum*, *immo dejeƈtum plane fuiſſe*, [11] meminerim ad quem proinde & hoc in negotio, provocaſſe [12] ſuffecerit ; *Clericus* invicem, qui pro more ſuo 71, hoc etiam loco id in ſacra monumenta molitur, quod Critica caſtigatior vix in profanos ſcriptores permittet, fidem ſuam apud Eruditos cordatiores dudum decoxerit. LXX. interim *Interpretes* plane aliam hic ſubſtituunt notionem, & ubi ſacer textus habet אביו, illum ibi verterunt καὶ ἀνήνεγκε, *& obtulit*, quod ideo faƈtum eſſe, poſt *Matth. Fr. Beckium*, [14] conjeƈtat *Clericus*, [15] quoniam locum hunc corruptum, & pro אביו, literis inverſis, ויבא legendum eſſe, iſti cenſuerunt. *Vulgatus*, cum quo concordant *Hieronymus*, [16] *Pagninus*, *Tremellius*, *Ulembergius*, *Eſtius* [17] alii; quando vocem אביו reddunt *pater ejus*, illam ad *Solomonem*, quaſi hujus vocaretur *Chiramus* pater, videntur referre, id quod & Vatablus [18] totidem verbis ſtatuminat. Verum hanc ipſam ſententiam, æque, ac ſuperiorem, qua Regis *Tyrii* pater, artifex noſter, ſalutabatur, meam nunc non facio. Potius exiſtimarem, iſtorum

[1] *diſp. cit. pag.* 44.

[2] cujus verſionem Germanicam Judaicam, ſeorſim alias excuſam, *Biblia Pentapla*, denuo, exhibent.

[3] in *Philol. S. L. IV. Tr. III. Obſ. XI. p.* 1307.

[4] *Math. Moſaic. N. XXXIX. §. 6. pagin.* 706. Quamvis, enim, per genitivum verba ſic efferat: *qui fuit Chirami patris mei*, paria tamen hanc verſionem, cum proxime allata, facere, quis non videt?

[5] Vid. Polus, in *Synopſ. ad h. l.* & Freyerus, *l. c.* quem, in gratiam Piſcatoris, illam Ariæ Montani verſionem ſuam feciſſe, apparet.

[6] Duos, enim, ejuſdem nominis fuiſſe Reges Tyrios, *patrem*, & *filium*, quorum iſte cum Davide, hic cum Solomone, amicitiam coluerit, ex 2. *Sam. V.* 11. & 1. *Reg. V.* 1. licet conjicere conf. Clericus, *Comment. in loc. utrumque* Add. Marshamus, in *Can. Chron. Sæc. XIV. pag.* 350. *ſqq.* ed. Londin. 1672. fol.

[7] *Commentar. in Pſ. CXIX.* 119. *pag.* 2259.

[8] *Critic. S. L. I. cap. IX. §. IV. pag.* 31.

[9] excitante hoc judicium V CL. Erdw. Herm Polemanno, Athenæi CAROLINI, quod Bremæ floret, Reƈtore, bene merito, Præceptore olim nunc Fautore, æſtumatiſſimo, *Exercit. III. de Pleonaſmis Script. S. §. X. Bremæ* 1716.

[10] Quam cenſuram, cum Vogelſangio, Riveto, Spanhemio, aliis, eidem impertit Magnif. Dn. D. Gerh. Mejerus, quem DEUS, Eccleſiæ Patriæ Antiſtitem, mihi Patronum, Summum diu ſervet! *in Iſaaco Voſſio, ἀνεβραϊστίας convicto*, §. *XX. Witteb.* 1692.

[11] Evolu. ejus *Anti-Critic. P. II. cap. II. pag.* 389. *ſeq.*

[12] Judice, præter alios, Joh. Marckio, in *præf. Exercitt. Scripturar.*

[13] *in annott. ad Paraphr. Chald. in h. l. p.* 50.

[14] *Commentar. ad h. l.*

[15] ap. Clericum, *l. c.*

[16] ap. Polum, in *Synopſi ad* 2. *Par. II.* 12.

[17] in *nott. ad h. l.*

[18] ap. Buxtorfium, *l. c. pag.* 390.

rum meditationi tantisper inhærendum esse, qui non inusitatam Scripturæ S., & hic subesse volunt ellipsin ac eam quidem; vel quo non pauci collimant, [1] præfixi copulativi ו, ut sensus sit: *Fecit Chiram*, *&* *pater ejus*; vel quod *Glassio* [2] arridet, particulæ ejusdem significatus, עם, sensu eodem h. l. adhibendæ, vel denique adverbii similitudinis כ, quod R. D. *Kimchi*, & qui eum ubivis fere sequitur *R. Salomo Ben Melech*, his substituendum putarunt, sensum inde elicientes: *Fecit Chiram*, *sicut pater ejus*, scil. olim fecerat. Neque vero diffiteor, ultimam textum Scripturæ S. supplendi rationem, vel inde magis probabilem, reliquis duabus, videri, quod pater *Chirami*, quem alioqui, una cum filio, vasibus, & ornamentis templi elaborandis operam navasse, oporteret, isto jam tum tempore, quo filius a Rege *Tyrio* ad *Salomonem* mittebatur, mortuus fuisse, ex 1. *Reg. VII.* 14., ubi uxor ejusdem אלמנה, *vidua* introducitur, firmiter colligatur. Ceterum patrem *Chirami*, dum inter vivos esset, celebrem non minus, quam ejus filium, artificem exstitisse, (quod *Capellus* videtur inficias ire, [3] ex eodem loco allegato, facile apparet, in quo verba, חורש נחשת, ad patrem pertinere, non solum *Kimchius*, ad h. l. observat, sed & accentus, (֩) *Sarka*, in צורי, subdistinctivus (֒) *Segolthæ*, in נחשת, nos edocet prout recte illud *Freyerus* quoque adnotat. [4] Et hoc ipsum, post *Chaldæum*, *Syrum*, & *Arabem*, Interpretes, nulla luculentius quam germanica versio *Piscatoris*, expressit, qui ut de eodem subjecto notiones accipiendas esse, ostenderet, parenthesi inclusit verba sequentia: Sein Vater aber war ein Tyrier gewesen/ ein Kupffer-Schmied. At enim vero ne dubiis circa artificem nostrum ex ipso S. Codice motis resolvendis, (quæ tamen utpote soluta multum difficilia, plane intacta relinquere incongruum prorsus videbatur,) longius forsan, quam instituti ratio permittit, immorer, ad ea, quæ propius, scopum attingere videbuntur, omni ulteriori remora summota, progredior. Quanta itaque Vir hic in arte Mechanica peritia instructus fuerit, vel columnæ nostræ, si quis istas paullo penitius contemplatus fuerit, adprime, & ad oculum demonstrabunt. Ipse *Tyri* Rex paucis multa complectitur, quando per איש-חכם יודע בינה, 2. *Par. II.* 12. eundem circumscribit. Manifestam enim iste hic locorum inter vocabula חכמה, cujus hic concretum ponitur, & בינה, constituens differentiam, per illud, certam rerum cognitionem, sive *sapientiam*, per hoc vero judicium, quo inter res cognitas discernimus, sive *prudentiam*, pro utriusque vocis emphasi, [5] *Chiramo* attribuit: quibus insuper *peritiam*, quam iste possidebat, per vocabulum ידע adjungere voluisse videtur. Ita enim non inconcinne *R. Abarbanel* hæc tria verba, quæ *Exod. XXXI.* 3. & *XXXV.* 30. de *Bezaleele*, ad exstruendum tabernaculum, a Deo ipso edocto, adhibentur, explicat, quando is in locum posteriorem, ita commentatur: נתקבצו בבצלאל חכמה עיונית וחכמה מעשית ידיעת אומניות מתחלפים *In Bezaleele erat tam speculativa, quam practica scientia, variorum item opificiorum peritia*. [6] Unde vero tanta, quæ 1. *Reg. VII.* 14. *&* 2. *Par. II.* 13. ulterius declaratur, *sapientia*, *prudentia*, & *peritia* artifici nostro fuerit? an nimirum Deus ipse illum, perinde ut *Bezaleelem*, ea imbuerit? quod ipsum splendorem ædificii *Templi Solomonei*, cum *Tabernaculo Mosaico*, comparans, extra dubium ponit *Almeloveenius*; [7] an vero a sapientibus *Israelitis* eandem hauserit? quod ex 2. *Par. II.* 13. colligit *Reyherus*; [8] an denique apud *Tyrios*, illam imbiberit; quæ Illustris *Huetii* procul dubio sententia est; [9] istud nunc equidem posteaquam scriptura certi quid ea de re non affirmat, temere definire non ausim. Id tantummodo, quod sub hujus Paragraphi initium, tacite jam tum subinnui, optandum esset, ut ne *Huetius* sua hac eousque abusus fuisset hypothesi, ut *Chiramum* nostrum, quia a *Tyriis*, apud quos frequens columnarum sacrarum usus fuisse traditur, accersitus a *Salomone* erat, *mori patrio*, i. e. Tyrio, columnarum nostrarum efformatione, *obsecutum* sibi videri, asseveraret. [10] Hanc enim sententiam, monstri aliquid alere, & cum *Spenceri*, Viri in sacris ubivis fere profani, [11] asserto (quasi nimirum *Templum Salomoneum*, æque ac ipsum *Tabernaculum*, a ruditate gentium originem traxerit,) [12] ab *Hermanno Vvitsio*, [13] *Natali*

[1] *Philol. S. Lib. IV. Tr. III. Obs. XI. p.* 1307.

[2] *l. c.*

[3] *disp. cit. pag.* 44.

[4] Confer de illa, & præcipue vocabuli posterioris בינה, illiusque a חכמה, differentia, Lexicographos, *Forsterum*, *Coccejum*, *Robertsonium*, ceteros, quorum alii voci hujus ponunt radicem בון, alii, quia in Hiphil crebrior ejus usus est, בין.

[5] Legi & de trium harum vocum differentia, poterit Villalpandus, *l. c. T. II. P. II. L. V. cap. II. p.* 45. *sq.*

[6] *in Amœnitt. p.* 13. *sq.*

[7] *Math. Mosaic. N. XXXIX. §. VI. p.* 706.

[8] Vid. ejus *demonstr. Evang. Prop. IV. p.* 326.

[9] *loc. cit.*

[10] Judice Excellentiss. Præside meo, in *Diss. de Velis Tabernaculi, atque Templi, Sect. I. §. I. p.* 3.

[11] Conf. Ille *Lib. III. de LL. Ebræor. Ritual. Diss. VI. pag.* 284. *sqq.*

[12] *Ægyptiac. L. III. c. X. p.* 243. *sqq.*

[13] *Diss. de Templorum Antiquitt. §. II.*

tali Alexandro, [1] *C. S. Schurzfleischio*, [2] aliis dudum rejecto, arcte connexam esse, quivis facile, cui nasus obesus non est, subodorabitur. Et sane, ut falsa hic supponere *Huetium*, (dum patria *Tyrium* facit *Chiramum*, quem tamen *Nephthalitam* fuisse in superioribus demonstravi,) nunc non urgeam, consequens ejusdem fluere ex antecedente, ego quidem constanter negaverim. Liberaliter enim utut largiar, quod apud *Tyrios*, & quod addidit *Huetius*, *Tyriorum* colonos, *Gaditanos*, frequens sacrarum columnarum usus, antiquissimis temporibus obtinuerit; *Chiramum* tamen quando in nostris elaborandis occupatus erat, huic *Tyriorum* mori obsecundare voluisse, ante non probaverit *Huetius*, quam columnas has in illo תבנית, sive *typo*, ac *delineatione* totius Templi, & omnium eo pertinentium ædificiorum structuræ, a *Davide* Solomoni filio tradito. 1. *Par. XXIIX.* 11. 12. illique, e manu DEI ipsius concesso, *vers.* 19. [3] defuisse, demonstratum dederit.

§. IV. Satis hactenus & forsan longius, quam par erat, *artifex* columnarum nostrarum nos detinuit; quare ut ad Materiam, ex qua eædem istæ constiterunt, in primis etiam attendamus, res ipsa exigit. Equidem Sacer Codex in *primo* illorum, quæ titulus præfert, oraculorum, (reliqua enim V. nihil de eadem, nisi quoad certis columnarum partibus, ac ornamentis, conficiendis fuit adhibita, referunt) ipsemet istam indicat, quando העמודים נחשת *columnas æneas*, ut omnes *Interpretes* authentica fere reddunt, nuncupat, eoque ipso, materiam illarum נחשת, sive *æs* fuisse, luculenter asseverat. Et hoc ipsum liquidius adhuc, ex loco, *ultimum* nostrum proxime antecedente, *Jerem.*, nimirum, *LII.* 17. colligere licebit, siquidem in isto, eædem hæ nostræ columnæ (utpote ad quas *vers.* 20., ingentem earum, & reliquorum æreorum vasorum, ponderis magnitudinem additurus, deque columnis nostris ex instituto expositurus, denuo revertitur *Propheta*, [4] עמודי הנחשת, *columnæ æris*, appellantur, genitivo materiæ, loco adjectivi, quod fieri in constructione frequenter assolet, [5] adhibito. [6] Neque *Versionum*, tam *Orientalium*, quam LXX. *Interpretum* hic laboramus dissensu. *Illi* enim omnes idem vocabulum *Hebræum*, prout linguæ cujuslibet poposcit ratio, utrobique exprimunt, *Chaldæus* nempe & *Syrus*, addito in *priori* loco pronomine, quod genitivum materiæ sæpius indicat, relativo, per דנחשא, & ܕܢܚܫܐ; *Arabs*, vero plane ad mentem Vatabli, particulam מן, ante verbum נחשת, in fontibus, subaudientis per من نحاس nec aliam, *posteriori* in loco, vertendi rationem, qua formationem verbi ipsam, *Syrus*, qua rem vero & vocabula, forma horum licet discrepante, duo reliqui, adhibuerunt. *Hi* autem τὸς ἑβδομήκοντα intelligo, quamvis *priori* in loco, pro voce נחשת, plane diversas, nescio, quo fato, substituerint notiones, initium commatis 15., 1. Reg. VII., ita transferentes: Καὶ ἐχώνευσε τὸς δύο ςύλυς τῷ αἰλάμ τῷ Οἴκυ in *posteriori* tamen loco verba *Jeremiæ Hebraica*, suo idiomate reddiderunt: τὸς ςύλυς τὸς χαλκῦς, quod ultimum vocabulum idem, quod *Hebræis* נחשת, designare, in aprico est, licet *Thomassinus* ipsum *Græcorum* χαλκὸς est נחשת, נ eliso, & geminata priori syllaba frustra deduxerit. [7] Posteaquam vero ita certi de vocabulo ipso esse queamus, ulterius nunc in incunabula, ac recessus istius hic inquirendum erit, ut quale speciatim illud, in nostris columnis, conspicuum *æs* fuerit, qnodammodo manifestetur. Sive autem ad materiam, quam authentica vox subministrat, generatim attendamus, sive speciatim in eam, quæ in columnis nostris comparuit, sollicite inquiramus, qua ejus significatum, non omnes idem sentire, sed in diversa potius abire, animadvertimus. Id quidem apertius, quam ut possit in dubium vocari, vel ex *Lexicographis* constat, quod τὸ נחשת, etsi in ת, præeunte (∴) desinat, plerumque masculinum reperiatur, & *æs*, *cuprum*, *chalybem*, *æruginem*, ac synecdochice, *numellam*, & *compedem æream* communiter designet. *Jo: de Pineda* [8] duplicem hujus vocis notionem statuit, dum ut plurimum, eam *æs* tale, quod Hispani *Bronze* appellant, proximumque post argentum locum occupat, significare; nonnunquam vero

[1] Quanam illud ratione, aut medio, factum fuerit, diversimode exponunt *Interpretes*, nec hujus est loci inquirere. Vide interim præter commentatores, Joh. Meisneri *Vitæ Salomonis curriculum* §. 108. Witteb. 1675. recus. &, cum eo, confer Villalpandum, *l.c. T. II. P. II. L. II. c. XV. p.* 75. *sq.* & *L. V. cap. III. pag.* 416. nec non *c. XXVI. pag.* 461.

[2] Villalpandus *T. II. P. II. L. V. cap. XXXVII. pag.* 486. dicit, Jeremiam, iterum, ac tertio, sermonem de hisce columnis fecisse, quasi dolori, ob Chaldæorum eas confringentium, facinus indignum, habenas laxare vellet.

[3] Vid. Glassius, *Philol. S. L. III. Tr. I. can.* 30 *No.* 2. *p.* 633.

[4] Conf. Seb. Schmidius, *Commentar. in h. l.*

[5] *Glossar. Univers. Hebraic. pag.* 615.

[6] *in Job. Cap. II. v.* 24. *no.* 4.

[7] *in Concordantiis Hebraicis*, a Reuchlino editis, pag. 533.

[8] Quos videsis ap. Polum, *in Synops. ad h. l.* iisque adde Casp. Vvaserum, *de numis Hebr. Chald. & Syr. L. I. c. XIV. T. V. Critic. SS. P. III. pag.* 33. *seq.*

vero *chalybem* etiam denotare, ex quo arma potissimum acuta, & ad feriendum apta fiunt, contendit R. Mardochai Nathan: כל חורש נחשת וברזל, *quodcunque artificium æris, & ferri*, hac voce indigitari, auctor est. [1] *Chaldæos* pro *adustione ollæ æreæ a fundo*; & *Rabbinos*, usum locutionis suæ, quam & multi *Christianorum* retinent, [2] ex *Ezech. XVI. 36.* desumentes, pro *ipso* alicujus rei *fundo*, *ignominia*, item & *verendis muliebribus* indicandis eodem vocabulo uti, *Buxtorfius* [3] observat. Ultimæ tamen vocis hujus explicationi, illorum potius præferenda videtur esse sententia, qui versionem *Lut.* eo in loco, sequuntur, & נחשת pro *pecunia*, ibidem adhiberi, cum *Menochio*, [4] & *Calovio* [5], pronunciant. Quod si, de cetero, *Matthesium* hic audiamus, in locis tantum non omnibus S. Scripturæ, in quibus נחשת occurrit, de *cupro* illud erit accipiendum. [6] Ad ipsam vocis quantum attinet originem, a verbo נחש, quod in *secunda* tantum *conjugatione*, & ut *Avenarius* etiam computum iniit, [7] *novies* legitur in Codice S. communiter illam repetunt, ita tamen, ut neque significationem verbi hujus propriam, neque τȣ̃ נחשת, perinde ut alterius derivati præcipui נחש, quod *serpentis* nomen est, cum hac sua radice cognationem ratione, atque methodo eadem exponant. Præterquam enim quod idem ac *augurari*, *ominari*, *curiose*, & *callide observare*, *experimento discere*, *magiam exercere*, hoc verbum denotare, omnes consentiant, quale, eo ipso *augurium*, *omen*, ac *experimentum*, præcise designetur, æque inter eos non convenit. Plerisque sane tum *Interpretibus*, tum *Lexicographis*, (quibus cum *Græcorum* Οἰωνίζομαι, quod est *ab avibus augurium capere*, paria nostrum vocabulum facere visum fuit,) *Sam. Bochartus se opposuit*, atque ad Ὀφιομαντείαν potius, quam Ὀρνιθομαντείαν, verbum, quod a serpentibus duci palam fit, referendum esse, asseruit. [8] Eandem cum eo sententiam *Jo. Coccejus* amplectitur. [9] Sed ipsas hasce duas sententias minus invicem pugnare, *Hesychius*, ut credamus, auctor nobis esse poterat, quandoquidem is τȣ̀ς Ὄφεις, sive *serpentes*, etiam Οἰωνȣ̀ς, olim dictos fuisse asseverat. [10] Saltem hanc ipsam vocabuli Οἰωνὸς significationem illis notam, juxta ac creditam, fuisse oportebit, qui *verbo* נחש eandem, quam Græci suo Οἰωνίζομαι, notionem tribuunt, atque *nomen* נחש, sive *serpentis*, ideo ab illo ortum trahere contendunt, quod idem iste in auguriis adjuratus usurpari solitus fuerit. Et in hanc quidem sententiam, cum *Avenario*, plures, quos ad *vulgus Lexicographorum Majus* hac in parte relegat, [11] perinde fortassis ut *Francius*, [12] auctoritate *Ps. LIIX. 5. 6.* inducti, concedunt. At enim vero hæc ipsa *verbi* נחש, cum derivatis inde *nominibus* præcipuis, נחש scilicet, & nostro נחשת, ut & horum alterius cum altero convenientia, aut cognatio, illud ipsum est, quod non parum difficultatis viris hebraice doctissimis objecit. Quod si, juxta *Sam. Boblii* [13] sententiam, formale verbi hujus constituendum foret *petiit profunda*, tantopere forsan hic non laboraremus, quum & *serpens*, ad ejus mentem suo modo, maxime profunda scrutetur, & *æs* ob gravitatem suam profunda petere, commode satis, dici posse videatur; Sed formale isthoc, ut plura alia, Virum CL. precario assumsisse, post *Jo. Musæum*, *Augustus Pfeifferus* [14] dudum monuit. Aliam proinde *Jac. Gussetius*, inter *Boblianæ* hypotheseos oppugnatores, ex præcipuis unus, [15] ad tollendam hanc difficultatem, viam iniit, cumque radicem נחש, in cujus ab octo aliis magiam *Hebræis* designantibus vocabulis differentiam studiose pariter inquisivit, [16] vocabulum sensus esse supponat, inde נחש, *serpentem*, ideo dici affirmat, quoniam celeriter iste se moveat, animalia autem maxime mobilia sensu quoque pollere videantur: נחשת vero sive *æs*, rursus ab hoc ipso nomine נחש, *serpente* sic nominatum esse tum ob venenum, æruginem scilicet, tum quod, in *Arabia*, serpentes æris more rubeant. [17] Ast quam contorta hæc sit trium horum vocabulorum convenientia, nemo non perspicit. Felicius forsan, iis cessisse negotium videtur, qui quod in medium jam attuli, *serpentes* no-

[1] *L. T. f. 1329.*
[2] *Commentar. ad h. l.*
[3] *T. I. Bibl. Illustr. Prolegom. pag. 173.*
[4] vid. Ejus *Sarepta*, *pagin. 176.* ex qua verba excitat Lundius, *J. H. L. I. cap. V. pag. 18. seq.*
[5] *Diction. Hebr. ad h. v.*
[6] *Hierozoic. P. I. L. I. c. III. pag. 20. sqq.* ubi de Ὀφιομαντείᾳ plura legas.
[7] *in Lexico, ad radic.* נחש.
[8] Verba ejus ita se habent: ἐπιεικῶς γὰρ λέγεται εἰς τὰς μαντείας τὰς Ὄφεις ἔχειν. ὃς καὶ Οἰωνὸς λέγον. *Lexic. pag. 686. b.* edit. Schrevelii. Conf. Coccejus *ad Sanhedrin, Cap. VII. in addendis.*
[9] *in Supplem. ad Coccei Lexic. p. 86.*
[10] *in Lexico*, ex quo verba ejus adduxit Leighius, *Critic. S. V. T. p. 142.*
[11] *Diss. X. pro formali significationis eruendo. §. 9.*
[12] *in DD. VV. ad Gen. XLIV. 5. & 15. p. 194.*
[13] Quod ejus tum *præfatio ad Commentar. L. E.* tum *peculiaris*, quæ iisdem annexa est, *Dissertatio, adversus Boblium*, ostendit. Plures, qui Bohlii conatum sub censuram vocarunt, indicat Vener. Loescherus, in exquisito *de caussis linguæ Ebrææ* opere, *L. I. cap. X. §. X. pag. 134.*
[14] *in Comment. L. E. p. 240. sqq.*
[15] *l. c. p. 506.*
[16] in *Dictionar. Hebraic. ad voc.* נחש.
[17] *Supplem. ad Coccei Lexic. l. c.*

men suum, נחש, ab *auguriis*, quæ vocabulum נחש involuit, accepisse sibi persuadentes, נחשת ideo inde derivari contendunt, quod metalli species istud sit, colorem subrufum, parvarum in serpentibus linearum instar habens prouti *Avenarius* iterum rem explicat, [1] Nonnulli tamen potius vocabulum נחש a נחשת, quam hoc ab illo derivant, atque a colore æneo, sive chalybeo, serpentem נחש appellari censent, quæ ipsa sententia nec I. *H. Majo* [2] omnimode improbatur. Alii vicissim, relicta paulisper nominum נחש & נחשת ad se invicem relatione, de prioris cum sua radice נחש convenientia sunt solliciti, & *serpentem*, ut qui omnium animalium callidissimus sit, *a calliditate, & prudentia*, qualem verbum נחש involuit, hoc suum nomen accepisse; eoque *Gen. III.* 1. allusum esse, defendunt. Et huic meditationi, præter ceteros, *Ludov. Thomassinus* etiam subscripsit, [3] post quem I. H. *Majum* hic nominamus, cujus judicio, [4] reliquis illa convenientior est habenda. Eadem fere derivandi ratio a *Gejero* fuit adhibita, nomen serpentis, נחש, *a subdola observatione*, quam exercere hoc animal soleat, deducente. [5] *Forsterus* interim cum adductis his, aliisque, quas verbum נחש, in Scriptura S., sustinere inculcavi, notionibus, aliam insuper sub qua pariter in eadem occurrat, *tentandi* nimirum, conjungit, & serpentem *a curiosa observatione*, *tentatione*, *insidiis*, *& experientia*, ita nominatum fuisse pronuntiat. [6] *Grotius* minimum hoc *Forsteri* invento tantopere delectatur, ut omni reliquo significatu dimisso, in etymologica *tentationis* ratione unice acquiescat. [7] Sed ut ad nostrum נחשת revertamur, hujus originem a verbo נחש, vel inde cum *Mercero*, [8] Criticorum nonnulli arcessunt, quod ex *æris sono* observationes olim fierent, aut ipso ære itidem varie *augures* uterentur. Quæ vero derivandi ratio aliis in sanctissimum Linguæ architectum oppido injuriosa esse videtur. [9] Omnium denique optimam, ex hactenus propositis, circa verbum נחש, cum suis derivatis convenientiam, sententiarum divortiis, eluctandi viam lingua cognata *Arabica* pandere, & ut filiam decet, matri opportune, hic succurrere nonnullis visa fuit. *Bochartus* itaque nomen נחש, ab *Arabico* ناحس, quod *infaustum esse*, *& mali ominis*, significat, deduxit, [10] cum serpentis occursus primis non modo parentibus infelix fuerit, sed etiam a posteris pro ominoso, ac infausto habeatur. Quæ ipsa etymologia etsi sæpius laudato *I. H. Majo* sese ideo non probet, [11] quod ita post lapsum, demum nomen huic impositum fuisse animali videatur: ipse tamen eandem radicem *Arabicam*, sed sub notione *vexandi*, quam itidem illa habet, retineri satis convenienter posse fatetur, nisi fortean aliquis malit *Arabicum* نخس, quod *fodiendi*, vel *pungendi*, actum involuit, aut نحس, quod *illationem noxæ* denotat, hic adhiberi, cum serpentes in pulvere latentes, prætereuntium animalium calces pungant, morsuque vexent. *Jo. Abrab. Kromayerus* [12] eandem cum *Bocharto*, ad natales nostri נחשת inveniendos, radicem نحس utpote quæ & *durum esse* notat, constituit, illamque derivato נחשת, cum *æs* sit *metallum durius*, optime respondere sibi persuadet. Ne autem quid mihi in tanta opinionum varietate, in mentem venerit, plane reticeam, ego quidem *Bocharti*, *& Kromayeri* vestigiis lubens insisterem, ac vocabulum نحس ut communem nominum נחש, & נחשת fontem, agnoscerem, ab eoque, quatenus *vexandi* notionem sustinet, nomen *serpentis*, quatenus vero, *durum esse* significat, *æris* nomen deducerem; dummodo posterior ille vocis *Arabicæ* significatus *proprio*, æque ac *metaphorico* sensu eidem sit attribuendus. [13] Plura non addo: sed *significationem* potius vocis ultimæ, (de cujus cum fonte suo, & inde derivata voce altera convenientia hactenus, quæsitum fuit,) quam in locis e Scriptura Sacra a nobis explicandis, illa obtineat, investigabimus. Etsi enim in eadem rite enucleanda Interpretes plerique parum desudent, tantum tamen abest, ut illis, quibus hoc momentum excutere visum fuit, circa eam omnimode conveniat, ut potius, pro suo quilibet arbitrio, columnarum nostrarum *materiam* determinet. Nec erraverim omnino si & illas, quæ tum de הכלים, sive *vasorum æreorum Templi Solomonei omnium* tum

de

[1] *Glossar. Univ. Hebr. pag.* 615.
[2] *loc. cit.*
[3] *Commentar. in Psal. LIX.* 5. *pag.* 860. conf. Sto4ckius, *Lexic. ad h. v.*
[5] in *Dictionar. Ebræo, ad h. v.*
[6] *in annott. ad Matth. IV.* 3.
[7] ap. Robertsonium, *Thesaur. L. S. ad h. v.*
[8] Conf. Excellent. Dn. Præsidis, *de Velis Tabernaculi, atque Templi*, Dissertat. *Sect. II. §. VI. p.* 43. *sq.*
[8] *Hieroz. P. k. L. I. cap. IX. p.* 59.
[9] *in Supplementis, sæpe citatis.*
[10] in *de usu Linguæ Arabicæ, in addiscenda Hebræa, Lib. II. c. VI. p.* 111.
[11] Conf. Golius *in Lexic. ad h. v.*
[12] Has & M. Alb. Frid. Freyerus, in *præf. dissert. I. de mari æneo Templi Solomonei*, & CL. Hasæus, *Cap. I. §. IV. pag.* 4. *sq. Dissertat. de* אבן שתיה enumerant. Quibus adde *Dissertationes binas Geometricas*, M. Paulli Henr. Nicolai, *de Symmetria maris ænei Salomonis*, 1717. hic locorum, editas.
[13] Leg. Bochartus, *Hierozoic. P. II. L. VI. cap. XVI. pag.* 880. *sq.*

de *maris ænei*, (quod, inter iſta, eruditorum diſquiſitiones, [1] in primis excitavit,) *materia*, diverſæ admodum Interpretum ſententiæ reperiuntur, huc referendas eſſe exiſtimem, ſiquidem rerum illarum omnium non aliam, quam *noſtrarum columnarum*, fuiſſe *materiam*, loca 1. *Reg*. VII. 45. & 2. *Par*. IV. 16. in ſubſidium evocata, & vel obiter introſpecta, liquido manifeſtant. Aliis itaque vel *a modo*, *has*, *illaque*, *fundendi uno*, *eodemque*, quem idem verbum יצק, 2. *Par*. IV. 1. *Reg*. VII. 16. de utriſque adhibitum, indicat; vel aliunde etiam petitis argumentis, ne quidem eſſe opus videtur. Quod ſi autem jam utrobique, obvios Interpretes paulliſper hic conſeramus, utrum ſcilicet, per illud נחשת, quod Scriptura *columnarum* pariter noſtrarum, ac *vaſorum* illorum omnium, *materiam* fuiſſe docet, *chalybem* potius an *aurichalcum*, ſive ut rectius ſcribi putant alii, [2] *orichalcum*, an vero *æs* illudque rurſus vel *Corinthiacum*, vel *Cyprium*, potius debeat intelligi, diverſis illos inter ſe rationibus, atque animis, digladiari deprehendemus. Pro *chalybe*, poſt *Junium*, *&* *Tremellium*, *Majus* militat, *quia* ſcilicet, uti poſtremus cauſſam perorat, [3] *Hebræa vox chalyben*, *multis in locis*, *ut Lev. XXVI.* 19. *Num. XXI.* 19. *Jud. XVI.* 20. *Joſ. XLIX.* 4. *Thren. III.* 7. (*fatentibus Jarchio*, *Kimchio*, *&* *Gerſonide*, uti addidit alibi, [4]) *notet*, *&* *chalybs cupro durior*, *firmiorque ſit*, *ac appellationi columnarum magis conveniat*, *quæ a firmitate*, *&* *robore*, *nomen obtinuerunt*, *Jachin*, *&* *Boas*. Ultima hæc verba illi quodam modo obſervationi ſuppetias ferre videntur, quæ *Mercero* indicante, [5] R. *Joſepho Kimchio*, *Davidis* patri accepta referenda eſt, quod nimirum *chalybs* in iſtis oraculis & quidem omnibus, concipi debeat, ubi roboris denotandi cauſſa, vox נחשת reperiatur. Diſcedit vero ab his Uulgatus, & vocem, quam non uno in loco, ubi de vaſorum Templi materia exponitur, generatim per *æs* reddiderat, 1. *Reg. VII.* 45. per *aurichalcum* determinat, atque adeo indicio haud obſcuro, prodit, quod noſtrarum etiam *columnarum* materia, ad *aurichalcum* ſimiliter reducenda ſit. Ipſum autem hoc cum illo *æris*, quod *Corinthiacum* vocant, genere, [6] in quo pars auri, pars argenti, & pars æris, color vero aureus fuerit, optime convenire, *Villalpandus*, [7] *&* *Menochius*, [8] ſibi perſuaſum habent, eademque de cauſſa, *æs Corinthiacum*, ejuſmodi metallum, quale in noſtris columnis conſpicuum fuit, referre poſſe hariolantur. Etſi vero hæc poſtrema ſententia, *Rehyero* [9] pariter probabilis viſa ſit, aliam tamen ille, qua *æs Cyprium*, ſive *cuprum*, columnarum noſtrarum materia habetur, æque cenſuit probabilem. *Lundius* autem, cui quoque *Mattheſius*, ob ejuſdem ſuperius allatam hypotheſin, erit adjungendus, eandem iſtam omnibus hactenus percenſitis, ſpecioſiorem eſſe conjicit; [10] niſi forte cuprum hoc, quoniam in columnis *Solomoneis*, optimum, & puriſſimum, illud eſſe oportuit, ipſum *æs*, ſive ut verba ejus habent, *cuprum Corinthiacum* fuiſſe crediderit, cum hoc *ære cyprio*, quod nobis *cupri* alias venire ſolet nomine, præſtantius eſſe, alibi [11] aſſeveraverit. Ex his interim omnibus, quæ ordine ſuo hactenus expoſui, interpretamentis, quibus alii forſan alia adhuc ſuperaddunt, cum unum cui tuto ſubſcribi queat, a me jam eligendum ſit, ægre & vix reperio, quod intrepide affirmem. *Chalybem* ſane in materiam columnarum noſtrarum aſſumi non debere, id quidem cauſſæ ſic ſatis prægnantes evincere videntur. Quamvis enim per נחשת aliquando & *chalybem* oportere intelligi, collatis inter ſe locis Scripturæ Sacræ, hujus ſententiæ cauſſa ſupra adductis, cum *Freyero*, [12] negare prorſus, non ſuſtineam, rationes tamen quas idem hic de *chalybis natura cum aqua*, *frigore*, *&* *aere libero non optime conveniente*, & hinc oriunda *difficultate*, *&* *vix minuta ejus fruſta liquefaciendi*, ex *Sturmio* [13] urget, [14] ſatis comprobare videntur, quod inſignis adeo & ſtupenda columnarum noſtrarum moles ex chalybe conflari neutiquam potuerit. Accedit, quod æs optimum, & præſtantiſſimum, iis conficiendis adhibitum fuiſſe, apud omnes, in confeſſo ſit; *chalybe* vero æs multo præſtantius, olim atque olim, repertum fuerit. Et hoc ipſum quidem ſi quis per *aurichalcum*, vetus illud, puta, & nativum, cum ipſo præſtantiſſimo *ære Corinthiaco* componendum, definiendum eſſe arbitretur, is omnino a recto tramite parum deviabit, utut ſcriptores, indice

[1] *in Oeconom. V. T. p.* 829. *ſq.*
[2] *in Supplementis*, nimirum, *ad Cocceii Lexic. pag.* 86.
[3] ap. Robertſonium *Theſ. L. S. ad h. v.*
[4] Tria, nimirum, ejus fuiſſe genera, ſingula quidem ex *auro*, *argento*, & *ære*, ſed diverſa ratione conflata, ita ut in uno *aureus*, in altero *argenteus* nitor obtineret, in tertio *æqualis omnium* eſſet *temperies*, ex *Plinio*, & *Iſidoro*, conſtat, ex quibus illa perſequitur Bochartus, *Hieroz. P. II. L. VI. cap. XVI.* p. 879. *ſq.*
[5] *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. Lib. V. c. XXXVI. pag.* 484. *ſq.*
[6] *commentar. in* 1. *Reg. VII.* 45.
[7] *Math. Moſaic. No. XXXIX.* §. 7. *p.* 707.
[8] J. H. *L. II. cap. XII. p.* 295.
[9] *Lib. I. cap. V. pag.* 19.
[10] *diſp. cit. Obſ. IX. p.* 36.
[11] *Diſſ. de mari æneo*, *pag.* 14.
[12] *l. c. Obſ. XII. p.* 45.
[13] *Hierozoic. P. II. L. VI. c. XVI. pag.* 882.
[14] *l. c. pag.* 880.

Bocharto [1], post *Aristotelem*, in hunc usque diem, de eo inter se litigent: Utrum aurichalcum istiusmodi revera jam nunc exstet, aut unquam ullibi exstiterit. *Corinthiacum æs* aperte hic eligunt *Arabs* atque *Syrus*, Paraphrastæ antiquissimi, quando authentica, 1. *Reg. VII.* 45. נחשת ממרט, *æs politum*, *vel tersum*, ab ipso per نحاس رومي *æs græcum;* ab hoc vero pressius adhuc, per ܢܚܫܐ ܩܘܪܢܬܝܐ *æs Corinthiacum*, transferuntur. Et recte omnino ex horum sententia, juxta cum aliis, quæ *Bochartus* [2] urget, argumentis, colligi posse existimo, quod æris Corinthiaci origo, multo longius quam, ut vulgo creditur, [3] ab excidio *Corinthi* urbis, arcessi debeat. Ceterum cum dubio illud non careat, utrum scilicet, annis plus nongentis, (quanto temporis spatio, Salomonis Templum, excidium urbis hujus, anno V. C. DCVIII. dirutæ, antecessisse oportet,) ante excidium urbis celeberrimæ, æs, quod *Corinthiacum* ab ista nuncupabatur, in usu ita tum fuerit; nemo illud unquam sibi sumet, ut præfracte affirmet, quasi materia columnarum nostrarum, ex eodem isto præcise constiterit. Præstabit proinde ut vel simpliciter, *æris* nomine, eandem istam indigitemus, vel si omnino peculiaris quædam æris species determinanda fuerit, ad *cuprum*, utpote quo nostro ævo, inter illas, præstantior vix habetur, eandem referamus. *Cuprum* vero dum nominamus, intellectum utique hic discupimus *optimum*, *mundissimum*, *polituræ aptissimum*, *nostroque æri*, quod *Cyprium* vulgo audit, longe anteferendum. Hanc enim cautelam, addita 1. *Reg. VII.* 45. & 2. *Par. IV.* 16. huic æri epitheta נחשת ממרט, & נחשת מרוק, aperte nobis suppeditant, qui tamen cum *Josepho*, [4] & qui ejus vestigia hic premit, *Villalpando*, [5] eapropter eo non delabimur, ut arbitremur, quasi נחשת hoc, ipso auro fuerit pretiosius, cum *Edmundo* etiam *Castello* judice, [6] *omnes* נחשת, *ipsa ærugine, ferramentisque quibuscunque, æruginosiores sint, dum præ auro, nitere illud ambiunt*. Unde ceteroquin æs hoc advectum fuerit, super eo negotio, 1. *Par. XIIX.* 8. Sacer Codex sufficienter nos informare videtur, quando ibidem David *multum æris, ex Adarezeri urbibus, Tibchat & Chun*, (quæ 2. *Sam. IX.* 8. *Betach*, & *Berothai* vocatur,) *sustulisse*, memoratur, *ex quo postmodum Solomon*, præter *mare æneum*, *columnas* etiam, atque *vasa* reliqua *ænea* perfici curaverit. Et sane si dictæ istæ urbes, ut quidam opinantur, ad ipsas montis *Libani* radices, *Emath* inter atque *Damascum*, sitæ fuerunt, æs forsan illud, ex monte Libano, juxta eorum opinionem, qui χαλκολίβανον *Apoc. I.* 15. inde nomen habere adstruunt, effossum fuisse, recte crederetur, nisi *Bochartus* falsitatem opinionis utriusque, ad liquidum demonstrasset. [7] Certiora longe sunt, quæ de *crassitudine*, vel *densitate æris* in columnarum nostrarum confectionem, adhibiti in medium a nobis erunt proferenda. Ipse enim Spiritus Sanctus eandem, *Jerem. LII.* 21. [8] per sequentia, nobis suppeditat ועביו ארבע אצבעות נבוב: Hæc autem verba, si quisquam alius Interpretum, *Syrus* optime expressit, παραφράζων ܘܥܒܝܘܬܗ ܐܪܒܥ ܨܒܥܢ ܘܚܠܝܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܠܓܘ: *Et densitas ejus* (scil. columnæ) *quatuor cubitorum*, *& cava*, (nempe eadem ista columna erat) *intrinsecus*. Cum hoc, ut alios taceam, exacte Lut. concordat, quando originaria itavertit: Und war vier Finger dick / und inwendig hohl. Ex his itaque cum de *re ipsa* manifesto satis constet, æris nimirum densitatem, ad cavitatem columnæ, esse æstimandam, nolumus, ne præter rem prolixi simus, de *verbis* multum, cum aliis quibusdam, tricari. Studiose hinc prætermittimus, quam alioqui commode jam nunc instituere nobis liceret, evolutionem, tum significatus vocabuli אצבע, de quo, (quod obiter observamus,) *Jo: Mariana*, [9] *Casp. Waserus*, [10] alii frustra adnotant, quasi quantum ad *mensuræ* notionem exprimendam, adhibetur, plane istud in sacris literis non occurrat; tum etiam radicis vocis נבוב, quam *Lexicographorum* alii, ut *Kimchius*, *Buxtorfius*, *Robertsonius*, *Gussetius*, בוב, alii & rectius forsan cum *R. Mardochai Nathan*, *Forstero*, *Avenario* נבב, esse contendunt, quibus tertiam derivandi rationem associamus, quam *Pagninus*, & Ca-

[1] Integram hujus rei historiam exhibent Plinius, *Lib. XXXIV. c. II.* Pancirollus, *de rebus deperditis*, *pagin.* 234. Salmuth, *in notis*, & ex iis, Lundius, J. H. *Lib. l. c. V. pag.* 19.

[2] *Antiqq. Jud. Lib. VII. cap. VI. pag.* 198. *ed. Froben.* ubi ἦτι δὲ καὶ χαλκὸς, inquit, ὃν τοῦ χρυσοῦ κρείττονα ἔλεγον.

[3] *T. II. P. II. Lib. V. Explanatt. in Ezech. c. LXXXII. pag.* 405.

[4] *Lexic. Heptaglott. pag.* 2280.

[5] *l. c. pag.* 884. *sqq.*

[6] Quod *Scriptor libri regum*, de hac *cavitate columnarum*, nihil retulerit, ejus rei caussam ABARBANEL hanc reddit: לפי שכותב הספר הזה היה כוונתו להגיד הדברים חמורים על מעלת שלמה וגדולתו לא זולת זה: i. e. *quandoquidem intentio scriptoris hujus libri fuit indicare* (tantum) *eas res*, *quæ ostenderent excellentiam Solomonis*, *& magnificentiam ejus*, *non* (vero) *rem viliorem præsentem*; *in Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[7] *de ponderibus & mensuris*, *Cap. XIX. p.* 93.

[8] *de antiquis mensuris Hebræor. Lib. I. cap. III. Critic. SS. T. V. P. III. pag.* 103.

[9] indice Robertsonio, *Thes. L. S. ad rad.* בוב

[10] *Critic. S. V. T. pag.* 19.

& *Cavalerius*, [1] *Leighius* item, [2] & a ſe ipſo tantiſper diſcedens *Buxtorfius*, [3] tuentur, quaſi נבוב a*Rabbinorum* ביב quod *foſſam*, *locum excavatum*, indigitat, natales ſuos arceſſerit. Sive autem illud אצבע *Hebræorum*, ſpatium *quatuor* granorum tritici expleviſſe, cum *Waſero*, [4] & *Calovio*, [5] affirmes, ſive *duo* adhuc grana iis debere *ſuperaddi*, *Marianæ*, [6] (id quod tamen nos non probaremus,) largiaris, minor nihilominus longe hæc menſura fuerit, quam ut τὴν διάμετρον columnarum noſtrarum, iſtis ארבע אצבעות *quatuor digitis*, inſinuari, cum *Hug. Grotio*, [7] exiſtimemus. Multo ſane promtior quam hominem Chriſtianum decebat, codicem authenticum corruptionis inſimulandi occaſionem, & hic locorum is arripuit, dum: *Omnino neceſſe eſt*, inquit, *ſcribæ hic erraverint in numero : Nam quatuor digiti non poſſunt facere dimetientem ambitus octo* (forſan dicere voluit *duodecim*, ut eſt in textu ſacro, [8] *cubitorum in columna*. Jure proinde atque merito ſuo, tum *Calovio* noſtro, [9] tum etiam *Gatakero*, [10] ob temerariam hanc licentiam vapulavit poſteaquam aperte conſtet, quod Propheta non *diametrum columnæ*, utpote quæ ex peripheria ante tradita haud difficulter colligi poterat, ſed *craſſitudinem* potius *æris*, in univerſo columnæ ambitu conſpicuam iſto in loco determinare voluerit. Neque vero, hic audiendus erit *Villalpandus*, quando is, nulla apodictica nixus certitudine, *de modo pondus æris hujus inveſtigandi*, ediſſerit, [11] *ſe*, nimirum, *columnam quandam ligneam, cum ſua trabeatione, fieri curaſſe, cujus altitudo eſſet cubiti unius, haberetque eas omnes partes, proportiones, & ornamenta, quæ unaquæque illarum ænearum habuerit : deinde ex eadem ligni materia, fieri curaſſe corpus quoddam regulare, cujus menſura, facili negotio, & exacte, haberi poſſet, & pondus : quo mediante proportionem invenerit, quam lignum habuit ad æs : hac inventa ſe deinceps ad reliqua perveſtiganda, progreſſum fuiſſe*, (qua ratione, *l. c.* prolixius explicat,) donec tandem compertum habuerit, *in duabus his columnis conflandis, impenſa eſſe æris talenta* 19027. *libris Romanis*, 23178375, *paria*. [12] Hæc enim computatio utut non ſine multo labore inſtitui potuerit, fidem tamen eo merebitur minus, quo magis Virum hunc CL. hypotheſibus ſuis de *altitudine*, *craſſitie*, atque *ornatu*, (hunc enim per *trabeationem* intelligit,) *totaque* adeo *forma* columnarum noſtrarum, Scripturæ S. ut mox docebimus, e diametro adverſis, in eadem adornanda indulſiſſe certum eſt. Fruſtra inſuper in eo Vir laborioſus deſudat, ut poſtquam ſemel *Eupolemi* aſſertum, quo *columnas haſce noſtras auro puro, ad digiti unius craſſitudinem, incruſtatas fuiſſe*, perhibet, [13] ſuum quoque fecerat, *quot auri talenta, hujus rei cauſſa, expenſa fuerint*, calculo ſubducto, operoſe demonſtret, tandemque ſummam ejus, per 5758. talenta, 21. libras, & 10. uncias, h. e. *96910078*. [alibi *95953124*. tantum dixerat [14]] ſcuta *Romana* anxie circumſcribat. [15] Cum enim Scriptura S. nihil prorſus de hac auri, in columnis noſtris, obductione, ullibi inculcet, neque etiam res illa aliunde idoneo quodam argumento, comprobari queat, melius omnino rebus ſuis conſuluiſſet *Doctor Cordubenſis*, ſi ſepoſita *Eupolemi* auctoritate, negotium iſtud plane non attigiſſet.

§. V. Sed miſſis his ad columnas noſtras formandi methodum pergendum tandem erit. Hanc autem etſi divinus ſcriptor, in *quarto* non minus, quam *primo*, oraculorum noſtrorum, 1. *Reg. VII.* 15. *ſeqq.* nempe, & 2. *Par. III.* 15. *ſq.*, attigiſſe videri queat, verbum tamen ויעש, quod loco excitato ultimo, adhibetur, generalius eſt, quam ut inde certi aliquid, pro hac ipſa methodo eruenda, poſſimus conjicere. Nec aliam omnino principum Interpretum quiſquam, niſi quæ eidem *Hebræorum* verbo עשה, *fecit paravit*, *paravit faciendo*, exacte reſponderet, notionem hic adhibuit. *Chaldæus* ſane pro ויעש habet ועבד, *Syrus* ܥܒܕ, *Arabs* صنع, *Græci* καὶ ἐποίησε, quas ſingulas voces authenticæ illius, quam ſtitimus, ſynonyma eſſe, *Lexicographi* ad unum omnes fatentur. Nobis itaque ex locis excitatis, *prior* ſcilicet 1. *Reg. VII.* 15. *ſqq.* [præſertim, ubi iſte cum aliis, de colum-

[1] *L. T. p.* 294. [2] *l. c. pag.* 104.
[3] *Bibl. Illuſtr. T. I. Proleg. p.* 181.
[4] *loc. cit. p.* 92.
[5] *ad h. l.*
[6] Quæ Poli, in Grotii verba, animadverſio eſt, *Synopſ. ad h. l.*
[7] *Bibl. Illuſtr. ad loc. cit.*
[8] Hunc enim *Annott. Anglicarum*, *in Jeremiam*, quæ Polus *ad h. l.* allegat, auctorem eſſe, ipſe Polus docet, *præf. Vol. III.*
[9] *Explanatt. in Exech. T. II. P. II. L. V. cap. XXXVII. pag.* 486. *ſq.*
[10] Conf. *l. c. Cap. LXI. pag.* 552. quo in loco, ob typothetæ errorem, in margine, tantum, 2378375. Libræ apparent.
[11] ap. Euſebium, *Præpar. Evangel. Lib. IX. p.* 264. edit. Pariſ. 1544. Verba ejus ſunt: Καὶ καταχρυσῶσαι αὐτοὺς (ſc. στύλους) χρυσίῳ δακτύλῳ τὸ πάχος.
[12] *Lib. V. cap. XXXVII. pag.* 487.
[13] *Lib. V. cap. LX. p.* 552. Dietericus, *Antiqq. Bibl. pag.* 365. &, qui hunc ſequitur, Lundius, *J. H. L. II. cap. XII. p.* 297. ex hac Villalpandi ſumma, 86. auri milliones efficiunt. Cappellus, vero, in *Triſagio pagin.* 21. *T. I. Bibl. Polyglott. præmiſſo*, errore, ni fallor, typographico, loco 96910078. ſcutor. Roman. 9691078. tantum poſuit.
[14] *Dictionar. pag.* 345.
[15] *Comm. L. E. ad rad.* יצק *A.*

nis noſtris, ex inſtituto quidem non exponentibus, huc tamen ob materiæ nexum, modo quodam ſuo omnino pertinentibus, dextre conferatur,] eam *formandi methodum*, indice quaſi digito, commonſtrare videtur. Quod ut liquidius appareat, vocabulum ויצר, quod ibidem reperitur, nec incommode a *Vatablo* per verba: *Et dedit formam*, *& figuram*, exponitur, paullo ſollicitius nobis explanandum venit. Quamvis enim illud cum *Forſtero*, [1] & qui eidem ſententiæ faviſſe videtur, *Guſſetio*, [2] a יצר *finxit*, *formavit*, *formam induxit*, tanquam genuino ſuo fonte, ob præfixi ו׳ הפוך *Vau converſivi* puncta futuris propria, deducere non ſuſtineam; quin potius unam ex radicibus צור, & צרר, quarum utraque *anguſtare*, *conſtringere*, *comprimere*, *colligare coarctando*, *& in anguſtum ſtringendo*, proprie denotat, hic aſſumendam eſſe judicem; utriuſque tamen hujus radicis, ad quarum priorem cum *Bocharto* [3] *Coccejus*, [4] *Robertſonius*, [5] alii ſe recipiunt, cum eodem vocabulo יצר, intimiorem cognationem, & convenientiam, qua alterum alterius exhibet ſignificationes, [quippe quæ a *Lexicographis*, Scripturæ dictis diligenter inter ſe collatis, dudum comprobata eſt,] in dubium vocare plane non auſim. Quum vero hoc vocabulum יצר, proxime eam *formandi methodum*, quæ *figulis propria* eſt, & per quam hi ipſi ſine *manibus*, ſive *modulo*, formam aliquam in materiam argilloſam imprimunt, indicet; id ſimul poſita illa, vocabuli hujus, cum duobus reliquis allegatis, צור, & צרר, convenientia, patere exiſtimamus, quod *formandi methodus*, in noſtrarum columnarum fabrica, adhibita, & per vocabulum ויצר deſcripta, in eo generatim conſtiterit, ut נחשת, ceu materia earundum, *modulo* quodam, quum *manibus*, ob duritiem, & vaſtitatem molis fieri id non potuerit, arcte comprimeretur, & hac demum ratione, in certam quandam formam redigeretur. Nec alio procul dubio reſpectu, Interpretes Bibliorum *Occidentales*, [de *Orientalibus* enim ut ex *LXX. Græcis*, in mox ſecuturis videbimus,] *Latini*, tantum non omnes, noſtrum ויצר aut cum *Vulgato: Et finxit*, aut cum *Pagnino: Et formavit*, reddiderunt. Et huc etiam verſiones *Belgica* Ordd. Fœdd. *vvant by vormde*; nec non *Judaico Germanica Joſephi Athiæ*, Und er formt/ referendæ ſunt. At enim vero poſteaquam, cum materia columnarum, res ita comparata ſit, ut formam ſibi inditam, abſque liquefactione, recipere non potuerit, vel inde etiam *fuſas* eaſdem fuiſſe, recte omnino argueremus, niſi ipſe divinus Scriptor exſerte illud non uno in loco, fuiſſet teſtatus, Etſi enim 1. *Reg. VII.* 16., idem iſte, tantum de כתרות, *coronamentis*, earum, quod מצק נחשת, *fuſura æris*, [6] illa fuerint, referat; minime tamen a vero ille aberraverit, qui ab hac coronas illas *formandi methodo*, ad integrarum columnarum efformationem, conſequentiam valere contendat: quamvis de cetero, conjecturæ *Guſſetii*, [7] quaſi vocabulum יצק, non de *columnis æneis*, ſed de *earum coronis* ſolum, eam ob cauſſam, h. l. adhibeatur, *quod columnæ*, *præ nimia magnitudine*, *factæ per partes*, *ac deinde coagmentatæ fuerint*, ſuus non immerito locus videatur eſſe relinquendus. Sed vero clarius adhuc id quod non obſcure, ex *priori* oraculorum noſtrorum, bonæ conſecutionis medio, jam oſtenſum eſt, ex 1. *Reg. VII.* 46., & qui huic loco παράλληλος eſt, 2. *Par. IV.* 17. poterit conſtare, ſiquidem in utroque hoc capite, poſtquam *ornamenta*, *& vaſa Templi Solomonei*, Scriptor ſacer percenſuiſſet, interque ea *noſtrarum* etiam *columnarum* meminiſſet, tandem de iis omnibus ſubjungit: יצקם המלך *fudit ea Rex*, ſive ut optime *Lut.*, & poſt eum, *Piſcator*, vertit: „ ließ ſie der König gieſſen. Atque hunc ipſum columnas noſtras *fuſoria arte efformandi* modum, ſtatim in limine deſcriptionis earundem, indicare Interpretum nonnulli voluerunt. Vocabulum enim ויצר, in quod paullo ante inquiſivimus, ab *Arabe*, [*Syrus* enim & *Chaldæus* idem verbum, forma tantum futuri in præteritum tranſmutata retinent,] وأفرغ *Et fudit*, a LXX. *Græcis*, per καὶ ἐχώνευσε, & ex recentioribus, a *Gallis*, per *Il fondit*, a *Diodati*, *Italice: fece gittare*, ab *Anglis*: *Did Caſt then*, a *Clerico*, *Latine*: *Et conflavit*, atque a *Caſp. Ulenbergio*, *Germanice*; Und er goß/ fuit redditum. Et hæ omnes quidem verſiones non tam vocem allegatam, ויצר, quæ ibi in fontibus reperitur, quam rem ipſam, cujus illuſtrandæ cauſſa alibi ut jam indicavimus, adhibitum voca-

1 *Hierozoic. P. II. L. II. cap. XXXIV. p.* 334.

2 *Lexic. ad h. v.*

3 *Theſaur. L. S. ad h. v.*

4 Ita malim, cum Forſtero, *Dictionar. p.* 344. vertere, quam cum ceteris Interpretibus, quos, magnam partem, Polus, in *Synopſ. ad h. l.* indicat, particulam מן, vel *ante*, vel *inter*, has duas voces, ſubaudire.

5 *loc. cit.*

6 *Lexic. Hebr. ad h. v.*

7 *Critic. S. V. T. pag.* 95. Nonnulli alias *antiphraſes*, ſtudioſe ex Hebraiſmo, eliminandas eſſe cenſent, quorſum Guſſetium excitaſſe ſufficiat, qui antiphraſin, *figuram omnium minime probabilem*, habet, *Comm. L. E. pag.* 22. *lit.* F. Conceſſerunt tamen juxta cum Leighio, *l. c.* eaſdem Glaſſius, *Philol. S. Lib. V. Tr. I. cap. V. pag.* 1506. *ſeq.* L'Empereur, *ad cod. Middoth*, *pag.* 159. Hottingerus, *Smegm. Orient. pag.* 100. aliique.

vocabulum יצק est, ut cuilibet obvium id ipsum erit, exprimunt. *Metallorum* enim *fusioni* ultimum isthoc verbum quasi proprium est, nec *Buxtorfio* judice, [1] *duplicem*, quem habet, *fundendi* nimirum & *durescendi* significatum, alia de caussa sustinet, quam *quia Metalla Fusa rursus consistunt, atque firmiora sunt*. Et convenientior omnino isthæc videtur esse ratio, quam si *per antiphrasin*, quam *Leighius* insimul huic inculcat, [2] diversam adeo, sibique invicem oppositam huic verbo notionem, tribuere velimus. Etsi vero idem vocabulum, non solum de rebus *arte liquefactis*, quales metalla sunt, quando funduntur; sed de rebus etiam *per se liquidis*, immo de *aridis* quandoque usurpari optime sciamus: potior tamen ejus significatus, *a metallorum fusione* nihilominus accersendus remanebit, maxime quum & ipso *Avenario* [qui per conversionem radicis, nostrum Giessen inde derivat,] teste, [3] de ejusmodi *liquidis*, *quæ non latius disperguntur*, *sed protinus coalescunt*, & *coagulantur*, *ut metalla dicuntur fusa*, *cum liquefacta sunt vi caloris*, notio hæc adhibeatur. Quomodocunque autem ista se res habeat, *fusas*, *atque typo*, *seu modulo expressas* fuisse columnas nostras ex hactenus dictis sponte puto consequetur. *Ad ipsos* vero hosce *modulos* porro, quantum attinet, peculiaris plane circa istos, perinde ut reliqua *Templi Solomonei* vasa ænea, *efformandi methodus* adhibita fuit. Nec enim, qui mos alioquin apud artis fusoriæ peritos obtinet, *ex terra*, vel *argilla effossa* hi moduli confecti, sed *in ipsa* potius *terra defossa*, iidem illi adornati fuerunt. Non obscure hoc ipsum, nisi me fallunt omnia, duo jam citata Scripturæ loca, 1. *Reg. VII.* 46. & 2. *Par. IV.* 17. indicant, dum illic, במעבה האדמה hic vero בעבי האדמה [4] *fusas fuisse nostras columnas*, *asseveratur*. Equidem nescius plane non sum, voces illas diversimode ab Interpretibus transferri, cum alii, ut *Syrus*, & *Arabs*, a vocum authenticarum notionibus, hic plane recedant, easdemque, *Reg. l. c.* ܒܫܘܦܪܐ ܕܐܪܥܐ *in pulcherrima terra*, & في احسن موضع من الارض, *in pulcherrimo loco terræ*, interpretentur; alii, ut *Mariana* [5] auctor est, de ipsorummet potius *modulorum*, ex terra effossa confectorum, quam ipsius *terræ defossæ crassitie*, voces hasce accipiant, eaque propter *in copia terræ*, illas reddant; alii vicissim & plurimi quidem, quos maximam partem *Polus* [6] enumerat, *in argillosa terra*, vel ut *Clericus* habet, *in solo argillaceo*, aut *pingui*, non male, easdem exponant. Neque vero negaverim, omnino verba isthæc, quomodocunque illa vertantur, tum *de solo illius tractus*, [quem antea indicaverat Scriptura, nosque ulterius statim investigabimus,] *tum de ipsis argillæ formis*, *in quas æs liquefactum conjectum fuit*, *posse intelligi*, quæ *Clerici* jam nominati ad eadem observatio est. [7] At omnium tamen optime illorum huc quadrare explicatio mihi visa est, qui duo vocabulis istis duobus involui momenta iisdemque, tum quod *in crassitie terræ* ipsius *defossæ*, sive *soli* columnæ nostræ fusæ fuerint; tum quod hæc ipsa terra *argillosa* sive *condensata* fuerit, indicari sibi persuadent. Utramque certe significationem, utrumque nostrum vocabulum עבי, & מעבה, si cum sua radice עבה quæ non minus *incrassatum*, quam *condensatum esse* denotat, illa conferimus sustinere posse, nemo qui interiora hujus negotii paullo penitius introspiciet temere infitiabitur. Rem vero omnem quo eo apertius, quæ memoravi patescant verbis *R. Salomonis Ben Melech* edisseram. Ita autem ille, tum ad voces duas, במעבה האדמה, 1. *Reg. VII.* 46. tum ad voces, בעבי האדמה, 2. *Par. IV.* 17. iisdem, utrobique verbis commentatur: פירוש בעובי האדמה יצקם כלומר מרוב כלי הנחשת ומגודל הכלים לא יספיקו לו הכורים ולא יתכן התכתם בכורים ויצקם בעובי האדמה כלומר שחפרו באדמה כעין כורים ורבינו יונה פרוש שעשה הכרים מהמשובה שבחמר ומן העב שבו וזהו דעת המתרגם שתרגם גרגשתא והוא עפר ארום וירוק קורין לו בלע׳ ארז״לא יעשו ממנו הכורים להתיך בהם המתכות: i. e. *Explanatio est: in crassitie terræ fudit ea; quasi dicas præ multitudine vasis ænei, & præ magnitudine vasorum non sufficiebant ei catini, nec conveniens*

[1] *Dictionar. ad h. v.*

[2] Diversam equidem quod ad hanc vocem attinet, Codicum SS. observavi lectionem, cum permulti vocis בעבי, litteram ultimam exhibeant quiescentem in (..), ac si numero plurium, illa usurparetur; alii vero quos inter *Opitianus* est, quo ego utor, quiescentem in (.) vocali sibi propria. Quæ utraque lectio, etsi retineri commode posset, mallem tamen priori, vel ea de caussa, posteriorem præferre, quod in loco parallelo 1. *Reg. VII.* 46. vox במעבה, ejusdem tum originis, tum significatus, iisdem singulari numero reperiatur. Nec aliter olim *Masorethæ*, & *Kimchius* legerunt, juxta ac censuerunt. Conf. illorum *annot.* ad 2. *Par. IV.* 17. Hujus *lib. radicum*, *s. l.* Add. Coccejus, & Robertsonius, *in Lexicis*, *ad h. v.*

[3] *in comment. ad h. l.* quem excitat Polus in *Synopsi ad h. l.*

[4] *loc. cit.*

[5] *Commentar. ad h. l.*

[6] Utrobique enim locorum, quæ excitata sunt, *Chaldæus*: בעובה גרגשתא, *in densitate argillæ*, verba *Hebraica* interpretatur. *Græci* ἐν τῷ πάχει τῆς γῆς, *in crassitie terræ*, eadem reddiderunt.

[7] Hanc enim utpote *terræ suæ vernaculam*, voce בלעז, R. Salomo indigitat, siquidem quod satis constat, *Hispanus* ille fuit natione. Confer, interim Vener. Wolfii *Biblioth. Hebr. p.* 1075.

niens erat fusio ipsorum in catinis : propterea fudit ea in crassitie terræ : ac si diceret, quod foderint in terra instar fornacium. Et R. noster Jonah explicat, quod fecerint fornaces, ex optimo, densoque luto, & hæc etiam sententia est Paraphrastæ Chaldæi, qui transtulit נרנשתא. [1] *Est autem* נרנשתא, *terra rufa ac viridis, quam lingua barbara* [i. e. Hispanica,] [2] Arzilla *vocant, ex qua conficiunt catinos ad fundenda in iis metalla*. Eandem cum Rabbino nostro sententiam ante eum, *R. Dav. Kimchi*, [3] a quo ubivis fere sua iste mutuatur, *R. Levi Ben Gerson*, [4] & *R. Don Isaac Abarbanel*, [5] ac post eum *Casp. Sanctius*, [6] *Aug. Vagetius*, [7] ut & is qui *Vatablo* referente, [8] verba *Hebraica* sæpius excitata *in cavernis*, vel *cavitatibus in terra* interpretatus fuit, tuentur. Et sane extra terræ fundum, si tanta columnarum nostrarum moles fundi potuisset, vix ratio quædam nobis suppeteret cur in loco, ab urbe *Hierosolyma* admodum distante, potius quam in eidem propinquo fundi debuerint, nec majori cum commodo argilla illius loci propius ad *Hierosolymam* advecta ibidemque demum ex illa formæ fusoriæ confectæ fuerint. Ut autem ipsum hunc formationis columnarum nostrarum *locum* subnata hac perquam opportuna occasione paullisper hic contemplemur, Scriptura S. illum, in oraculis duobus sæpius allegatis, 1. *Reg. VII.* 46. & 2. *Par. IV.* 17., בככר הירדן, *in planitie Jordanis*, vel uti *Vatablus*, recte παραφράζει *in planitie quæ adjacebat Jordani* fuisse commemorat. Et ad priorem quidem quantum attinet vocem in statu regiminis positam, apud omnes constat quod etymologia ejusdem subdifficilis sit, atque obscura. Satis id ipsum tot *Philologorum* a\ seinvicem multum discrepantes sententiæ loquuntur, quippe qui neque de genuina ejusdem radice, neque de proprio, ac præcipuo vocis ipsius significatu, hucdum inter se conveniunt, nec definire etiam ausi sunt; utrum *planitiem*, aut *placentam*, aut *metallum*, sive *talentum*, quæ singula Spiritus S. hoc vocabulo exprimere solet primario, illud indigitet. [9] Utcunque vero hæc sese habeant, nobis sane vix improbandum *Andr. Riveti*, super hac ultima præsertim controversia, judicium videbatur, qui : *Probabilior*, inquit *mihividetur sententia, vocem hanc primo significare planitiem, sive locum planum, & depressum ; postea placentam aut tortam, quasi panem pressum, & planum, at tandem metallum*. [10] Nostris, minimum in locis non alium quam qui excubias quasi apud *Rivetum* agit, & reliquis omnibus præmittitur, vocis significatum obtinere posse nemo, ut putamus temere infitiabitur. Nec quicquam obstat huic asserto, *Versionum* si fortean quædam hic reperiatur discrepantia, siquidem hac tantisper etiam admissa, *Textui Originali* magis quam *Versionibus* inhærendum est immo ipsis iisdem curatius paullo introspectis illas, peregrini quicquam haud inculcare, deprehendimus : Chaldæus sane quem ex *Rabbinis*, *Kimchius*, *Ben Gerson*, *Ben Melech*, alii sequuntur, [11] pro vocabulis *Hebræis* בככר הירדן adhibet במישרי ירדנא, *In planitiebus Jordanis* sive, ut *Matth. Frid. Beckius* vertit, *in campestribus Jordanensibus* : LXX. autem *Græci* etsi verba authentica, quæ utroque in loco, eadem plane sunt, diversimode interpretentur, ac pro iis, 1. *Reg. VII.* 46., ἐν τῷ περιοίκῳ τοῦ Ἰορδάνου, *in vicinia Jordanis* habeant ; 2. *Par. IV.* 17., vero illa per ἐν τῷ περιχώρῳ τοῦ Ἰορδάνου, [12] *in circumjacente regione Jordanis*, reddant utrobique tamen pro indole sui idiomatis vocem *Hebraicam*, de qua in præsenti sermo nobis est, sic satis apte transferunt. Nam & περίοικος, quo vocabulo, *Svida* interprete, ὁ περὶ τὴν οἰκίαν, ἢ τὴν ἔπαυλιν τόπος, *locus domum urbemue ambiens* proprie designatur [13] & περίχωρος, cujus primitivum χῶρος, vel χώρα, *Majo* judice, [14] cum ipso *Hebræorum* ככר, optime convenit unius ejusdemque

[1] *Comm. ad* 1. *Reg. VII.* 46.

[2] *Comm. ad l. c.*

[3] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[4] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 46.

[5] *diss. II. de his columnis, Sect. VI. §. VI.*

[6] *in Nott. ad* 1. *Reg. VII.* 46.

[7] Confer huc e multis, Fullerum, *Miscell. S. Lib. VI. cap. XVI. pag.*745. Vvaserum, *de nummis, Hebraicis Lib. II. cap. XIX. T. V. Critic. SS. P. III. p.* 84. *seq.* Leighium, *Critic. S. V. T. p.* 104. Robertsonium, *Thesaur. L. S. ad h. v.* Majum *nott. ad Coccei Lexic. p.* 62. Gussetium, *Comm. L. E. p.* 382. *sq.* alios.

[8] *Commentar. in* Exod. *XXV.* 39. *Opp. T. I. p.* 1221. *a.* ed. Roterod. 1651.

[9] *in Commentariis suis, ad hh. ll.*

[10] Ex hac ultima verborum Hebraicorum versione Græca, duo loca, *Matth. III.* 5. & *Luc. III.* 3. explicari posse, Matth. Frid. Beckius observat, in *nott. ad Paraphr. Chald. in* 2. *Par. IV.* 17. conf. Lightfootus, in *Horis*, *ad Matthæi l. c.*

[11] Conf. Ejus *Lexic. Græc. ad h. v.* Iisdem verbis vocabulum περιοίκιον, quod τῷ περιοίκῳ synonymum est, explicat Hesychius, *Lexic. Græc. p.* 754. edit. Schrevelii.

[12] *in Supplem. ad Coccei Lexic. pag.* 62. Avenarius insuper cum eadem voce hebræa, si inversum illa legatur, Latinorum *regionem* convenire asserit, *Dictionar. ad h. v.* De cetero vocabulum περίχωρος, in ipsa *Gemara Hierosolymitana* occurrere, Lightfootus, *l. c. pag.* 216. indicat, cui illud idem videtur esse, quod Plinius, *regionem per oram*, dixit.

[13] *Palæst. T. I. Lib. I. c. LV. pag.* 360.

[14] Ad verbum vertendum foret : *ad latus Jordanis*. Vocabulum enim ܓܢܒܐ, quod *Syris*, alias perinde ut *Hebræis*, *furem* designat, videtur h. l. *latus* denotare, significatione ab *Arabibus* mutuata.

que significationis vocabula, & prouti *Relandus* observat, [1] dictæ *Hebræorum* notioni exprimendæ propria sunt. Sed neque *Syrus*, neque *Arabs*, hic in diversa a nobis, & hactenus recensitis Interpretibus abiisse censendi sunt, etiamsi locum quem Scriptor sacer per verba בככר הירדן, insinuat longe aliter nobis descriptum exhibuerint. Quod si enim in verba illius : ܟܟܪ ܕܒܦܩܥܬܐ ܕܐܝܪܝܚܘ ܥܠ ܝܘܪܕܢܢ i. e. *Chachar, quæ est in planitie Jericho secus Jordanem*, [2] & hujus : في خاخار التي في قاع اريحا علي شط الاردن i. e. *In Chachare, quæ est in planitie Jericho*, [3] *secus ripam Jordanis*; paullo sollicitius ut par est, inquiramus cum proxime allatis, *Chaldæi*, *Judæorum*, *Græcorumque* interpretationibus illa optime convenire deprehendemus. Utut enim quid authenticum vocabulum ככר, h. l. sibi velit, non satis assecuti isti videantur, dum idem illud quasi nomen esset proprium, suis in versionibus invariatum retinent; rem tamen ipsam, & locum cujus isthoc vocabulum, indicium facere debebat, probe hac sua interpretatione uterque declarat. Nihil namque aliud ut recte omnino Celeberrimus, & in hoc literarum genere, ad prime versatus, *Hadr. Relandus* conjicit, [4] per nostrum ככר הירדן intelligendum venit, quam istud μέγα πεδίον, sive *campus* ille *magnus*, in sacris literis alias, ut *Deut. IV.* 49. *Jos. XI.* 2. *XII.* 3. & *Ezech. XLVII.* 8. sub nomine ערבה, *loci campestris* celebris quem ex *Josepho*, *Eusebio*, *Hieronymo*, aliisque vivis quantum licuit coloribus depictum, idem Vir modo laudatus [5] adumbravit. Adscribam ut quam fieri potest, brevissimis rem omnem edisseram, verba posterioris Patrum optimi : *Appellatur autem* inquit, (scilicet αὐλὼν [6]) *vallis grandis, atque campestris, in immensam longitudinem se extendens quæ circumdatur ex utraque parte montibus, sibi invicem succedentibus, & cohærentibus qui incipientes a Libano, & ultra usque ad desertum Pharan perveniunt. Suntque in ipso Aulone, id est valle campestri, urbes nobiles, Scythopolis*, Tiberias, *stagnumque prope eam : sed & Hiericho, mare mortuum, & regiones in circuitu per quas medias Jordanes fluit, oriens de fontibus Paneadis, & in mare mortuum introiens*. Et ex his, quidem illud minimum, perspicuum esse arbitror, quod *Syrus*, pariter atque *Arabs*, τὸ ככר הירדן, non incommode, *planitiem Jericho*, *secus ripam Jordanis* transtulerint, quum *Jericho* si ab Hierosolymis, *Jordanem* versus processeris inter urbes, quæ in *campo* illo *magno*, quondam sitæ fuerunt primas facile tenuerit; nec alia ego de caussa, ipsummet *Eusebium* campum eundem, Αὐλὼν Ἱεριχοῦς, *Campum Jerichuntis* nuncupasse, quod *Relandus* itidem observat, [7] mihi persuaserim. Ceterum ut explicatius, adhuc dum de *fusionis columnarum nostrarum loco*, Scriptura S. nos instrueret, duas olim non incelebres, & in *campo* illo *magno*, conspicuas urbes utroque in loco superius allegato commemorat, quas inter fusio ista suscepta, & peracta fuerit. Subjungit enim 1. *Reg. VII.* 46., בין סוכות ובין צרתן *Inter Succhoth*, & *Tsharthan*; & 2. *Par. IV.* 17. בין סוכות ובין צרדתה, *Inter Succhoth*, & *Tsaredatha*, factam eandem fuisse indicat. Ad hæc autem verba illud quidem, principio supponendum esse arbitror, quod neque diversæ hic nobis, ob nominum צרדתה, & צרתן discrepantiam urbes sint confingendæ; neque quod *Sacer Codex*, quæ res majoris momenti est, propter istiusmodi nominum propriorum discrepantiam, ut *Lud. Cappellus* imperitissime judicat, [8] corruptionis cujusdam insimulandus sit. *Nomina* enim *propria*, non modo ob variationem dialectorum, sed etiam ob mutatam, vel ex accidenti, vel data opera successu temporis pronuntiationem, *mutationibus obnoxia* esse, canon *Hermeneuticus* est, quem pridem a *Glassio*, [9] aliisque, immo ante hos ab ipsismet *Judæis*, *R. Dav. Kimchio*, [10] & *R. Sal. Ben Melech* [11] comprobatum, *Pfeifferus* noster *Cappelli* conatibus hisce jure optimo opponi posse, ex vero arbitratus fuit. [12] Et ad nostra sigillatim nomina controversa צרתן צרדתה, & quantum attinet simile de iis ferendum esse judicium, ex ipsis *Judæis*, uterque jamjam laudatus *Kimchius*, ac *Ben Melech*, quin & alii calculis suis dudum testatum fecerunt. Eo enim tendere prioris, ad 2. *Par. IV.* 17., verba mihi videntur : ובספר מלכים ובין צרתן

[1] *Palæst. T. I. L. I. cap. LV. pag.* 361.

[2] *l. c. pag.* 361. *sqq.* conf. *Cap. IX. Lib. II. p.* 452. *q. Strabonis*, de hac planitie, Jordani adjacente, testimonium Lightfootus exhibet, *in H. H. p.* 216. quod ipsum, qua ratione cum *Flaviano*, ceterorumque, quos allegavi, testimoniis, conciliari possit, alii, quibus volupe id erit, viderint.

[3] Quod, enim, *Josephus* μέγα πεδίον, id *Eusebius*, cujus verba translulit *Hieronymus*, nomine notiori, αὐλὼν appellavit.

[4] *l. c. pag.* 364.

[5] *in Critic. S. Lib. I. c. X. §. II. III. pag.* 35. Eandem, cum *Cappello*, injuriam *Steuchum*, olim, in *Novum* etiam *Testamentum*, ob ejusmodi nominum diversitatem, intulisse Munsterus, *in Deut. III.* 17. conqueritur ap. Glassium, *Philol. S. L. IV. Tr. III. Obs. XV. pag.* 1352.

[6] *l. c. pag.* 1347. *sqq.*

[7] *Commentar. in* 1. *Par. IV.* 14.

[8] *in* מכלל יופי *ad.* 1. *Par. VI.* 34.

[9] *Hermen. S. Cap. VII. Can. L. p.* 321. add. Ejusd. *DD. VV. Cent. II. L.* 90. *pag.* 401. *sq.*

[10] *in Quæst. Hebr. ad Gen. XXXIII.* 17. ex quibus illam repetit Relandus, *Palæstin. Lib. III. p.* 992.

[11] *l. c. p.* 992. *sqq.*

[12] *in Gemara, Schevüth, Cap. IX.* ex qua integra verba sistit Relandus, *Lib. I. c. XLII. p.* 308.

Sed ובין צרתן (legitur:) i. e. Et in libro Regum צרתן וצררתה קרובים הם בלשון: צרתן & צררתה *cognata sunt in lingua*. Componi cum his, suo quodam modo poterunt ea, quæ idem ad 1. *Reg. VII.* 46. annotat scribens : ובספר הימים צרדתה ושני שמות היו לו: i. e. *Et in libro Paralipomenων* (legitur:) צרדתה *Nam duo nomina fuerunt illi*. Sed ut missis tantisper nominibus, urbes nunc ipsas, propius quodammodo contemplemur priorem illarum, *Succoth* nimirum cujus originem, pariter ac nominis hujus, eidem impositi rationem, ex *Gen. XXXIII.* licet cognoscere *in tribu Gad*, non procul a mari *Galilææ*, adeoque *trans Jordanem*, si *Hierosolymis* eundem versus te receperis sitam fuisse *Jos. XIII.* 27. exserte legitur. Nec aliud me judice, *Hieronymi* de hac ipsa urbe sententia evincit dum : *In Hebræo*, ait *legitur Sochot* סכת. *Est autem usque hodie, civitas trans Jordanem, hoc vocabulo in parte Scythopoleos*. [1] Etsi enim *Scythopolis* non *trans*, sed *cis* Jordanem quærenda fuerit, *potuit* tamen ut non inepte *Relandus* conjectat, [2] *stante Templo secundo regio vicina loco Succoth, a loco hoc celeberrimo nomen traxisse, quumque cis Jordanem urbs Bethsan in eadem regione præcipua, & metropolis censeretur illa dicta esse* Σκυθόπολις, *vel* Συκοθόπολις, *quasi urbem dicas primariam, ejus regionis in qua Succoth est, unde postea nomen notius* Σκυθόπολις *formatum est*. Accedit quod Judæi ipsi in *Talmude*, [3] eandem hanc urbem סכות, ad *Peræa* quæ *trans Jordanem* sita regio erat, [4] urbes reducant, & sequenti ævo דרעלה, *Darala* nuncupatam fuisse testentur. Et hæc quidem singula cum, ut nos judicamus, recte omnino, sese habeant faciliori nunc opera, urbem alteram cujus צרתן, & צררתה, nomina sunt investigabimus. Hoc vero dum molimur a nobis vix impetrabimus, ut *R. Sal. Jarchii* sententiæ, utpote quæ parum probabilis esse videtur subscribamus, quando is *tribus Ephraimiticæ* oppidum *Sareda*, [5] unde Jeroboamus, *Israelitarum* Rex, 1. *Reg. XI.* 26. oriundus fuisse dicitur, duobus hisce nominibus, insignitum esse contendit, & ita fatur : צרדתה הוא מקומו של ירבע׳. [6] Nondum enim nomen צרדה, duorum Synonymorum צרתן, & צרדתה synonymum esse, quod tamen hic supponit *Judæus*, liquido constat aut sufficienter ab eodem demonstratum est. Etsi autem porro *tres*, uno nomine צרתן, *Tsarthan* insignitas, nec adeo procul a *Succoth* distantes, *Palestinæ* urbes fuisse, ab Adrichomio quem hic multi ducem sequuntur, edoceamur quarum una in ipsa tribu *Gad*, proxime ad sæpius memoratam urbem, *Succoth*; altera in tribu *Manasse* dimidia, *cis* Jordanem; tertia vero in tribu *Ruben* sita fuerit; [7] recentiores tamen iidemque, omnium consensione, accuratiores *Geographi*, plures quam *unam* ejus nominis urbem illam, nimirum quæ ex miraculo refluentis Jordanis, *Jos. III.* 16. non incognita est admittere, omnino detrectant. [8] Utrumvero, eadem hæc urbs *trans* Jordanem in *Peræa* regione, ac in tribu *Gad*, an potius *cis* Jordanem, & in tribu quidem *Manasse dimidia*, [9] poni debeat de eo inter postremos ipsos æque non convenit. Prius certe *Jac. Bonfrerio*, & *Nic. Sansonio*, quorum ille ipsorummet nostrorum oraculorum, 1. *Reg. VII.* 46. & 2. *Par. IV.* 17. auctoritatem, eum in finem allegat, comprobare visum fuit : [10] posterius tamen, *Christoph. Cellarius*, *Jo: Lightfooti*, [11] hac in parte vestigia legens, variis nec temere itidem infringendis rationibus evincere studuit. [12] Atque cum hac ultima sententia, si illa quæ de *situ* urbis *Succoth*, proxime disputavimus, nunc conferamus, relinquetur exinde duas urbes, *Tsarthan*, & *Succoth*, e regione sibi invicem oppositas, atque istam in una, hanc autem in altera ripa Jordanis collocatas fuisse. Quæ si ita se habeant verba superius jam aliquantisper enucleata בככר הירדן, *in circuitu Jordanis*, recte utique de *utraque ripa* fluvii hujus

[1] Leg. Descriptio ejus, ex *Josepho*, aliisque, concinnata a Relando, in Ejus *Palæst. L. I. cap. XXVI. pag.* 129. *sq.* & *cap.* XXXIII. *pag.* 198. *sq.* Ceterum, de urbe *Succoth*, præter Relandum, conferri possunt Adrichomius, *Theatr. T. S. in Gad. n.* 44. *pag.* 34. Heidmannus, *Palæstin. Cap. X.* §. 55. *pag.* 201. & Cellarius, *Geogr. Antiqu. T. II. pag.* 650. *sq.*

[2] Conf. de hoc oppido, Hieronymus, in *Onomastico Urbium, & Locor. S. S. pag.* 137. ed. Amstel. 1709. fol. Adrichomius, *l. c. in Ephraim, no.* 86. *pag.* 30. & Nic. Sanson, in *Indice Geographico, pag.* 94. edit. Amstel. 1704. fol.

[3] *Comment. ad* 2. *Par. IV.* 17.

[4] Vid. Adrichomius, *loc. cit. in Gad. no.* 43. *pag.* 34. *in Manasse I. n.* 54. *pag.* 74. & *in Ruben, no.* 66. *pag.* 130. Minus accurate itaque Adrichomium *duas* tantum *hujus nominis urbes credidisse, & utramque in Peræa posuisse*, Cellarius scribit, in *Notit. Orb. Antiq. T. II. pag.* 519.

[5] Conf. Bonfrerius, in *nott. ad Eusebii, & Hieronymi Onomasticon, Urbium & Locorum S. S. p.* 138. edit. cit. Amstel. Nic. Sanson, *loc. cit. p.* 95. & Cellarius, *loc. & pag. cit.*

[6] Alii enim qui pariter *cis* Jordanem, urbem eandem locant, in tribu *Ephraim* illam exstitisse perhibent, ut *Junius*, & cum eo, *Piscator* ap. Polum, *in Synops, ad* 1. *Reg. VII.* 46.

[7] *ll. cc.* Cum *Geographis* his, multi ex *Interpretibus*, faciunt, quos in compendio exhibuit Polus, *Synops. ad Jos. III.* 16. & 1. *Reg. VII.* 46.

[8] In *Chorographia Matthæo præmissa*, *Cap. XCII. pag.* 258. *sq.*

[9] *loc. & pag. cit.* coll. *pag.* 663. *sq.*

[10] *Palæst. L. II. cap. V. pag.* 424.

[11] *Centur. Chorogr. Matth. præm. cap. XLVI. pag.* 86.

[12] Videsis Ejus *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15. & in primis, *ad* 2. *Par. III.* 15.

jus poterunt explicari. Ut ut vero his etiam ita ſuppoſitis quotnam præciſe milliariis hæc duo loca, quæ inter officina fuſoria columnarum noſtrarum deprehendebatur, *Hieroſolymis* abſuerit, exacte determinare in me non recipiam; ſatis tamen inſignem iſthanc diſtantiam fuiſſe, quæ tantæ molis opus, quale erant columnæ noſtræ ad ſuum tranſportandi locum, negotii non parum faceſſeret, nihil omnino eſt, quod dubitemus. Si enim *Hieroſolymis*, tantum ad *Jordanem* uſque intervallum hoc metiri velimus, *Relando* calculum ſubducente, [1] XXV. vel ut *Ligthfootus* accuratius, numeros exigit, [2] XXVI $\frac{1}{4}$ millliaria *Romana*, i. e. ultra VI., & dimidium milliaria *Germanica*, [horum enim unum, quatuor *Romanis* conſtare, vulgo creditur) conſtituamus neceſſum eſt. Ceterum num iſto, quem hactenus non quidem præciſe, quod difficultas rei prohibebat, ſed probabili argumento, quadantenus determinare, conati ſumus, loco columnæ noſtræ *in uno typo junctæ*, univerſim fuſæ, ac poſtea demum in duas columnas diviſæ fuerint, quod *Judæis*, & ſpeciatim *Jarchio* [3] videri, *Relandus*, [4] & *Vagetius* [5] jam tum ante nos obſervarunt; eam rem utpote de qua nihil certi e Codice S. conſtat, in præſenti non attingimus. Neque etiam *Villalpando* cauſſas rationeſque idoneas olim fuiſſe exiſtimamus, quibus innixus ipſum *ordinem*, qui in *methodo*, columnas noſtras *formandi* obſervari debeat, potuiſſet aſſequi. In caſſum enim omnino, Vir operoſus laborat, quando nonnulla, ad hunc ipſum *ordinem* ſpectantia, hinc & inde comportat, atque pro iis, quæ de noſtrarum columnarum opere fovet hypotheſibus, nunc *ſcapum*, utpote maximam columnarum partem, *totum* una cum *ſpiris baſis*, ſed demta *plintho* fuſum: nunc *zophorum* cum *epyſtilio* ſimul fuſa: nunc ejus generis alia ſibi videri affirmat, [6] *Guſſetii* interim, quam ſupra tantiſper admittendam eſſe, opinabamur conjecturam, qua *per partes præ nimia magnitudine factas, ac deinde coagmentatas* noſtras columnas fuiſſe adſtruit, plane non improbamus, maxime cum hac methodo, major ſingulis partibus elegantia eo curatius conciliari potuerit. Quo autem pacto, vel medio, tam vaſtum, tantique ponderis columnarum opus, poſteaquam perfectum illud fuerat, a ſuæ *fuſionis* loco ad locum *erectionis* transferri, commode potuerit, & num forſan, ſuperato ope navium Jordane flumine, iter terreſtre cylindrorum ſubſidio abſolutum fuerit? quale quid *Sturmio*, de *ænei maris* tranſportatione, viſum fuit, [7] id *Mechanicis*, cum a noſtro inſtituto quodammodo alienum ſit, conjectandum, dijudicandumque relinquimus.

§. VI. Potius ad ipſam columnarum noſtrarum *Formam*, ulterius pergendum, & de earundem *Altitudine* ſigillatim quædam exponenda erunt. Ut autem, de eadem iſta paullo conſtet liquidius, operæ inprimis pretium erit, ut ſuper verbis authenticis ante omnia diſpiciamus. Aliorum enim, utut antiquiſſimorum Scriptorum de hac ipſa *altitudine* relationibus, uti nec ſtandum nobis, nec credendum eſt, ita ut eaſdem hoc loco, vel prolixe enarremus, vel etiam cum ſacri codicis textu conferre, ac conciliare annitamur, vix quiſquam qui æqua lance rem ſecum perpenderit a nobis exiget. Plane itaque non immoramur iis, tum ex *Eupolemo*, tum quoque ex *Joſepho* de noſtrarum columnarum *altitudine*, a nonnullis huc referri ſolent; etſi ceteroquin utriuſque meditationem cum ipſius Spiritus S. mente, quem ſacer Codex exprimit, optime convenire, ſubinde jam a nobis excitatus, *Villalpandus* oſtendere allaboraverit. Quando enim, *prior* illorum, τὰς ςύλας τῷ Ναῷ ἰσομεγέθεις, *columnas Templo altitudine pares* fuiſſe tradidit, [8] tum *Villalpandus* nihil aliud hæc verba ſibi velle, (neſcio annon præter mentem auctoris,) affirmat, [9] quam quod noſtræ hæ columnæ reliquis, quæ Templum univerſum exornabant, columnis pares exſtiterint. Et quum *poſterior*, utut de *Templi Herodiani* columnis ediſſerens, [10] μῆκος δὲ, inquit, [11] πεδιῶν κζ διπλῆς σπείρας ὑπελελειμμένης, i. e. *longitudo vero*, erat *viginti ſeptem pedum*, *ſubjecta ſpira duplici*; tum idem *Villalpandus*, hæc verba ad noſtrarum quoque columnarum altitudinem pertrahens, in eo ſaltem, *Joſephum* ab *Hiſtoria Sacra* diſcrepare ſcribit, [12] quod hæc *cubitis*, ille vero *pedibus* altitudinem quæſitam definiat. At cum nihiloſecius nego-

[1] *In Antiqq. SS. Vett. Hebr. P. I. c. VII. §. II. p.* 61.

[2] *Diſp. II. de his columnis, ſect. VI. §. VI.*

[3] Conf. Ejus *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. c. V. p.* 423. *a*, & *c. XVII. p.* 444. *b*, ut & alibi paſſim.

[4] Ut Freyerus refert, *diſſ. cit. obſ. XV. p.* 51.

[5] Ap. Euſebium, *Præpar. Evang. L. IX. p.* 246. *ed. Pariſ.* 1544.

[6] *Explanatt. T. II. P. II. L. V. c. V. p.* 424. *a*, & *cap. IX. p.* 428. *a.*

[7] *Noſtrarum* enim *columnarum* altitudinem, *Antiq. Jud. L. IX. c. II. p.* 233. edit. Froben. perinde, ut Scriptura S. deſcripſerat inquiens: Ἦν δὲ τὸ μὲν ὕψος τοῖς κίοσιν ὀκτωκαίδεκα πηχῶν.

[8] *Antiqq. Jud. L. XV. c. XIV. p.* 484. ed. cit.

[9] *l. c. Cap. V. p.* 424. *a. b.*

[10] *Comment. ad Reg. VII.* 15.

[11] *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15. Similem prorſus ſententiam affert Jarchius, *ad loc. eund.*

[12] *In Præſ. ad Rapheli Annot. in N. T. ex Xenophonte*, xxx. 4. *b.*

tium hoc, utrinque valde implicatum esse videatur, missis his ad limpidos potius *Israelis* fontes, ut horum demum ope sitim restinguamus nos convertimus. *Quatuor* autem in universum loca ex iis, quae in fronte Dissertationis allegavimus, scilicet 1. *Reg. VII.* 15. 2. *Reg. XXV.* 17. 2. *Par. III.* 15., *&* *Jerem. LII.* 21. paullo penitius, hic introspicienda sunt; cum reliqua *duo* nullam plane *altitudinis* investigandae injiciant mentionem. Ut itaque a *priori* nunc auspicemur, verba ejus sunt sequentia: שמנה עשרה אמה קומת העמוד האחד, *octodecim cubitorum erat altitudo columnae unius*. Atque eadem plane verba locorum huc pertinentium, *secundus* quoque suppeditat. Probe autem & omnino hic tenendum est, quod principes etiam Interpretum *Chaldaeus*, puto, *Syrus*, *Arabs*, & LXX. *Graeci*, hic illicve in diversa non abeant, sed insigniter utrobique conspirent. Solus si recte memini, *Jo: Clericus* est, qui nulla in iisdem jure quodam suo, ac merito, desiderari posse gloriatur. Temperare mihi haud possum, quin Censoris verba proliziora licet, integra huc adscribam, quo vel ex istis, quale super hac re ferendum sit judicium, eo facilius Lectori innotescat. Sequentem vero ille suae Hebraici Textus versioni: *Unius altitudo fuit octonum denum cubitorum*, statim subjungit ἐπίχεισων: [1] *His lectis, nemo non exspectaret dici, more Hebraico: Et Alterius Altitudo fuit Octonum Denum Cubitorum: Sic enim repetere solent, ut liquet ex vers. 16., & in aliis ejusmodi descriptionibus passim occurrit; sed pro hisce verbis legimus de circumferentia secundae columnae: Filiumque duodecim cubitorum alteram columnam circumdabat. Si dixero utramque columnam ejusdem altitudinis, ac crassitiei fuisse adeoque, quod dicitur de una id intelligendum & de altera, nemo credo repugnabit. Sed si dicam, hic forte esse lacunam, ortam a repetitione vocum* עמוד האחד, *omnes forte adsentientes non habebo. Dicam tamen remque idiomatum Linguae Hebraicae peritis judicandam relinquam. Fortasse ergo sic a Sacro Scriptore, res expressa erat:* שמנה עשרה אמה קומת העמוד האחד (ושמנה עשרה אמה קומת העמוד השני : וחוט שתים עשרה אמה יסב את העמוד האחד (וחוט שתים עשרה אמה יסב את העמוד השני. *Repetitione vocum,* עמוד האחד *factum est, ut omitterentur inter posita verba, quae uncinis clausimus. Ejusmodi omissionis exempla protulimus, Artis Criticae, P. III. S. I. cap. V. Vide & ad Jos. XXI. 36. 37. Quisquis haec praetermissa nolet, fatebitur, tamen esse necessario, animo supplenda, nec quicquam in ea repetitione esse, quod non apprime consentiat cum stilo Hebraeorum.* At enim vero, ne quid de argumentis, quibus ejusmodi textus V. T. depravationem, qualem hic *Clericus* eidem impingit, amoliri ab eodem generatim solemus, jam nunc commemorem; duas tantummodo, easdemque ad confutandam sententiam, adeo periculosam, ut arbitror, suffecturas observationes sigillatim, *Belgae* huic, ceteroquin *Clarissimo* oppono. Unam homo *Judaeus*, sed qui religione erga sacrum codicem, palmam multis, qui suum inter *Christianos* nomine profitentur, facile praeripit, *Kimchius* nimirum suppeditat: [2] וחוט שתים ומה שאמר יסוב עשרה טוב את העמוד השני הוא הדין inquit, לראשון והקומה שזכר לראשון והו' הדין לשני אלא אחז הכתוב דרך קצרה והוא אחר משלשים ושתים מדות שדתורה נדרשת בהן. וכן אמר בסוף ירמיהו שמנה עשרה אמה בקומת העמוד האחד וחוט יב' יסבנו ואמר בסוף וכן לעמוד השני וכו'. i. e. *Quando* [Scriptura] *dicit: Et filum duodecim cubitorum ambiebat columnam alteram, illud adjudica primae* [columnae;] *altitudinem vero quam commemoravit illa prius, hanc adjudica secundae. Propterea tenuit Scriptura viam brevitatis, quae ipsa una ex triginta duabus proprietatibus est, quae lex requirit in illa. Et ita quoque dicit in fine Jeremias: Octodecim cubitorum erat altitudo columnae unius, & filum duodecim cubitorum ambiebat eam: Et ad extremum dicit: Et ita Columnae secundae, & cetera.* Alteram vero, quam promisit observationem, unus ex Interpretibus Christianis, cui *D. Fechtio* judice, [3] consensu quodam, hodie Sacrae *Exegeseos* principatus defertur, *Seb.* nempe, *Schmidius* noster suggerit, quando is ad *Jerem. LII.* 21., ubi eadem altitudo fuisse dicitur העמוד האחד, recte observat, [4] quod τὸ האחד, melius distributive, per *unicuique*, cum *Tremellio*, & eine iegliche / cum *Lut.* quam *uni*, cum *Piscatore* exponatur; siquidem ipsum ה demonstrativum, vocabulo אחד praefixum istiusmodi exegesin omnino requirere videatur. Qua quidem in sententia, uti aequos facile judices omnes, ita ex interpretibus Vetustioribus, *Arabem* sigillatim, sibi habet consentientem, utpote qui verba *Hebraica*, in utroque loco expressa, ita reddidit: طول كل عمود ثمانية عشر ذراعا. *Longitudo Cujuslibet columnae*

[1] *in Comment. ad Jerem. l. c. p.* 1092.

[2] Ostendentibus illud Buxtorfio, *in Tiberiade*, *Capp. X. & XII. pag.* 22. *sqq.* item, *in Anticritica*, *P. II. cap. IV. pag.* 499. *sqq.* Hottingero, Sixtino ab Amama, Schickardo, Alstedio, & Gerhardo, locis, a VVasmutho, *in Vindiciis S. Hebr. Scripturae*, *pag.* 159. *sq.* allegatis. Quibus addi potest Pfeifferus, *Critic. S. Cap. VI. Qu. I. pag.* 190. *sq.*

[3] *Critic. S. Lib. III. cap. XI.* §. *XIII. pag.* 126.

[4] *in Comment. ad Jerem. LII.* 21.

lumnæ octodecim erat cubitorum. Atque hac in significatione, si *quartus* quem ex Jeremias supra excitavi locus, [de *tertio* enim, 2. *Reg. III.* 15. sub finem hujus Paragraphi, rectius dispiciemus,] quippe cujus verba iterum eadem plane sunt cum iis, quæ in duobus, jam aliquantisper, ex libris *Regum*, excussis commatibus, occurrunt, similiter accipiatur; caussæ nil quicquam habebimus, cur & hic depravationem aliquam, aut lucernam, [qualem, talem procul dubio, *Clericus* si lucem ejus in Jeremiam, commentarius aspexisset, ibidem jure scilicet eodem; quo supra id factum est, denuo finxisset,] concipere nobis velimus. Quod enim, *Lud. Cappellus*, ex ista *Masaretharum* [recentiorum nimirum, quod tamen gratias asserit, [1]] observatione, quasi scilicet, absolutum קמה, loco constructi קמת, scriptum hic deprehendatur pro corruptione fontium adstruenda, elicit argumentum, [2] id quidem admodum leve, & ab ipso *Dav. Kimchio*, [3] cujus singula verba, pro more suo, *Ben Melech* repetit, [4] dudum ante, quam ille in medium istud produceret, jam solutum esse videtur. Ita enim utriusque verba habent : כתוב קומה כמו המוכרת ואף על פי שהוא סמוך וכן באיפה שעורים והדומים להם וקרי קומת במשפרה i. e. *Scriptum est* קומה, *quasi nomen esset absolutum quamvis sit constructum. Et ita* (Ruth. II. 17. scriptum est :) באיפה שעורים, *quasi epha hordei, &* [habemus] *similia ipsis* (exempla]. *Legitur autem*, קומת *in propositione*. Exemplis nimirum variis, qualia præter istud, cujus in verbis jamjam adductis, fit mentio; *Buxtorfius*, [5] pariter ac *Glassius*, [6] recenset, comprobare Judæus uterque, & recte quidem annititur, quod admodum frequenter, in Codice S. *statu absoluti*, *pro constructo enallage* occurrat, & quod eadem ista, nihilominus tamen ubicunque demum obveniat inter *Kerioth* a *Masorethis* nequaquam recensita deprehendatur. Quod ipsum, quum nec *Cappellus* infitias ire sustineat, [7] mirari omnino subit, qua fronte ex his, & similibus *variis*, ut ait *lectionibus* Codicem nostrum, a critica *Masoretharum* censura, pro ipsorummet arbitrio, correctum seu quod eodem recidit, depravatum fuisse, tandem concludat. [8] Utut, vero puncta vocalia, quibus vox textualis, seu τὸ כתיב, apud Jeremiam gaudet voci marginali, seu τῷ קרי, propria adeoque irregularia sint, & eandem ob caussam, in numero τῶν כתיבן, *ineffabilium* a *Celeb. Hillero*, in certas classes digestorum, vox illa appareat, [9] tantum tamen abest, ui *punctationem* ejusmodi esse *monstrosam Cappello*, [10] aut *portentosam Gussetio* [11] largiamur, ut potius cum *Buxtorfio*, [12] & *Vvasmutho*, sequentem *R. Sam. Arcvvolti* sententiam in libro ערוגת חבשם, [13] in medium allatam hic, sibi locum vindicare censeamus כן דרך כתבי הקדש להסתיר הקרי בנקדות הכתיב : i. e. *Sic mos est Sanctarum Scripturarum, abscondere lectionem in punctis, voci scriptæ adjectis*. Atque sic, quum ex hactenus disputatis, de *verborum* Codicis authentici *integritate* satis constet versionum nonnullarum, licet antiquissimarum, qui circa eandem hanc, a Jeremia suppeditatam, *altitudinis columnarum nostrarum* descriptionem conspicitur ab illis dissensus, nihil omnino impedit, quo minus fontem hunc limpidissimum, rivulis exinde deductis omnibus longissime anteferendum esse, fidenter asseveremus. Perinde itaque nobis est, sive LXX. *Græci*, sive *Arabs*, (*Syrus*, & *Chaldæus* amice, iterum cum Sanctissimo Spiritu conspirant,) diversa nobis, tum a S. Codice tum etiam a se invicem interpretationem exhibeant, dum nimirum illi (si exemplar *Vaticanum*, quod optimum vulgo censetur sequamur,) loco ὀκτωκαίδεκα πηχῶν, (ut recte *Complutensis* habet,) Τριάκοντα πέντε πηχῶν ὕψος τοῦ στύλου τοῦ ἑνός, dicunt fuisse; hic vero plane aliud quid, quam sacri textus versionem nobis proponit, authentica ita pervertens : وثلثون عمودا ارتفاع العمود الواحد خمسة اذرع. *Et columnas triginta, quarum altitudo cujusque erat quinque cubitorum*. His igitur utpote quæ per se corruunt, missis illud potius operæ pretium esse arbitramur, ut de *verborum* Scripturæ, quibus in singulis tribus ad quæ hactenus provocavimus commatibus, *altitudinem* columnarum nostrarum, nobis illa circumscribit, inter-

[1] *in* מכלל יופי, *ad l. c.*
[2] *in Thesauro Grammat. Lib. II. cap. IV. pag.* 46. *sqq.*
[3] *Philol.* S. *Lib. III. Tr. I. Cap. XI. pag.* 686.
[4] *loc. cit.*
[5] *loc. cit. §. XIX. pag.* 127.
[6] Conf. Ejus *Arcan. Keri & Ketibh, Lib. II. cap. III §. III. pag.* 272.
[7] in *Arcano punctationis revelato*, & *Critica S.* passim.
[8] *Comm. L. E. ad voc.* קרא *H.* 2. *p.* 755.
[9] *Tr. de Punctis*, *P. I. cap. XII. p.* 175. *sqq.*
[10] in *Vindic. S. Hebr. Script. P. I. cap. I. Sect. III. pagin.* 126. *sqq.* confer huc, Calovii *Critic. S. Diatr. IV. §. XXVII. pag.* 138. *sqq.*
[11] Impressus est hic liber Venetiis, 1602. in 4. Sed non confundendus cum alio, ejusdem nominis, cujus auctor est R. Moses Aben Esra, monente Buxtorfio, in *Biblioth. Rabb. pag.* 119. quem propterea frustra, reprehensum a Plantavitio, adversus hunc, Vener. VVolfius, vindicat, *Biblioth. Hebr. pag.* 884. *sq.* Idem Hendreichium, in *Pandectis* suis *p.* 93. 116. & 254. *tres*, ex hoc uno, auctores confingentem, notat, *l. c. pag.* 1087. *sq.*
[12] Confersis *Sect. I. §. II. pag.* 12.
[13] ap. Robertson. *in Thes. L. S. ad h. v.*

interpretatione, ac *ſenſu* aliquantiſper diſpiciamus. Equidem quantum ad vocabulorum, quæ ubique eadem deprehenduntur, *etymologiam* attinet, non multum eidem immorabimur, nec unde ſuam quodlibet iſtorum traxerit originem prolixe, ne forte brevitatis ſtudii, plane immemores fuiſſe videamur, hic locorum inveſtigabimus. Bigam interim vocum, אמה ſcilicet, & קמה, utpote quæ potioris, circa rem præſentem momenti ſunt plane intactas non dimittemus, ſed pro inſtituti potius ratione breviter contemplabimur. Quemadmodum autem vocabuli *poſterioris* tum *origo*, tum *ſignificatus* extra omne dubium poſita ſunt, ſiquidem verbo קום, quod ipſum qua de cauſſa *ſtare*, pariter ac *ſurgere* ſignificet, ſub initio hujus diſſertationis, jam tum explicuimus, [1] ſuos debeat natales, atque adeo *altitudinem erectam*, proprie idem iſtud denotet; ita *prioris* quidem ſignificatum, Philologi omnes unum eundemque *cubitum*, nempe quæ vox tum *partem brachii*, tum *menſuram* ipſam indicat conſtituunt; ejuſdem vero *originem*, diverſimode nihilominus evolvunt. *Mercero*, [2] enim, & *Villalpando*, [3] teſtibus non deſunt, quibus ad verbum אמן *verax*, *& fidelis*, *firmus*, *& ſtabilis fuit*, vocabulum iſthoc revocandum eſſe videtur, vel quod cubito firmiter innitamur, vel quod menſuram certam, firmamque eſſe oporteat. Et hæc quidem derivandi ratio, etſi *Caſp. Vvaſero*, *ſcite* omnino inſtituta videatur, *Villalpandus* tamen *longe petitam*, eandem pronuntiat. [4] Alii proinde, & *Lexicographi* inprimis, plerique radicem hujus vocabuli pariter, ac vocis אם *mater*, a qua eſt אום, *natio populus*, apud *Arabes* aſſervari contendunt, proque eadem horum أم, quod eſt loco أم, proprieque *præivit exemplo ſuo docuitque*, *& præcipit*, *quid faciendum* ſignificat venditat. Peculiarem vero ſuper eadem originis vocabuli noſtri inveſtigatione, ſententiam *Villalpandus* arripuit, dum אמה a voce, jam jam adducta אם, quæ *medii*, pariter ac *matris*, ſuſtineat notionem, ita deduxit, ut derivationis hujus cauſſam ex verbis Ezechielis, *Cap. XXI.* 21. עמד מלך--בבל אל--אם הדרך *ſtetit Rex Babyloniæ in bivio*, i. e. in medio viæ, ſequentem potiſſimum reddat: *Haud enim aliter*, *quam in cubito*, *brachium flectitur*, *in bivio via a rectitudine recedit*. [5] Sed quomodo demum, cunque hæc res ſeſe habeat, [Lectori enim ex tribus hactenus percenſitis ſententiis optionem relinquimus,] circa *menſuram*, potius quam *nomen* cubiti in præſenti, ut occupemur, res, quam præ manibus habemus, ipſa a nobis poſtulat. At enim vero, ingens hic iterum ſententiarum in diverſa abeuntium farrago ſe nobis objcit. Generatim equidem, *cubitus* ſive ut *Græci* illum nuncupant, πῆχος aut πῆχυς, a *Suida* [6] definitur, quod ſit τὸ ἀπὸ τȣ̃ ἀγκῶνος, μέχρι τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς ἔκτασις, *ſpatium a flexu brachii*, *uſque ad digitos manus*. Sed cum pro diverſitate gentium, ac nationum menſurarum etiam quantitas deprehendatur diverſa non eſt, quod miremur *cubiti* menſuram, ac quantitatem, aliam *Hebræis*, aliam *Babylonis*, *Græcis*, ac *Romanis*, aliis aliam ab Antiquitatum Scriptoribus attribui. Ceterum cum noſtri inſtituti, quo cubiti *Hebræis* uſitati menſuram recte cognoviſſe ſuffecerit, plane non ſit, ut quanta hujus ad ceterarum gentium ſingularum cubitos, ſit proportio fuſius oſtendamus, Lectorem harum rerum cupidum, ad peculiares, qui de *menſuris Veterum* expoſuerunt, Scriptores *Jo: Marianam*, *Georg. Agricolam*, *Matthæum Hoſtum*, *Dan. Angelocratorem*, *Eduardum Bernbardum*, *Rich. Cumberlandum*, *Caſp. Vvaſſerum*, *Jo: Caſp. Eiſenſchmidium* ceteros quos magno numero, *Phil. Labbeus* laudat, [*] ablegamus. Illud ſaltem quod de *Romanorum* cubitis, *Relandus* [7] obſervat, huc quodammodo pertinere arbitror, quod nimirum illis in dimetiendis locis ſacris, *Joſepho* aliquando uti ſoleat; qui tamen cubitis a Scriptoribus *Talmudicis* allegatis, tertia parte minores exſtiterint, quum cubitus *Romanus tria* tantum, cubitus autem *Hebræus*, ſive *Thalmudicus quinque* hemipodia *Romana* comprehendat; quandoque tamen cubiti etiam, *Joſephi* cum *Hebraicis* optime conveniant. [8] Uti vero, juxta hanc ipſam Relandi obſervationem, cubitus *Hebræorum* par duobus pedibus *Romanis*, & dimidio conſtituendus eſſe videtur; quam ſententiam, ex *Judæorum R. Levi Barzelonitæ*, & *Maimonidis*, nec non *Origenis* teſtimoniis ibidem ulterius comprobat; ita e contrario ex *Epiphanii*, qui & ipſe *Judæus* olim fuit aliorumque computo, multo breviorem cubiti *Hebraici* menſuram emer-

[1] in *Apparatu Urbis*, *ac Templi Hieroſolymitani*, *P. II. L. III. cap. XV. pag.* 466. Cum Forerio, in *Eſaiæ VI.* 4. quem h. l. allegat Villalpandus, eandem derivandi rationem ſervat Matth. Hoſtus, *Opp. T. II. L. III. pag.* 240. edit. Rechenbergii.

[2] *de antiq. menſur. Hebr. L. I. cap. VI. §. I. T. V. Critic. SS. P. II. pag.* 107.

[3] *loc. cit.* [4] *loc. cit.*

[5] *Lexic. Græc. ad h. v.*

(*) *in Biblioth. Numar. P. II. pag.* 50. *ſqq.* ed. Rechenberg. Labbæi diligentiam, hac in parte, ſupplevit Celeb. Fabricius, *Bibliogr. Antiq. Cap. XVI. §. XVII. pag.* 531.

[6] *Palæſt. L. II. cap. I. pag.* 397. *ſq.*

[7] Quod ultimum L'Empereurius pariter exemplo quodam, comprobare ſtudet, *in nott. ad cod. Middoth*, *Cap. II. Sect. I. p.* 36. *ſq.*

[8] ap. Calovium, *loc*, *citand.*

emergere, eundemque pedi *Romano* tantum uni, & $\frac{1750}{2000}$ partibus pedibus alterius, æqualem esse eodem loco demonstrare satagit. Atque vel hinc, ut ego arbitror, animo unusquisque facile consequetur, quam negotii difficilis res sit, certam aliquam, & accuratam cubiti *Hebraici* mensuram definire. Quod si nihilominus in eandem paullo penitius inquiramus alios *quadruplicem*, alios *triplicem*, alios denique *duplicem* illam fecisse deprehendemus. *Priorem* ex his tribus sententiis, (qua scilicet cubitum apud *Hebræos* usitatum, in *communem sacrum regium*, & *geometricum* dispescere solent, quorum *primus* pedem, & dimidium, *alter* duos cubitos communes, *tertius* cubitum communem, & tres digitos, ac *ultimus* denique, sex cubitos communes mensura æquaverit.) *Jo: Leusdenius*, [1] pariter & *Thom. Godvvinus*, amplexi fuerunt, quorum tamen rationes *Caluvius*, [2] ac *Hottingerus*, [3] examinandas sibi sumserunt. *Alteram* sententiarum quas de cubiti Hebraici mensura attulimus ex *R. Sam. Japhe* libro, quem יפה תואר inscripsit, *Philippus Aquinas*, [4] & ex eo *Buxtorfius* [5] exhibent tres, nimirum אמות, id est *cubitos* fuisse in *Sanctuario*, quorum *primus* quinque, *secundus* sex, & *tertius* decem palmas (*palmam* autem quatuor *digitorum* mensuram, & pedis quartam partem, communiter haberi constat] continuerit. Neque ab hac ipsa sententia, nisi me vehementer fallunt omnia, ipse *Const. l' Empereurius* omnino alienus fuisse censendus est, siquidem is ob ipsarummet columnarum nostrarum diversam in Codice S. memoratam altitudinem cubitum *Sacrum*, [perinde ut *siclus sacer*, duplo *communem* excesserit, [6] *communi*, qui quinque palmorum fuerit, duplo majorem, adeoque palmorum decem, fuisse statuit; nec tamen minorem *cubiti sacri a Judæis annotatam* quantitatem prorsus in dubium vocare audet: [7] nisi forsan, cum *Casp. Vvassero*, illos, qui cubitum sacrum communi *duplo* majorem fuisse contendunt, huic non nisi *tres* palmos tribuere malueris. Sed de hac cubitus sacri, & communis differentia *dupla*, paullo inferius commodior disserendi occasio, nobis suppeditabitur. Ad *tertiam*, quam adduxi, sententiam quod attinet, per quam duplex cubiti *Hebraici* mensura, constituitur, vulgo illum dispescere consuescunt in *communem*, & *sacrum*, quorum iste alio nomine *profanus*, ac *civilis*, & *Hebræorum Magistris*, אמת של חול, *cubitus profanus* אמה הידועה, *cubitus notus*, sive *vulgaris*, nec non אמת של כליים, *cubitus vasorum*; hic vero, *legalis*, *solemnis*, *ecclesiasticus*, & *Hebræis* אמת הקדש, *cubitus sanctuarii* אמת אמת, *cubitus veritatis*, sive *verus* אמת הבנין, *cubitus ædificii*, sive *Templi*, nec non אמה וטפח, *cubitus palmi* alioquin nuncupatur. [8] Utriusque mensuræ quantitatem *R. Jehuda*, apud *l' Empereurium*, ita definit: אמת הבנין ששה טפחים ושל כלים חמשה, i. e. *cubitus structuræ est palmorum sex; at vasorum quinque*. Atque eandem omnino descriptionem ex *Judæis*, tum *Mischnæ Scriptores*, tum *R. Aben Ezra*, *R. Jechajas* aliique; [9] ex *Christianis* vero præter mensurarum *Hebraicarum* investigatores, *Jo: Marianam*, *Ariam Montanum*, *Casp. Vvaserum*, ceteros *Mercerus*, *Buxtorfius*, *Castellus*, *Coccejus*, & plerique *Lexicographorum* alii tuentur. Neque tamen desunt, quibus aliter utrumque cubitum definire visum est. *Georg. Agricola*, qui *Casp. Vvaseri* judicio, [10] *diligentissimus alioqui*, *harum rerum scrutator* exstitit, cubitum *communem* palmis *senis*, *sacrum* vero *septenis* circumscripsit: [11] quam eamdem sententiam, cum *Matthæo Hosto*, [12] *Calovius* noster, etsi *in Scripturis cubitum alium quam sacrum fingere opus non esse*, affirmet, similiter amplexus fuit. [13] Post *Trium-Viros* hosce nuperrime adhuc *Cl. Freyerus* idem istud assertum ex instituto probare, juxta ac defendere molitus est. [14] *Nicol. Goldemannus*, quando speciatim in *nostrarum columnarum* dimensione occupatur *vlnam* inter, & *cubitum*, ita potissimum distinguit, ut postquam mensuram illius, pedum duorum hujus vero unius tantum pedis, & dimidii fuisse supposuisset, colligat exinde, quod

vina

[1] in *Mose & Aarone*, *Lib. VI. cap. IX. pag.* 954. *sq.*

[2] *Bibl. Illustr. T. I. pag.* 187.

[3] *in nott. ad Goodwini l. c.*

[4] Conf. de hoc libro, Buxtorfius, *Biblioth. Rabb. p.* 73. & Vener. VVolfius, *Biblioth. Hebr. No.* 286. *pag.* 1205.

[5] in Lexico, ad voc. הבקיין.

[6] *L. T. pag.* 112. *sub voce* אמה.

[7] Quam tamen pervulgatam *sicli*, in *communem*, & *sacrum*, distinctionem, præter ceteros, etiam Casp. VVasero, *de antiqu. numis Hebr. L. II. cap. III. sqq. T. V. Critic. SS. P. III. pag.* 53. *sqq.* Aug. Pfeiffero, in *nott. ad Anonymi Rabbini*, *Tr. de Lusu L.* 3. ut & sub certo quodam temperamento, Seb. Schmidio, *Fascic. Dispp. Disp. XIV.* §. 8. *sqq. pag.* 811. *sqq.* comprobatam, dubiam facile reddunt ea, quæ a Br. VValtono, in *Apparatu*, *T. I. Bibl. Polygl. præmiss. p.* 36. Magnif. Præside meo, in *Dissert. de Armatura Goliathi*, §. *VI.* aliisque erudite in hanc rem disputantur.

[8] *in præf. ad Cod. Middoth*, *a se editum*, *xxx.* 2. *a.*

[9] *In nott. ad Cap. II. Sect. I. Codicis citati p.* 36. *seq.*

[10] In *de antiq. mens. Hebr. L. I. c. IV.* §. *VII. T. V. Critic. SS. P. III. p.* 108.

[11] Legg. de his, & similibus cubiti Hebraici nominibus, Casp. Waserus *l. c.* §. *VII.* & *XIV. Crit. SS. p.* 208. *sqq.* & Arias Montanus *in Tubal-Cain*, *Crit. S. T. V. P. II. p.* 232.

[12] *In nott. ad Codic. Midd. l. c. p.* 37.

[13] Excitati ab Aria Montano, & Vvasero *ll. cc.*

[14] *Loc. sæp. cit. T. V. Critic. SS. P. III. p.* 110.

vina sancta juxta quam nimirum, confectæ hæ nostræ columnæ fuerint, pedibus duobus & una palma, hanc enim vocem proprie illam quatuor digitorum mensuram denotare contendit, cum *palmus* idem, quod *Græcis* σπιθαμή, adeoque digitorum duodecim mensionem insinuet,) i. e. 36. digitis constitisse. [1] *Sam. Reyherus*, e contrario, etsi itidem *cubitum sanctum*, in nostris columnis elaborandis, adhibitum in 36. digitos resolvat; tantum tamen abest ut illam a *Goldmanno* institutam ejus dimensionem, plane planeque approbet, ut potius ipsos hosce digitos triginta atque sex, de digitis *sanctis*, qui proinde XLII. *communes* mensura æquaverint, intelligendos esse supponat. [2] Plura non addo, maxime cum varias de re ad liquidum, aut ἀκρίβειαν quandam, nunquam perducenda, cumulare velle sententias, tædiosum æque ac supervacaneum esse existimem. Nostram ceteroquin si quis tandem exquirat, verosimillimum equidem nobis videtur, *hebræa illa cubita a cubiti humani longitudine propius absuisse, utpote quod genus mensionum antiquissimum est, & suæ origini rectius constat, nec portentosam nimis hominum proceritatem facit.* [3] Quamvis autem hoc pacto, in proclivi esse videatur, ut cubitus *communis* [si nimirum distinctionem illam cubiti in *communem*, & *sacrum* catholico propemodum, tum *Antiquitatis*, tum *Eruditorum* immo *Scripturæ* ipsiusmet, ut quidam ex *Ezech. XL.* 5. & *XLIII.* 3. colligunt consensu comprobatam tantisper, amplecti velimus,] *sex* palmis sive XXIV. digitis, quibus nempe communiter hominis cubitum constare cuilibet, experimentum rei facienti patebit; [4]] cubitus vero *sacer septem* palmis, sive digitis XXIX. definiatur : non tamen desunt, quibus omnis isthæc cubiti *Hebraici* in *communem*, & *sacrum* distinctio a Rabbinis, *Ezechielis* loca non bene percipientibus, ut *Villalpandus* loquitur, [5] originem suam traxisse videtur. Ipse quem vix nominavimus, *Villalpandus* certe, (cum quo si ita lubet, *Jo: Bapt. Ricciolum* [6] conferas,) in eam discedit sententiam, ut statuat, [7] laudatum Prophetam non *communem* inter, & *sacrum* cubitum distinguere voluisse, sed eundem potius, cum apud *Babylonios*, quorum cubiti *Hebræis* minores essent, [8] scriberet ad rudem informandum populum, sollicite cubitum *Hebraicum*, in se unicum, & invariabilem a cubito apud *Babylonios* usitato discriminasse atque ita mensuram *cubiti cum palmo*, non nisi eam ob caussam posuisse, quod cubitus *Babylonicus* addito adhuc *Bibylonico* palmo, legitimum demum cubitum *Hebraicum*, qualis sigillatim in structura *Tabernaculi*, & *Templi* obtinuit constituerit. *Andr. Rivetus* quoque etsi eandem hanc, *Villalpandi* hypothesin suam facere ambigat mavult tamen sententiam *communissimam*, ut ait de cubito *sex* palmorum, præ illa de cubiti *sacri*, & *communis* differentia retinere. [9] Atque dum hæc, aliaque quæ in utramque partem hic disputari solent, paullo diligentius expendimus, tutior omnino in qua hac in controversia, procedamus, via ista nobis videtur, ut eandem tritam sententiam, qua cubitus per *sex* palmos, sive pedem unum cum dimidio, (supposito nimirum, quod palmus unus quatuor digitos, pes autem quatuor palmos contineat,) circumscribitur, amplectamur, atque adeo cubitum, quo *columnæ* nostræ mensurabantur, per *sex* palmos, sive *viginti quatuor* digitos determinemus. Neque vero ab hac sententia *R. Jehudæ* nos revocat auctoritas, quando hic אמת של כלים, *cubitum vasorum*, ad cubitum ita dictum *communem* restringit nostrasque adeo columnas, cum ad הכלים, sive *Vasa Templi*, referendæ sint juxta mensuram cubitorum *communium*, i. e. *quinque*, ut Hebræi volunt palmorum delineatas fuisse, (quæ etiam *Casp. Vvaseri*, [10] sententia est) asseverat. Missis enim aliis, quæ urgeri poterant momentis, *R. Jehudæ R. Abrahamum Harophem* [11] opponimus, utpote qui *Judæos* omnes cubitum structuræ Templi, & reliquarum rerum sacrarum, [adeoque & ipsorum הכלים *sex* palmorum fuisse fateri affirmat. Probata itaque hac mensura XIX. cubitis, quibus *altitudo* columnarum nostrarum definitur, omnino attribuenda; porro ut disquiramus necessum est, quænam illarum partes sub hac mensura comprehendantur. *Villalpan-*

[1] Ut refert Vvaserus *l. c.*

[2] *Ppp. T. II. p.* 290. & 356. *sq.* edit. Rechenbergi.

[3] *T. I. Bibl. Illustr. Proleg. pag.* 189.

[4] *Diss. I. de mari æneo Obs. III.* §. *II. seqq. p.* 15. *sqq.*

[5] In der vollständigen Anweisung zu der Civil-Bau-Kunst. *L. I. c. VII. p.* 33.

[6] In *Mathesi Mosaica*, *N. XXXVII.* §. *XVI. p.* 691. *sq.*

[7] Quibus olim rationibus hanc sententiam firmavit Magnif. Præses meus, in *Differt. de Armatura Goliathi*, §. *II.* Plura, in sententiam eandem, dabunt Georg. Agricola, in *Tr. de pond. & mens. p.* 197. *sqq.* & Eduard. Bernhardus, *de pond. & mens. p.* 191. *sqq.*

[8] Unde nec Ariæ Montano assentimur qui a cubito, ad extremos usque digitos, uniuscujusque hominis, *quinque* tantum *palmarum* spatium deprehendi scribit in *Tubal-Cain*, *T. V. Critic. SS. P. II. p.* 232.

[9] In *Apparatu Urbis ac Templi Hierosolymitani*, *P. II. L. III. c. XVII. p.* 472. *a.*

[10] Ap. Eisenschmidium, *de pond. & mens. p.* 115.

[11] *l. c. p.* 741. *sqq.* adversus quem, tamen disputat Freyerus, *Diss. I. de mari æneo*, *Obs. III.* §. 6. *p.* 21.

lpandum enim qui proportionem menſurarum architetonicam in ſingulis columnarum noſtrarum partibus conatus eſt oſtendere, ſi conferamus, putat ille, [5] ſolum *ſcapum cum baſi*, tot cubitorum, XIX. puto, *altitudinem* explevisse, *capitellum* vero quod in locis noſtris, per τὸ ראש inſinuatum ſit, duobus inſuper cubitis conſtitiſſe, adeoque *columnarum* integram cum capitello ſuo ſpectatam viginti cubitos altam fuiſſe. Neque ipſe *Hadr. Relandus* [6] ſuo hanc ſententiam calculo corroborare detrectat. *Nicol. Goldmannus*, [7] cujus veſtigia hac in parte *Sam. Reyherus* [8] premit, præter *ſcapum*, & *baſin* columnæ, *duos* quoque *ſcamillos* ad altitudinem ejus commemoratam, referendos eſſe putat, ita ut *ſcapus XVI. baſis I.* & *ſcamillus uterque* dimidium octodecim iſtorum cubitorum complecterentur. Quantum autem ad *capitellum*, unicuique columnæ ſuperimpoſitum attinet, idem *Goldmannus*, *trium* iſtud cubitorum fuiſſe arbitratur. Poſteaquam nempe Viri hi, ceteroquin doctiſſimi ſemel in animos induxerunt ſuos, ut ad modernæ Architecturæ regulas, noſtrarum quoque columnarum ſtructuram examinarent, non potuerunt non ulterius progredi quam Spiritu S. Duce, fieri datum conceſſumque iſtis fuerat, multaque ita velut indubitata aſſumere, quæ nullo tamen in Scripturis fundamento innituntur. Nos ſane de columnis hiſce ſub initium ſtatim diſſertationis præſentis [9] comprobatum dedimus, quod eædem iſtæ juxta delineationem, atque normam Davidi a DEO ipſo ſuppeditatam confici debuerint; DEUM vero a quo tanquam fonte primo, omnis omnium Architectorum ſapientia unice dimanat, quique infinitis hanc eandem modis ſuperat, ad certas quaſdam hominum regulas, certumque ut Architecti loquuntur, *Ordinem* alligare velle, oppido iniquum videtur. Rectius proinde nos facturos eſſe omnino confidimus, ſi columnarum noſtrarum ſymmetriam exponituri, ultra textum ſacrum temere non ſapiamus lubricisque aliis innixi fundamentis, multa quæ probari nunquam poterunt, confingendi neceſſitatem nobiſmet ipſis imponamus. Jam vero ſi ad textum noſtrum ſacrum ſollicite attendamus, nihil ex eodem amplius liquido conſtat, quam quod *altitudo* העמוד, *Columnæ* ad octodecim cubitos aſſurrexerit. Columnam itaque, cum *ſcapus* non ſolum, & *baſis* ſed *capitellum* etiam tanquam partes eſſentiales, Architectorum omnium ſuffragiis, conſtituant, nulla ſane idonea apparet ratio, cur ſi in *columnis* pariter *Solomoneis* hæ tres partes dicendæ ſint adfuiſſe, (quod equidem certa quadam cautela adjecta, ſupra [10] jam fuimus largiti,) *capitellum* ſeorſim metiri, nec potius *Columnæ* totius, adeoque & *ſcapi*, & *baſis*, & *capitelli altitudinem* decem, & octo cubitorum fuiſſe ſtatuere velimus. Neque vero ſolidum quoddam fundamentum, cum taliſmodi Scriptor divinus reticeat, in medium unquam produci poterit, quo evincatur quod duo preciſe *ſcamilli*, ſub iſta XIX. cubitorum altitudine, excluſo prorſus *capitello* nobiſmet inſinuentur. Ceterum quo levior ea demum judicari poterat opera qua iſte hominum nimis curioſorum a Scriptura S. circa *altitudinem* columnarum noſtrarum rejicitur ſeceſſus; eo majoris ex adverſo momenti ac negotii res eſſe videtur ut Scripturæ ipſius a ſe ipſa, circa eandem diſcrepantiam, dextre explicare, & apparentem quæ in hoc quoque argumento ſe nobis objicit, contradictiomem quo par erit, pondere ſummovere valeamus. Certum enim omnino eſt, quod plane diverſam ab illa, quam in *tribus* hactenus excuſſis oraculis, commemoratam vidimus columnarum noſtrarum *altitudinem*, locus iſte, qui ex *quatuor* ſub initium Paragraphi hujus excitatis, adhuc explanandus ſupereſt, 2. *Paral. III.* 15. nobis ſuppeditet. Sane poſteaquam, de Solomone dictum ibidem fuerat, quod עמודים שנים *duas columnas* iſte confecerit, ſtatim additur, quod אמות שלשים וחמש ארך *cubitis triginta quinque*, *qua longitudinem* ſuam eædem iſtæ conſtiterint. Hæc autem cum verbis trium ante adductorum oraculorum: שמנה עשרה אמה קומת העמוד *octodecim cubitorum erat altitudo columnæ unius*, plane non concordare, ſed toto potius, quod dicitur cœlo ab iis differre, ſponte quilibet djiudicare poterit. Commoti ita-

[1] Id quod ſimiliter Rich. Cumberlandus in libello Anglico *de ponderibus*, Londini 1686. edito, & cum eo, Joh. Clericus *Commentar. in Gen. VI.* 15. aſſeverant. Ceterum de *Babyloniorum cubitis* (plures enim, quam unam hujus generis menſuram habuere,) ex *Herodoto*, *Plinio*, aliis exponunt Villalpandus *loc. & pag. cit.* Georg. Agricola *de menſur. ac ponderib. p.* 220. Matth. Hoſtius, *Opp. T. II. L. III. p.* 245. *ſq.* ed. Rechenb. nec non Eduard. Bernhardus *de pond. & menſ. p.* 214. *ſeqq.*

[2] *Commentar. in Exod. XXV.* 10. *Opp. Theol. T. I. p.* 1112.

[3] *l. c.* §. *XI. T. V. Crit. SS. P. III. p.* 109.

[4] שלטי הגבורים, qui liber in pauciſſimorum manibus verſatur, (teſte CL. Haſæo in *Bibliotheca Bremenſi Faſc. I. p.* 51.) *cap.* 72. ap. Buxtorfium, *Hiſtor. arcæ fœd. Cap. VII. pag.* 85. *ſq.* conf. Joh. Mejeri *diſſ. de Templo Ezechielis*, *Sect. I. c. I.* §. *IX. p.* 22. *ſqq.*

[5] In *Explanat. in Ezech. T. II. P. II. L. V. c. V. p.* 423. *a.* C. & *Cap. IX. p.* 428. *a.* C.

[6] *Antiqq. Judaicarum P. I. cap. VII.* §. *III. pag.* 61.

[7] *l. c.* In der vollſt. Anweiſ. *pag.* 34.

[8] *l. c.* §. *XII. pag.* 69.

[9] *Sect. I.* §. *III. p.* 50. *ſq.*

[10] *Sect. I.* §. *II. p.* 16.

que hac ipsa difficultate, nonnulli Interpretum fuere, ut vel sacrum Παραλειπομένων Scriptorem hic, quidem locorum omnino deserendum; vel etiam quod eodem recidit, codicem nostrum authenticum, vitii alicujus in describendo passi arguendum esse arbitrarentur. Prius certe in *Syro*, & *Arabe* Interpretibus inprimis, animadvertere licebit, quorum ille per : ܦܬܝܗܘܢ ܗܘܐ ܬܪܬܥܣܪܐ ܐܡܝܢ; hic vero per طولهما ثمانية عشر ذراعا, i e. *latitudo earum erat dodecim cubitorum*, textum originalem quem modo ex *Paralipomenων* libro apposuimus expressit. Posterius autem exsertis verbis, *Jo: Clericus* asserere, suamque hanc codicis libri *Chronicorum* cum codicibus librorum *Regum*, & *Jeremiæ* conciliationem, reliquis omnibus anteferre non dubitat dum : *Igitur cum consentiunt*, inquit [1] *Jeremiæ codices cum Codicibus libri Regum, multo facilius crediderim peccatum hic in numeris, quam illic, & pro* יח, *octodecim scriptum* לה, *triginta quinque fugientibus aut non satis distinctius arithmeticarum notarum vestigiis*. Neque magnopere peccatum ab ullo horum Interpretum fuisse, vel inde etiam aliquis facile persuadere sibimet poterat, quod e Nostratibus quoque tum *Luc. Osiander*, tum ipsemet *Lut.* aliquando in eam inclinaverint sententiam, quod *Chronicorum* libri nonnullis in locis corrupti a librariis fuerint. [2] At enim vero, quicquid sit de ultimo hoc effugio, cum dubio nostro curatius pensitato res omnis nondum desperata sit, idemque ipsum pro insolubili prorsus neutiquam haberi mereatur, præstare utique opinamur, ut nondum hunc Gordium rite solvere, quam violento impetu secare annitamur. Licet enim quod minime diffitemur, non una omnibus eademque solvendi methodus arrideat; singulæ tamen quæ hunc in finem in medium afferuntur conjecturæ, si paullo diligentius inter se conferantur, haud adeo erit difficile judicatu, quænam illarum tutior, atque ita comparata sit, ut eidem præ reliquis jure subscribatur. Nonnulli itaque verba Scriptoris Παραλειπομένων, de *singulis* columnis, accipienda esse contendunt, ac proinde unamquaque earum, cum omnibus suis partibus, & ornamentis XXXV. *scapum* vero solum qui 1. *Reg. VII.* 15., 2. *Reg. XXV.* 17. ; & *Jerem. LII.* 21. commemoretur XIX. cubitos altitudinis habuisse asseverant. Hujus sententiæ patrocinium præter *Nicolaum de Lyra*, *Alphonsus Tostatus*, *Thomas de Vio*, *Cajetanus*, *Petrus Martyr*, [3] una cum *Johanne*, æque ac *Henrico Cocceiis*, [4] alii susceperunt, qui tamen circa methodum, atque modum XXXV. istos cubitos, in singulis columnis demonstrandi, non parum a se invicem discrepant. Audiamus de prioribus quatuor, vel potius antesignano inter eosdem, & qui facem istis prætulisse videtur, *R. Don Isaac Abarbanelem*, ita edisserentem : [5] וכבר ראיתי במדת העמודים האלה לחכמי הנוצרים מי שאמר שהיה מדות כל עמוד שלשים וחמש אמות כמו שנזכר בדברי הימים ושיהיו בזה האופן העמוד עצמו היה שמנה עשרה אמות כמו שנזכר בכאן והכותרת אשר היה על העמוד היה חמש אמות שהיתה מונחת עליו ומעשה השושן שהיה על הכתרת היה ארבעה אמות כמו שהעידו הפסוקים הרי לך שבעה ועשרים אמות ואמנם השמנה אמות הנשארים היו למטה בכן אשר היה עליו העמוד כי בידוע שלא היה העמוד עומד על הקרקע בלי אמצעי אבל היה שם מכון על הארץ גבוה שמנה אמות ועליו היה העמוד ובזה האופן היה עולה הכל אל שלשים וחמש אמות : i. e. *Etiam perlustravi mensuram columnarum istarum, secundum sapientes Christianorum, quorum quis dicit, quod mensuram uniuscujusque columnæ triginta, & quinque cubitorum, quemadmodum commemoratur in Paralipomenis, & quod adfuerit* [mensura ista] *hoc modo : Columna ipsa fuit octodecim cubitorum, ut refertur h. l. & corona quæ fuit in columna quinque fuit cubitorum, eratque demissa super eam ; & opus liliorum, quod fuit supra coronam, quatuor fuit cubitorum, id quod testantur versus Biblici. Ecce tibi septem, & viginti cubitos. Certum vero est, reliquos octo cubitos fuisse pro basi, super qua esset columna. Namque expertum est, columnam non stetisse super solum absque intermedio, quin potius fuit ibi locus paratus*, (s. basis) *super terram, altus octo cubitorum, & super hunc stetit columna. Atque hoc modo, tota* (columna) *ad triginta quinque cubitos ascendit*. Aliam vero viam uterque *Coccejorum* ingreditur. *Johannes* enim *Coccejus* : *Nos* inquit, [6] *fugientes τὸ λίαν ἀκριβὲς, sic curavimus exprimi columnam*, [7] *ut XIX. cubiti faciant nudum scapum V. cubiti coronam columnæ superimpositam. Qui sunt cubiti XXIII. Desunt cubi-*

[1] *Commentar. ad 2. Par. III.* 15.

[2] Conf. Pfeifferus *Hermeneutica S. Cap.* 2. *Qu. III.* §. 3. *p.* 77. *sqq.*

[3] Quos omnes quatuor Polus, in *Synopsi ad* 1. *Reg. VII.* 15. adduxit. De primo tamen illorum sigillatim, conferfis Villalpandum, *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. cap. IX. p.* 228. *a.* BC.

[4] Vid. Ille, in *Comment. in Jerem. LII.* 21. nec non in *Typo Templi Ejusd. Comment. in Ezechielem subjuncto*, §. 42. hic vero in *Naeder Ondersoeck van het rechte Verstand van den Tempel Ezechielis*, ad Vagetium, *Diss. II. de his columnis*, *Sect. VI.* §. *VII.*

[5] *In Comment. ad* 1, *Reg. VII.* 15.

[6] In *Typo Templi ejus Comment. in Ezechielem, adjecto*, §. 42.

[7] In Tabula nempe ænea XVII., quæ *cit. loc.* comparet.

cubiti XII. ad XXXV. Hos juſſimus partim ſtylobatæ, partim trabeationi, & ornamentis columnæ aſtribui juxta proportione. Sed *Henricus Coccejus*, pro eadem XXXV. cubitorum menſura, in ſingulis columnis commoſtranda, *plintho ſtybolatæ*, unum cubitum, *ſtibolatæ* ipſi quinque, *coronæ* unum, *ſpiræ* unum cum quinque palmis, & duobus digitis, *ſcapo* octodecim, *capitulo* tres, *regulæ operis liliacei* duos digitos, *operi* denique *liliaceo*, quinque cubitos aſſignat, utpote quibus partibus omnibus, in ſummam unam collectis XXXV. cubiti emergant. [1] Verum ne quid de iis addam, quæ adverſus hanc partium columnarum noſtrarum diſtributionem ſigillatim a duobus poſtremis inſtitutam, *Leonh. Chriſtoph. Sturmius*, [2] atque *Auguſtin. Vagetius*, [3] ita tum monuere; univerſæ huic ſententiæ de XXXV. cubitis cuilibet columnæ attribuendis, confutandæ ſequens ab *Abarbanele*, eidem ſubjuncta ratio, quibus alii alias adjiciunt, [4] ſuffecerit: אבל מאשר בדברי הימים נאמר ויעש לפני הבית עמודים שנים אמות שלשים וחמש אורך והצפת אשר על ראשו אמות חמש נראה שלא היו נכנסים אמות הכותרת במספר השלשים וחמש אמות כי הצפת שזכר שמה הוא הכותרת וזהו המורה על הפסר הפירוש הזה, i. e. *Certe ex eo, quod in Paralipomenis dicitur: Et fecit ante domum ipſam columnas duas cubitorum tricenum quinum longitudine, &* הצפת, *quod erat in ſummitate ejus, cubitorum quinque, apparet quod non fuerint incluſi cubiti coronamentorum in numero illorum triginta quinque cubitorum, quia* הצפה *illic commemoratum, ipſum coronamentum eſt. Et hoc ipſum allatam explicationem corrumpit.* Atque inde eſſe videtur, quod alli qui pariter, de *ſingularum* columnarum altitudine ſermonem in *Chronicorum* libro inſtitui cenſent, hujus tamen a libris *Regum*, & *Jeremiæ* diſcrepantiam, non a columnarum partibus a Scriptore S. omiſſis, ſed potius a diverſa hic & illic uſurpata cubitorum menſura oriundam fuiſſe exiſtimarint. Adhibent nimirum illi, & pro tollenda omni, quæ hic conſpicitur difficultate, in primis allegant ſupra jam a nobis commemoratam cubiti in *communem*, & *ſacrum* quos inter differentia intercedat *dupla*, diſtinctionem, hacque ita utuntur, ut in libro *Chronicorum* priorem, ſive *communem* poſteriorem vero, ſive *ſacrum* utpote qui duplo major altero extiterit in libris *Regum*, & *Jeremiæ* adhibitum fuiſſe hariolentur. Poſtquam autem hoc etiam admiſſo, nihiloſecius in *Chronicorum* libro, *unum* adhuc cubitum *communem*, quippe quorum XXXVI. ex XIIX. *ſacris* debuiſſent emergere, deficere Viri Cl. facile deprehendebant, hunc ipſum pro *baſi* utriuſue columnæ, demendum eſſe conjectant. Ex iis vero omnibus, qui ſubſcribere huic ſententiæ non dubitarunt, *Claud. Fraſſenium*, [5] *Imman. Tremellium*, & *Franc. Junium*, [6] *Jo: Piſcatorem*, [7] *Coſtant. l'Empereurium*, [8] *Jo: Leuſdenium*, [9] *Thom. Goodvvinum*, [10] & qui primo loco nominandus erat, *Mich. Vvaltherum*, [11] allegaſſe in præſenti ſufficiat. Ceterum quam infirmo hæc ipſa dubii noſtri ſolutio, (qua cum iſtorum ſententia plane concordat, qui *cubitum præcipuum*, vel *axillarem* communi ut volunt duplo majorem pro eodem ſolvendo inculcant, [12] talo nitatur, vel eo iis facile unuſquiſque deprehendet, quæ adverſus illam cubiti in *communem*, & *ſacrum* communi *duplo* majorem diſtinctionem, ab *Eduard. Bernbardo*, [13] *Caſp. Vvaſero*, [14] *Jo: Mejero*, [15] *Jo: Lundio*, [16] aliiſque diſputata *generatim* fuere: quibus addi ea debent, quæ *Seb. Schmidius*, [17] *Abrah. Calovius*, [18] *Sim. Patricius*, [19] *Jo: Henr. Hottingerus*, [20] *Jo: Lundius*, [21] & haud adeo pridem *Henr. Gottl. Reime V. Cl.*, [22] illis quos diſtinctionem hanc noſtris applicuiſſe columnis, modo audivimus, *ſpeciatim* opponenda eſſe duxerunt. Opportune ſane quem ultimos inter primo loco excitavi, *Seb. Schmidius* obſervat, quod hac ratione in Chronicis miſceantur menſuræ, & in eodem verſu, modo ulnæ profanæ, modo ſacræ intelligendæ ſint, quum coronæ columnæ impoſitæ, quæ 1. *Reg.* VII. 15. dicuntur, quinque ulnarum *ſacrarum* ſcilicet fuiſſe, eandem in Chronicis men-

[1] Conf. Vagetius, *diſſert. cit. Sect. VI. §. VII.*

[2] *Sciagraph. Templi Hieroſol. Sect. I. Cap. II. §. 14. p. 18. ſq.*

[3] *Diſſ. cit. l. c.*

[4] Quas videſis ap. Polum, in *Synopſi ad 1. Reg. VII.* 15. add. Villalpandus, *loc. cit.*

[5] *In Diſqq. Bibl. L. IV. p. 782.*

[6] *In nott. ad 1. Reg. VII. 15.*

[7] Ap. Polum, *Synopſ. ad l. c.*

[8] Præf. ad cod. Middoth. xxx. 2.

[9] *In Philol. Hebr. mixto, Diſſert. XXXII. p. 211.*

[10] In *Moſe & Aarone Lib. VI. cap. IX. pag.* 954. *ſq.*

[11] *Harmon. Bibl. ad 1. Reg. VII.* 15. Ibidem vero aliam inſuper, contradictionis hujus apparentis ſolutionem affert, qua de mox videbimus.

[12] Quod faciunt nonnulli, in *annott. Anglicis ad Jerem. LII.* 21. ap. Polum, in *Synopſ. ad h. l.*

[13] In, *de ponder. & menſur. LIII. p. 255. ſq.*

[14] In, *de menſ. Hebr. L. I. c. VI. §. VII.*, quem evolve in *T. V. Critic. SS. P. III. p.* 108.

[15] *Diſſ. de Templo Ezechielis, Sect. I. c. I. §. VII. p.* 22.

[16] *J. H. L. II. p. 258.*

[17] *Comment. ad 1. Reg. VII. 15.*

[18] *Bibl. Illuſtr. T. I. Proleg. p. 187.*

[19] *Commentar. Anglico, ad 1. Reg. VII. 15.*

[20] *In Nott. ad Goodvv. Moſ. & Aar. L. VI. cap. VII. §. VI. p. 954. ſq.*

[21] *J. H. L. II. cap. XII. p. 296.*

[22] *Diſſ. de harmonia vitæ Salomonis*, Præſide Celeb. Danzio habita, *Th. XIX. p.* 32.

mensuram retineant, adeoque juxta *ulnas sacras* commensurantur, etsi columnarum ipsarum dimensio, juxta *ulnas communes*, eodem in commate instituatur. Quæ omnia aliaque id genus, si nobiscum reputamus, meliorem omnino difficultatem præsentem commode semovendi, viam elegisse ii censendi sunt, qui de columnis *ambabus*, in controverso Chronicorum loco, sermonem esse relictis omnibus reliquis supponunt. Ast non uno hi omnes, eodemque modo super eandem viam incedunt. Pessime omnium *Lud. Cappellus*, quando in illa versatur sese gerit, dum numerorum differentiam, quæ ex eo quod 1. *Reg. VII.* 15. aliisque in locis, columnæ *singulæ* XIX. hic vero *ambæ simul sumtæ* tantum XXXV. cubitos altæ dicuntur, relinquitur, rectius secum conciliari non posse arbitratur, quam si numerum posteriorem mendosum esse, atque librariorum incuria, cum XXXVI. debuissent scribere, in textum authenticum irrepsisse affirmat. [1] Sed quum hanc sententiam, utpote dudum explosam recensuisse, sufficiat, plane non est, ut in eadem confutanda pluribus hic occupemur. Propius certe veritatem, quam *Cappellus* proscribere intendit, *Luc. Osiander* assecutus est, qui sursum aspicientibus columnas, quamlibet istarum dimidio cubito breviorem apparuisse pronuntiat. [2] Verumtamen, quo minus huic asserto statim calculum adjiciamus, præter alia istud efficit, quod de columnis *nondum erectis*, auctorem libri *Chronicorum* locutum fuisse, tum ex verbis *vers.* 17. demum subsequentibus : ויקם את-העמודים. *Et erexit columnas*; tum vero ex vocabulo ארך, quod *longitudinem* modo denotat, neque adeo cum voce קומה, ceteris in locis adhibita, quæ *altitudinem erectam*, sive *columnæ jam erectæ staturam* insinuat, paria omnino facere videtur, fortean possit comprobari. Sane hoc ipsum argumentum, *Aug. Vagetium* eo deduxit, ut sufficientem dubii nostri solutionem se attulisse existimaret, si columnas nostras 1. *Reg. VII.* 2. *Reg. XXV.* & *Jerem. LII.* ut *jam erectas*, & *stantes*; 2. *Par. III.* vero *in tempore fusionis suæ, quo nondum erectæ essent*, repræsentari asseveraret. [3] Eandem sententiam, jam dudum ante eum, *R. D. Kimchius* (*Jarchii* enim verba : שיצקו שניהם כאחת *quod fusæ fuerint* (columnæ) *ambæ sicut una*, eodem sensu, quod *Vagerius* putat, accipienda esse vix putaverim,) in medium protulerat, quando is in rem præsentem, ita commentatus fuit: מה שאומר בדברי הימים הוא אומר על מדות שני העמודים כאחד בעת היציקה [4] שהיו שוכבים לפי' אמר שמה אורך והנה אמר קומה כשהעמודים : i. e. *Aliquis dicit, in Paralipomenis sermonem esse de mensura duarum columnarum simul, in tempore fusionis, quo jacebant* [in terra.] *Idcirco dicit* (Scriptor sacer) *ibi* (2. Par. 3. 15. scilicet) ארך *longitudo*; *sed hic* [nempe 1. Reg. VII.] *dicit* קומה *altitudo, quasi* [attendat *erectam stationem earum*. Neque tamen hæc ipsa conciliandi ratio omnibus, immo ne ipsi quidem *Kimchio* quod statim percipiemus, tam facile pro sufficiente, & nulli amplius dubitationi obnoxia, se probare potuit. Alii proinde eo delapsi sunt, ut singulas columnas revera tantum *septemdecim*, cum *dimidio* adeoque ambas triginta quinque cubitos altas fuisse, sed 1. *Reg. VII.* ceterisque in locis, ubi octodecim cubitis earum altitudo definitur, numerum rotundum potius quam accuratum, adhiberi arbitremur. Referenda huc in primis est sequens *R. Levi filii Gersonis* commentatio : [5] בספר דברי הימים התבאר שקומת שניהם היתה שלשים וחמש אמורת ויחסר מזה אם כן אמה ואפשר שנאמר שלא דקדק בזה כמו שלא דקדק בכמו האופן הזה במקומות רבים שאמר על דוד בחברון מלך שבע שנים וששה חדשים ובירושלם מלך שלשים ושלש שנה ובמקום אחר אמר כי הימים אשר מלך דוד הם ארבעים שנה, i. e. *in libro Paralipomenων explicatur*, (nempe phrasis libri Regum : עשרה אמה קומת העמוד האחד,) *quod altitudo ambarum* (columnarum) *fuerit triginta, & quinque cubitorum : deficit itaque hac ratione cubitus unus : sed potest dici, quod non accurate differat* [Scriptura], *in hoc loco* (nempe 1. Reg. VII.), *quemadmodum non accurate differit, simili modo in locis pluribus, ut* [quando] *dicit de Davide*, [eum] *in Hebron regnasse septem annos, & sex menses, & in Jerusalem regnasse triginta & tres annos, quum tamen in alio loco dicat, quod dies quibus regnavit David, fuerint quadraginta anni*. Nec multum ab hac sententia discedit *Abarbanel*, qui dum plurimorum hactenus visam Scripturæ S. apparentem contradictionem conciliandi rationes, in unam quasi summam contrahere studet, super præsenti mentem suam ita exponit : [6] או שהכתוב לא חשש לחצי האמה כמו שכתב הר' לוי בן גרשום והוא הנכון : i. e. *Aut* (dicendum) *quod Scriptura non curet dimidium cubitum, ut scribit Ampliss. R. noster Levi, filius Gerschom. Et isthoc firmum est*. Adderemus his insuper ex *Judæis*, tertium *R. Salom.*

[1] *Critic. S. Lib. I. c. X. §. XIII. p.* 39.
[2] Ap. Polum, *in Synopsi ad* 2. *Par. III.* 15.
[3] Conf. ejus *Differt. II. de his columnis Sect. VI. §. VI.*
[4] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.
[5] *Ad* 1. *Reg. VII.* 15.
[6] *loc. cit.*

lom. Jarchium, nempe qui similem omnino, dum in explicatione nostri Paralipomenων loci versatur sententiam tuetur, si modo iste *in libros Paralipomenων Commentarius*, qui sub ejus circumferri solet nomine, tuto eidem adscribendus, vel hoc si esset, ab omni aliorum interpolatione liberandus foret : [1] nec utroque etiam tantisper admisso, ipse *Jarchius*, utpote qui plane ab illa diversam, quam mox recensebimus opinionem amplexus, antea fuerat, contradictionis cujusdam hoc pacto insimulandus esset. Ex *Christianis*, interea certum est, post *Vatablum*, [2] *Sanctium*, [3] *Vvaserum*, [4] & *Grotium*, [5] ipsummet quoque *B. Calovium* nostrum, [6] etsi is temperamentum quoddam adjiciat, & post hunc *Dav. Martinium*, (*) huic sententiæ favisse. Sed cum omne negotium nondum ita confectum esse videri poterat, ulterius nonnulli quam ab omnibus hactenus excitatis Interpretibus factum est, in difinienda columnarum nostrarum altitudine, progredi sibi licere existimarunt, ipsamque adeo *partem* illam *dimidium cubitum altam*, quæ ab auctore libri *Chronicorum* neglecta tantam hujus a libris *Regum*, & *Jeremiæ* discrepantiam peperit, indice quasi digito, in iisdem ostendere conati sunt. Poterunt tamen & hi ipsi in *quatuor*, quantum nobis observare licuit, iterum *classes* distribui, siquidem aliis *scamillum*, aliis *plinthum*, aliis *partem quandam ipsius columnæ, coronamento ejusdem insertam*, aliis denique *basin* columnæ, partis istius semicubitalis nomine venire animadvertimus. Ad *priorem* quatuor harum classium, *Nicol. Goldmannum*, [7] & *Sam. Reyherum*, [8] potissimum referimus, quandoquidem uterque, ut hypothesi suæ paullo superius excussæ succurat, difficultatem omnem ex isto libri *Chronicorum*, cum *Regum*, & *Jeremiæ* libris dissensu oriundam, optime superari posse sibi persuadet, si *unus ex duobus scamillis*, quo singulis columnis nostris tribuendos esse putant, in *Chronicis* diceretur omissus. At huic sententiæ quam parum roboris, vel etiam probabilitatis insit jam supra ivimus demonstratum. Ad *alteram* porro classem, eorum scilicet qui *plinthum* in columnis nostris juxta Auctoris *Chronicorum* mentem, demendum esse hariolantur, si attendimus, cum *Villalpando*, [9] *Cornelium a Lapide*, [10] *Jac. Salianum*, [11] *Jo: Steph. Menochium*, [12] & *Hadr. Relandum*, [13] præ ceteris in eadem deprehendimus : quibus tamen vel eam ob caussam, quod *plinthum* in columnis nostris adfuisse, nobis eque ac olim *Vagerio* [14] vix verosimile videatur, certe tuto nunquam affirmari possit, subscribere merito nos detrectamus. Longe autem majori probabilitatis specie illorum, quos in *classem* tertiam rejecimus, sese commendat sententia, qua *cubitum* ex singulis columnis, *dimidium* in coronamentum columnæ superimpositum *insertum* fuisse statuitur. Applaudit huic sententiæ, præter supra allatam, Kimchius cujus hæc leguntur verba : [15] וקומת העמוד האחד היה שמנה עשרה וכן העמוד השני הנה שלשים ושש בין שניהם ומה שאמר שלשים וחמש האמה האחד היה נכנס חצי אמה מכל עמוד בתוך הכותרת לפיכך לא אמר אלא שלשים וחמש : i. e. *Altitudo autem columnæ unius fuit octodecim* [cubitorum,] *& ita columnæ alterius : hinc* (essent) *triginta sex* [cubiti] *intelligendo ambas illas. Sed quando* (Scriptura) *dicit triginta quinque, unus cubitus fuit intromissus, dimidius cubitus ex qualibet columna in coronamentum. Propterea tantummodo dicit triginta quinque*. Cum Kimchio paria facit *Jarchius*, ita scribens : [16] ובדברי הימים הוא אומר שלשים וחמש אמה קומתן שיצקו שניהם כאחת והאמה החסרה אומר אני חצי אמה היתה לכל אחד בראשו שאינה דומה למלאכת שאר העמוד כמו שאמור למטה בענין ועל ראש העמודים מעשה שושן : i. e. *Et in Paralipomenis illa* [sc. Scriptura] *dicit, triginta quinque cubitorum* (fuisse) *altitudinem earum, quod nempe funderentur ambæ sicut una. Cubitum vero deficientem,* [quod attinet] *puto ego dimidium* cubi-

[1] Sunt enim, qui istum *in libros Paralipomenων Commentarium a Jarchio* conscriptum esse, omnino dubitant, ut Joseph. Voisin, *Proem. in Raym. Martini Pug. fidei, fol. 19. col. 2. & fol. 20. col. 1.* Joh. Mejerus, *in nott. ad Seder Olam, p. 937.* alii. Nec in utroque operum Jarchii, MS. Erfurtensi, Commentarium eundem extare, Celeb. Joh. Frid. Breithauptius, testis est, *in nott. ad versionem hujus commentarii, in 1. Paral. L. 1. p. 425.* Ipse vero Breithauptius, *l. c.* existimat commentarium hunc a *Jarchio*, quidem *scriptum*, sed a *Judæo* quodam qui sibi sapere visus fuit, nonnullis in locis *interpolatum* fuisse.

[2] *In Nott. ad 1. Reg. VII. 15.* In *Nott.* enim *ad 2. Par. III. 15.* alia quam, paullo post recensebimus, de eadem altitudine sententiam fovet.

[3] *In Comment. ad 1. Reg. VII. 15.*

[4] In, *de antiq. mensur. L. I. c. VI. §. XI.* quamvis & hic Vatablum, ut videtur secutus alteram ab eodem pariter usurpatam, conciliandi rationem huic supereddat.

[5] *In Nott. ad 1. Reg. VII. 15.* qui tamen *in nott. ad Jerem. LII. 21.* itidem, aliam quam mox lustrabimus, pro hac sententia substituit.

[6] *Bibl. Illustr. T. I. p. 187. Prolegom.* nec non *Tomo eod. in nott. ad 1. Reg. VII. 15.*

(*) *In nott. ad Bibl. Gallic. 1. Reg. VII. 15.*

[7] In der vollst. Anweis. *L. I. c. VII. p. 34.*

[8] *Math. Mosaic. N. XXXVII. §. XII. p. 690.*

[9] *Explanat. in Ezech. T. II. P. II. Lib. V. cap. V. p. 423. a.*

[10] Ap. Polum, *in Synopsi ad 1. Reg. VII. 15.*

[11] Ap. Menochium, *loco citando.*

[12] *Commentar. in Reg. VII. 15.*

[13] *Antiqq. Vet. Hebr. P. I. c. VII. §. III. p. 61.*

[14] *Dissert. de his columnis, Sect. VI. §. IX.*

[15] *Commentar. ad 1. Reg. VII. 15.*

[16] *In Commentar. ad l. c.*

cubitum fuiſſe in capitello uniuſcujuſque (columnæ abſconditum,) *quia ille non fuit ſimilis operi reliquo columnæ*, *quemadmodum dicitur infra*, *in ſenſu verborum : Et ſuper caput columnarum* [erat] *opus liliaceum*. Seceſſiſſe quidem poſtea ab hac ſententia ipſe *Jarchius* videri poterat, quod is alio in loco, [1] quo denuo eandem in medium attulit, atque *R. Salomonis*, [2] & *R. Joſephi*, ſuffragiis comprobavit, ſequentem iſti ſubjungit cenſuram : ולא נראה דמה לנו גבהה יח אלא כך שמעתי ודאי יצקם שניהם כאחד ואחר כן חלקו לשנים ונמצא כל אחד יז אמה ותצי : i. e. *At non videtur nobis* [vero] *ſimile*, *altitudinem* [unius columnæ fuiſſe cubitorum] *octodecim*. *Verum ſic audivi : indubitato fudit* [columnas] *ambas in* (typo) *uno*, *& poſtea diviſerunt eaſdem in duas*, *& reperta fuit unaquæque ſeptemdecim cubitorum cum dimidio*. Verum qua ratione ab iſthoc contradictionis crimine liberandus ſit *Jarchius*, ex iis, quæ paullo ante, de *γνησιότητι Commentarii in Paralipomena* eidem vulgo tributi diſputabamus, facile unuſquiſque deprehendet. Eodem interim, quo prior illa, & vera *Jarchii* ſententia recidit ſequens *Abarbanelis* interpretatio : [3] אבל שם זכר מדת שני העמודים יחד וכאן זכר מדת כל אחד מהם בפני עצמו והחצי אמה אשר יש בחלוף היה נכנס בכותר׳ כדברי המפרשי׳ : i. e. *Certe ibi* (nempe 2. Par. III. 15.) *commemorat menſuram duarum columnarum ſimul ; hic vero* [nempe 1. Reg. VII. 15.] *commemorat menſuram uniuſcujuſque ex illis reſpectu ſuæ ipſius*. *Et dimidius cubitus*, *in quo eſt diſparitas*, *fuit intromiſſus in coronamentum*, *juxta ſententiam Inrerpretum*. Atque horum, quos ex *Judæis* adduxiſſe ſuffecerit veſtigiis *Chriſtianos* inter *Franciſcum de Ribera*, [4] *Vatablum*, [5] *Vvaltherum*, [6] *Vvaſerum*, [7] *Lightfootum*, [8] *Jurieum*, [9] *Guſſetium*, [10] *Majum*, [11] alios preſſius inſiſtere deprehendimus. Neque ſane quicquam videri poterat ſententiæ huic, quæ tot munita eſt ſuffragiis, magnopere obſtare niſi forte unicum illud ſupra jam tum a nobis allatum dubium, quod nimirum de columnis *nondum erectis* in controverſo *Chronicorum* loco ſermo inſtituatur. Quamobrem, ne iſtum quoque ſcrupulum ejiciendi neceſſitatem nobis imponamus, malumus potius iſtorum ſententiæ noſtram tantiſper conformare, quos ad claſſem *quartam* pertinere, atque in ſingulis columnis *baſin*, utpote quæ *dimidii cubiti* fuerit, [12] pro vindicanda altitudinis earundem in *Chronicis* deſcriptione, demere antea indicavimus. Hos vero inter *Hugo Grotius*, [13] *Sim. Patricius*, [14] *Jo: Lundius*, [15] ut & auctor *Annotationum in V. T. & epiſt. ad Epheſios*, quas e Bibliotheca Johannis Archiepiſcopi Eboracenſis, *Jac. Rhenferdius* edidit, [16] in primis eminent. Ad ipſam ceteroquim horum ſententiam quantum attinet, eo ſane eam amplectimur lubentius, quo magis præſtructo iſto fundamento, quod columnæ hæ noſtræ præ nimia magnitudine per partes factæ, ac deinde demum rite coagmentatæ fuerint, [17] vero ſimile videtur, quod *baſis* earum ſigillatim fuſa atque adeo ab Auctore *Chronicorum*, utpote breviſſimis rem omnem deſcribente, eadem prætermiſſa, & plane non commemorata fuerit.

§. VII. Satis, ut arbitror circa *altitudinem* noſtrarum columnarum hucdum occupati fuimus : ordo itaque quem ſub operis initium ſtatim nobis præfiximus, pariter ac rei ipſius dignitas, ulterius nunc poſtulant, ut *Craſſitiem* quoque earundem aliquantiſper contemplemur. Subſidiis autem extraneis omnibus hic locorum quoque relictis, ipſum iterum Scriptorem divinum, ſuper hoc momento pariter nos informantem religioſe auſcultabimus. Suo itaque loco perinde, ut ſupra a nobis factum eſt, reponimus quæ vel *Eupolemus*, vel *Joſephus* nobis de *craſſitie* eadem tradiderunt, atque ab aliis, quo Sacræ Scripturæ, cum illis harmoniam oſtendant, copioſius, & ſummo cum ſtudio hic comportantur. Cum enim *prior* illorum, quando τὸ πλάτος κύκλῳ ἕκαστον κίονα, πηχῶν δέκα, *latitudinem in circuitu uniuſcujuſque columnæ*, *decem cubitorum*, tantum fuiſſe adſtruit, [18] a deſcriptione quam e codice authen-

[1] *In Commentar.* nimirum *ad Par. III.* 15.

[2] Per hunc ipſum *Salomonem Jarchium* noſtrum, utpote a *Judæo* illo, qui ejus *Commentarium in Paralipomena* interpolavit hic, & alibi excitatum intelligi debere, Breithauptius putat *in nott. ad verſionem hujus commetiarii in* 1, *Par. I.* 1.

[3] *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[4] Ap. Calovium, *ad loc. eundem*.

[5] In Not. ad 2. *Par. III.* 15. conf. *not.* (*g*) *p.* 96. *hujus* §.

[6] *Harmon. Biblic. ad* 1. *Reg. VII.* 15. conf. *not.* (*l*) *p.* 92. *hujus* §.

[7] *De antiqu. menſur. Lib. I. c. VI.* §. *XI.* conf. *not.* (*i*) *p.* 97. *hujus* §.

[8] *T. I. Opp. p.* 127. *& p.* 177.

[9] Dans *Hiſtorie des dogmes*, *& des cultes de l'Egliſe*, *P. II. Cap. III. p.* 209.

[10] *Commentar. L. E. ad rad.* כתר *p.* 413.

[11] *Oeconom. V. T. p.* 830.

[12] Baſin hanc ex Joſepho, iiſque quæ de baſi *maris æneï*, conſtat accuratius deſcribere allaborat Villalpandus, *Explanat. in Ezech. T. II. P. II. L. V. c. XXI. p.* 457. *ſeq.* quem vero in nonnullis correxit Goldmannus, in der vollſt. Anweiſ. *L. I. c. VII. p.* 35. *ſq.*, cum quo, hac in parte facit Reyherus, *Math. Moſ. N. XXXVII.* §. 38. *p.* 701. *ſq.*

[13] In *not. ad Jerem. LII.* 21. conf. *not.* (*k*) *p.* 97. *hujus* §.

[14] *In Commentar. Anglico ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[15] J. H. *L. II. c. XII. p.* 269.

[16] Amſtelod. 1710. 8. Conf. quæ *ad* 1. *Reg. VII.* 15. ibidem leguntur.

[17] Id quod jam ſupra Guſſetio largiti fuimus §. *V. p.* 51. *& p.* 66.

[18] Ap. Euſebium *Præpar. Evang. L. IX. p.* 264. ed. Pariſ. 1544.

authentico mox ſuppeditabimus, nimis aperte declinet; neque etiam ſatis conſtet, utrum librariorum *Eupolemi* verba corrumpentium vitio, quod *Villalpandus* ſuſpicatur, [1] iſte diſſenſus adſcribi debeat; nihil omnino quod certitudinem hoc in argumento præſtet ab illo hauriri poſſe cordatiores nobiſcum omnes haud gravatim aſſeverabunt. Quando autem poſterior : Καὶ πάχος, inquit, [2] ἦν ἑκάςυ κίονος, ὡς τρεῖς ἐπισυναπτόντων [*Cappellus*, [3] hic legi vult : ὡς τρεῖς ἐςι συνάπτοντας) ἀλλήλοις τὰς ὀργυιὰς περιλαβεῖν, i. e. *craſſitudo autem cujuſque columnæ fuit, quantam poſſent tres homines conſertis inter ſe brachiis complecti*; tum in aprico eſt, eundem ſolummodo de *Templi Herodiani* columnis commentationem ſuam inſtituere, quippe qui *Templi Salamonei* columnas quod attinet, alio in loco, [4] exſerte teſtatus fuerit : ἡ δὲ περίμετρος (τοῖς κίωσιν ἦν) δέκα καὶ δύο πηχῶν, i. e. *circumferentia vero (columnarum erat) duodecim cubitorum*. At vero quum Templi utriuſque columnas, [ſiquidem in poſteriori, æque ac priori illorum noſtras haſce columnas adfuiſſe, cenſendum ſit,] ſibi invicem omnino æquales, aut ſimiles fuiſſe, magis ſupponi, quam rationibus idoneis comprobari ſoleat; fruſtra certe laborem ſuum impendunt, quotquot cum *Villalpando*, [5] *Goereo*, [6] *Goldmanno*, [7] aliis Flavianam illam craſſitiei columnarum in *Templo Herodiano* obviarum deſcriptionem (licet, ceteroquin quod facile largimur ab ipſius S. Codicis, quantum noſtrarum columnarum craſſitiem attinet deſcriptione non multum diſtantem, [8] noſtris *Templi Salomonei* columnis ſecure nimis applicant. Ut ne igitur ſimile quid eodem in argumento verſantibus in præſenti eveniat, verba, ut diximus ipſius Scripturæ S., quibus nimirum illa duobus in locis, utpote *1. Reg. VII. 15.* & *Jerem. LII. 21.* hanc ipſam columnarum noſtrarum *craſſitiem* manifeſtat, paullo ſollicitius introſpicienda veniunt. *Primus* vero horum locorum, ita habet : וחוט שתים-עשרה אמה יסב את-העמוד השני quæ verba *Pagninus* reddit : *Et filum duodecim cubitorum circumdabat columnam ſecundam*. Neque aliena ab his *alterius* loci verba quamquam paullulum a prioribus diverſa ſint nobis propinant : וחוט שתים--עשרה אמה יסבנו, i. e. *Pagnino* iterum interprete; *Et filum duodecim cubitorum circuibat eam*, ſcilicet העמוד האחר, *columnam illam unam*, cujus longitudinem jamjam definiverat Propheta. Verum ſane & horum loci utriuſque verborum ſenſum, digne ac ſufficienter vix aſſequi, nedum de interpretatione, aut verſionibus illorum appoſite judicare, conceſſum nobis erit, niſi prius in duorum vocabulorum, חוט, & יסב quam utrobique obtinent, emphaſin aliquando diligentius inquiſiverimus. Igitur ut a priori initium faciamus illud *R. Mardochai Nathanis* judicio, [9] idem *Hebræis*, quod פתיל denotat, qua voce *funiculum duplicatum, ac contortum*, nec non *vittam*, & *ſudarium Lexicographi* communiter indigitant. *Avenario* explicante, [10] idem vocabulum *filum* eſt, *quod ex lino lanave trahendo ducitur*, habetque cognationem cum verbis טוה *nevit*, & נחה *deduxit extendit*, quia nimirum nendo, & trahendo extenditur filum, atque deducitur. Singularis prætærea eſt, quam pro ſua hypotheſi ex litteris ipſis *Caſp. Neumannus* elicit ejuſdem vocis enucleatio : חוט inquit, [11] *eſt filum contortum*, ein gedrehter / oder gezwirnter / Faden / *a modo ducendi fila : quod fit* ח] *combinando filamenta lini, vel lanæ*, ט *retrogado, torquendo ea*. At vero optime ſuper hac ipſa notione, ex radicis ejuſdem inveſtigatione, nos informabimur. Utut enim ab *Hebræis* iſthæc dudum uſurpata non ſit, *Arabes* tamen juxta cum *Syris*, & *Chaldæis* fideliter eandem adhuc dum, nobis aſſeruant, ſiquidem apud illos verbum خاط quod *ſuere, conſuere* (veſtem) denotat; apud iſtos notionem ܚܛ, quæ præter *ſuendi*, & *conſuendi*, etiam *circumeundi, circumdandi* ſignificatus ſuſtinet; apud hos denique vocem חיט, quæ conjungationis *Pael* eſt, eodemque cum jam allata Arabica ſignificatu adhibetur deprehendimus. Atque ex hactenus diſputatis, id in primis apparere exiſtimo, quod vocabulum חוט proprie, ac præcipue *filium tenuius* inſinuet, iſtiuſmodi ſcilicet quo veſtes, aliaque id genus conſuere ſolemus. Noſtris vero in locis Scripturæ S., vocem eandem *Synecdochice* adhibitam eſſe, *filumque* adeo *menſorium*, ſeu *regulam Architectonicam* nobis ſiſtere, *Caſtellus*, [12] pariter ac *Opitius*, [13] non

[1] *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. p. 424. a.*

[2] *Antiqq. Judaic. Lib. XV. cap. XIV. pag.* 484. edit. Frob.

[3] *In Triſagio T. I. Biblior. Polyglott. Waltonis præmiſſo, p. 24. a.*

[4] *l. c. Lib. IX. c. II. p.* 233. Nec etſi in quibuſdam Joſephi codicibus aliter legatur, ab hiſtoria ſacra verba ejus diſcedere, ipſe Villalpandus affirmare audet, *l. c. T. II. P. II. L. V. c. VII. pag.* 245. *ſq.*

[5] *l. c. p.* 424. *a. b.* & in ſequentibus paſſim.

[6] In libro *d' Algemeene Bouwkunde* dicto, & inde ap. Vagetium, *diſſ. II. de columnis noſtris, Sect. IV. §. XXX.*

[7] in der vollſt. Anweiſ. *Lib. I. c. VII. p.* 34.

[8] Id quod adverſus *Villalpandum, & Goereum,* κατ' ἄνθρωπον, diſputaturi oſtendunt Henr. Coccejus in *Naerd Onderſoeck van het rechte Verſtand van den Tempel Ezechielis*, & qui hunc allegat Vagetius, *Diſſ. cit. l. c. §. XXXI. ſq.*

[9] *In Concordantiis a Ruchino editis ad h. v.*

[10] In *Dictionar. Hebr. ad h. v.*

[11] In *Clavi domus Hebr. p.* 40.

[12] *Lexic. Heptagl. p.* 1156.

[1] non sine fundamento affirmant. Agnovisse hoc ipsum cum Interprete *Chaldæo*, per חוט משח *filum mensuræ* vocem *Hebraicam*, utroque in loco excitato, explicante, LXX. *Græci* videntur, cum 1. *Reg. VII.* 15. per περίμετρον, *Jerem. LII.* 21. autem per σπαρτίον, idem nomen fuerint interpretati. [2] Prius enim vocabulum, *lineam qua in orbem ducta aliquid metimur*; posterius vero *funiculum quem fabri rubrica, aut atramento tinctum ex utraque ligni, aut lapidis parte extrema tentum postea tollunt, ut rectam lineam designet, quam in eo poliendo sequantur*: sive ut *Hesychius*, rotunde rem exprimit σταθμὴν τεκτονικὴν, *Græcis* designare ex *Lexicographis* abunde constat. [3] Quibus ita positis operæ facturi pretium minime essemus, si in *materiam* fili hujus mensorii sollicitius porro vellemus inquirere, quum Spiritui S. nobis de eadem aliquid revelare haud placuerit, nec proinde *Arabs* Interpres caussas satis idoneas habuisse videtur, ob quas vocabulum חוט, 1. *Reg. VII.* 15. per خيط من نحاس, *filum æneum* speciatim, & ultra quam in codice authentico, id factum fuerat determinaret. Rectius officio nostro defungemur, si tum ipsius fili hujus *longitudinem*, tum *crassitiem* columnarum nostrarum, quam ejus ope emetiri debebant ipso Spiritu S. præeunte definiverimus. Ad hoc vero negotium rite expediendum non parum faciet, si prius de altero istorum vocabulorum, quæ cumprimis explicatu digna esse superius indicavimus, verbo nimirum יסב, sive ut *Jerem. LII.* 21. addito suffixo, illud comparet יסבנו, paullisper etiam dispexerimus. Cujus hæ duæ notiones conjugationis, aut formæ sint quodque earum genuina radix vocabulum סבב haberi debeat, istud ne illos quidem, qui vel prima linguæ *Hebrææ*, salutarunt limina, latere facile poterit. Iterum ad verum potius radicis, סבב ipsius significatum attendendum nobis est. *Raschio* eundem per vocabulum יקף, quod *Hebræis* tantummodo *in Hiphil* usitatum est, iisdemque *ambire*, *circumire*, *cingere* significat explanare visum fuit: [4] quo cum paria facit cetera *Lexicographorum* turba quippe qui omnes in eo conveniunt, quod *Hebræis* hæc vox idem proprie denotat, ac *Latinis* est, *circuire*, *circumdare*, *gyrare*, *circumgyrare*, *in gyrum vertere*. At vero tamen illorum rem omnem altius repetiisse, vel si quod res est dicere debeo, melius explicasse visum est, quam civis quondam meus, *Jo: Coccejus* qui de eodem vocabulo edisserens: *Proprie*, & *in genere*, inquit [5] *notat processionem*, *non in rectum*, *sed in aliam partem. Inde est*, *quod* & *circuire*, & *circumdare notat*. Neque diversam ab hac nostra radice significationem, vel *Chaldaicum* יקף, vel *Syriacum* ܚܕܪ, vel *Arabicum* دار, vel denique *Græcum* κυκλόω, aut περικυκλόω quibus singulis vocabulis authenticum סבב redditum, nostris in locis ab Interpretibus fuit habere deprehendimus. Minime itaque nobis errare videtur, qui vel ex hac vicina voce ejusdemque significatibus potioribus, in Codice S. obviis, columnarum nostrarum *crassitiem*, in gyrum seu orbem versam, h. e. *circularem* fuisse colligunt. Et ad hunc ipsum procul dubio scopum, omnes ii collimant, quotquot cum *Grotio*, [6] τὴν περίμετρον aut cum *Menochio*, [7] *circumferentiam*, aut cum *Vatablo*, [8] *peripheriam* columnarum nostrarum, verbis nostris authenticis dicunt indigitari. Non male eandem in rem, Kimchius: [9] ומדת הקף העמוד היה שתים עשרה אמה וזהו שאמר וחוט שתים עשרה אמה יסב את העמוד: i. e. *Mensura vero circumiens columnam*, *fuit duodecim cubitorum. Et hoc ipsum est*, *quod* [Scriptura] *dicat*: *Et filum duodecim cubitorum ambiebat eam*. Idem vero clarius adhuc, verbis licet paucioribus, *Raschius* exprimit dum authentica per עיגל היקפו, i. e. *circulus* (duodecim, scilicet cubitorum) *circumdabat eam*, nempe columnam interpretatur. [10] Quid? quod ipsum vocabulum עמוד, seu *columnæ* nomen eandem sententiam, non parum corroborare queat, siquidem non solum *Villalpandus* [11] auctor nobis fit, Spiritum S. fere semper columnas *rotundas*, eo ipso designare, sed præterea *columnæ* istud a *Mathematicis* proprium habeatur, ut qua potiores minimum sui partes figuram illa, *rotundam* exhibeat. [12] Ceterum quamquam iis omnibus quæ hactenus, circa columnarum nostrarum *crassitiem*, monuimus præstructis, hoc ipsum momentum pene absolutum videri possit; quum reliqua textus sacri verba, quæ *mensuræ* columnas singulas *ambientis* longitu-

[1] *Lexic. Bibl. p.* 318.

[2] In *Complutensi* editione, 1. *Reg. VII.* 15. utraque vox conjungitur, atque textus authenticus ita redditur: Καὶ τὸ περίμετρον δύο καὶ δέκα πηχῶν σπαρτίον ἐκύκλου αὐτόν, i. e. *Et perimetrum duodecim cubitorum*, *filum ambiebat eam*. Sed duæ videntur interpretationes, & alterutrum satis est, ut haud præter rem Flaminius Nobilius censet *in nott. ad version. LXX. Interpp. p.* 56. *T. VI. Bibl. Polyglott. Vualtonis*.

[3] Evolu. Henr. Stephanus *Thesaur. L. G. T. II. p.* 900. & *T. III. p.* 915.

[4] In *Commentar. ad Jerem. LII.* 21. τὸ יסבנו, quod in fontibus habetur, idem esse ac יקיפנו scribit.

[5] *In Lexico ad h. v.*

[6] *In nott. ad Jerem. LII.* 21.

[7] *Commentar. ad l. c.*

[8] *In nott. ad l. c.*

[9] *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[10] *Commentar. ad Jerem. LII.* 21.

[11] *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. IV. cap. LXVII. p.* 375. *a.*

[12] Conferſis Goldemanni vollst. Anweis. zur Civil-Bau-Kunst/ *L. I. c. IV. p.* 10. *no.* 8.

ligi queant : non desunt tamen ex *Versionibus*, pariter & *Interpretibus* a quibus in re nimis aperta, litem nobis moveri, arduam cernimus. Quod *Jo. Clericus*, circa hæc etiam Codicis authentici verba sigillatim ea, quæ ex I. *Reg.* VII. 15. excitavimus, ad infringendam ejus loci integritatem, moliatur supra jam, ubi *altitudinem* columnarum nostrarum explicaremus, indicatum juxta ac confutatum a nobis fuisse meminimus. [*] Ne itaque crambem, quod ajunt bis coctam denuo opponamus, vel solius *R. Abarbanelis* verba sequentia, quibus textum authenticum ab omni corruptione heic locorum liberandum esse censuit, [1] responsionis loco eidem in memoriam revocamus : ויהיה אמרו השני חסר הענין והוא מקרא קצר או כאלו אמר והשני ר״ל והשני גם כן היה במדה הזאת ודרך הכתוב לחסר הווים בשמות עד ראובן שמעון לוי ויהודה שמש ירח : i. e. *Dicit* (Scriptura) השני *deficiente sensu. Et hoc sit per compendium : Aut* (idem est) *ac si diceret* והשני, *ut sensus sit: Et secunda etiam fuit hujus mensuræ. Mos enim est Scripturæ, ut deficiat* ו *in nominibus. Propterea* (Exod. I. 2. legitur :) *Ruben, Simeon, Levi, & Juda : Et* (Habac. III. 11.) *sol, luna*. Ceterum missa hujus Viri audacia, illorum potius institutum sub examen revocabimus, qui eodem in argumento versantes, suis *interpretandi* rationibus, sacro codici vim inferre non omnino nullam videntur. Hi vero duarum maxime versionum a textu authentico recedentium *Vulgatæ* nimirum, & LXX. *viralis*, eousque seducti sunt auctoritate. Illa enim verba *Hebraica*, I. *Reg.* VII. 15. וחוט שתים-עשרה אמה יסב את-העמוד השני, *latine* sic effert : *Et linea duodecim cubitorum ambiebat columna UTRAMQUE* ; hæc autem pro iisdem verbis plane diversa in editione tum *Vaticana*, tum *Aldina* [*Complutensis* enim versionem eorundem verborum textui sacro convenientiorem hoc ipso Paragrapho jam adductam [2] exhibet) substituit, atque rem, qua de nunc controvertitur ita describit : Καὶ περίμετρον τέσσαρες καὶ δέκα πήχεις ἐκύκλȣ αὐτὸν, τὸ πάχος τȣ̃ ςύλȣ. *Et perimetrum QUATUORDECIM cubitorum circumdabat eam crassitiem columnæ*. Igitur juxta *prioris Vulgatæ* nimirum Versionis sententiam; non *unius*, sed *utriusque* potius columnæ simul sumtæ crassities, duodecim cubitorum funiculo comprehensa fuit, quam ipsam sententiam, præter *Tigurinos* vocabulum השני itidem per *utramque* transferentes, [3] *Villalpandus*, [4] *Salianus*, [5] *Menochius*, [6] *Relandus*, [7] atque ex Nostratibus præter mathematicos, *Goldmannum*, [8] & *Reyherum*, [9] ipse *Quistorpius*, [10] quamvis non una omnes eademque methodo, uti mox videbimus, ulterius defendendam in se recepere. Ex *posterioris* autem LXX. *viralis*, puta versionis mente columnis singulis *quatuordecim* cubitorum *crassities* erit attribuenda, quam eandem quoque ejus mensuram *Theodoretus* nobis retulit. [11] Etsi vero has duas versiones toto a se invicem cœlo differre quivis facile animadvertat, utramque tamen præ fontibus limpidissimis suscipere, atque ut speciem perverso huic suo instituto conciliaret, hypotheses varias, quæ tum nullo fundamento nituntur, tum vero ipsis hisce, quibus tantopere delectatur versionibus revera adversæ sunt, in medium afferre *Villalpandus* plane non dubitat. Ac initio quidem in gratiam Interpretis *Vulgati* nihil non molitur ut vocem השני, quam ille per *utramque* reddidit, in hunc sensum alienum detorqueat. *Vox* השני, inquit [12] *quam Vulgatus vertit* utramque *a verbo* שנה *deducitur, quod* iterare, secundare *significat, quare ab aliquibus verba potius quam verborum sensum respicientibus convertitur* : Linea duodecim cubitorum cingebat columnam secundam, *quibus si* secundatam *legere liceret, aut si ipsi* iteratam *scripsissent, propius certe ad veritatem accessissent*. At enim vero preterquam quod ex verbis hisce mens *Villalpandi*, aut quid voce *secundata* ille sibi velit, vix primo intuitu patescat, cum *secundare* idem sit quod auxilium, & opem ferre, adeoque verbum שנה rectius *secundo facere* quam *secundare* significet ; multa certe supersunt quæ sententiæ huic, ad ipsius etiam *Villalpandi* mentem, intellectæ quasi nempe illo duodecim cubitorum numero *utriusque* columnæ *crassities* simul indicetur, possunt obverti, prouti solide non minus quam accurate illa a *Vagerio* jam congesta fuerunt. [13] Nobis in præsenti sufficit unum alterumve ex iis omnibus, non

(*) Conf. *Differt. hujus* §. *VI. p.* 69.
[1] *In Commentar. ad* I. *Reg. VII.* 15.
[2] *Conf. p.* 105. *not.* (*g*) *hujus* §.
[3] Teste Polo, *Synopsi ad* I. *Reg. VII.* 15.
[4] *l. c. T. II. P. II. L. V. cap. V. sqq. pag.* 423. *sqq.*
[5] Excitante Polo *loc. cit.*
[6] *Commentar. in* I. *Reg. VII.* 15.
[7] *Antiq. SS. P. I. C. VII.* §. *IV. p.* 61. *sq.*
[8] in der vollst. Anweis. *Lib. I. c. VII. p.* 33. *sq.*
[9] *Math. Mosaic. N. XXXVII.* §. 13. *sqq. pag.* 690. *sqq.*
[10] *Annot. Bibl. ad Jerem. LII.* 21.
[11] Testibus Flaminio Nobilio *in nott. ad version. LXX. Interpret. pag.* 56. *T. VI. Biblior. Polyglott. Vualtonis*, & Villalpando *l. c. C. VI. p.* 424. *b.*
[12] *l. c. Cap. V. p.* 423. *a.* §. *IX. sqq.*
[13] *Diss. II. de columnis nostris Sect. IV.*

tam repetere quam verbis, & aliorum praesertim observationibus illustrare. Equidem *ex Logicis* adversus *Villalpandum* disputare, atque falsam ab eodem * Interpreti *Vulgato* sententiam affictam fuisse, commonstrando totum propemodum, cui is innititur fundamentum summovere possemus, siquidem vox *utraque*, quam *Vulgatus* adhibuit syncategorema sit, quod omnia complectitur, de quibus subjectum dici potest, indeque propositio *Vulgati*, quae haec foret: *Utraque columna circumdata fuit filo duodecim cubitorum*, aequipollere omnino sequenti videatur. *Et haec columna circumdata fuit filo duodecim cubitorum, & illa circumdata fuit filo duodecim cubitorum.* [1] At liberales potius erimus, eamque *Vulgato* mentem haesisse, qualem *Villalpandus* eidem attribuit, haud inviti tantisper largiemur. Longe enim fortiora, *ex ipsis fontibus sacris* extrahere nobis tela licet, quam ut a *Villalpando*, vel quoquam alio satis retundi illa queant. Neque certe ulla hucdum idonea reddi ratio potuit, quae nativam, ac genuinam notionis השני significationem, qua *secundam* illa, vel *alteram* denotat, h. l. deserendam esse suaderet. Nullam praeterea *versionum*, tum *veterum*, tum *recentiorum orientalium* non minus, quam *occidentalium*, si solos forte *Tigurinos* supra jam adductos, quibus & *Casp. Ulembergium* nunc addimus, exceperis, deprehendere in tanto earum numero potuimus, quae cum *Vulgata* hac in parte faceret, adeoque sententiae *Villalpandi* vel tantillum favisse videretur. *Chaldaeo* nimirum, & LXX. *Graecis* Interpretibus summam is injuriam intulit, quando illorum vertendi rationes suas in partes rapuit. Tam enim verba *prioris*: והוט משח עסרי אמין מקף טיח וכן לעמוד תנינא. *Et filum mensurae duodecim cubitorum ambibat illam, & sic fecit columnae secundae*; quam *posteriorum* interpretamentum: Καὶ περίμετρον τεσσαρεσκαίδεκα πήχεις ἐκύκλει αὐτὸν, τὸ πάχος τοῦ στύλου -- Καὶ οὕτως ὁ στῦλος ὁ δεύτερος. *Et perimetrum quatuordecim cubitorum circundabat eam, crassitiem columnae -- Et sic columna secunda*; ipsius Spiritus S. verba, quibus hic 1. *Reg. VII.* 15. crassitiem columnarum nostrarum describit, de *singulis* columnis seorsim accipienda esse, abunde docent, tantum abest, ut eadem secundum *Vulgati*, aut *Villalpandi* sententiam exponant. Nec aliud quidpiam *Villalpando*, quo isthoc evincat, quam suum *videtur* superest. *Subintelligendum enim esse videtur*, ait [2] *eodem filo; quasi sensus sit, filo duodecim cubitorum cinxit columnam unam, & reliqua fili parte cinxit columnam secundam*. Non autem ejusmodi argumento aliam responsionem, quam nostrum *non videtur* commodius, opponi posse arbitramur. Pergit ceteroquin *Villalpandus* urgere, quod semel defendendum susceperat, atque ut vocem שני idem aliquando, ac *utrumque Hebraeis* denotare comprobet, enixe cumprimis allaborat. *Hunc enim sensum* (verba ejus sunt,) [3] *sortitur sine controversia, eadem vox in Genesi*: Idcirco vocatus est, *inquit*, locus ille Bersabee: quia ibi juraverunt שניהם, *secundus eorum, ambo ipsi, melius Vulgatus*: Uterque juravit: *Cap. XXI.* 31. *Sic etiam solicita Rebecca de odio quo Esau prosequebatur Jacob, pro benedictione sublata, hunc hortatur ut fugiat*. Cur inquit שניכם, *ambobus vobis?* utroque orbabor filio in uno die. *Cap. XXVII.* 45. Verum ut recte *Cappellus* regerit, [4] *fallitur hic Villalpandus, Non enim est utrobique eadem vox*: *Hic enim* 1. *Reg.* VII. *est* שני, secunda *at isthic est* שניהם, *vel* שניכם, *quod est plural. num. a* שנים duo. Quod si vero in adversarii gratiam, vel maxime pro una eademque voce, has duas vel-

* Quantum hic Hebraicae communi lectioni Vulgata Versio lucem adferat, cuilibet vel mediocriter in Hebraicis rebus versato innotescit. *Regum III. VII. v.* 15. ita in Hebraeo exemplari legitur. *Finxit duas columnas aereas: Octodecim cubitorum erat altitudo unius: & filum duodecim cubitorum circumdabat columnam secundam.* Quis adeo rudis & imperitus in sacra Hebraeorum Phraseologia, ut post haec verba *Octodecim cubitorum erat altitudo columnae unius*, non censeret Hebraeorum more protinus addenda haec alia; *Et alterius altitudo erat Octodecim cubitorum?* Hujusmodi repetitio Hebraeis per quam familiaris, & usitatissima est, ut patet ex *v. 16.*, qui mox sequitur, & alibi etiam innumera occurrunt exempla. Dicendum igitur, vel Sacrum Scriptorem primum ita scripsisse. *Octodecim cubitorum erat altitudo columnae alterius, Filum duodecim cubitorum circundabat unam, & Filum duodecim cubitorum circumdabat alteram.* Atque temporum injuria, vel Amanuensium incuria lacuna irrepsisse, vel data opera Divinum Scriptorem omisisse posteriorem pericopem. Quovismodo res se habeat, hoc unum superest, & quidem verissimum Vulgatum Interpretem recte suppleviste ea, quae deerant in Archetypo Hebraico dum pro secunda utramque posuit. Alius lectionis habemus locupletissimum vindicem Robertum Stephanum, qui in sua latina versione, quam fidelem, & veritatem Hebraicam proxime exprimere constanter ait, ita legit, *utramque columnam ambiebat circulus duodecim cubitorum Jerem. LII. v.* 21. habetur, *funiculus duodecim cubitorum circuibat eam*, scilicet columnam *unam. Eam* potest etiam referri ad שני quod utramque significat. Accedit insuper, quod uterque, vel utrumque in Divinis Scripturis non semel sumitur pro uno atque altero sejunctim, vel iteratim, hoc est pro numero ordinali, quod satis abunde probari potest ex Divinis Scripturis. *Paralip. I.* 12. 2. legitur. *Tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa jacientes*, hoc est utraque manu tam dextra quam sinistra idonei erant ad tractandos arcus, ac lapides ejaculandos. Non vero quod junctis manibus lapides, vel sagittas emitterent, quod nimis absurdum videretur. Huic simile extat *Exodi XII.* 7. 22. 23., & etiam alibi.

[1] Conf. Vagetius *l. c.* §. *XI.*

[2] *l. c. p.* 423. *b. D.*

[3] *l. c.*

[4] *In Trisagio T. I. Biblior. Polyglott. Vualt. praemisso p.* 17. *sq.*

vellemus reputare; tamen ne sic quidem duo ista ab eodem prolata oracula quicquam illi præstare adjumenti certissimum est. Quemadmodum enim juxta locum *priorem*, *uterque* & Abraham, & Abimelech juravit, ac unusquisque jusjurandum *totum*, pro sua parte suscepit, ita & *utramque* columnarum nostrarum filum duodecim cubitorum *totum* ambiit; Aut quemadmodum juxta locum *posteriorem*, non necessario *dimidius* dies ad *unum* filium, & *altera dimidia* diei *pars* ad *alterum* filium perdendum requisitus fuit; proinde nec *dimidium* filum columnam *unam*, & *alteram partem dimidiam*, *alteram* cinxisse, concludi poterit: prouti apposite convenienterque *Vagetius* infert.[1] Et quid multa? Nimis sane perspicua *Jeremiæ* Prophetæ verba sunt, quibus *duodecim* cubitorum crassitiem columnæ *uniuscujusque* fuisse ostendit: וחוט שתים-עשרי אמה יסבנו, *Et filum duodecim cubitorum circuibat eam*, nempe העמוד האחד, *columnam unam* quam modo nominaverat Propheta. Equidem *Villalpandus* in hæc verba intuens, seque iisdem de falsitate hypotheseos suæ convictum, planeque constrictum esse sentiens, denuo elabendi rimam quærit dum: *Non me latet*, inquit[2] *Jeremiam Prophetam, dum miseram urbis cladem, ac Templi deploraret incendium columnarum meminisse, cumque eadem fere verba historiæ Regum retulisset*: Et funiculus, *inquit* duodecim cubitorum circuibat eam. *Qui cum lugentis affectum, concisis verbis ac veluti singultibus interruptis exprimeret, quam historia vocavit (secundam,) hoc est* utramque *ipse pronomine quodam duarum litterarum, quod affixum vocant adjuncto, (eam) dixit, hoc est eam utramque quam dixit historia, atque adeo in idem recidit.* Sed quis, quæso! sponte non percipit, quam misere Jeremiæ locus vano hoc subterfugio torqueatur? Injuria profecto in Sanctissimum prophetiæ omnis auctorem locutio esse videtur, quando Jeremiam, præ nimio *lugentis affectu*, & *concisis*, quibus hac de caussa ille utebatur *verbis*, aut *singultibus* rei ipsius, de qua scribebat oblitum fuisse, *Villalpandus* existimat. Fallimur? an eodem hæc sententia tandem recidit, quo illa quam in *Hieronymo*,[3] *Abarbanele*,[4] *Rich. Simone*,[5] aliis observatam, ac si *ob incultum rusticumque stylum crassos in oratione concinnanda errores Jeremias commiserit*, dudum *Claud. Frassenius*,[6] *Casp. Sanctius*,[7] ac nostra ætate Viri Celeberrimi, *Gerb. Mejerus*,[8] & *Joh. Andr. Danzius*,[9] pio quo par est zelo, condemnandam esse duxerunt. Longe insuper falsissimum est, Jeremiam *pronomine* illo *duarum litterarum*, seu *affixo* singulari נו, *eam utramque* columnam quam ex mente *Villalpandi* Regum historia insinuavit indigitari voluisse, siquidem post העמוד האחד, *columnam unam*, cujus *vers.* 21. ut vidimus exserte meminit, pariter עמור השני *columnam alteram*, *v.* 22. insequenti distincte memoret. Neque vero est, quod cum *Hadr. Relando*, eandem ut supra diximus, quæ *Villalpandi* est, hypothesim amplexo, hic aliquis forsan excipiendum putet; *Jeremiam non omnia, quæ ad primam* columnarum nostrarum *pertinent simul tradere, quia post factam secundæ columnæ mentionem, v: 22. sequenti commate, redeat ad numerum malogranatorum, & situm quæ ad primam æque ac secundam columnam pertineant.*[10] Enimvero si *v.* 23. ad malogranata *redit* Propheta, quod negare ipse *Relandus* non potuit, sponte consequitur, illum jam ante *v.* 22. nimirum, eorum injecisse mentionem. Jam cum hac ipsa malogranatorum mentione injecta demum subjiciat: וכאלה עמור השני, *Et similia* erant *columnæ secundæ*: ea certe quæ ad *primam* pertinuerunt, simul describere illum voluisse in aprico est. *Numerum* vero, ac *situm* malogranatorum, quod *v.* 23. sequenti sigillatim, Propheta insuper determinet, id in libertate ipsius positum fuit, nec caussæ nostræ quicquam omnino præjudicat. Atque cum ex hactenus dictis liquido constet *Villalpandum*, ejusque asseclas in *Scriptura S.* nullum sententiæ suæ præsidium invenire, vix operæ prætium esse videtur, ut ceteras quas prior ille, pro eadem hypothesi stabilienda, excogitavit rationes, hic attingamus. Magni quidem hæ ipsæ momenti, nec minoris etiam ponderis esse videri poterant, siquidem *præterquam* dicit,[11] *quod perspicuis Sacræ Scripturæ testimoniis adversatur, universi ædificii proportionibus repugnat, ut tantam crassitiem columna habeat, quæ alta sit duodeviginti tantum*

[1] *Diss. & loc. cit.* §. *XII. XIII.*

[2] *l. c. p.* 423. *b. D. E.*

[3] *Præfat. in Jeremiam T. IV. Opp. fol.* 11. edit. Erasm.

[4] *In præf. in Jeremiam*, ex qua verba ipsa excitant, maxime Reverendus, nec unquam sine justa ac singulari mentis veneratione mihi nominandus, D. D. Gerh. Mejerus, *Diss. II. de semine Messiæ Sect. II.* §. *XIII.* Witteb. 1686. & prolixius, addita insuper versione latina, Cel. D. I. A. Danzius, in *Sinceritate Scripturæ V. T. vacillante Cap. I.* §. 31. *p.* 89. *sqq.*

[5] Dans *l' Histoire Critique du Vieux Testament*, *Lib. I. c. IV. p.* 29.

[6] *Disqq. Biblic. Lib. III. cap. V.* §. *XIIX. pag.* 588. *sqq.*

[7] *Commentar. in Jerem. prologom.* 2.

[8] *Diss. cit. l. c.*

[9] *l. c.* add. Ejusd. *Sinceritas Scripturæ V. T. eluctans*, *præfat. p.* 8. *sqq.* Jenæ 1717.

[10] Quæ verba Relandi leguntur in Ejus *Antiqq. SS. Hebr. P. I. c. VII.* §. *IV. p.* 62.

[11] *l. c. p.* 424. *a. C.*

tum cubitos. At enim vero quemadmodum, *perspicua* illa *Scripturæ testimonia*, nullibi nisi in *Villalpandi* cerebro reperta fuisse, luculenter hucusque commonstratum dedimus; perinde quoque illæ, quæ nunc in medium ab eodem producuntur, *universi ædificii* seu potius *omnium columnarum Templi*, (uti mox se ipsum explicat *Villalpandus*,) *proportiones* nostrarum columnarum crassitiei, a Scriptura ipsa definitæ, *repugnantes*, merum hujus Viri figmentum esse facile comprobabimus. Duo nempe ad quæ sententia *Villalpandi* hinc, & inde latius ab ipsomet deducta, tota redire videtur, hic cumprimis taxari in eodem merentur: Unum quod columnas nostras ad ipsius DEI præscriptum efformatas certæ cuidam proportioni ab hominibus adinventæ, [1] & in vulgo ita dictis *Ordinibus* obviæ adstringere, Deumque adeo ipsum hominum subjicere legibus non vereatur; Alterum quod verba *Josephi* quibus capitula columnis *Templi Herodiani* superimposita κατὰ τὸν κορίνθιον τρόπον, *opere Corinthio* sculpta fuisse testatur, [2] *Columnis* quoque *Solomoneis* applicare, immo integras hasce columnas *Corinthiaci ordinis* opus fuisse exinde concludere non dubitet. [3] Utrumque enim quam infirmo nitatur telo, res clarior est, quam ut probatione ulla indigeat. *Ordinem* certe *Sacrum*, (ut hoc nomine utamur) qui scilicet in nostris columnis adhibitus fuit, cum *Ordine* quem vocant *Corinthiaco* exacte convenisse nullis adhuc idoneis comprobari rationibus potuit. Quid? quod nec sibimet ipsi *Villalpandus* hac in parte satis, & ubique constet, posteaquam is columnas easdem quas semel ad *Corinthiaci* ordinis dimensiones explicare aggressus fuit, mox ad *Doricum* genus referri debere, quæ ipsa *Ariæ Montani* sententia est, [4] asseverat [5] Inprimis autem, & fundamenti quidem loco hic supponendum est, [6] quod omnis iste labor, quem vel *Villalpandus*, vel alius quispiam, ut nostrarum columnarum mensuras, ad hunc illumve *Ordinem profanum* determinet, hactenus suscepit, vel in posterum suscepturus est, irritus plane atque supervacaneus sit, nisi prius e textu sacro ipso veram earum symmetria eruta, & tum demum cum regulis illorum profanæ architecturæ ordinum eadem ista studiose collata fuerit. Ac quamvis etiam, *Gothos* utpote ante omnia roboris rationem habentes, sæpius proportione, non multum ab ea, quam in columnis nostris conspicuam SS. litteræ indicant diversa, usos fuisse, *Henricus Coccejus* demonstrare annisus sit, [7] satius tamen erit, ut ingenue confiteamur, quod *ordinem* isthunc *sacrum* ejusque dimensiones, accurate definire nequeamus, quam ut multa eum in finem confingendo in ipsam Scripturam S. injurii simus. Et hæc quidem omnia, cum ut nos judicamus, recte omnino sese habeant per se, & sponte statim corruunt, quæ de *diversa scapi* columnarum nostrarum *crassitie*, *Villalpandus* itidem in medium produxit, [8] quasi nimirum ista in *hypotrachelio summo*, seu contractione summi scapi arctissima, *sex* tantummodo cubitorum; in *hypotrachelio* autem imo, seu infima scapi parte mensuræ, paullulum majoris; in *medio* denique *scopo* mensuræ adhuc majoris fuerit. *Hypotrachelium* enim quod *Vagetius* docte hic animadvertit, [9] *in sacris columnis tum demum adfuisse certum erit, quando vox* עמוד (quippe qua specialiorem Spiritui S. de crassitie columnarum nostrarum exponenti adhibere non placuit,) *vel columnæ*, *vel hypotrachelii notionibus promiscue communis erit*, *imo quando columna*, *& hypotrachelium plane eadem significatione venient*, *quemadmodum ensis & gladius*. Neque vero ob rationes easdem majori probabilitatis specie sese commendabit *Goldmanni*, [10] pariter & *Reyheri* [11] sententia qui etsi in eo a *Villalpando* abeant quod verba authentica de *singularum* etiam columnarum crassitie intelligi posse statuant, si nempe *plinthi*, utpote cujus unum latus *trium* cubitorum fuerit, *circumferentia* intelligatur: simul tamen cum illo affirmare non dubitant, quod eadem verba, si de *circumferentia scapi* sermo nobis sit, de utriusque columnæ crassitudine accipienda sint. Sed videamus tandem, quid in *versionis LXX. viralis*, (aliter iterum quod jam monuimus, *quatuordecim* nempe cubitorum mensura crassitiem eandem circumscribentis gratiam) *Villalpandus* pariter moliatur. *Eam suscipimus* inquit, [12] *non quidem*, *ut Vul-*

[1] Neque enim utrum *Græci*, & *Romani* suas quas reliquerunt nobis ædificandi regulas, *ex Templo Solomoneo* hauserint, quod denuo supponit Villalpandus certo constare post Henr. Coccejum in *Naeder Ondersoeck van het rechte Verstand van den Tempel Ezechielis p. 633. sq.* Aug. Vagetius *Diss. I. de columnis nostris*, *Sect. III. No. 1. seqq.* & *Diss. II. Sect. VI. §. IV. sqq.* ex instituto demonstrat.

[2] *Antiqq. Jud. L. XV. c. XIV. p. 484.* ed. Frob.

[3] Conf. Ejus *Explanatt. in Ezech. T. II. P. II. L. V. cap. VII. p. 425. b.* nec non *Cap. XXIII. p. 455. b.* ut, & alibi passim.

[4] In *Antiqq. Judaic. Lib. V. Vol. III. Ariel Critic. SS. T. V. P. II. p. 214.*

[5] *l. c. c. XIX. p. 446. b.* add. *cap. XXIII. p. 454. b.*

[6] Ut recte omnino isthoc adversus Villalpandum inculcat Vagetius, *Diss. I. Sect. III. no. 23.*

[7] Ap. Vagetium, *Diss. II. Sect. VI. §. III.*

[8] *l. c. p. 424. b. sq.*

[9] *Diss. II. cit. Sect. V. §. IX.*

[10] in der vollst. Anweis. *Lib. I. c. VII. p. 33. & 34.*

[11] *Math. Mosaic. N. XXXVII. §. 13. 14. 15. p. 690. sq.*

[12] *l. c. Cap. IV. p. 424. b.*

Vulgatæ contrariam, *ſed ut ejuſdem aptiſſimum commentarium*. *Noſtra enim lectio*, [i. e. Vulgata) *hiſtorici morem retinuit*, -- *At ſeptuaginta Interpretes exactam Mathematicorum rationem ſecuti ſunt* -- *Qua quidem ratione illi columnæ diametrum*, *& ejuſdem adjectionem*, *quam paulo inferius oſtendemus ventris columnæ nomine indicarunt*, *& ſtriarum præterea latitudinem*, *& alia ſcitu jucunda non pauca nobis aperuerunt*. Aſt tædet ſane ſingulas Viri ad fingendum, ut videtur nati hypotheſes prolixiori in præſenti examini ſubjicere. Neque enim verſionis *Vulgatæ*, aut *LXX. viralis*, quæ hujus *aptiſſimus commentarius* eſſe *Villalpando* videtur, auctoritatem præ ipſo Codice authentico *Hebræo* amplecti, velle quod hic factum eſſe comperimus, res Chriſtiano homine digna haberi poterit. Et hoc unico tantum obſervato, quilibet facile animadvertet, quam lubrico omnia quæ de columnarum *adjectione*, & *ſtriis* harumque *latitudine*, *Villalpandus* non inerudite alioqui diſputat, ſuperſtructa ſint fundamento. *Striis* equidem *ſcapum* columnæ noſtræ *excavatum* fuiſſe, non uno ille ulterius argumento comprobare annititur, quando: *Columnarum proceritas*, ait, [1] *quæ virginalem imitabatur gracilitatem*, *earundem ſtriatas ſtolas eſſe imitandas ſuadebat*. *Accedit quod tot*, *tantaque omnium coronarum & ornamentorum ſculpturæ reſpuunt*, *ſcapi corpus univerſum abſque ulla ſculptura apparere*. Eandem in ſententiam, tum *Fl. Joſephi*, tum *Petri Comeſtoris* [2] teſtimonia idem iſte allegat. At quam parum ſingulis hiſce, quas excogitavit rationibus roboris inſit, quum non tantum *præter*, ſed & *contra* Codicem ſacrum iſtæ afferantur; tum ſuopte quivis judicio, haud ægre aſſequetur tum, id quidem etiam ex inſtituto ſæpe nobis laudatus *Vagetius* demonſtrat. [3] Malæ certe cauſſæ, ut unicum hoc ſaltem moneam, indicium præbet quod *Joſephi* quoddam hanc in rem teſtimonium prolaturus, non hujus ipſius ſed Metaphraſtis potius, *Rufini* verba quæ de ſuo iſte addidit ſe allegaſſe, ipſe *Villalpandus* confiteatur. [4] Etiamſi itaque præter *Villalpandum*, *Goldemannus* quoque ſtrias in noſtris columnis conſpicuas fuiſſe affirmet, [5] & ſigillatim *Reyherus* ad eaſdem rite determinandas, multum operæ impendat; [6] nos tamen vel ob iſtas quas proxime in medium afferebamus rationes, quibus de facili alias adjungere poſſemus, huic ſententiæ ſubſcribere merito detrectamus. Sed nec *adjectionem* in medio columnarum, per quam ſcilicet major, in *ſcapi media* quam in *infima*, aut *ſumma* ejuſdem parte craſſities ſtatuitur, *Villalpando* in gratiam LXX. *Interpretum*, eandem confingenti temere largimur. Utut enim ex mente ejuſdem, [7] *hoc ipſum indicet vox* בטן, *quæ in Hebræo legitur*, *& columnis tribuitur in Hiſtoria Regum*, [nempe 1. Reg. VII. 20.) *quam ſic convertit Regius Codex*: *Et ornamenta ſuper duas columnas*, *etiam deſuper e propinquo ventris ſive* בטן; non tamen hanc vocem, etſi vel maxime quod per illam *major craſſities* indigitetur, certum eſſet (qua de re in Paragrapho ſtatim ſubſequenti diſpiciemus) ad *columnæ* ipſius, ſed potius ad *ornamenti* eidem ſuperimpoſiti *craſſitiem* referri debere ipſa ſacri textus accuratior conſideratio mox a nobis itidem inſtituenda, ad liquidum demonſtrabit. *Si vero adjectio ventris*, ſeu major craſſities *Columnarum* adfuiſſet, recte hinc porro *Vagetius* concludit, [8] *libertas aliis etiam concederetur conjectandi*, *Spiritum S. mentionem ejuſdem perinde ac ventris coronamenti facturum fuiſſe*. *Quamvis autem neceſſitas hujus rei tanta non vedeatur*, *credibile tamen eſt*, *ſi diverſa craſſities adfuerit*, *potius maximam* (*ſeptem* nempe cubitorum, uti *Villalpandus* in gratiam LXX. Interpretum, eandem definit] *quam minimam* [*ſex* nimirum cubitorum, quantam idem ille Interpretis Vulgati auctoritate ſeductus in Scriptura monſtratam fuiſſe putat) *indicatam fuiſſe*. Et ut proprio tandem gladio *Villalpandum* jugulemus verſio, profecto *LXX. viralis*, cui tantopere ille innititur, plane diverſam ab ejus hypotheſi ſententiam tuetur, ſiquidem verba ἐκύκλου ATTON, quæ 1. *Reg. VII.* 15. in hac verſione leguntur invicte oſtendant, quod eadem columnis *ſingulis* ſeorſim conſideratis illam ipſam *quatuordecim* cubitorum menſuram, quam *Villalpandus* columnis *ambabus* ſimul ſumtis adſcribit attribuat. Atque ſic omnibus iis, quæ columnarum noſtrarum *craſſitiei*, ad ipſius Spiritus S. ſententiam definiendæ, nonnihil obſtare videbantur rite ſummotis; haud operoſe ulterius *diametrum* harum columnarum inveſtigabimus. Non male eandem ad Doctorum *Talmudicorum*

[1] *l. c. Cap. VII. pag.* 425. *b.*

[2] Nomen hoc ſingulare *Petro* huic Trecenſi in Gallia Presbytero, dein Academiæ Pariſienſis Cancellario Seculo XII. claro ideo impoſitum fuiſſe, quod totum quaſi Codicem ſacrum *devoraſſe* (vel comediſſe, unde *Comeſtor*,) crederetur ex Trithemio *de Scriptorib. Eccleſ.* refert Zvvingerus *Theatr. V. H. L. I. Vol. I. p.* 34. Sed ridiculam hanc eſſe nominis hujus etymologiam, Labbeus ſcribit *Diſſ. de Script. Eccleſ. T. II. p.* 199.

[3] *Diſſ. II. cit. Sect. VII. §. I. ſqq.*

[4] *l. c. p.* 425. *b.*

[5] in der vollſt. Anweiſ. zur Civil-Bau-K. *L. I. c. VII. p.* 33.

[6] *Math. Moſ. N. XXXVII. §.* 16. *ſqq. pag.* 691. *ſqq.*

[7] *l. c. p.* 426. *b. E. conſ. p.* 427. *& A.*

[8] *Diſſ. II. cit. Sect. V. §. XI.*

rum mentem ex *Judæis*, *Jarchius* determinat dum ad verba Codicis ſacri ſæpius adducta : וחוט שתים עשרה אמה יסב את העמוד לימר שהיה עגול ד׳ אמות על ד׳ [1] ita fatur : השני אמה שכל שיש בהיקפו שלשה טפחים יש בו רוחב טפח i. e. *Diſcis* (hinc,), *quod rotunditas* (columnæ) *fuerit quatuor cubitorum*, *ſupra quatuor cubitos* : (i. e. quod in diametro fuerit quatuor cubitorum : [2] *Nam cujuſcunque rei circuitus eſt trium palmorum*, *ejus latitudo eſt palmi* (unius.) Ultimam enim hanc ſententiam totidem litteris, & ſyllabis in Tractatu *Talmudico*, עירובין *Eruvin* licebit deprehendere. Ceterum Judæi ipſi dudum animadvertunt, iſthanc diametrum inter, & perimetrum circuli proportionem pro ſatis exacta haberi nullo jure poſſe. Inde adeo *R. Moſes Maimonides*, (qui primus alias in gente ſua intellexiſſe dicitur, quid hoc ſit non ineptire,) ad eandem ſententiam ſequentem addidit obſervationem : [3] כל שיש אמה באלכסון שלה יש בהקיפה ג׳א ושביעית בקרוב ולפי שזה לא יונש לעולם אלא בקירוב לקחו הם בחשבון הגדור i. e. *Quicquid eſt* (unius) *cubiti in diametro ſua*, *illud eſt in peripheria ſua trium cubitorum*, & *ſeptimæ fere partis*, [cubiti unius]. *Quoniam autem hoc nemo accurate intelligit ſed tantum proxime ſumſerunt illi* [ſapientes] *in ſupputatione* [numerum] *definitum*. Atque eadem hæc procul dubio cauſſa fuit, ob quam Interpretum plerique [ex quibus nunc *Vatablum*, [4] *Junium*, *Piſcatorem*, *Marianam*, [5] *Ligfootum*, [6] *L'Empereurium*, [7] *Sim. Patricium*, [8] *Guſſetium*, [9] & *Majum* [10], nominaſſe ſuffecerit,] diametrum *columnarum* noſtrarum *quatuor* cubitis vulgo definiant. Ab illo interim accurratiori *Maimonidis* computo quo cum iſta plane diametrum inter, & perimetrum proportio coincidit, quæ *Archimedem* primum auctorem habuiſſe dicitur, [11] *R. Levi Ben Gerſon*, dum in noſtrarum *columnarum diametro* determinanda verſatur, propius abſuiſſe cenſendus eſt, utpote cujus ad verba Codicis authentici jamjam adducta hæc legitur interpretatio : [12] מזה יתבאר כי קוטר עגול העמוד היה כמו שלש אמות וארבע חמישיות אמה בקירוב i. e. *Hoc ipſo declaratur*, *quod diameter circuli columnæ fuerit prope trium cubitorum*, & *quatuor quintarum cubiti partium*. Utut autem de cetero accuratiorem nonnihil diametri ad perimetrum rationem ſuppeditare aliis, *Ptolemæo*, ſcilicet, *Vietæ*, *Ludolpho a Ceulen*, *Adriano Metio*, reliquis, [13] viſum ſit; nobis tamen non in foro *Mathematico*, ſed *Philologico* verſantibus nemo opinamur in vitium vertet, quod juxta iſtam a ſingulis allatam proportionem columnarum noſtrarum diametrum, neutiquam in præſenti exigamus, quin potius (præſertim cum quivis harum rerum immo vel Arithmetices ſolius peritus ſuo illud marte præſtare poſſit, nec reapſe multum diſcriminis hoc in negotio intercedat, quamcunque hic proportionem demum ſequaris) in illa *Gerſonis* ſententia tantiſper acquieſcamus. Eadem enim hæc cum verbis minimum Scripturæ S. in quæ hactenus inquiſivimus exactius concordabit, quam ſi cum *Villalpando*, [14] *Menochio*, [15] *Goldmanno*, [16] *Reybero*, [17] *Sturmio*, [18] *Relando*, [19] &, qui hos in hypotheſibus antea confutatis duces ſequuntur, *duobus* tantum *cubitis diametrum* illam conſtitiſſe nobis perſuaderemus. Quibus vero omnibus ad explicandam columnarum noſtrarum *Craſſitiem* allatis id ſimul efficitur, quod ad eaſdem fundendas, longe major *æris* copia requiſita fuerit, quam *Villalpandum*, ſuæ de *duorum* tantum cubitorum *diametro* opinioni indulgentem ſupputaſſe ſupra, ubi in columnarum noſtrarum *Materiam* inquirebamus, [20] indicavimus.

§. VIII. Verum ad id, quod in columnarum noſtrarum *efformatione*, ipſaque earundem *Forma*, adhuc reſtat, *Ornatum* ſcilicet iis ſuperimpoſitum tandem etiam nobis accedendum erit. Non equidem nos fugit, *Villalpandum*, *Goldmannum*, *Reyberum*, alioſque Mathematicos potiſſimum illa *duo coronamenta*, quæ in codice authen-

[1] *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[2] Eadem prorſus ratione, ac phraſi *quadratum* exprimere ſolent Rabbini, quam in rem, videſis L'Empereurii *Notas ad Codicis Middoth Cap. II. Sect. I. pag.* 36.

[3] In יד חזקה *P. I. L. III. Tr.* 2. unde eadem verba repetit *R. Lipmannus*, & ex eo Hottingerus *in nott. ad Godvv. Moſ. & Aar. Lib. II. c. I. §. XI. p.* 347.

[4] *In nott. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[5] Quos tres Polus ſiſtit *in Synopſ. ap l. c.*

[6] *T. I. Opp. pag.* 577.

[7] *Præſ. ad Beniamini Tudelenſ. Itiner.*

[8] *Comment. Anglico ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[9] *Comment. L. E. p.* 413. *C.*

[10] *Oeconom. V. T. pag.* 830.

[11] Sive enim cum *Archimede* dicas proportionem diametri ad peripheriam circuli eſſe ut 7. ad 22.; ſive cum *Maimonide* contendas eſſe eandem 1 ad $3\frac{1}{7}$ res ſane eodem redit. Ceterum de hac proportione conferri poterit Archimedes ipſe, *de dimenſione circuli Prop. II.* Euclides *in Elementis paſſim*, ex quibus totum hoc negotium, ulterius perſequitur M. Paul. Henr. Nicolai, *Diſſ. I. de Symmetria maris ænei Propoſ. I. p. 6. ſeqq.*

[12] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[13] De quibus ſingulis in compendio exponit Cl. M. Nicolai, *Diſſ. cit. Propoſ. II. p. 9. ſqq.*

[14] *l. c. cap. V. p.* 424. *a C.*

[15] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[16] vollſt. Anweiſ. zur Civil-Bau-K. *Lib. I. cap. VII. pag.* 33.

[17] *Math. Moſaic. XXXVII. §.* 15. *p.* 691.

[18] *Sciagraph. Temp. Hieroſ. Sect. II. c.* 8. *§.* 3. *p.* 91.

[19] *Antiqq. SS. P. I. cap. VII. p.* 61.

[20] Conf. *Diſſertat. hujus* §. *IV. p.* 74.

thentico mox, שתי כותרות, ut 1. *Reg. VII.* 16. 2. *Reg. XXV.* 17. & *Jerem. LII.* 22. mox, גלות הכותרות, ut 1. *Reg. VII.* 41. & 2. *Par. IV.* 12. mox vero unum illorum tantum nominando, הצפת, ut 2. *Par. III.* 15. appellantur, *trabeationis*, vocis Architectis in singulis columnarum *Ordinibus* usitatæ nomine indigitare: At rectius tamen ob rationes, quas statim in medium producemus ab isthoc vocabulo in præsenti abstinendum, inque ejus locum vocem *Ornatus*, qua tum coronamenta ipsa tum singula, quæ eo pertinuere ornamenta comprehendimus, adhibendam esse putavimus. Isthunc vero *ornatum*, quando curatius nunc describendum nobis sumimus negotium, certe aggredimur expeditu, si quod unquam fuit, longe difficillimum. *Multa* circa hunc ornatum *adeo obscura esse ut nondum omnia enodare potuerint artifices*, ipse *Reyberus* [1] confitetur. Sigillatim vero ea, quæ de שבכים, seu *retiaculis*, & רמונים, seu *malogranatis*, huc pertinentibus Historia S. retulit, *Villalpando* judice, [2] *ejusmodi sunt ut de iis parum aut nihil lucis habeamus*, ipseque ibidem adhibitus *sermo vix percipi posse videatur*, immo vero *Sacræ Scripturæ ænigma appellari* mereatur. Super eadem vero difficultate cum *Lundio*, [3] Interpretum fere singuli conqueruntur. Et sane dummodo ad diversas horum descriptiones, quas de *Ornatu* isto nobis reliquere paullisper attendamus aut saltem variorum inter illos, quas fieri curarunt, *figuras*, ejusdem *Ornatus æneas* multum omnino a se invicem discrepantes, (ex quibus in præsenti illæ, quas *Villalpandus*, [4] *Arias Montanus*, [5] *Auctor editionis* cujusdam *Bibliorum Vulgatorum*, [6] *Jo: Coccejus*, [7] *Goldmannus*, [8] *Reyberus*, [9] *Lundius*, [10] denique *Gussetius*, [11] & ex eo Celeberr. *Relatt.* Innocuarum *Auctores* [12] nobis dederunt ad manus sunt) oculis nonnihil lustremus, protinus ex tanta Virorum Eruditissimorum circa idem negotium discrepantia, colligere poterimus, quod non levis momenti res sit in columnarum nostrarum *Ornatu* describendo recte decenterque versari. Quales speciatim Interpretes *Judæi*, hoc super *Ornatu*, meditationes foverint, id quidem haud incongrue forsan sequentibus *R. Salom. Jarchi* verbis, utpote quæ paraphrasin, quasi Judaicam commatum 16. 17. 18. 19. 1. Reg. VII. in compendio exhibent edisserere nobis licebit: [13] וכן היו הכותרת עשויות לפי סדר משמעות המקראות כמין שני אגנים היתה כל אחת אגן התחתון בית קיבולו למעלה והוא קרוי גולת כמו שאמור בעניין וגלות הכותרות ותרגמו יונתן אגני קרנוותא העליון כפוי על התחתון בית קיבולו למטה היא הקרויה שבכה כמוה שנאמר בעניין זה והשבכות שתים לכסות את שתי גלות הכותרות נמצאת רחבה במקום הדבק ומשופעת ועולה ומשופעת ויורדת והוא קרוי בטן וכן תי׳ מלעומת הבטן לקבל דובקא וגובה שתי האגנות האלא ארבע אמות והוא שאמר מעשה שושן באולם ארבע אמות מצויירות היו בם כמין פרחי שושנים כדרך הציורין בכותל האולמות ארבע אמות גובה והאמה החמישית היא כותרת קטנה למעלה מן הגדולה הוא שנ׳ וכותרות על שני העמודים : i. e. *Hoc autem modo facta erant coronamenta secundum ordinem sensus simplicis, ac litteralis versuum* [Scripturæ :] *Unumquodque* [eorum] *fuit instar duorum craterum. Crater inferior* (erat) *locus receptaculi superioris, & hic dicebatur* גלה, *quemadmodum id dicitur in sensu* (verborum 1. Reg. VII. 41.) וגלות הכותרות, *quæ Jonathan interpretatur* [14] אגני קרנוותא (i. e. crateres coronamentorum); *superior* (autem crater) *inversus* (erat) *supra inferiorem*, (eratque) *locus receptaculi inferioris*, *ipseque dicebatur* שבכה, *quemadmodum id dicitur in hoc sensu*, (verborum 1. Reg. VII. 41.) והשבכות שתים לכסות את שתי גלות הכותרות, (i. e. & duæ perplexitates ad contegendum duos orbes coronamentorum.) *Reperiebatur autem* (maxima) *latitudo* (horum duorum craterum), *in loco cohærentiæ* (ipsorum quæ) *tum ascendebat declivis, tum descendebat declivis, eademque dicta est* בטן (i. e. venter). *Atque sic interpretatus est Jonathan* (verba Scripturæ 1. Reg. VII. 20.) מלעמת הבטן (e regione ventris per) לקבל דובקא, e [15] regione cohærentiæ.) *Altitudo vero horum duorum craterum* (erat) *quatuor cubitorum : Et hoc ipsum est*, *quod dicit* (Scriptura 1. Reg.

[1] *Math. Mosaic. No. XXXVII.* §. 31. *p.* 698.

[2] *Explanatt. Ezech. T. II. P. II. L. V. c. XXI. p.* 451. *a.* C.

[3] J. H. *L. II. c. XII. No.* 8. *p.* 296.

[4] *l. c. Cap. IV. p.* 419. *sqq.*

[5] *Antiqq. Jud. L. V. Vol. III. Ariel*, *Critic. SS. T. V. P. II. p.* 206.

[6] Quæ *Lugduni* prodiit 1600. 8. ubi *p.* 350. illa columnarum nostrarum figura ænea cernitur.

[7] *Tab. XVII.* ad *Typum Templi*, Ejusdem *Commentario in Ezechielem* adjectum.

[8] in der vollst. Anw. zur Civil-Bau-K. *Lib. I. c. VII. p.* 34. *sq.*

[9] *Matth. Mos. N. XXXVII.* §. 29. *pag.* 697. & §. 31. *p.* 699.

[10] J. H. *L. II. cap. IV. p.* 254

[11] *Comment. L. E. ad voc.* כתר, *p.* 413.

[12] *Ad A. eb I. CCXV. Ordin. VI. p.* 927. *sq.*

[13] Quæ verba leguntur in Ejusd. *Comment. ad* 1 *Reg. VII.* 18.

[14] Ita *Raschius* hanc vocem exprimit : Sed in editione *Paraphraseos Chaldaicæ* ista, quam Buxtorfius in *Bibliis* suis *Rabbinicis*, atque ex his Waltonus in *Bibliis* suis *Polyglottis*, inseri curarunt quæque *correctissima* Pfeiffero, *Critic. S. Cap. IX.* §. *XV. p.* 222. audit legimus קרונתין.

[15] In editionibus Paraphraseos Chaldaicæ, *Buxtorfii* & *Waltonis* habetur מלקביל רבקא.

1. Reg. VII. 19. מעשה שושן באולם ארבע אמות (Opus liliorum in porticu quatuor cubitorum). *Figuræ* (nimirum) *in istis* (crateribus) *erant instar florum liliorum ad modum figurarum*, (quæ fuerunt) *in pariete vestibulorum quatuor* (nempe) *cubitorum altitudinis. Cubitus autem quintus constitit coronamento parvo*, (quod erat) *supra magnum*. *Hoc est quod dicitur* (denuo 1. Reg. VII. 20.) וכותרות על שני העמודים (Et coronamenta) imposita fuerunt (supra duabus istis columnis). In eandem vero hanc sententiam post *Raschium*, [1] *R. Levi filius Gerschom* inclinasse videtur, siquidem is ad verba authentica, 1. Reg. VII. 16. ושתי כותרות עשה לתת על ראשי העמודים מוצק נחשת, sequentem in modum commentatur. [2] ר"ל שהתיך נחשת ועשה לתת על ראש העמודים מוצק נחשת כצורת שני כתרים דבוקים זה בזה כל אחד מהם כצורת אנן [3] ומצד אחד היה נכנס בהם העמוד i. e. *Sensus est, huod fuderit æs, & aptaverit* (istud), *addandum super caput columnarum fusionem æris*, (habens) *quasi formam duarum coronarum secum invicem conjunctarum : Unaquæque* (vero) *illarum* (habuit) *quasi formam crateris atque ex uno latere in easdem intromissa erat ipsa columna*. *Gersonem* autem hunc in eo, quod columnæ *uni* coronamenta *duo parvum* scilicet supra *magnum*, assignanda duceret, ab hypothesi *Jarchiana* alienum fuisse illud, nisi ab *Abarbanele* diserte proditum fuisset [4] vel ex iis, quæ ad 1. *Reg. VII.* 20. de הכותרות התחתנות, *coronamentis inferioribus*, idem iste in medium attulit, [5] tuto satis colligeremus. Quantum interea *parvum* isthoc *coronamentum* sigillatim concernit super eodem, *R. Dav. Kimchius*, cujus verba, pro more suo magnam partem *R. Salomo Ben Melech* repetit, [6] ad locum, 1. *Reg. VII.* 18. לכסות את הכתרת אשר על ראש הרמונים ita fatur : [7] היאך היה זה והלא הכותרות היו על ראש העמודים והרמונים על הכותרות ויש ספרי' שכתוב בהם אשר על ראש העמודים טעות הוא כי המסרה אומרת ראש הרמונים לית כותיה הנה כי זה לבדו ראש הרמונים והשאר ראש העמודים אם כן אפשר שגם על ראש הרמונים היו כותרות אחרות : i. e. *Quomodo fuit hoc? Et nonne coronamenta fuerunt supra caput columnarum? Et malogranata super coronamenta? Certe sunt exemplaria in quibus scriptum est :* אשר על ראש העמודים. (Sed) *error hic est. Nam Masora dicit*, (verba) ראש הרמונים *alibi non exstare, quam hoc loco. Quum* (vero) *hic tantum* (commemoretur) *caput malogranatorum, & postea* (*v.* 19. adhuc commemoretur) *caput columnæ : Igitur poterunt etiam supra caput malogranatorum fuisse coronamenta alia*. Quod si autem *parvi* hujus *coronamenti* supra *magnum* situm, & locum paullo accuratius ad *Judæorum* sententiam nobis describi velimus, sequens jam laudati *Kimchii* παράφρασις, qua verba Scripturæ, 1. *Reg. VII.* 20. מלעמת הבטן illustrare annititur, [8] huc in primis faciet : כנגד המקום האמצעי אשר לעבר השבכה היו כותרות אחרות מלעיל לאותו המקום : i. e. (Sensus verborum istorum est,) *quasi prope locum medium* coronamenti h. e. in loco cohærentiæ duorum craterum, ut *Raschius* antea loquebatur,) *qui erat ultra opus implexum*, *fuerint coronamenta alia*, (scilicet) *supra illum locum*. Utut vero ex hactenus in medium allatis abunde constet, *Judæos* consensu quodam eandem de *Ornatu* columnis nostris superimposito sententiam tueri; nihilo tamen secius inter hosmet ipsos reperti sunt, quibus eadem isthæc sententia non omnis ex parte amplectenda esse videretur. *R. Don Isaac Abarbanel*, certe iteratis vicibus, tum *R. Gersoni*, tum etiam *R. Kimchio*, hoc in argumento contradicere nullus omnino dubitat. Hanc enim ille verbis, Codicis authentici 1. *Reg. VII.* 16. paullo supra excitatis adversus *priorem* censuram subjicit : [9] פירושו שהיו שני כותרות לשני עמודים כותרת אחת לעמוד אחד ולא כמו שחשב הר' לוי בן גרשום שהיו שתי כותרות לכל עמוד. i. e. *Explicatio horum verborum est, quod fuerint duo coronamenta ambabus columnis, coronamentum* (nempe) *unum columnæ uni ; non vero quemadmodum Ampliss. Rabbi Levi Ben Gerschom existimat, quod fuerint duo coronamenta unicuique columnæ*. At similem quoque in modum, ubi ad locum 1. *Reg. VII.* 20. ipse progreditur adversus *posteriorem* se gerit, dum scilicet *utriusque* sententiam de *duobus* coronamentis columnæ *uni* impositis ibidem consocians verba sequentia eidem subjungit : [10] ודעת שני המפרשים

[1] Etsi enim in *anno* hujus *natali*, pariter ac *emortuali* definiendo admodum inter se dissentiant *Biographi*, qua de re plura in compendio attulit Ven. VVolfius, *Biblioth. Hebr. no.* 1993. *p.* 1059. *sq.*; tamen quin ante *Gersonem* nostrum, utpote quem A. C. 1370. objisse VVolfius *l. c. no.* 1348. *pag.* 726. comprobat, idem ille vixerit, vix dubitandum esse videtur.

[2] *In Commentar. ad l. c.*

[3] Hanc enim vocem אנן, pro אבן quæ in *Bibliis Rabbinicis* Buxtorfianis exstat hic legendum esse puto, quum hac ratione sensus, qui alias nullus esset facilis ac planus emergat. Accedit quod ipse Gerson, *in Nott. a v.* 20. proxime subsequentibus, exserte testetur unumquodque coronamentum constitisse שתי האגנות.

[4] *loc. mox citand.* [5] *In Commentar. ad l. c.*

[6] In מכלל יופי *ad* 1. *Reg. VII.* 18.

[7] *Commentar. ad l. c.*

[8] *In Commentar. ad l. c.*

[9] *In Commentar. ad h. l.*

[10] *In Commentar. ad l. c.*

המפרשים האלה אחד הוא ר״ל שהיו בכל עמוד שני כותרות אם מחוברות ודבוקות זו עם זו בתחלת העמוד כדעת ר׳ לוי בן גרשום ואם שהיתה אחרת מהן למעלה בראש העמוד ואחרת באמצעיתו והוא דעת זר כפי פשט הכתובים כי לא נזכר כאן ולא בדברי הימים ולא בספר ירמיהו שהיו לעמודים ולא שעשה חירם כי אם שני כותרות לשני העמודים לא ארבעה כותרות כמו שפירשו האנשים החכמים האלה ודעתי הוא שהכותרות אשר בפסוק הזה הם עצמם השני כותרות שזכר למעלה וכו׳ i. e. *Sententia autem duorum horum Interpretum una, eademque est. Volunt* (nempe) *dicere, quod in unaquaque columna duo coronamenta adfuerint: sive jam composita* (illa) *conjunctaque secum invicem fuerint sub initium columnæ juxta sententiam R. Levi Ben Gerschom; sive unum istorum fuerit superius in capite columnæ, & alterum in loco medio ejusdem* (coronamenti.) [1] *Hæc vero* (utraque) *sententia aliena est a simplici ac literali sensu Scripturæ. Non enim hic* (scil. in libro Regum,) *neque in Paralipomenis nec in libro Jeremiæ memoratur, quod habuerint columnæ, aut quod fecerit Chiram plura, quam duo coronamenta pro duabus columnis, non* (vero) *coronamenta quatuor, quemadmodum Viri illi sapientes interpretantur. Inde mea sententia hæc est quod coronamenta illa, quorum in hoc versu* (fit mentio,) *sint ipsa illa duo coronamenta, quæ* (Scriptura) *supra memoravit, & cæt.* Cæterum eam, quam inter *Rabbinos* ante excitatos sigillatim, *Raschius*, & *Ralbag*, columnarum nostrarum *Ornatui figuram* adscripsere, (*sphæricam* nempe & *duobus crateribus* semet invicem uno eorum inverso conjunctis similem,) cum iisdem non pauci Interpretum, tam *Vetustiorum*, quam *recentiorum* amplexi fuerunt. Ex *Vetustioribus*, ad Paraphrastem *Chaldæum* ipse *Raschius* jam provocavit: cui nos eodem jure, & *Syrum*, & *Arabem*, superaddi posse arbitramur, siquidem ille perinde ac *Chaldæus*, vocem Hebraicam גלות 1. *Reg. VII.* 41. suo idiomate per ܓܘܠܬܐ, *lagenas*, seu, *crateres* expressit, eodemque vocabulo authenticum, כותרות, *Jerem. LII.* 22. interpretatus fuit; hic vero ultimam hanc notionem Hebræam, 1. *Reg. VII.* 16. per طبقة مدورة, *operimentum rotundum*, & *Jerem. LII.* 22. per اجاجة, *lagenam*, voce eadem, quam *Chaldæum*, & *Syrum* hoc in argumento usurpasse modo audivimus transtulit. Ex *recentioribus*, cum *Lyrano*, [2] *Mariana*, [3] *Vatablo*, [4] *Sanctio*, [5] *Osiandro*, [6] *Tigurinis*, [7] *Belgis*, [8] *Lightfooto*, [9] & qui hunc sequuntur *Sim. Patricio*, [10] ac *Majo*, [11] ipse *Lut.* noster huc referendus esse videtur, utpote qui vocem כותרות, 1. *Reg. VII.* 16. 17. 18. 2. *Reg. XXV.* 17. 2. *Par. IV.* 12. & *Jerem. LII.* 22. nec non vocem הצפת, 2. *Par. III.* 15. nomine germanico, Knäuffe; vocabula vero, גלות הכותרות, 1. *Reg. VII.* 41. lingua eadem vernacula, keulichte Knauffe, reddidit: qua cum vertendi ratione *Piscatoris* interpretatio coincidit, nisi quod 2. *Reg. XXV.* 17. & *Jerem. LII.* 22. notionem Germanicam, Krantz ac 1. *Reg. VII.* 41. voces, runde Knauffe, adhibere maluerit. Ast acrem admodum ob isthanc hypothesin censuram tum *Rabbinis* postremo a nobis allegatis, tum inter istos, qui in figura *Ornatus* nostri assumenda iisdem assentiunt, *Lyrano* in primis, & *Vatablo*, *Villalpandus*; [12] omnibus vero ac singulis sphæricam, vel *rotundam* istiusmodi figuram *ornatui* eidem adscribentibus, *Goldmannus* [13] opposuere. Prior enim de *Rabbinis*: *Qui si cogerentur*, inquit, *loca Scripturæ*, *quæ de his* (coronamentis) *loquuntur exponere, viderent sane sin minus lucem, saltem illius carentiam. Qua enim ratione in sphæra inveniant capitellum tribus cubitis, & quinis dimensum retiacula bina, septena versuum retiacula, tot tamque varios malogranatorum numeros atque id genus alia numero quamplurima difficultatibus insuperabilia.* Neque proinde mirum cuiquam videbitur, *Villalpandum* ipsum, & (ut alios nunc taceam,) qui *Mathematicos* inter circa præsens negotium hunc in multis ducem secuti sunt, *Goldmannum*, ac *Reyherum*, plane aliam ejusdem *Ornatus* nostri, [quem illi ut sub initium hujus Paragraphi monuimus, *Trabeationis* potius nomine appellitant,] *figuram* nobis stitisse. [14] Cumprimis ex *Trium-Viris* hisce primipilus eorum *Villalpandus*, nimirum nulli omnino labori studioque pepercit, quo *Ornatus* hujus *symmetriam*, *Architecturæ profanæ* legibus ac proportionibus conformiter descriptam tandem orbi erudito propinaret; vel ut, quod res est, dicamus obtruderet. Multa

[1] Quæ ipsa *Kimchii* sententia est, quam abhinc proxime exposuimus.

[2] Ap. Villalpandum, *Explanatt. T. II. P. II. L. V. c. IX. p.* 427. *b. D.*

[3] Excitante Polo *in Synopsi ad* 1. *Reg. VII.* 41.

[4] *In Nott. ad* 1. *Reg. VII.* 20. & 41. *it.* 2. *Par. IV.* 12.

[5] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 16.

[6] Ap. Polum, *loc. cit. & ad* 2. *Par. IV.* 12.

[7] Ap. Eundem, *Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 16.

[8] Ap. Eundem, *Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 20.

[9] *T. I. Opp. pag.* 577.

[10] *In Comment. Anglico ad* 1. *Reg. VII.* 16. & 20

[11] *In Oeconom. V. T. pag.* 831.

[12] *loco jamjam citato.*

[13] in der vollst. Anweis. zur Civil-Bau-Kunst. *Lib. I. c. VII. p.* 35.

[14] Conf. Villalpandus *loco mox citando*, Goldmannus, *loc. citato pag.* 34. *sqq.* & Reyherus, *Math. Mosaic. No. XXXVII.* §. 29. *sqq. p.* 697. *sqq.*

eum in finem, de *epistylio*, *zophoro*, & *corona*, quæ tres partes *trabeationis* primariæ, ab *Architectis* habentur: harumque singularum præcipuis *ornamentis*, ut in epistylio *fasciis*; in zophoro *triglyphis*, & *metopis*; in corona *mutulis*, aliisque, quorum Scriptura ipsa meminit; ut & *altitudine*, ac *latitudine* partium earundem non sine insigni, quod fatendum nobis est, eruditionis apparatu, Mathematicus iste sæculi superioris egregius [1], in medium adduxit. [2] Neque sane quicquam dubitaremus calculum quoque nostrum iis omnibus in præsenti adjicere, nisi & hic *Cordubensem Doctorem* nostrum suis, quas in præcedentibus Paragraphis ex instituto dataque opera confutandas nobis sumsimus, de *altitudine*, & *crassitie* columnarum nostrarum hypothesibus denuo indulsisse, re paullo altius repetita clarissime patesceret. Accedit, quod non pauca ab eodem pro nimio isto, quo in *Architecturam profanam* propendere videtur affectu, velut indubitata assumantur, quorum in Codice S. nec volam, nec vestigium deprehendere licebit. Tantum itaque abest ut tam præfidenter cum illo assertiones istiusmodi, quandoquidem & hic, ἄτερ γραφῆς, ex cathedra quasi certi quid, nos pronunciare non oporteat, comprobemus ut potius ad auctores suos easdem illas remittendas esse arbitremur. Multo certe propius *Josephus*, [cujus alias auctoritatem *Villalpandus*, prouti hoc supra *altitudinem*, *crassitiemque* columnarum nostrarum descripturum eundem fecisse ostendimus, ipsismet Scripturæ S. verbis anteponis,] ad mentem Sanctissimi Spiritus accessit, quando is de eodem *Ornatu* edisserens: χωνευτὸν δὲ, inquit, [3] ἑφεκατέρᾳ κεφαλῇ κρίνον ἐφεστήκει τὸ ὕψος ἐπὶ πέντε πήχεις ἐγηγερμένον· ᾧ περιέκειτο δίκτυον ἐλάτῃ χάλκινον περιπεπλεγμένον καλύπτειν τὰ κρίνα. Τούτου δὲ ἀπήρτηντο κατὰ διστιχίαν καὶ ῥόαι διακόσιαι. i. e. *Fusile vero utrique capiti lilium imposuit cujus altitudo ad quinque cubitos exstructa erat. Huic circumdatum erat rete æreum veluti germen palmæ, implexum ut tegeret lilia. Ab hoc vero in duplici ordine, etiam mala punica ducenta suspensa erant*. Verum enim vero ut, quænam præstantior aut ad minimum tutior de isthoc columnarum nostrarum *Ornatu* sententia sit tandem appareat, ad solius Scripturæ ductum, [qui ex oraculis in fronte hujus Dissertationis excitatis innotescit perinde ut toto hoc in argumento id a nobis factum est], meditationes nostras componamus. *Nomina* itaque quibus potior hujus *Ornatus* pars ipsum videlicet *coronamentum*, in Codice authentico insinuatur, equidem jam sub initium hujus Paragraphi allegavimus, eorundemque nonnullis, quæ monitu haud indigna videbantur, interjectis, aliquas etiam versiones ac interpretamenta exhibuimus. Verum tamen quo quid proprie illa significent, liquidius constet, nonnulla istis in præsenti adhuc dum adjicienda erunt. Ac vocabulum quidem כתרום, quod primo loco, occurrit numero plurium adhiberi, atque a singulari, כותרת, quæ vox notioni, כתר, *corona*, *diadema*, *cidaris* affinis est, formatum esse; hoc vero utrumque, כתר & כתרת, a radice כתר, quæ in *Piel*, & *Hiphil* tantum usurpata in Codice S. deprehenditur, descendere: ea res vel ipsos etiam Grammatices Hebrææ tyrones latere non oportet. Non uno autem sensu postremum isthoc vocabulum a Spiritu S. adhiberi atque præter *cingendi*, & *circumdandi* [in Piel,] ac *coronandi*, [in Hiphil,] notiones, quas communiter sustinet; etiam *exspectandi* vel *commorandi* significatum perinde ut apud *Chaldæos* induere duobus scripturæ locis, *Jud. XX.* 43. & *Job. XXVI.* 2. *Buxtorfius* ita confirmat: [4] ut priori tamen horum oraculorum *cingendi* quoque significationem convenire tacite insimul subinnuat. [5] Quod quidem quum *Jacobus Gussetius* animadvertit, inde oraculorum allegatorum ultimo duntaxat *exspectandi* notionem tribuendam esse iste concludit. [6] *Jo:* vero *Coccejus* significatus hujus utriusque, quem unum hocce verbum induit, convenientiam investigaturus, diviversæque adeo eidem vocabulo impositæ notionis rationem conjectura quadam assecuturus: *An, quia mora itineris*, inquit, [7] *est circuitus vel* περίπατος? Qua de sententia quid habendum sit, alii judicent. Nobis in præsenti ad nostrum institutum satis est, quod ex hactenus disputatis id in primis pateat non male cum *Pagnino*, [8] ista duo כתרות, quæ columnis nostris imposita dicuntur, ejusmodi coronamenta, aut *capitella* exponi, *quæ veluti coronæ, seu cincturæ columnis fuerint*. Consonam sane huic expositioni ipse *Kimchius* affert, quando verbis, 1. *Reg. VII.* 16. ושתי כתרות עשה hæc subjungit: [9] כמו פירוש

[1] Judice Seldeno, *de I. N. & G. L. I. cap.* 2. *pag.* 26. ed. Ffr.

[2] Quæ omnia lustrari possunt *T. II. P. II. Explanat. Lib. V. cap. VIII. p.* 427. *sq.* & sigillatim, *Capp. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. pag.* 443. 454.

[3] *Antiqq. Judaic. Lib. IX. cap. II. p.* 233. edit. Froben.

[4] *In Concordantiis Biblior. Hebraicis ad h. v.*

[5] *loc. cit.* ubi scilicet eundem isthunc locum quem sub *exspectandi* notione, ad verbum כתר retulit antea sub *cingendi* significatu eidem verbo subjecerat.

[6] *Commentar. L. E. ad voc.* כתר. *C. p.* 412.

[7] *Lexic. Hebr. ad voc.* כתר.

[8] *In Thesaur. L. S. ad h. v.*

[9] *In Commentar. ad l. c.*

ומכ כתר מולכות [1] פירוש עטרות i. e. *Explicatio* (vocis כתרות) *est coronæ*, *quasi* [essent] *corona operis*. Eandem *Kimchii* sententiam pro more suo, *R. Salomo Ben Melech*, verbis licet diversis reddidit voces, שתי כתרות, sequentibus dilucidans : [2] נקראו כן לפי שהיו על ראש העמודים ככתר i. e. *Appellantur ita*, [sc. כתרות] *quoniam super capite columnarum essent*, *quasi corona*. Atque isthunc procul dubio, vocis significatum *Jonathan*, *Chaldæus*, ob oculos habuit dum suum קרונתן, unde *Math. Frid. Beckio* ipsum vocabulum latinum, *Corona*, oriundum esse videtur, [3] pro *Hebræo* כתרות, in singulis nostris oraculis substituit. *Chaldæum* hac in parte secuti sunt *Pagninus*, *Tremellius*, *Clericus*, & *Josephus Athias*, quorum primus per *coronamenta*; secundus ac tertius per *coronas*, & *coronides*; ultimus denique per Kronen/ notionem authenticam eandem expressit. Quibus vertendi rationibus utrum vocabula ab Interpretibus reliquis præcipuis adhibita ex asse respondeant an secus, illud nunc ulterius investigare supersedemus. Conferat cum jam adductis cui volupe id est, *Interpretum Græcorum* ἐπιθέματα, & γῦτος, [4] *Syri* : ܟܘܢܒܐ, & ܟܕܢܐ [5] *Arabis* : طبقة مدور, & أحاطة, [6] *Vulgati* : *capitella*, & *capita*, [7] &, quæ cum harum vocum priore coincidunt, *Vlenbergii* : Capitale/ ac *Belgarum* : *Capiteleen*, ceteraque, quibus Interpretum alii vocem authenticam reddiderunt nomina; atque, si operæ illud pretium æstimaverit in horum singulorum, cum isthac convenientiam, aut disconvenientiam studiose inquirat. Nobis ad vocem alteram, (quæ ubi de *coronamento* columnis nostris superimposito sermo est, cum hactenus explicata binis vicibus utpote, 1. *Reg. VII.* 41. & 2. *Par.* 12. conjungitur,] גלות nimirum pedem porro promovere consultius videtur. Equidem rectius omnino, atque analogiæ Grammatices convenientius analysin nominis hujus instituemus si a singulari גלה, *lecythus*, *lenticula*, *vas oleum continens*, *& emittens*, sive ut *Reuchlinus* idem vocabulum exponit, [8] *genus quoddam vasis instar phialæ*, pluralem hunc efformatum esse dicamus; quam si *Villalpandum*, qui a גל, *cumulus*, *acervus*, *scaturigo*, *fluctus*, eundem deducendum esse putat, [9] sequi vellemus. Nihilo tamen secius extra omne dubium positum est nostrum, æque ac posterius nomen verbo גלל suos debere natales. Etsi vero isthoc vocabulum non solum *volvendi*, *convolvendi*, *devolvendi*, *volutandi*; sed in *Pual* etiam ac *Hithpael polluendi*, significatu in Codice S. venire cum *Forstero*, *Buxtorfio*, [10] *Robertsonio*, *Lexicographorum* alii defendant; inter eosdem tamen non desunt, qui radici huic illam *polluendi* notionem inesse fortiter negent, atque, quod sigillatim *Gussetius* facit, [11] Sanctissimi Codicis oracula, quæ ex istorum sententia indice quasi digito eandem monstrare debebant sub priori vocis significatu, exponant immo ipsum hujus radicis derivatum, גלל, non alia de caussa, *stercus* denotare, quam ob solam figuram *orbicularem*, *volubilitati* aptissimam tueantur. Quæ si ita se habeant vero certe simillima *R. Mardoch. Nathanis* observatio evadit, vocabula nempe omnia ab isthac radice oriunda, *volvendi* quoque significationem includere. [12] Neque vero nostri vocabuli גלה, cum eadem hac sua radice cognatio felicius hoc pacto erui poterit, quam si vasa, qualia illo insinuantur ob figuram *orbicularem volutationi* alias accomodatam hoc nomine appellari censeamus. Confirmat sane hanc interpretationem ipsius hujus vocabuli, quem in numero plurium illud sortitur usus, siquidem sub

 hac

[1] De hac voce Hebræorum, ut & reliquis quibus illi *coronam*, vel *cidarim* exprimere consueverunt, quales sunt צנפה צניף פאר & מסגרה צפירה מצנפת, ex instituto differit Hieron. Prado *Explan. in Ezech. XXI.* 26. *T. I. p.* 266. *sq.* Ceterum qualis inter ipsas duas radices כתר, & עטר quorum derivata h. l. ut synonyma a Kimchio afferuntur, iettercedat differentia, Gussetius, *Comm. L. E. ad voc.* כתר C. p. 411. ostendit.

[2] *In* מכלל יופי *ad l. c.*

[3] *In Nott. ad Paraphr. Chaldaic.* 2. *Par. III.* 15.

[4] Quorum duorum vocabulorum illud, 1. *Reg. VII.* 16. hoc vero *Jerem. LII.* 22. exemplar *Vaticanum* exhibet. At 1. *Reg. VII.* 41. vocem hebraicam כתרות a LXX. *Interpretibus* plane omissam deprehendimus; quam eandem, 2. *Reg. XXV.* 17. ex 1. *Par. IV.* 12. quasi nomen proprium illa referret, iidem in priori loco per χωθὰρ ac in posteriori per χωθαρὲθ suo idomate efferunt. Quod ultimum, uti non sine censoria virgula prætermittendum esse, Matth. Frid. Beckius *in nott. ad Paraph. Chald.* 2. *Par. IV.* 12. existimat; ita simul adversus hodiernos Judæos, exinde argumentum desumit comprobandi, quod recte utique nos Christiani æque ac olim a LXX. Interpretibus factum fuisse, hæc ipsa translatio ostendit, ת hæbreum, ut *th* pronunciare soleamus. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Rectius interim, in *Complutensi* exemplari, 2. *Reg. XXV.* 17. ἐπιθέματα pro *Sixtiani* codicis voce, χωθὰρ legimus, quamvis hac ratione numerus *pluralis* pro *singulari* כותרת, qui in fontibus adest adhibeatur. Sed 2. *Par. IV.* 12 ipsum nomen *hebraicum* itidem retentum, ac tantummodo *singularem* χωθαρὲθ, qui in *Sixtino* Codice reperiebatur in *pluralem*, χωθαρὼθ efformatnm fuisse videmus.

[5] Quorum prius, 1. *Reg.* 16. 19.; posterius autem *Jerem. LII.* 22. deprehendes.

[6] Vocabula duo priora, 1. *Reg.* 16. posterius *Jerem. LII.* 21. evolve.

[7] Priori nempe voce 1. *Reg. VII.* 16. 19. 41. 2. *Reg. XXV.* 17. & *Jerem. LII.* 22.; altera vero, 2. *Par. IV.* 12. vocabulum Hebraicum reddidit.

[8] *In Cocord. Rab. Mardoch. Nathanis* a se editis, *pag.* 142.

[9] *T. II. P. II. L. V. c. XVII. p.* 444. *a. C.*

[10] In *Concordantiis* nimirum *Hebraicis ad h. v.* In *Lexico* enim *Hebraico ad h. v.* ultimum illum significatum non inculcat.

[11] *Commentar. L. E. ad h. v. D. E. F. p.* 169.

[12] Conf. Ejus *Concordantiæ Hebraicæ* a Reuchlino editæ *ad h. v.*

hac forma quoties *proprie* adhibetur, (*metaphorice* enim *ſcaturigines* quoque & *fluctus* denotat, [1] nihil aliud, quam *orbes* ſoleat indigitare. Atque ex his talibus hactenus quaſi præmiſſis tandem concludere licebit, vocem, גלות 1. *Reg. VII.* 41. & 2. *Par. IV.* 12. cum vocabulo כתרות, quod ante explicuimus conjunctam non male a LXX. *Interpretibus*, priori in loco per τὰ στρεπτὰ τῶν στύλων, *Vertibilia* (quæ nimirum in *orbem* veluti verterentur,) *columnarum* translatam fuiſſe: quamvis de cetero in eo omnino peccaverint, quod vocem alteram, כתרות, ibidem plane omiſerint; poſteriori vero in loco utrumque vocabulum hebraicum, ac ſi propria eſſent nomina in ſuum idioma invariatum tranſportaverint. Longiſſime autem a voce noſtra authentica, *Vulgatus* receſſit, qui 1. *Reg. VII.* 41. *funiculos*, & 2. *Par. IV.* 12. *epiſtylia*, eandem interpretatus fuit. Mittimus in præſenti Interpretes alios, [quorum illos, qui in eadem hac voce, גלות, cum vocabulo כתרות conſociata, *ſphæricam* integro *Ornatui* noſtro *figuram* adſcribendi fundamentum ſibi inveniſſe ſunt viſi, paullo ſuperius magna ex parte indicavimus,] atque quum illorum circa præſens momentum evolutio *variam* potius, quam *certam* aliquam, aut ſaltem *probabilem* vocis explicationem nobis ſuppeditaverit; quænam in tanta *incertitudine*, ac *varietate* ſententia ceu tutiſſima nobis tantiſper amplectenda eſſe videatur, nunc aperiemus. Non equidem diſſimulandum eſt, *Guſſetium*, cum primis recentiores inter vocabulo de quo adhuc diſquirimus ad Scripturæ normam enodando ſuam addixiſſe operam. Unde rem acu ſe tetigiſſe idem iſte arbitratur, ſi גלה, in noſtris *columnis*, *pelvim* fuiſſe exiſtimet, [2] ſive *cavitatem ambientem*, & *complectentem ſummitatem columnæ ſibi inditam ut ſic coronamentum ipſi columnæ junctum hæreret*: quam eandem *pelvim*, in ipſo ornamento, *latuiſſe*, atque profunditatem duntaxat *ſemicubitalem* habuiſſe itidem contendit. Et cum iſtiuſmodi vocis interpretatione affinitatem quandam *Junii*, & *Tremellii* ſententia habere videtur, quippe qui *imas coronarum* [i. e. coronamentorum,] *partes annulis ſimiles*, eodem nomine *Hebraico* inſinuari olim aſſeruerunt. [3] Verum, quum hæc utraque ſententia ſuis adhuc difficultatibus obnoxia ſit ac ſigillatim illa profunditate *ſemicubitali*, quam *pelvibus coronamentorum Guſſetius* tribuit, admiſſa ipſorum horum coronamentorum *diverſam altitudinem*, quæ 1. *Reg. VII.* & 2. *Reg. XXV.* uti mox videbimus, memorata eſt, commode ſatis extricari non poſſe cenſeamus; [4] omnium optime ſacram *Ornatus* columnarum noſtrarum deſcriptionem nos explanaturos multaſque, quibuſcum ceteroqui confligandum nobis eſſet difficultates ſuperaturos fore arbitramur, ſi vocem גלות, quæ cum הכותרת, conjuncta deprehenditur, horum coronamentorum *rotunditatem*, non quidem præciſe ſphæricam, *orbicularem*, tamen vel ad minimum, *orbiculari* ſimilem, qualis ſcilicet illa eſt, quæ deprehenditur in שושנים, ſeu *liliis*, (horum enim figuram integri fere coronamento adſcribendam eſſe ſtatim demonſtrare annitemur,) indicare exiſtimemus. Atque dummodo hoc ſenſu capiantur, poſſumus utique interpretationes *Pagnini*, *Junii*, ac *Tremellii*, nec non *Clerici*, noſtras tantiſper facere, ſiquidem hi omnes vocem גלות, per *orbes* efferant; voces autem, גלות הכתרות, a *Pagnino rotunda vaſa coronamentorum*, & a *Junio*, ac *Tremellio*, *orbes coronarii* reddantur. Neque vero ab hac ſententia illud nos quicquam revocat, quod 2. *Par. IV.* 12. והגלות, & והכתרות, exſerte a ſe invicem diſtingui videantur; quum particula ו, duo diverſa nomina copulans non ſemper duo etiam diverſa objecta indicet, quin potius interdum poſteriori tantum nomine in genitivum mutato plane ab Interprete omittenda ſit. [5] Plura ſuper altero hoc *Ornatus* columnarum noſtrarum nomine non urgemus, ſed ad *tertium* potius, quod adhuc ſupereſt, quodve non alibi in toto Codice S. quam noſtro in oraculo, 2. *Par. III.* 15. exſtat nempe ad τὸ צפת nos convertimus. In hujus autem vocabuli radice ponenda non unum *Lexicographos* modum ſervare deprehendimus, dum alii, ut *Avenarius*, *Pagninus*, *Buxtorfius*, *Mercerus*, *Caſtellus*, *Opitius*, verbum צפה, quod non *in Kal* tantum *ſpeculari*, *contem-*

[1] At Leighius, *Critic. S. V. T. p.* 32. Pemblum *in Zachar. IV.* 3. ſecutus invertendos potius eſſe vocis hujus ſignificatus, atque *proprie ſcaturiginem*, ſeu *fontem*, ut *Cantic. IV.* 12. *Jud. I.* 15. *metaphorice* vero *phialam*, *peluem*, *lecythum* illa denotari arbitratur: quia ſcilicet ex his, tanquam ex fonticulis oleum, vel alii liquores emittantur. Verum præterquam quod Viri doctiſſimi, in priori loco גל cum גלה confundant; hujus verum numerum *ſingularem plurali*, quaſi unum uterque numerus ſignificatum admitteret, non ſatis accurate opponant; ad ejuſdem inſuper cum ſua radice convenientiam minus iidem attendiſſe videntur.

[2] *Commentar. L. E. ad voc.* כתר. *A. p.* 413. ubi ſimul *peluis* hujus figura æri inciſa ſiſtitur.

[3] Teſte Polo, *in Synopſ. ad* 2. *Par. IV.* 12.

[4] Quam & cauſſam fuiſſe ſuſpicor ob quam ipſe Guſſetius, etiamſi de univerſo *Ornatu* noſtro, *l. c.* ex inſtituto edifferat, præcipuum hoc de altitudine adeo diſcrepante momentum ſicco, quod ajunt, pede prætererit.

[5] Vid. Cel. Danzii *Synopſ. Interpr. Ebræo-Chaldei*,

templari, *exspectare*; sed *in Piel* etiam *obducere*, & *obtegere* significat, [1] pro ejusdem radice venditant; alii vero, ut *R. Jonah*, [2] *R. Mardochai Nathan*, [3] ipsemet a se abiens *Buxtorfius*, [4] *Coccejus*, & qui præ ceteris in priorum sententia destruenda suaque ab objectionibus vindicanda occupatus est, *Gussetius*, [5] idem hoc nostrum nomen, צפת, tanquam radicale exhibent. Eodem interim, quantum ad vocis hujus derivationem attinet tramite cum istis, quos primo loco in scenam produximus, *Rabbini Commentatores*, nominatim *Kimchius*, *Raschius*, & *Ben Melech* incedunt, [6] ex quibus *Trium-Viris*, postremi solius de eadem voce observationem hic adposuisse suffecerit : מלעיל ושרשו צפה והתיו מקום ההא למד הפועל ועיין בסימן ק׳ג וענינו כמו כותרת וכן הוא במקומו במלכים ונקראת הכותרת כן לפי שהיתה צפוי לעמוד i. e. צפת *Vox penacuta est a radice* צפה. *Habet vero* ת, *loco* ה, (quod) *docet hoc verbum* [ipsum]. *Vide, quoque*, (Kimchium [7] *pag.* 113. *Significatio autem illius* (vocis) *convenit cum* [vocabulo] כותרת, *id quod loco ejusdem* [reperitur] *in libro Regum* [1. Reg. VII. scilicet] : *sed* (h. l. 2. Par. III. 15.) כותרת *ita* (צפת nempe) *appellatur, quoniam fuit tegumentum columnæ*. Atque sic cum ab hac ultima vocis *explicatione* nec isti etiam inter *Lexicographos* abeant, quos *derivationem* ejus diversimode instituere monuimus, non est, quod in præsenti aliam ipsius vel *derivationem* urgendo, vel *explicationem* investigando stylo prolixiori negotium hoc prosequamur. Suo itaque loco *R. Saadiæ* sententiam relinquimus cui הצפת, proprie idem quod צנצנת, *Exod. XVI.* 33. denotare videtur. [8] Sed nec *Versiones*, aut *interpretationes* reliquas multum hic moramur, quum eædem, etsi ceteroquin magnopere tum a textu authentico tum a se invicem discrepent, [9] istud nihilominus assertum, quod ad nostrum institutum nunc satis est commune habere videantur, הצפת, & כותרת, in sacra *Ornatus* columnarum nostrarum descriptione unum idemque denotare. Absolutis vero tandem hac ratione iis, quæ circa *Ornatus* hujus nostri *nomina* monitu necessaria esse videbantur, pede jam eo minus offenso ad cetera, quæ de eodem *Ornatu*, exponenda supersunt progrediemur. *Materiam* equidem pariter & *formandi methodum* illius non aliam, quam columnæ ipsius cui iste superimponebatur, constitui debere ipsius textus authentici verba, מצקנחשת, [10] & הכלי נחשת, quæ 1. *Reg. VII.* 16. 2. *Reg. XXV.* 17. & *Jerem. LII.* 22. de isthoc *Ornatu* usurpantur abunde confirmare videntur. Supersedemus itaque plura eandem in rem præterquam binas tantummodo easdemque per breves nec forsan omnino inutiles *Rabbinorum*, *Kimchii*, & *Ben Melech*, ad voces duas priores, מצק נחשת, annotationes heic in medium afferre. Ita vero ille : [11] הכותרות היו נחשם מותך כלומ׳ שהתיכו הכותרות כמו שהתיכו העמודים : i. e. *Coronamenta fuerunt æris fusi, quasi dicas, quod fuderint coronamenta ad eum modum, quo fuderunt columnas ipsas*. Succedant verba alterius : [12] כמוך לפיכך הוא פתח ולית כותיה פתח ופירושו נחשת מותך : i. e. (Vox מצק est) *status constructi : propterea illa* [habet] *patach, nec invenitur huic simile patach. Explicatio autem ejus est æs fusum*. Quemadmodum vero hoc pacto de *Ornatus* columnarum nostrarum *materia*, si scilicet *generatim* eandem consideremus, (*speciatim* enim qualem vox נחשת, hoc

dei, §. 149. *no. V. p.* 197. coll. Glassio, *L. III. Tr. I. can.* 42. *p.* 688. Liceret alioquin eandem particulam in loco citato, per adverbium explanandi, *nempe* aut voculas, *id est* interpretari; nisi istam a nobis in textu allatam explicationem verba גלות הכתרות, *quinquies*, utpote 1. *Reg. VII.* 41. 42. 2. *Par. IV.* 12. 13. absque interjecto ו, repetita magis suadere viderentur. Confer. interim, de his aliisque τῦ ו acceptionibus, quarum plus quam septuaginta Noldius *in Concordant. Partic. Ebr. p.* 268. *sqq.* congessit præter Glassium, *Philol. S. L. IV. Tr. I. Obs. VII. p.* 2287. *sqq.* Celeb. Danzium, ipsumque Noldium, *ll. cc.* Joh. Clericus *Prolegom. in Genes. Diss. II.* §. *VI. sq. p.* 21. *sqq.* & Magnif. D. Dieemannus *Opp. Germ. P. I. p.* 519. quorum postremus ob ipsius Clerici, quam *d. l.* sistit observationem significationes hujus particulæ a Noldio præter necessitatem cumulatas fuisse existimat.

[1] Quomodo hæ duæ significationes *Kal*, & *Piel* conveniant, Gussetius inprimis inquirit, *Commentar. L. E. ad voc.* צפה *A p.* 720.

[2] Indice Robertsonio, *Th. L. S. ad h. v.*

[3] In *Concordantiis Hebraicis* a Reuchlino editis pag 777.

[4] In *Concordantiis* quas edidit. *Hebraicis s. l.*

[5] Conf. Ejus *Comment. L. E. ad voc.* צפה *C. p.* 720. & *ad voc.* שרה *E. p.* 850.

[6] In *Commentariis suis ad* 2. *Par. III.* 15. His adde Kimchii *libr. radic. s. l.* & quod *explicationem* vocabuli attinet, sententiam Abarbanelis jam supra §. *VI. p.* 90. *hujus Differt.* allatam.

[7] Hic enim quem totius מכלל יופי fundamentum esse constat, procul dubio h. l. subintelligendus venit.

[8] Teste R. Johan. Ap. Coccejum in *Lexic. Hebr. ad voc.* צפת.

[9] LXX. Græci enim τὰς κεφαλὰς *capita*; Syrus ܪ̈ܫܐ, *capitella*; Arabs رأس; Vulgatus *capita*; Pagninus *capitellum*; Arias Montanus *tectorium*; Junius, & Tremellius *coronamentum*; Clericus : *Capitulum*; Luth. den Knauff; Josephus Athias das Gedäck; Angli *Chapiter*; alii aliter vocem authenticam suo idiomate reddunt.

[10] Quo modo hæ duæ voces verti debeant supra, §. *V. p.* 50. indicavimus. Raschius *in Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 16. vocem מצק, lingua sibi vernacula, i. e. *Gallica* idem significare scribit, quod טריש״גיטיר qualis tamen vox hodienum a Gallis adhiberi non solet. Breithauptio Celeberrimo Viro *in nott. ad versionem loci hujus Jarchiani*, vocabulum isthoc peregrinum, quod ipse per *trasgeter* Gallice exprimit, paria omnino cum vocabulo *fondu* quod usitatissimum illis est facere videtur.

[11] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 16.

[12] *In* מכלל יופי, *ad l. c.*

hoc in argumento materiam deſignet ſupra inveſtigavimus, [1] ipſa Scriptura S. præeunte haud magnopere laborandum nobis eſt; ita nec porro *Ornatus* hujus noſtri, *altitudo*, quamdiu nempe *generatim* de *integro Ornatu* ſermo nobis eſt, (ſuper iſtis enim quæ *ſigillatim* certis quibuſdam partibus ejuſdem Ornatus *diverſæ* in Codice S. *altitudines* adſcribuntur, qua ratione rite cum hac noſtra conciliari poſſint, in mox ſecuturis curatius diſpiciemus) dubia cuiquam aut jam tum viſa eſt, aut imposterum forſan videri poteſt, ſiquidem ipſa pariter Scriptura S. non uno in loco utpote 1. *Reg. VII.* 16. 2. *Par. III.* 15. & *Jerem. LII.* 22. חמש אמות, *quinque cubitis*, illam definiviſſe deprehendimus. Verum enim vero ſimul ac ulterius inpræſenti ſufficientem *formæ*, aut *figuræ* ejuſdem *Ornatus* deſcriptionem eandemque ita inſuper comparatam ut, quæ in Codice S. memorantur tum *altitudo* ejus *diverſa*, tum *varius malogranatorum*, eidem adhærentium *numerus*, nullius Spiritum S. contradictionis arguant, quiſquam a nobis poſtulaverit; eo ſane ipſo, μέγα λίαν αἴτημα, ſolvendum nobis proponi vel ex tot ſententiarum in quas Viri eruditiſſimi idem nobiſcum momentum expendentes fere ſinguli abeunt, divortiis dijudicatu erit facillimum. At enim vero dabimus tamen pro virili operam ne, & hic noſtra diſſertatio vel in explicando deficiat vel in aſſerendo ab oraculorum ſacrorum, quibus hactenus preſſe nobis inhærendum, eſſe putavimus, tenore auſu nimis temerario recedat. Iſtud nimirum (utpote quod neminem, qui de Sacri Codicis auctoritate ſarta tectaque conſervanda pro eo ac par eſt pie meditabitur infitias iturum eſſe confidimus,) relictis omnibus hoc in negotio velut indubitatum nobis concedi cupimus, quod pro omnium optima *Ornatus* noſtri *figura* illa demum habenda ſit, quæ cum verbis authenticis ipſis proxime convenire videbitur. Quo ſemel ſuppoſito etſi de eadem hac *figura* præter ſupra jam in medium allatas hypotheſes alii alias defendant; [4] illam tamen, quam *Jac. Guſſetius*, [3] & ante eum *Jo: Coccejus*, [5] immo ſi recte hariolor ex Noſtratibus *Gejerus* [*], amplexi fuere ſententiam, qua iſte Ornatus noſter vel certe præcipua ejuſdem pars *quatuor* videlicet ejus *cubiti*, *lilii figuram* habuiſſe creditur, ceu reliquis omnibus præferendam nos intuemur. Neque enim a recto tramite quicquam deflexuros nos fore arbitramur, ſi verba Scripturæ, 1. *Reg. VII.* 19. וכתרת אשר על-ראש העמודים מעשה שושן באולם ארבע אמות i. e. *Pagnino* interprete: *Et coronamenta, quæ ſuper caput columnarum opus lilii in porticu quatuor cubitorum*, idem hoc, quod modo aſſeruimus inſinuare perſuaſum nobis habeamus. Non equidem nos fugit, quot, & quantæ circa præſens comma ſive ad *Verſiones* ſive ad *Commentatores*, & *Interpretes*, reliquos vel obliquis oculis attendamus, olim atque olim licet exortæ fuerint. Quum autem omnibus argumentis hinc & inde probe ponderatis nulla expoſitio ſacri textus litteram propius, quam hæc noſtra attigiſſe videatur, nemo nobis in vitium vertet, quod eandem præ ceteris explicationibus omnibus nunc amplectamur. Et de *verſionibus* ſane eo nobis laborandum minus eſſe arbitramur, quod pleræque iſtarum ſive *Orientales* conſulas ſive *Occidentales*, perquam commode in eandem iſtam, quam oraculum noſtrum ex fonte allegatum exprimit, accipi poſſint ſententiam; reliquæ vero inter eaſdem dum nimis aperte a limpidiſſima ſua ſcaturigine ſecedant longe eo ipſo turbulentiores evadant, quam ut veritatis ſenſum quem iſte noſtrorum animis ſemel indidit, ab iis rurſus impune nobis eripi ſinamus. *LXX.* ſigillatim *Interpretum* verſio prouti Codex *Vaticanus*, quem ut vetuſtate ita etiam dignitate reliquis longe antecellere uno propemodum ore Critici docent, illam exhibet non ſolum in proxime nominato *Cap. VII.* 1. *Reg.* duo Codicis Hebræi integra commata 20. & 22. plane omittit ſed & verſum noſtrum 19. quem demum poſt 21*mum* collocat, inſerta particula κατὰ, præter neceſſitatem obſcurum efficit, ſiquidem ita eundem μεταφράζει: Καὶ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν τῶν ςύλων, ἔργον κρίνου, κατὰ τὸ αἰλὰμ, τεσσάρων πηχῶν. Nec in ceteris hujus verſionis *Codicibus*, [quos tamen inter *Alexandrinus* comma 20. in *Sixtiano* omiſſum ſuæ rurſus integritati reſtituit] aut *Editionibus* Codici authentico omni ex parte convenientiorem vel *ordinem*, vel *interpretationem* noſtro in argumento deprehendimus: adeo hæc omnia ut *Flamin. Nobilius* ea de re loquitur [5] *in Codicibus varie ſunt poſita, coagmentata, repetita, mutilata.* Sed ad ſimilem fere modum de *Arabe* Interprete pronuntianda hic nobis ſententia eſt, quippe qui verba Spiritus S. ſupra excitata ſuo idiomata ſic effert:

ونقش

[1] Integro nimirum, §. *IV. p.* 31. *ſqq.*

[2] Ita Dav. Martinius in *Bibliis Gallicis ad Jerem. LII.* 23. *figuram* Ornatui noſtro *quadratam* adſcribere non dubitat: *Ces Chapiteaux*, inquit *etoient ſans doute quarrez.*

[3] *In Commentar. L. E. ad voc.* כתר *B. C. D. pag.* 413.

[4] Conf. Ejus *Lexicon Hebr. ad voc.* כתר *p.* 401. & 402. nec non *Typus Templi*, *Ejuſdem Commentario in Ezechielem adjectus Tab. XVII.*

(*) Vid. Ejus *Commentar. in Pſalm. XLV.* 1.

[5] *In nott. ad verſionem LXX. vitalem h. l. T. VI. Bibl. Polyglott. VValtonis p.* 56.

ونقش الطبقين الذي على العمودين شبه السوسن كما يدور وجعل لهما غطا اربعة اذرع i. e. *Et cælatura duarum concharum, quæ erant ſuper utramque columnam referebat lilia circumquaque : & ambabus* (conchis) *fecit operculum quatuor cubitorum.* Uti vero nec has quas inſtar ſpeciminis hic adduxiſſe ſuffecerit nec alias a textu originario diſcrepantes verſiones ob rationem paullo ante allatam multum moramur; proinde quoque ob cauſſam eandem operæ nobis pretium eſſe non videtur ut ſingula *Commentatorum*, aut *Interpretum* ceterorum ſuper hunc ipſum verſiculum placita, quæ alioqui larga manu admetiri facillimum foret, [1] hoc loco excutiamus. Niſi enim vehementer fallor eandem theſin, quam de *Ornatus* noſtri *figura*, ex 1. *Reg. VII. 19.* adhuc comprobare anniſi ſumus commate 22. ejuſdem capitis denuo ſtabilire Sacer Codex his verbis voluit : ועל ראש העמודים מעשה שושן *Et ſuper caput columnarum opus lilii.* Hæc ipſa namque locutio etſi *Abarbanele* haud præter rem contendente, [2] מספור ההקמה ולא מספור המלאכה pro *recenſione erectionis*, aut impoſitionis, *non vero enarratione opificii*, ſeu efformationis hujus *ornatus* habenda ſit; eodem tamen Interprete recte itidem obſervante, [3] non aliud, מעשה שושן, *opus liliaceum*, quam quod præcedente *v. 19.* deſcriptum fuiſſe vidimus, nobis indigitat. Non inepte ſcilicet cum *Junio*, ac *Tremellio*, ſenſum verborum ex 1. *Reg. VII.* 22. jamjam excitatorum cumque iis, quæ eodem in commate immediate ſequuntur : ותתם מלאכת העמודים connexorum ſermone latino ſic efferas : *Quum itaque impoſitum eſſet capitulo columnarum opus liliaceum abſolutum eſt opificium columnarum.* Atque his quidem ſingulis quum ſufficienter jam probabile noſtrum de *figura lilii* columnarum noſtrarum *Ornatui* adſcribenda aſſertum reddi videatur; nolo in præſenti reliquas, quas a vocabulo כתר, noſtri ornatus nomini, כתרת, quod ſupra enodavimus affini; ſive ut clarius dicam a figura *coronæ* Imperatorum orientalium ut & a figura *maris ænei*, *Guſſetius* deſumſit, [4] rationes pluribus urgere. Unum forte, quod palmarium quiſpiam reputare poſſet hucdum expediendum reſtabat ſcilicet ut vocis difficilioris שושן, quam optimos pleroſque Interpretes ſecuti per *lilium* reddidimus enucleationem paullo accuratiorem adornaremus, eandemque cur iſthoc lubentius, quam *roſæ* vocabulo, [id quod *Munſtero*, *Caſtalioni*, *Oſiandro*, *Strigenitio*, ipſique *Luthero* noſtro in verſionibus ſuis adhibere viſum fuit] aut generaliori *floris* nomine, [quod *Tigurinis* placuit] transferre maluerimus, variis undique rationibus conquiſitis ediſſereremus. Verum hic ſane præter *Lexicographos*, *Kimchium*, *Buxtorfium*, *Coccejum*, *Guſſetium*, alios otia nobis gratiſſima jam dudum fecere *Villalpandus*, [5] *Fortun. Scacchus*, [6] *Sim. de Muis*, [7] *Abrab. Calovius*, [8] & plures reliqui, quorum non tantum nomina ſed & rationes in compendium miſſas diſſertationibus ſuis uno eodemque tum anno tum menſe evulgatis Vir Rever. *M. Dan. Roſenfeldius*, [9] & *Cl. M. Alb. Frid. Freyerus*, [10] Lectori illarum cupido exhibebunt. Hos autem ipſos *liliorum* flores *inſculptos* potius coronamentis fuiſſe, quam ipſorummet *coronamentorum figuram* ſibi ſimilem habuiſſe, *Rabbini Interpretes* cum *Arabe* ferme omnes in hanc ſententiam concedentes, & qui hoc in negotio ex *Chriſtianis* eos ſecuti ſunt *Lightfootus*, [11] *Lundius*, [12] *Majus*, [13] ceterique [14] vel eam ob cauſſam ægre nobis perſuadebunt, quod commatis excitati utriuſque textus authenticus nimis manifeſto de הכתרת, ſeu *coronamentis* ipſis affirmet, quod מעשה שושן, *formam lilii*, (liceat cum *Coccejo* voces Hebraicas hac in primis ratione interpretari) [15] aſpicientibus ſuppeditaverint. *Forma* interim *lilii*, ſi recte modo *Guſſetius*, cujus nunc verba

[1] Evolve ſi lubet, ex *Judæis* in primis Abarbanelem, *Commentar. ad* 1. *Reg. VII.* 19. ex *Chriſtianis*, aut quorum haud exiguum numerum Polus, *in Synopſi ad l. c.* excitat præ ceteris, Villalpandum *Explanatt. T. II. P. II. L. V. c. XXIII. p.* 454. *ſqq.* Sanctium, in *Commentar. ad l. c.* Lightfootum, *T. I. Opp. p.* 579. Sim. Patricium, *Commentar. Anglic. ad l. c.* & Lundium, *J. H. L. II. c. XII. no.* 11. *p.* 297. Nonnulli, ut Goldemannus in der vollſt. Anweiſ. zur Civil-Bau-K. *L. I. c. VII. p.* 35. & Reyherus, *Math. Moſaic. No. XXXVII.* §. 30. *p.* 698. iiſdem Scripturæ verbis, *latitudinem* Ornatus noſtri, ſeu coronamenti indicari exiſtimat. Sed hos *figuræ liliatæ naturam* deſerere, Guſſetius comprobat, *Comment. L. E. ad voc.* כתר C. *p.* 413. conf. quæ de *latitudine* iſthac, R. Levi Ben Gerſon tradit, *in Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 16.

[2] In *Comment. h. l.*

[3] *loc. cit.*

[4] *l. c. p.* 412. *A. B. & p.* 413. C. D.

[5] *Explan. l. c. p.* 455. *a.*

[6] *Sacror. Elæochriſm. Myrothec. I. Cap. XXV. p.* 117. *ſqq.*

[7] *In Commentar. in Pſalmos*, & exinde ap. Leighium, *Critic. S. V. T. p.* 259. *ſq.*

[8] *In Bibliis Illuſtr. ad Cantic. II.* 1.

[9] *Diſſert. de Roſa Saronitica*, *Sect. I. §. IV. pag.* 11. *ſqq.* VVitt. 1715.

[10] *Diſſert. I. de mari æneo*, *Obſ. IIX. p.* 31. *ſqq.* Jenæ 1715.

[11] *Opp. T. I. pag.* 579.

[12] *J. H. LII. c. XII. pag.* 269.

[13] *Oeconom. V. T. p.* 831.

[14] Refer huc ex Mathematicis, Villalpandum *loco proxime cit.* & Goldmannum, *loc. cit. L. I. c. VII. p.* 35. quamvis uterque ex ſua magis, quam Judæorum hypotheſi eandem ſententiam amplectatur.

[15] *In Lexico Hebr. ad voc.* שושן.

verba recito, judicavit, [1] *in artis operibus eatenus tantum concipitur ut referant a fundo ad ſummum labium curvaturam illam miſtam duobus quaſi arcubus extremo commiſſis conſtantem, ita ut ſpectata extus, infra imitetur arcus partem convexam, ſupra concavam ſenſimque dilatetur.* Quibus poſitis, מעשה שושן, *formam lilii*, quæ in noſtrarum columnarum *coronamentis* conſpiciebatur, neutiquam ſex folia totidemque horum apices, quibus alioqui pars floris iſtiuſmodi ſuperior diſtincta deprehenditur, ſimul repræſentaſſe, ſed ſuperne oram rotundam ac continuo veluti circulo conſtantem habuiſſe oportebit. Sed pro ſuo quiſque arbitrio, quid velit hic locorum eligat; nobis minimum ſufficit, quod admiſſa tantiſper in *coronamentis* noſtris *lilii forma*, cetera haud gravatim omnia, quæ ad eorundem inſuper adhuc ornatum pertinuiſſe noſtris in Oraculis Scriptura commemorat, ut ut alias non immerito Interpretibus multum negotii faceſſerint, commodam ſatis explicationem pati videantur. Faciamus itaque periculum, & quo pacto ſingula conſentiente textu ſacro concipi queant, ſtrictim ut prolixioris demum ſcriptionis hujus noſtræ finem acceleremus, nunc exponamus. Primum vero ſe nobis objiciunt שבכים, ſeu *retiacula*, ſiquidem, 1. *Reg. VII.* 17. in Codice authentico ſuper iiſdem per ſequentia informamur: שבכים מעשה שבכה גדילים מעשה שרשרות לכתרת אשר על ראש העמודים שבעה לכתרת האחר ושבעה לכתרת השנית Verba hæc *Pagninus* ſic reddidit: *Retiacula opere retiaculi, & funes opere catenarum* [erant] *coronamentis, quæ ſuper caput columnarum: ſeptem coronamento uni, & ſeptem coronamento ſecundo.* Non eſt in præſenti animus varias horum verborum aut *verſiones*, aut *interpretamenta* operoſe conquirere, eaſdemque ordine ſuo prolixius percenſere. [2] Neque ſane quamdiu de ipſis hodienum commatis recitati *vocabulis* principalioribus: גדילים שבכים, & שרשרות, ſtudio multum ancipiti, *Philologos* decertare animadvertimus, mirum nobis videri poterit, quod ipſe quoque *ſenſus*, quem eadem cum reliquis connexa nobis ſuppeditare debebant, tam diverſimode a multis indagetur. Prioris equidem notionis, שבכים, radicem cum literis hiſce ipſiſmet exacte congruentem pariter ac ſignificatum genuinum utut *Arabum* شبك, *permiſcuit, implicavit, cancellatim ſtruxit reticulato opere*, nobis ſubminiſtrare videatur; non male tamen deficiente ejuſmodi radice *Hebraica*, utrumque a verbo *cognato*, סבך *implexum eſſe Lexicographi* comuniter derivant, quum ש ſiniſtrum, & ס in Lingua Sancta non raro invicem permutari deprehendamus. Etſi vero hac ratione vocabulum noſtrum proprie *ramorum*, ac *radicum in arboribus* aut *ſpinarum implicationem* inſinuare iidem contendant; [3] nihil tamen obſtat, quin de illis etiam rebus, quæ operi ejuſmodi implexo aſſimilari merentur, per *metaphoram* quandam iſtud adhibeatur. Quandoquidem autem hæ ipſæ res non unius ſed varii ac multiplicis generis ſunt; hinc meditationes itidem *Interpretum* ſuper eadem voce illiuſque in oraculo noſtro allegato ſignificatu plane non concordant, ſed inſigniter potius a ſe invicem diſcrepant. Ut enim vel ex Synagoga ſolummodo *Judaica* jam nunc quoſdam heic excitemus, *Anonymus* aliquis cujus *in* 1. *Regum Commentarium* in Pergameno *MSC. Matth. Frid. Beckius* poſſedit, triplicem ſequentem expoſitionem in medium produxit: שבכים קויפש י״א לאציאש י״א בראנקש i. e. שבכים (ſunt) *coiffes nonnullis Laciaux h. e. retia, aliis Branches, i. e. rami.* [4] *Primam* iſtarum amplectitur *Raſchius*, utpote cujus hæc ad voces שבכים מעשה שבכה, legitur commentatio: [5] השבכות שהיו להן דומות כמין כיפה שקורין קוי״פא מעשה שבכה מוקפות היו צורות של לולבי דקל כמו ועל שבכה יתהלך i. e. *Perplexitates, quæ inerant illis* (coronamentis) *ſimiles* (erant) *cucullo quem* (Galli) *vocant: Coiffe.* [6] *Opus perplexitatis* (autem) *circuiverunt figuræ faſciculorum palmæ, uti* (dicitur Job. XIIX. 8.) *Et ſuper perplexitatem ambulabit.* Ad ſecun-

[1] *Comment. L. E. ad voc.* שושן *D. p.* 892.

[2] Quæ *ex utriſque* præcipua ſunt, Polus ſiſtet in *Synopſi ad h. l.* cum quibus præ ceteris conferendæ erunt ſententiæ, Villalpandi *Explan. L. V. c. XXI. p.* 451. *ſq.* Ligthfooti, *T. I. Opp. p.* 577. *ſqq.* & Lundii J. H. *L. II. c. XII. p.* 296. *ſq.* Goldmannus in der vollſt. Anw. zur Civil-Bau-K. *L. I. cap. VII. pag.* 35. illos ſeptem שבכים, quos Luth. ſieben geſlochtene Reiffen / reddidit magis architectonice, ſieben umher reichende Glieder des Krantzes verti debuiſſe contendit. Sed hoc ipſum aſſertum, cum ſacra horum שבכים deſcriptione parum conveniens eſt.

[3] Conf. *Kimchii, Pagnini, Avenarii, Buxtorfii*, aliorum *Lexica Hebr. ad rad.* סבך, add. Lightfootus, *T. I. Opp. p.* 577. *ſq.*

[4] Vid. Beckii *nott. ad Paraphr. Chald.* 2. *Par. III.* 15.

[5] In *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 17. conf. Ejuſd. *Comment. ad* 2. *Par. III.* 15. Sed in *Comment. ad* 2. *Reg. I.* 2. Jarchius eandem vocem שבכה, de *opere reticulato*, vel *cancellato* expoſuit. Cui ſententiæ quæ *Kimchio* etiam ap. Robertſon. *Th. L. S. ad voc.* שבך, & *R. Mardochai Nathani*, in *Concordant. pag.* 875. arriſit, calculum ſuum adjicit Fullerus, *Miſc. S. L. VI. c. XIII. p.* 733.

[6] Quod Gallis *coiffe*, id Latinis alias *vitta* dicitur. Unde Breithauptius *in nott. ad Verſion. loci noſtri Jarchiani*, vocem iſtam Germanice vertit: geſtrickte Hauben / quibus ſcilicet mulieres utuntur. Ceterum ad hunc ipſum modum Joſephus Athias in *verſione* ſua *Judaico-Germanica*, vocabula authentica per Hauben geſtrickt Werck / tranſtulit. Eidem interpretationi applaudere videtur Lundius, J. H. *L. II. c. XII. p.* 296. *ſq.*

cundam, *R. Levi Ben Gerson*, acceſſiſſe videtur dum noſtrum, מעשה שבכה, ſequentibus explanat : [1] הוא מעשה רשת קרשפינה בלעז והיתה מקפת כל הכותרת ממעל ומתחת i. e. (Fuit) *hoc opus reticulatum, quod in lingua vernacula Krespina dicimus. Circuivit vero* (iſtud) *totum coronamentum a parte ſuperiore & inferiore. Tertia* denique cum *R. Eleazaris* interpretatione conſpirat de quo *Jarchius* [2] teſtatur : ור' אלעזר פי' ענפים i. e. *R. Eleazar autem expoſuit ramos*. Noſtram vero miſſis his omnibus ſententiam ut ſubjungamus omnino arbitramur, quod vocabula מעשת שרשרות גדילים, quæ cum τοῖς שבכים, in Codice authentico arcte connexa reperiuntur, hic in primis locorum in ſubſidium evocanda ſint. Primum namque illorum, quod a radice, גדל, *magnum eſſe, aut fieri, vel quantitate vel qualitate* ſuam traxit originem, proprie *fila conduplicata, & contorta* ſeu *faſcias* aut *inſtitas*, quales, *Deut. XXII.* 12. Judæorum veſtibus appendi DEUS præcepit, [3] denotare in aprico eſt. Rem itaque acu tetigiſſe ſæpe nobis laudatus *Guſſetius* viſus eſt quando is vocem גדילים, utpote ſine ו copulativo, τοῖς שבכים appoſitam nihil ab his diverſum ſed eorundem potius *materiam* inſinuare contendit. [4] Hæc ipſa autem materia in quam *formam* adornata fuerit, ſi porro quæramus iſtud, noſtro quidem judicio reliquæ duæ notiones, מעשה שרשרות, haud obſcure indigitant. Neque enim vocabulum שרשרות, in cujus locum *Rabbini* ſuum שלשלת, mutato utroque ר in ל, ſubſtituunt aliud quid, quam *catenas Hebræis* ſolet deſignare; ſive de cetero a radice quadrata, שרשר, cum *Mercero*, *Caſtello*, *Robertſonio*; ſive a themate שרש, *radicari, radices agere*, cum *R. Aben-Eſra*, [5] *R. Elia*, [6] *Buxtorfio*, *Coccejo*, *Opitio*; ſive cum *Avenario*, a radice שרר, *torſit, obtorſit, contorſit*; ſive denique, a שלש *tres*, in quam ſententiam *Guſſetius* ea de cauſſa inclinat, quod ad catenam conficiendam *tres* ad minimum annulos in uno adeſſe oporteat, [7] idem nomen *Hebraicum*, deduxeris. Atque ſic ut hactenus dictorum ſummam repetamus vocabula, שבכים מעשה שבכה, *reticula opere retiario confecta*; notio גדילים, *materiam*, ex qua iſthæc elaborata fuerunt *fila*, nempe *antea conduplicata*; voces denique, מעשה שרשרות, *formam*, quam eadem habuere *operis*, videlicet *catenati* nobis commonſtrare videntur. Hæc ipſa vero *reticula ex catenis æneis* confecta elegantiſſimæ juxta ac ſubtiliſſimæ ſtructuræ fuiſſe vel inde ſatis manifeſtum evadit, quod eædem cum *catenulis aureis Sancti Sanctorum*, (quas 1. *Reg. VI.* 21. deſcribi Interpretes putant) 2. *Par. III.* 16. his verbis comparentur : ויעש שרשרות בדביר ויתן על-ראש העמודים; quæ latine ex *Clerici* verſione ſic effero : *Fecit etiam catenas*, *UT in adyto*, *quas impoſuit vertici columnarum*. [8] Eorundem ceteroquin *reticulorum* figuram æri inciſam non inartificioſe *Guſſetium* [9] delineaſſe arbitramur. Verum in eo, quod ejuſmodi *reticulis* integros *quatuor* coronamenti *cubitos* veſtitos fuiſſe porro contendat, [10] noſtrum ſimiliter aſſenſum vix ac ne vix quidem impetrabit. Equidem *reticula* iſta, quorum שבעה, *ſeptem* coronamentis ſingulis fuiſſe, 1. *Reg. VII.* 17. exſerte legitur, *obtegere* ipſa coronamenta *ambiendo* debuiſſe lubentes concedimus : quum 1. *Reg.* 41. & 2. *Par. IV.* 12. nimis manifeſto inculcetur, quod eadem efformata fuerint, לכסות את-שתי גלות הכתרות, *ad operiendum*

[1] In *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 17. Idem *ad v.* 20. accuratius de *ſitu* operis hujus reticulati diſſerit, atque quum unumquodque coronamentum *ſeptem* שרשרות habuiſſe dicitur, *tria* eorum in pelui ſuperiori, ac in pelui inferiori *totidem*, denique *unum* in loco conjunctis, utriuſque peluis fuiſſe pro ſua de hoc ipſo coronamento hypotheſi ſupra examinata exiſtimat.

[2] In *Comment. ad* 2. *Par. III.* 15.

[3] Conſ. de *inſtitis* hiſce præter *Commentatores ad l. c.* Buxtorfii *Synag. Judaic. Cap. IX. p.* 163. *ſqq.* Cum vero eædem extremis veſtium oris aſſutæ harum augmenta eſſent, inde nominis גדלים cum ſua radice גדל cognationem ſatis manifeſtam evadere Guſſetius cenſet, *Comment. L. E. ad voc.* גדל *K. p.*164.

[4] *loc. & pag. jam jam citatis.*

[5] Ap. Buxtorf. *Lexic. Hebr. ad h. n.*

[6] Ap. Robertſon. *Th. L. S. ad voc. quapr.* שרבים.

[7] *Comment. L. E. ad voc.* שרש *B. p.* 891.

[8] Recte enim, ita *ellipticam* verborum Authenticorum locutionem unica *ſimilitudinis particula* VT ſupplere *Clericus* intendit. Satis alioquin diverſæ horum verborum explicationes ab Interpretibus afferuntur in medium *Syrus*, & *Arabs* in verſionibus ſuis hic a textu originario plane recedunt. Contra *LXX. Græci* voces Hebraicas שרשרות, & דביר invariatas retinent. *Kimchius*, & *Ben Melech* quidem expoſitionem quandam *in Commentariis ſuis*, *ad h. l.* ſiſtunt; ſed ad rem ipſam parum accommodatam. *Munſterus* τὸ בדביר vertit *propter oraculum*, teſte Polo, *in Synopſ. ad h. l.* *Mariana*, & *a Lapide*, ap. *Eundem l. c.* *oraculum* pro *porticu* accipiendum eſſe contendunt. Pleriſque tamen Interpretum (quibus præter eos, quos Polus *l. c.* producit, addi poſſunt Joſephus Athias in *Verſione* ſua *Judaico-Germanica*, Eman. Saa, & qui hunc ſequitur Menochius, *in Commentt. ad h. l.*, Lundius *J. H. L. II. c. XII. p.* 296. alii) *ſimilitudinis particulam*, heic locorum per *ellipſin*, in Codice S. non inuſitatam deficere arbitrantur. Verum ne hoc quidem aſſertum una eademque methodo verbis noſtris applicant. Villalpandus, *T. II. P. II. L. V. c. XXI. p.* 451. *b.* adhuc ſubaudiendam putat præpoſitionem ב, eandemque cum *Vulgato* per *quaſi* exprimendam. Gejerus *in Pſalm. LXIIX.* 18. particulam comparativam כאשר, *ſicut* quæ ante vocabulum בדביר, h. l. deficiat interſerit. Sed Glaſſius *in Philolog. S. Lib. IV. Tr. I. Obſ. III. p.* 1157. tantummodo præfixum ב, ante idem vocabulum deeſſe exiſtimat. Atque hæc ultima quidem *ellipſin* noſtram ſupplendi ratio ſufficiens videtur. Ceterum quales *catenulæ* illæ *in Sancto Sanctorum* fuerint, *R. Jehuda Leo* ex *Maimonide* & *Abarbanele* exponit ap. Lundium, *J. H. L. II. c. VI. p.* 266.

[9] *l. c. ad voc.* כתר, *p.* 413.

[10] *loc. cit.*

dum duos orbes coronamentorum. Sed quod *ſeptem* hi *plexus* retiarii integros *quatuor* coronamenti *cubitos*, ad eum ſcilicet modum, quem allegatus *Guſſetius* imagine ſua æraria exhibuit, [1] circumeundo abſolverint; id, quidem cur tantiſper in dubium vocitemus, una cum primis eademque ex ipſo Codice authentico depromta ratio efficit. Quando enim 2. *Reg. XXV.* 17. noſtrorum *coronamentorum altitudo* verbis ſequentibus deſcribitur : וקומת הכתרת שלש אמה [2] ושבכה ורמנים על־הכתרת סביב i. e. *Pagnino* Interprete : *Et altitudo coronamenti erat trium cubitorum, & reticulum, & malogranata ſuper coronamento circumquaque ;* tum nos hoc ipſum comma cum locis jam excitatis 1. *Reg. VII.* 2. *Par. III.* 15. & *Jerem. LII.* 22. [utpote quæ *quinque cubitorum* altitudinem eidem coronamento aſſignant) rectius conciliari non poſſe exiſtimamus, quam ſi iſtud ideo *tres* tantum *cubitos altitudinis* enumerare aſſeveremus, quod totidem modo cubiti coronamentorum non autem plures *opere* illo *reticulato*, & *malogranatis* in uno ſeptem illorum plexuum ex quibus hoc ipſum conſtabat conſpicuis, cooperti fuerint. Quid? quod nec alia de cauſſa ejuſdem hujus *trium cubitorum altitudinis* recenſioni verba : ושבכה ורמנים על הכתרת סביב Scriptor Sacer noſtro in Oraculo immediate ſubjunxiſſe videatur, quam ut iſtam ſimul coronamenti partem tacite nobis ſignificaret, cui modo dicta *trium cubitorum* menſura ex *quinque* univerſi coronamenti *cubitis* alibi traditis eſſet adſcribenda. Atque hanc quidem partem, quam & *Coccejus* eadem nobiſcum menſura, utut non eodem prorſus modo, [3] definivit, [4] accurate vel etiam ſi mavis ſaltim probabiliter determinare ante non poterimus, quam ea, quæ de רמונים, ſeu, *malogranatis*, ad *Ornatum* columnarum noſtrarum pertinentibus, Codex authenticus expoſuit, probe intelligamus verbis vero admodum obſcuris, 1. *Reg. VII.* 18. cum quo loco ob verborum convenientiam ejuſdem capitis *comma* 42. ut & *comma* 13. 2. *Paral IV.* in primis conferenda erunt ſuper iiſdem informamur : ושתי טורים סביב על־השבכה האחת לכסות את־הכתרת אשר על־ראש הרמנים h. e. ut *Pagninus* reddidit : *& duos ordines circumquaque ſuper retiaculum unum ad tegendum coronamenta, quæ ſuper caput malogranatorum*. Ad duo in verbis hiſce nomina, טורים puto, & רמונים, quæ recte omnino per *ordines*, & *malogranata*, præter *Pagninum*, Interpretes plerique exponunt, ſollicite cumprimis attendere nos oportebit : maxime quum utriuſque genuina origo ſeu radix inveſtigatu difficilior eſſe deprehendatur. Ac prius certe iſtorum *Lexicographi*, quos hactenus conferre licuit ad unum omnes pro ipſo fonte, & originaria notione agnoſcunt, [5] *Majo* tantum excepto utpote qui ad Arabicum طار, quod *circumſtare rem aliquam* ſignificat hic ſe recipit, atque inde etiam derivatum طور *limes*, & *quod rem circumſtat*, bene ad idem illud nomen, ut & cognatum טירה, quod *palatium caſtellum*, aliaque, quæ *ordinatam ſtructuram* requirunt, ſuppeditat, quadrare hariolatur. [6] Et hanc quidem ſententiam illud non parum roborare videtur, quod noſtrum טור, etiamſi iſtud, *Coccejo* judicante [7], *ſeriem rerum coordinatarum* proprie denotet; *Guſſetio* comprobante, [8] non *de rebus in linea perpendiculari ſed horizontali ordinatis*, in Codice S. adhibeatur. Quodſi vero, nunc res in columnarum noſtrarum *Ornatu* ad eum modum coordinatas propius contemplari velimus, nullæ omnino eſſe hæ poterunt aliæ

quam

[1] *loc. cit.*

[2] Pro ſingulari אמה, qui *ſcriptus* hic deprehenditur, *Maſorethæ legi* volunt *pluralem* אמות, in margine adpoſitum. Et fatendum ſane cum Celeb. Danzio, *Synopſ. Interpr. Ebreo-Chald. Cap. I.* §. 6. *p.* 7. nobis eſt ordinarie numeralia *cardinalia* unitatem ſuperantia *infra decem* adeoque & h. l. præcedens שלש *numeratum* exigere *plurale*. Verum quum *enallage ſingularis pro plurali*, in Codice S. haud, adeo infrequens eſſe ſoleat, ut videre eſt ap. Glaſſium *L. III. Tr. I. Can.* 22. *p.* 613. *ſqq.* & Sennertum, *de Idiotiſmis LL. OO. can.* 44. *p.* 34.; ſatius omnino erit ad eandem figuram, cum Celeb. Hillero, *in Arcan. Keri & Ketibh L. II. c. III. p.* 283. immo ipſemet Lud. Cappello, *Critic. S. L. III. c. XI.* §. 13. *p.* 126. (quamvis iſte, §. *XIIX.* ſequente, *p.* 127. nihilominus ex hac etiam voce a *Maſorethis* notata, æque ac ex aliis peſſimum ſuum inſtitutum corroborare intendat,) nec non Brian. VValtono, *in Catalogo Var. Lect. Hebr.* קרי וכתיב *T. VI. Biblior. Polyglott. pag.* 6. *b.* præſens itidem exemplum (cui ſimillimum ex 2. *Reg. IX.* 17. Celeb. Danzius, *l. c. not. n.* attulit) reducere; quam *pluralem* qui in margine *legitur ſingulari*, qui in textu *ſcriptus* eſt, ſtatim præferre. Ad *puncta* ceteroquin *irregularia*, quibus vox *textualis*, h. l. inſtructa eſt, præter Hillerum *loc. cit. Lib. I. c. V. pag.* 96. ea conferſis, quæ ſupra §. *VI. p.* 72. *ſq.* ad ſimile exemplum jam monuimus.

[3] Nam ex mente Coccei, quam *locis citandis* explicuit, hi *tres cubiti*, in quibus *retia*, & *malogranata* fuerunt, *ſupremam* ipſius coronamenti partem conſtituunt; nobis vero eorundem ſitus, paullo aliter, ut mox in ipſa Diſſertatione monebimus, ponendus eſſe videtur.

[4] Tum in *Commentar. ad Jerem. LII.*; tum in *Tab. XVII.* ad *Typum Templi*, qui Ejuſd. *Commentario in Ezechielem* ſubjunctus eſt pertinente ; tum quoque in *Lexic. Hebr. ad voc.* כתר *p.* 401.

[5] *Mercerus* interim ap. Robertſonium, *Th. L. S. ad h. v.* quoſdam a נטר, *obſervavit*, idem nomen deducere animadvertit, quia ſcilicet ad quemlibet *ordinem* (quod *latinum* vocabulum per metatheſin litterarum ex ipſo *hebræo* טור Avenarius exſculpſit, *Dictionar. ad h. v.*) *obſervatione* opus ſit.

[6] *In Supplementis ad I. C. Lexicon Hebr. p.* 50. Eaſdem duas voces טור & טירה, ejuſdem & radicis, & nominis eſſe *Kimchius* ab ipſo Majo, *l. c.* allegatus jam tum docuit. Conf. Villalpandum, *Explanatt. T. II. P. II. L. V. cap. IX. p.* 429. *b.*

[7] In *Obſervationibus de diſtinctiori ſignificatione vocum Hebr.* ex ipſius *Opp.* ἀνεκδότων, *T. II.* Lexico adjectis *p.* 172.

[8] *In Comment. L. E. ad h. v. A. p.* 301.

quam הרמנים, seu *malogranata*, quæ 1. *Reg. VII.* 18. demum paullo post שני טורים commemorantur: [1] subsequente *vers.* 42. immediate, & arctissime cum his duabus vocibus connexa sunt. De ipso ceteroquin nomine hocce ita nos edocent *Lexicographorum* plerique quod nimirum & istud radicale quasi sit, cum vera ejusdem radix in *Hebraicis* monumentis amplius non compareat. Sed ne quid reticeamus, reperti tamen sunt inter *Philologos*, qui ejusdem natales vel a רום, sive רמם, *altum excelsum esse*, quod malogranata fructu *excellant*; vel ex רמה, *sagittare vulnerare*, quod malogranati figura dehiscens, quasi *vulnus* quoddam sistat; vel ex רמה, seu verbi modo nominati conjugatione *Piel*) *decepit*, *fefellit*, & illud eam potissimum ob caussam, quod non facile reperiatur malum granatum in quo non sit *granum nequam*; vel denique a *nomine* רמה (quod verbi רמם derivatum est) sive a *verme*, ac nominatim cocci ceu colorem pulcherrimum, & excellentissimum referente arcessunt. [2] Verum non est instituti nostri in hæc sententiarum divortia operosius in præsens inquirere. [3] Satis nobis esse arbitramur nosse, quod per *Hebræorum* רמון, *Latini* nihil aliud, quam *malum Punicam*, aut *malum granatum* (non enim *arboris* tantum ipsius, sed & *fructus*, ab ea ita dicti nomen illud est) sive jam *naturale* hoc postremum sit, sive etiam quale in nostrarum columnarum *Ornatu* conspiciebatur, *artificiale*, propinare nobis soleant. [4] Et sane ab isthoc ultimo diversum quidpiam vocem eandem nostris quoque in Oraculis Codicis authentici non insinuare id quidem *Interpretes* uno ore omnes, si solos fortean dudum viros, *Syrum*, & *Arabem*, qui *parvarum columnarum* ordines, 1. *Reg. VII.* 18. substituunt; in ceteris vero locis nostris notione sacra ipsa in suum idioma transmissa *malogranata* nobiscum intelligunt, hic exceperis) calculis suis confirmant: quin immo ipsimet *Judæi*, in *versione* sua *Germanica*, a *Josepho Athia* confecta latinum nomen, *malogranatum* corrupte per Malgerum/ ac Milgerum/ enunciant. Horum autem *malogranatorum artificialem* sigillatim *figuram*, & *magnitudinem*, vel ex sequenti *malogranatorum*, quibus Pontificis Maximi vestes exornari debebant descriptione, a *Jarchio* allata, [5] quadantenus colligere licebit: רמנים עגולים וחלולים היו כמין רמונים העשויות כביצות תרנגלת h. e. רמנים *rotundi*, *& concavi fuerunt instar malorum punicorum facti ut ova gallinæ*. Istiusmogi igitur *malogranata*, si in nostro itidem *Ornatu* semel supponamus adfuisse, nostri insuper officii esse facile persentimus ut quem nam eadem *situm locumve* in isto obtinuerint ostendamus. Etsi vero Scriptor Sacer per verba: על-השבכה האחת, eundem determinet; paucos tamen Interpretum reperias, qui in horum verborum explicatione mentem pariter suam apte satis hisque non minus, quam aliis, Codicis authentici verbis congruenter exponant. [6] Nobis adhucdum *Gussetii* sententia reliquis præstantior visa est, quando is notionem האחת, h. l. non ut *cardinalem* numerum per *unam*, sed *ordinalem* potius per *primam*, seu quod eodem hoc in argumento recidit *infimam* [hominem enim in terra constitutum atque septem coronamenti plexus retiarios, qui supra se sunt intuentem ab eorum *infimo*, ceu sibi proximo numerandi initium facere oportet] non inconcinne ad *Hebraismi* indolem [7] interpretatur atque eandem isthanc hypothesin ulterius ratione non una confirmat. [8] *Infimo* itaque *septem* illorum *plexuum retiariorum* in singulis coronamentis *duo malogranatorum ordines* adhærebant vel potius ut multi Interpretum ac in his, *Tirinus*, & *Sanctius*, (*) ex 2. *Par. III.* 16. colligunt singula malogra-

[1] Unde Gussetius hunc versiculum, ex verbis suis ultimis, *bene suppleri in initio* scribit, *l. c. ad voc.* כתר *F. p.* 414. Conf. Vatablus, *in Nott. ad h. l.*

[2] Priorem derivandi rationem Seldenus amplectitur, *in Syntagm. de Diis Syris*, *Lib. II. c. X. p. m.* 330. Altera Ursino placet, *in Arboret. Bibl. Cap.* 32. §. 2. *p.* 394. Tertiam Hillerus, *in Onomast. S. p.* 190. percenset. Quarta denique Majo, *in Supplement. ad I. C. Lexic. Hebr. p.* 128. comprobata est.

[3] Evolve præter jam excitatos Forsterum, *in Dictionar. Hebr. ad h. v.* Mercerum, *in Th. L. S. ad h. v.* Excellentiss. Dn. Præsidem meum, *in Disp. de* מספר הודרמון, §. *IV.* Witteb. 1709. proposita.

[4] Id quod adversus *Buxtorfium* imprimis & *Schmidium* nostrum Hebraicum רמנים, *de malis citreis* etiam exponentes, ex instituto demonstrare satagit Jo. Braunius, in *de Vestitu Sacerdot. Hebr. II. c. V.* §. 18. *p.* 563. *sqq.* Sunt alias, qui nostrum *Limon* mutato tantum r in l, ab eadem voce *Hebræa* deductum cupiunt. Vidd. Majus, & Braunius *ll. cc.*

[5] *In Comment. ad Exod. XXIIX.* 33. & inde ap. Braunium, *d. l.*

[6] Legg. modo quæ Polus, *in Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 18. exhibuit, cumque iis conferantur interpretationes Villalpandi, *Explan. T. II. P. II. L. V. c. XXI. p.* 451. *a.* Coccei, *in Commentar. ad Jerem. LII.* 22. nec non, *in Lexico Hebr. ad voc.* כתר, *p.* 401. *sq.* Lightfooti, *T. I. Opp. p.* 578. Goldmanni, in der vollst. Anweis. zur Civil-Bau-Kunst. *Lib. I. c. VII. p.* 34. *sq.* Sturmii, *in Sciagraphia Templi Hierosol. Sect. I. cap. II.* §. 14. *pag.* 19. & Lundii in J. H. *L. II. c. XII. p.* 297.

[7] Conf. Buxtorfii, *Thes. Grammat. Lib. II. p.* 312. Glassii, *Philol. S. L. III. Tr.* 1. *can.* 14. *pag.* 582. Danzii *Synops. Interpr. Ebræo-Chald. Cap. I.* §. 7. *p.* 7. *sq.*

[8] *Comment. L. E. ad voc.* כתר *E. p.* 414.

(*) Vid. ille, *in Comment. ad* 2. *Par. IV.* 13. hic *ad* 1. *Reg. VII.* 20. Raschius, *in Comment. ad loc. ult.* putat malogranata in nostro Ornatu, conspicua fuisse מחורזים, *perforando in ordinem collecta*: quod ipsum Germani uno verbo exprimunt: anfassen Conf. Buxtorf. *L. T. p.* 825.

logranata *ſingulis*, hujus infimi plexus, *opere catenato* confecti, *annulis* inſerta deprehendebantur. Idem vero illud ſi æqua modo lance rem ponderare velimus citra difficultatem ex verbis alioqui ita difficillimus ut vel hanc ob cauſſam a temerariis quibuſdam deſcriptoribus correctionem dicam, an depravationem paſſa ſint: [1] לכסות את--הכתרת אשר על--ראש הרמנים (utpote, quæ cum jam jam expoſitis: על--השבכה האחרת, nullis aliis amplius intervenientibus connexa reperiuntur) demonſtrari poſſe exiſtimamus. Quodſi enim *plexus* ille *retiarius unus*, cum *malogranatis* ſibi inditis *coronamenta operire* debuit, quæ tamen *ſupra caput malogranatorum* fuerunt, ſeu ut *Coccejus* ſimpliciſſime æque ac ſufficienter hanc phraſin Codicis S. declarat, [2] *quæ non tota operiebantur a malogranatis ſed ſupra ea exſtabant;* in proclivi ſane eſt ut inde concludamus *plexum* eundem *retiarium* cum *malogranatis* in *inferiori* rectius quam *ſuperiori operis reticulati* parte a nobis collocari. Ut autem hæc ſingula ad eum, quem hactenus expoſuimus modum ſe habuiſſe vero haud abſimile eſt; ita nec ſententiæ noſtræ ſuam deſore probabilitatem arbitramur quando nunc porro illos *tres* coronamenti *cubitos*, quos *reticula ex catenis æneis confecta una cum malogranatis* circumiviſſe aſſeruimus, non prorſus *infimos* ſed potius ex *quatuor cubitis lilii formam* referentibus *tres ſuperiores* fuiſſe, adeoque in *quinque* totius coronamenti *cubitis locum* occupaſſe affirmamus. Corroborare hanc noſtram hypotheſin videtur ſequens cubiti *quinti*, ac *ſupremi* in *Ornatu* noſtro conſpicui, quæ 1. *Reg. VII.* 20. adornatur deſcriptio: כותרות על--שני העמודים גם--ממעל מלעמת הבטן אשר לעבר שבכה [3] Verba enim iſthæc utut in aliam linguam ex *Hebraica* transferri illa poſſe *Lightfootus* pene deſperaverit, [4] planius juxta ac commodius vix interpretabimur, quam ſi *partem* coronamenti *ſupremam* illudque ceu *cooperculum* quoddam *tegentem*, iiſdem nobis indigitatam fuiſſe *Guſſetio*, (qui hujus inſimul partis operientis figuram ipſorummet coronamentorum figuræ, *liliatæ* conformem æri inciſam exhibere anniſus eſt) [5] tantiſper conceſſerimus. Neque etiam voces: וכותרות על--שני העמודים גם--שמעל alium ſi paullo penitius in eaſdem introſpiciatur, ſenſum præ ſe ferre videbuntur, quam ut innuant quod *coronamenta* ita fuerint *ſuper duabus columnis*, ut eſſent *etiam deſuper*. [6] Porro notiones cum prioribus connexæ, מלעמת הבטן indicium haud obſcurum faciunt, quod *juxta prominentiam*, [7] ſeu prope illum locum ubi coronamenta lilii formam repandam ſiſtentia maxime prominebant, h. e. parte ſuprema ipſius coronamenti iſtud quaſi *operculum* conſpicuum fuerit. [8] Verba denique commatis noſtri, ultima: אשר לעבר

[1] Teſte Kimchio, *in Comment. ad h. l.* cujus verba ipſa cum verſione noſtra legeſis *pag.* 131. *hujus Paragraphi*.

[2] *In Lexic. Hebr. ad voc.* כתר, *p.* 420.

[3] Vox hæc proinde, ut nos illam h. l. ſiſtimus in probatiſſimis V. T. Codicibus *ſcripta* reperitur. *Maſora* autem *parva* ante eadem *legendum* eſſe ה demonſtrativum adnotat. Unde *Maſora* etiam *magna textualis ad* 2. *Sam. XXIII.* inter iſta *tredecim* loca in quibus ה, ab initio vocis alicujus deficiat, iſthunc noſtrum itidem recenſet. Conferri ceteroqui de his ſimilibuſque deficientium litterarum, aut præfixorum exemplis poterunt, cum Glaſſio *Philol. S. L. I. Tr. I. P. I. no.* 2. *p.* 5. *ſqq.* Buxtorfio, *Tr. de Punctis P. I. c. XII. pag.* 180. *ſqq.* & Cel. Hillero, *in Arcano Keri & Ketibh*, *L. II. c. IV. pag.* 239. duumviri famoſiſſimi, Cappellus, & Waltonus ille, *in Critic. S. L. III. c. XI. §. VI. p.* 124. hic vero, qui ſua ex Cappello deſumſit, in *Catal. Lect. Hebr.* קרי וכתיב *T. IV. Bibl. Polygl. p. 6. b.* ſed cum judicio leg ndi.

[4] *T. I. Opp. p.* 579. *a.* ubi novam eorundem minuſque, ut patet intellectu difficilem verſionem, vel potius παράφρασιν, poſt tot alias quas magnam partem, Polus *in Synopſ. ad h. l.* jam collegit, concinnare aggreſſus eſt. Abarbanelis, *in Comment. ad h. l.* expoſitio quid ſibi velit, Oedipus conjector ſit oportet qui recte aſſequatur.

[5] *Comment. L. E. ad voc.* כתר *pag.* 413. *& pag.* 414. *G. H.*

[6] Vid. Guſſetius, *l. c.* qui fieri iſtud alio modo non potuiſſe cenſet, quam *tegendo*. Ac ejuſmodi *tegmen* rationem quoque ipſam requiſiviſſe putat, ne coronamenta, utpote lilii formam repræſentantia, ut vaſa vacua eſſent ſordes deſurſum illapſuras exceptura.

[7] Ad hunc modum vocabula iſta duo authentica, noſtro in loco omnino transferenda erant. Utrique equidem ſua genuina radix, in *Lexicis Hebraicis* non præmittit. *Prius* tamen illorum ab *Hebræorum* עמם, *tegere cooperire*, eodem jure quo particula עם, *cum* deduci poſſe Coccejo, *in Lexic. Hebr. ad h. v.* jam ſuboluit: Quam ſententiam Majus, *in Supplement. p.* 102. ulterius corroboraturus ad ſignificatum, quo idem thema *Arabs* uſurpat, ut nempe *communis fuit*, & *commune fecit* denotet, ſe recipit. Non male vero Coccejus *l. c. conjunctionem, in ſitu*, ut & *proportionem*, hac voce proprie indigitari obſervat: cujus veſtigiis preſſius inſiſtit Caſtellus, dum ſe non capere ſcribit, qua ratione communiter, *ex adverſo* idem vocabulum interpretentur, *Lexic. Heptal. ad h. v.* Nominis autem *poſterioris* radicem בטן, *concipere*, in *Chaldaica*, & *Syriaca* immo & in *Arabica* lingua quamvis ſub diverſa quodammodo notione ſuperſtitem habemus. Etſi igitur hinc primarium ejuſdem ſignificatum *ventrem*, vel *uterum* eſſe abunde ſatis conſtet; nihilo tamen ſecius multo non tantum latius apud *Hebræos* iſtud uſurpari (vidd. R. Mardoch. Nathanis *Concordantiæ Hebr. p.* 93. Coccei *Obſervatt. de diſtinctiori ſignificatione vocum ſelectarum*, Lexico ejuſd. ſubjunct. p. 46. ſeq. & Leighii *Critic. S. T. V. p.* 19. *a.*) ſed & *metaphorice* in primis, ut heic locorum *prominentiam*, aut *projecturam*, idem illud inſinuare omnes conſentiunt. Neumannus *in Exodo L. S. p.* 162. ſuæ hypotheſi indulgens, pro *typo capedinis arcuatæ ab una parte in alteram* illud habet. Ceterum cur *Vulgati juxta menſuram columnæ*, eadem verba noſtra authentica reddentis interpretationem ceu optimum cum Villalpando, *Explanat. L. V. c. VII. p.* 426. *ſq.* & *c. XXIII. pag.* 454. *ſq.* itemque Menochio, *in Comment. ad h. l.* agnoſcere reformidemus ex iis, quæ ad *§. VII. p.* 122. dicta jam fuere, diſpaleſcet.

[8] Guſſetius *l. c. totum* potius *coronamentum* nomime בטן, ob *figuram* nempe *ventri* ſimilem appellari exiſtimat. Sed hæc noſtra expoſitio iſti forſan præferenda eſt.

לעבר שבכה nos edocent, quod pars illa ſuprema prominens, *ultra reticulum* exſtiterit ſive paullo ſupra reticulum jam inceperit nec adeo tota ab opere reticulato obtecta fuerit. [1] Atque iſthæc quidem omnia, quæ hactenus ſuper columnarum noſtrarum *Ornatu* ipſo Codice S. ubique præeunte copioſe diſputavimus, quum ad hujus decentem noſtro in argumento interpretationem ſufficere nobis poſſe opinamur; reliquum amplius circa harum columnarum *efformationem*, nihil eſt quam ut tum *malogranatorum numerum* diverſimode a Sanctiſſimo Scriptore propoſitum tum quoque *altitudinem* ipſius coronamenti, quam idem iſte retulit *diverſam*, rite ſecum invicem conciliemus. Eo autem hoc utrumque negotium expedire poterimus facilius quo plura huc facientia jam præoccupata a nobis fuere. Non equidem immerito haud exiguæ difficultatis rem eſſe Interpretes faſſi ſunt iſtius tantopere *diverſi* ac diſcrepantis *malogranatorum numeri*, quem Scriptura diverſis in locis noſtris iniit harmoniam oſtendere: ſiquidem illa 1. *Reg. VII.* 20. horum *malogranatorum* מאתים טורים, *ducenta binis ordinibus*, ut *Junius* ac *Tremellius* has voces authenticas recte exprimunt; *Cap. eod. v.* 42. & 2. *Par. IV.* 13. ארבע מאות *quadrigenta*; 2. *Par. III.* 16. & *Jerem. LII.* 23. מאה *centum*; denique ipſo hoc ultimo loco nempe *Jerem. LII.* 23. תשעים ששה, *nonaginta ſex* in columnarum noſtrarum *Ornatu* adfuiſſe commemorat. Tanti ſane momenti eædem hæ Sanctiſſimi Spiritus ἐναντιοφανίαι ipſimet *Jo: Clerico* [at quam moroſo alias Criticæ ſuæ artis defenſori!] viſæ ſunt ut non vereatur publice confiteri: *Ut hæc probe intelligerentur oporteret vidiſſe columnas.* [2] Verum nec iſtud ex altera parte diſſimulandum nobis erit, quod jam Veteres inter *Rabbinos*, *R. Sal. Jarchius* has difficultates omnes ſatis feliciter ſi quiſquam alius Interpretum ſuperaſſe videatur. Ita enim illius, quæ in primis allegari hic debebant verba ſe habent: [3] אמור מעתה ארבע מאות היו לשתי השבכות על שני העמודים שני טורים לכל שבכה והטור מאה הוא שאמור כאן כל הרימנים מאה על השבכה לטור האחד ומאתי' לשני הטורים הוא שאמור שם והרימני' מאתים טורים סביב מאתי' לשני טורים סביב לעמוד האחד וכן לשני הרי ארבע מאות והעמודי' העמידם שלמה באולם לכותל סמוך ההיכל והכותל מכסה ארבע רימונים מכל טור שאין נראין מבחוץ הוא שאמור כאן ויהיו הרימונים תשעים וששה רוחה כמו לרוח כל תיבה שצריכה למ"ד בתחילתה הטיל לה ה"א בסופה ולכך הטעם מלמעלה תחת הרי"ש כלומר תשעים וששה מהם נראים לרוחות העמוד זו למדתי בפרק שלשים ושתים מדות שאמר ר' אליעזר בנו של ר' יוסי הגלילי i. e. *Dic jam nunc, quod* [malogranata] *quadringenta fuerint pro duobus operibus implexis ſuper duabus columnis: Duo* (nempe) *ordines implexo operi unicuique, ordo autem* [unus] *centum* (malogranata habuerit.) *Hoc eſt, quod hic* (Jerem. LII. 23.) *dicitur: Omnia malogranata* (erant) *centum ſuper opere implexo, quoad ordinem* (puta) *unum. Ad ducenta* (malogranata fuerunt) *in duobus ordinibus. Hoc eſt, quod illic* (1. Reg. VII. 20.) *dicitur: Et malogranata ducenta ordinibus circumquaque; ducenta* [ſcilicet] *duobus ordinibus, circa unam columnam, & eadem ratione circa ſecundam. Ecce quadringenta* (malogranata.) *Conſtituit autem Salomo columnas in porticu juxta parietem templi, qui contegebat quatuor malogranata ex quolibet ordine ut* (illa) *non conſpicerentur a parte exteriori. Hoc eſt, quod hic* [Jerem. LII. 23.] *dicitur: Et erant malogranata nonaginta ſex*, רוחה, *ad plagam quaſi exſtaret* לרוח. *Quæcunque* [enim] *vox requirit ab initio* ל *iſti adjicitur in fine*, ה. *Et propterea accentus eſt ſupra* [i. e. in ſyllaba vocis penultima] *ſub littera* ר. *Senſus eſt: Nonaginta ſex ex iſtis* (malogranatis) *conſpiciebantur ad plagas columnæ. Hoc ipſum didici in Capite XXXII. modorum, quos dixit R. Eleaſar filius R. Joſi Galilæi.* Majori ad minimum hæc ipſa *Jarchii* expoſitio cui ex *Chriſtianis*, *Oſiander*, [*] *Lightfootus*, [4] *Lundius*, [5] *Majus*, [6] alii (*Jarchio* licet non nominato) ſubſcribunt, probabilitatis ſpecie ſe commendat quam vel Kimchii, vel *Abarbanelis*, vel *Grotiii*, vel Interpretum aliorum [7] ſententiæ quas pro iiſdem difficultatibus & illa quidem in primis, quæ ex *Jeremiæ* loco relinquitur ſemovendis, ipſimet allegant. Primus namque horum, quos nominavimus in *uno latere XCVI.* in *altero* autem *IV.* tantum *malogranata* fuiſſe

ſe

[1] Conf. Guſſetius, *l. c.* nec non *ad voc.* עבר *N. p.* 574. ubi τὸ לעבר, quod ſub hoc præfixo ἅπαξ λεγόμενον eſt per *partes ulteriores* h. l. exponendum eſſe contendit. Plures alioqui hujus vocabuli ſignificatus *Lexicographi* paſſim ſuppeditant.

[2] *In Comment. ad* 1. *Par. IV.* 13. ubi tamen ad Jeremiam Prophetam, ſuper hoc negotio pluribus ſe diſpexurum ſpopondit.

[3] *Comment. in Jerem. LII.* 23. Conf. Idem *ad* 1. *Reg. VII.* 20. & 2. *Par. IV.* 13. nec non, quod vocem רוחה attinet Kimchius, & Ben Melech *ad Jerem. LII.* 13.

(*) Ap. Calovium in *Bibl. Illuſtr. ad Jerem. LII.* 23.

[4] *T. I. Opp. pag.* 578.

[5] *J. H. LII. c. XII. p.* 297.

[6] *Oecon. V. T. p.* 831.

[7] Quorum catalogum texuit Polus, *in Synopſ. ad* 1. *Reg. VII.* 20. 2. *Par. III.* 16. *cap. IV.* 13. & *Jerem. LII.* 23. Addi tamen illis poſſunt Villalpandus, *Explanat. L. V. c. XXII. p.* 452. *ſq.* & Goldmannus, in der vollſt. Anweiſ. zur Civil-Bau-K. *L. I. c. VII. p.* 34. *ſq.*

ſe ſuſpicatur; [1] Alter vero, quem præter *Chaldæum*, *LXX. Græcos Italos*, & *Anglos*, a *Lightfooto* jam excitatos [2] *Coccejus*, [3] *Sim. Patricius*, [4] *Dav. Martinius*, [5] *Auctor anonymus adnotationum* a *Rhenferdio* editarum [6] alii ſequuntur, *malogranatorum XXIV.* verſus *unamquamque cœli plagam*, & *IV.* in *quatuor angulis ordinum* exſtitiſſe, conjectat; [7] Tertius denique *ſcribam* in numero *peccaſſe* nugatur [8] & non immerito propter iſthoc figmentum *Calovio* noſtro [*] vapulat. Sed miſſis his ad *diverſam* potius, quæ in Codice authentico ſiſtitur, *Ornatus* noſtri *altitudinem* poſtremo etiam loco nos convertimus. Etenim idem coronamentum cujus altitudo, 1. *Reg. VII.* 16. 2. *Par. III.* 15. & *Jerem. LII.* 22. חמש אמות, *quinque cubitis*, definita eſt; 1. *Reg. VII.* 19. [9] tantum, ארבע אמות, *quatuor cubitos*; & 2. *Reg. XXV.* 17. ſaltim, שלש אמה, *tres cubitos*, altitudinis habuiſſe affirmatur. Hunc igitur adeo diſcrepantem numerum quo rite ſecum conciliarent Interpretes nihil non curæ ac moliminis iſti ſuſceperunt. In quam vero ſententiam ſuper iſta *quatuor cubitorum altitudine* cum *Raſchio* Kimchius, & *Levi Ben Gerſon* inclinare videantur ex verbis eorum jam ſub initium hujus Paragraphi [10] excitatis haud gravatim licebit deprehendere. Alias tamen complures, quas ſingulas heic locorum inter ſe conferre aut ſigillatim exponere inſtituti ratio non permittit, ejuſdem hujus differentiæ conciliationes *Menochius*, [11] *Vatablus*, [12] *Sanctius*, [13] a *Lapide*, *Junius Piſcator*, *Malvenda*, [14] *VValtherus*, [15] *Coccejus*, [16] *Thaddæus*, [*] *Sim. Patricius* [17] *Jurieus*, [18] auctor *anonymus annotationum*, quas *Rhenferdius* evulgavit, [19] alii meditati fuerunt. At nec pauciora ſententiarum divortia Interpretes, alteram *trium ſcilicet cubitorum altitudinem* explanaturi nobis ſuppeditant. Ex *Commentatoribus Rabbinis*, Triumviri iterum *Kimchius*, *Raſchius*, & *Ben Gerſon*, [20] una eademque methodo ſeſe extricare ſatagunt quando arbitrantur, quod *duo* coronamenti *cubiti inferiores*, quia æque ac *tres ſuperiores cubiti* figuris haud ornati, ſed ipſimet potius columnæ æquales fuerint, hanc ob cauſſam, 2. *Reg. XXV.* 17. commemorati plane non fuerint. Et in hanc eandem interpretandi viam inter *Chriſtianos*, *Grotius* [21] in primis, *Lightfootus*, [22] & *Gatakerus* [23] ingreſſi ſunt. Aliam vero ex eadem gente recutita proferunt alii [24] cui tamen ut & priori meditationi præferenda omnino *Abarbanelis* videbatur ſententia per quam *duos* ex *quinque* coronamenti *cubitis* 2. *Reg. XXV.* 17. ideo non enumerari putat [25] quoniam iidem iſti utpote in columnam intromiſſi contemplari ab hominibus prorſus non potuerint. Et hoc quidem temperamentum utut ſatis ſpecioſum eſſe videatur; non defuerunt tamen inter Interpretes qui diverſas circa idem momentum captarent explicandi rationes, quales rerum harum cupido *Villalpandus*, [26] *Junius*, *Piſcator*, *Malvenda*, [27] *VValtherus*, [28] *Coccejus*, [29] *Sim. Patricius*, [30] *Lundius*, [31] *Majus*, [32] auctor annott. a *Rhenferdio* in lucem emiſſarum [33] aliique denſo agmnine ſubminiſtrabunt. Ipſam ceteroquin oraculi noſtri, 2. *Reg. XXV.* 17. integritatem ſollicitare poſt *Cappellum* [34] *Clericus*, haud ita pridem auſus eſt quando is: *Ne quid tamen diſſimulem* ſcribit [35] *pro* ג אמה, *ſeu tribus cubitis hic etiam olim ſcriptum putarim* ה אמה *quinque cubita; quia videntur hæc deſumta ex Jeremia, ubi omnia copioſius & emendatius exſtant*. Verum iſtiuſmodi quidem impiam non minus, quam violentam dubiorum e Scriptura S. ſeſe nobis objicientium ſolutionem utut vel maxime ſuo quodam fuco tinctam recitaſſe,

[1] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 20.
[2] *T. I. Opp. p.* 578.
[3] In *Lex. Hebr. ad voc.* כתר *p.* 401. nec non in *Comment. ad Jerem. LII.* 23.
[4] *In Comment. Anglico ad* 1. *Reg. VII.* 20.
[5] In *Nott. ad Bibl. Gallic. Jerem. LII.* 23.
[6] *In Jerem. LII.* 23.
[7] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 20.
[8] *In Nott. ad Jerem. LII.* 23.
(*) In *Nott. Anti-Grotianis ad l. c.*
[9] Supra enim, *p.* 150. *ſqq.* jam indicavimus rationes, ob quas de *altitudine* Ornatus noſtri ſecus, ac pleriſque fere Interpretibus viſum fuit, hoc ipſum comma exponendum eſſe arbitremur.
[10] *Pag.* 128. *ſqq. huius Diſſert. ac Paragraphi.*
[11] *Comment. in* 1. *Reg. VII.* 16.
[12] In *Nott. ad* 1. *Reg. VII.* 19.
[13] *Comment. ad l. c.*
[14] Excitati a Polo, *Synopſ. ad* 1. *Reg. VII.* 16. & 1. *Reg. VII.* 19.
[15] *Harmon. Bibl. ad* 1. *Reg. VII.* 19.
[16] *ll. cc.*
(*) *In Conciliatorio Biblico p.* 69.
[17] *l. c. ad* 1. *Reg. VII.* 19.
[18] In *Hiſtoire des Dogmes*, & *de cultes de l'Egliſ. P. II. Chap. III. p.* 209.
[19] *Ad* 1. *Reg. VII.* 16.
[20] *In Commentariis ſuis ad l. c.*
[21] In *Nott. ad* 1. *Reg. VII.* 16.
[22] *T. I. Opp. pag.* 577. Ipſe vero Lightfootus, in *Chronica Temporum*, huic Judæorum ſententiæ directe contraria defendit. Conf. Ejus *Opp. Tom. cit. pag.* 127.
[23] In *Annot. Anglicis ad Jerem. LII.* 22. ap. Polum *ad h. l.*
[24] Quam legeſis ap. Lightfootum, *l. c. p.* 577.
[25] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 16.
[26] *Explanatt. T. II. P. II. L. V. C. XVII. pag.* 444. *b.*
[27] *Locis* a Polo, *Synopſ. ad* 1. *Reg. VII.* 16. *allegatis*.
[28] *l. c.*
[29] *ll. cc.*
[30] *Commenc. Anglic. ad* 1. *Reg. VII.* 16.
[31] *J. H. L. II. c. XII. p.* 297.
[32] *Oecon. V. T. p.* 831.
[33] *l. c.*
[34] *Critic. S. L. I. c. X.* §. 13. *p.* 38.
[35] In *Comment. ad* 2. *Reg. XXV.* 17.

citasse, æquis rerum arbitris omnibus insimul etiam erit refutasse. Nostram autem denique si quis de hisce numeris discrepantiam exquirat sententiam, illi vero ut potiora saltim, quæ ad *Ornatus* nostri *figuram* aut *formam* rite determinandam in medium produximus, probe aliquantisper secum ponderet, consultum esse existimamus. Hoc enim peracto sponte juxta cum nobis iste deprehendet, qua ratione altitudo *coronamenti totius* ad cubitos *quinque*, altitudo *præcipuæ* ejusdem *partis lilii figuram* referentis ad cubitos tantum *quatuor*; & altitudo denique *spatii* istius quod in hac ipsa parte *opere reticulato* & *malogranatis* obtegebatur ad *tres* solummodo, cubitos assurrexerit, atque adeo eædem diversæ hæ altitudines in Codice S. citra omnem contradictionis labem enumerentur. Atque sic omnibus quæ ad *Ornatum* columnarum nostrarum harumque insimul *Efformationem* spectare videbantur ad Scripturæ normam pro ingenii modulo Numinis Sanctissimi indulgentia confectis, illa quæ insuper ab *Abarbanele* movetur, [1] quæstione: *An nimirum idem Ornatus iste totus supra columnam exstiterit, an vero columna eundem vel totum vel ex parte intraverit*, prorsus supersedere nos posse arbitramur.

[1] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

SECTIO II.

DE

COLUMNARUM ÆNEARUM INAUGURATIONE.

§ I.

FOrmam quæ in *Logicorum* scholis dudum comprobata veritas est *rei esse* suum *præcipuum dare*, superiori in *Sectione*, ubi de columnarum nostrarum *Reformatione* rite nobis exposituris ipsamet cumprimis earundem quoque *forma* aliquanto curatius describenda se objiciebat, abunde satis opinor proprio experimento comprobavimus, posteaquam crescentibus ultra spem omnem atque exspectationem (haud tamen ultra argumenti vel dignitatem vel difficultatem) tribus Paragraphis ultimis longius jam scribendo provecti simus, quam propositi antea sub initium tractationis postulare ratio videbatur. Omnem igitur nauseæ *B. L.* molestiam deprecati ad reliqua, quæ circa nostras hasce columnas hucdum declaranda restant mora seposita jam nunc porro nos convertimus. Hæc autem omnia filo orationis tanto breviori absolvere annitemur, quanto longiori ea quæ usque huc proposuimus, dimetienda fuere. *Ordinem* itaque, quem ipsemet Scriptor S. nobis suppeditat secuturi post columnarum nostrarum *efformationem*, jam illico de illarum *Inauguratione*, vel eam ob caussam succincte commentabimur, quod eadem hæc cum ista in priori eodemque præcipuo nostrorum oraculorum, quod 1. *Reg. VII.* comparet per *commatis* 21. verba: ויקם את-העמודים, nexu indivulso cohærere deprehendamus. Ne autem in hoc quoque negotio partibus nostris defuisse cuiquam videamur in columnarum nostrarum non solum *situm* ac *nomina* cujus saltim utriusque momenti ipse S. Codex mentionem injicit; verum in ea etiam, quæ de *usu* istarum nec non *significatione* ab Eruditis hinc & illinc disputari animadvertimus, paullisper inquiramus.

§. II. *Situm* igitur nostrarum columnarum quando nunc intueri animus est ad ista, quæ *inaugurationem* earum nobis describere jam in prooemio inculcavimus duo oracula. 1. *Reg. VII.* 21. puta & 2. *Par. III.* 17. in primis attendendum nobis est. In horum enim utroque & *locus*, & in ipso facta *dispositio* illa commemoratur. *Locus* quidem ubi columnas nostras Rex Salomo collocavit, 1. *Reg. VII.* 21. sequentibus nobis commonstratur verbis: ויקם את-העמודים לאלם ההיכל *i.* interprete *Clerico: Collocavit autem eas columnas in porticu Templi*; sed 2. *Par. III.* 17. hujus loci determinatio verbis paullulum mutatis sistitur, siquidem positæ nostræ columnæ dicuntur: על-פני ההיכל *ante Templum*, ut *Clerici* iterum versio habet. Eundem vero hunc *locum* si quis jam tum antea utroque in capite excitato nimirum 1.

Reg.

Reg. VII. 19. per vocem באולם, *in porticu*, & 2. *Par. III.* 15. per vocabula לפני הבית *ante domum*, insinuatum fuisse existimet, illi minime omnium nos refragabimur. Ad *versiones* autem *quatuor* harum *loci* unius ejusdemque descriptionum ab Interpretibus præcipuis, *Chaldæo*, *Syro*, *Arabe*, & *LXX. Græcis* in medium allatas quantum attinet, nihil ferme si *commatis* 19. 1. *Reg. VII.* quasdam translationes supra [1] jam rejectas exceperis censura aut observatione nostra magnopere dignum in iisdem reperias. Ipsi enim notionibus authenticis voces ab Interpretibus hisce singulis adhibitæ sic satis exacte pro idiomatis cujuslibet indole respondere videntur. Quid? quod *Trium-Viri* isti priores ut plurimum, immo & *LXX. Græci* aliquando [quale quid cum voce אלם 1. *Reg. VII.* 21. factum fuisse deprehendimus] vocabula *Hebræa* ipsa suis in versionibus retinere, quam synonyma pro illis substituere maluerint. Saltim illud notandum hic est, quod modo excitatum *comma* 21. 1. *Reg. VII. Arabs* Interpres de duabus potius aliis, quam iisdem nostris columnis accepisse videatur, dum textum authenticum ita *μεταφράζει* : وأقام عمودين أخرين. *Et erexit duas columnas alias* ; *eodem* autem in *versiculo* loco originarii vocabuli אלם, & *Syrus*, & *Arabs* nomina alia idem significantia adposuerint : ille quidem suum ܐܣܛܘܐ, jam supra *v.* 19. pro eadem voce authentica usurpatum, quod æque ac *Chaldæorum* איסטוא, ex *Græcorum* *στόα* corruptum esse indeque *porticum* significare cum *Buxtorfio* [2] *Castellus* [3] existimat, hic vero suum رواق, quod ipsum a verbo روّق, *Velum expandit sub tecto domus* descendens hac de caussa *anteriorem partem domus*, cui nempe velum subtensum esse solebat, proprie indigitat. [4] Nostra ceteroquin in præsenti non tam interest, quisnam singulorum vocabulorum, אלם היכל, & בית, itemque phrasium על־-פני, ac לפני, si extra suum contextum considerentur, significatus sit genuinus ; aut unde istarum quodlibet originem suam traxerit, inquirere, quam dispicere, quo sensu eadem in nostris quæ allegavimus Scripturæ locis, capienda sint. Brevibus itaque nonnulla ne forte in vocibus satis studii haud posuisse videamur, ad prius isthoc momentum hic annotasse suffecerit. *Primum* quod occurrit nomen אלם, communiter *porticum*, *vestibulum*, *propylæum* connotat, atque a verbo אלם, quod *Hebræis* in Niphal *obmutuit* & in Piel, *ligavit ; Chaldæis robustus fuit ; Syris iratus est ; Arabibus doluit* significat, *Lexicographis*, quibuslibet optimis derivandum videtur. Nomen porro *alterum* היכל quo *palatium*, *regia*, *templum* solet describi, cujusque receptam apud *Hebræos* nullo non tempore lectionem *hecal* frustra superiori sæculo *Petrus* a *Valle* [5] sollicitavit, nonnulli a יכל *potuit*, alii a כלה, *perfectus est*, deducere *Leighio* teste [6] non dubitarunt ; *Leighius* interim ipse una cum ceteris *Philologis* plerisque ad radicem הכל, *continere*, *complecti* idem istud referendum esse arbitratur ; quos tamen omnes circa hoc argumentum si dicendum, quod res est, *Majus* [7] & *Opitius* [8] merito antecellere videntur, dum uterque horum ex *Arabico* عبكل *magnus fuit*, idem vocabulum nostrum, utpote quod *res omnes magnæ molis*, inque his speciatim *ædificia magna* insinuet, oriundum fuisse hariolatur. Nomen denique *tertium* בית, quod *domum* plerumque designat, ab una ex radicibus בות, בית, aut בת, quæ apud *Chaldæos* obviæ sunt, eandemque cum *Syrorum* ܒܬ, *Arabum* بات *Samaritanorum* ࠀࠁࠕࠀ, ac *Æthiopum* ቤት significationem *pernoctandi* nimirum & *commorandi* obtinent, *Coccejum*, *Majum*, *Gussetium*, *Opitium*, & qui cum iis faciunt, multo rectius derivare contendimus, quam si ex *Menochii*, [9] aliorumque, quos *Mercerus*, [10] & *Gussetius* [11] respiciunt, sententia a verbo בנה, *ædificare* natales illius arcessantur. *Phrasium* præterea binarum על־פני & לפני, a verbo פנה, quod *Boblio* judice [82] in suo *formali* significatu *vertere faciem* denotat, descendentium pleniorem illustrationem, pluresque quas præter illam a nobis abhinc proxime allatam sustinet, vertendi rationes, si quis in compendio legere gestiat, eum præ ceteris ad sæpe nobis laudatum *Gussetium* [13] ablegatum esse discupimus. Ad nostrum sane uti jam monuimus institutum illud magis conducet, ut *locum* columnarum nostrarum *verbis* hisce ac *phrasibus* indigitatum, paullo distinctius circumscribamus. Hoc vero negotium ut feliciter succedat, nosse ante omnia nos oportebit, quid in *Templi Solomonei* ædificio אלם, quid היכל quid בית adpel-latum

[1] *Sect. I. §. VIII. p.* 151. *sq.*
[2] *L. T. p.* 157.
[3] *Lexic. Heptaglott. g.* 175. *&* 177.
[4] Conf. Castellus, *l. c. p.* 3554. *sq.*
[5] *In ep. ad Job. Morinum*, quæ *XIX.* est in *Dissertationibus Epistolicis* Morini, & aliorum junctim editis, primum *Londini* dein *Francf.* 1683. 12.
[8] *Critic. S. V. T. p.* 49. conf. Mercerus, *Th. L. S. s. l.*
[7] *Supplem. ad Lexic. I. C. p.* 34.
[8] *Lex. Bibl. p.* 248.
[9] Ap. Leighium, *Critic. S. p.* 19.
[10] *Thes. L. S. s. l.*
[11] *Comm. L. E. ad voc.* ביש. *A. & H. p.* 125. *sq.*
[12] *Disp. VIII. de Formali signif. §. II.* indeque ap. Majum, *Supplem. citt. p.* 110.
[13] *l. c. ad voc.* פנה *T. & E.* 2. *p.* 686. *sqq.*

latum fuerit? *R. Moſes Ben Maimon* hac ſuper quæſtione ſententiam ſuam ſequentem in modum informat : [1] ואלו הן הדברים שהן עיקר בבניין הבירה עושין בו קדש וקדש הקדשים ויהיה לפני הקדש מקום אחר והוא הנקרא אולם : ושלשתן נקראין היכל Verba hæc ex verſione *Lud. Cappelli* [2] latine ita fluunt; *Hæ ſunt partes principales ſtructuræ* הבית *DOMUS : Sanctum nempe & Sanctum Sanctorum, atque ante Sanctum locus qui dicitur* אולם *VESTIBULUM. Tria iſta dicuntur* היכל *TEMPLUM.* Et in eandem hanc ſententiam, ut *Ben Melech* nos edocet, [3] *Kimchius* quoque ita inclinat, ut rationem inſuper cur tria iſta uno nomine, היכל manifeſtentur, eam allegat : לפי שהוא היה הגדול שבשלשתן, *quoniam illud* (היכל ſ. *Sanctum*) *erat maximum inter hæc tria.* Cum *Maimonide*, & *Kimchio*, quantum ad iſthanc *Templi* ſpeciatim ſic dicti, ſeu abſque *atriis* illud circumeuntibus ſpectati, Τειχοτομίαν attinet, *R. Jochanan* a *Caſtello*, [4] & *R. Levi Barſelonita* ab *Hottingero* [5] excitati adprime conſpirant. *Talmudici* autem etſi in מסכת תמיד, & ſub hujus quidem initium eadem prorſus methodo Templum in ſtrictiori ſuo ſignificatu acceptum in *partes tres* principaliores ſubdiſtinguant; idem tamen illud paucis modo interjectis membris *quatuor*, *Adyto* nimirum, *Sancto*, *Veſtibulo*, & *Cellis* quibuſdam circumpoſitis conſtitiſſe pronunciant. [6] Atque hæc ultima quidem diviſio ſigillatim *Joh. Lundio* adeo ſe comprobavit, ut priori relicta eidem ipſe ſubſcripſerit. [7] Sed cui tandem cunque partitioni ex duabus iſtis ſuum quis adjecerit calculum, noſtri hoc ipſo inſtituti rationes parum perturbabuntur : maxime cum accuratiſſimam omnium nominum Hebraicorum, in quæ hucdum inquirimus, expoſitionem ex Codice S. ipſo depromere queamus. Quod ſi enim loca 1. *Reg. VI.* 2. 3. 5. 17. *VII.* 50. & 2. *Chron. III.* 4. 8. aliaque ejuſdem generis paullo diligentius inter ſe conferamus, veritati omnino conſona eſſe illa deprehendemus, quæ ad horum locorum illuſtrationem præter *Commentatores* in primis a *Coccejo*, [8] *Leighio*, [9] ac *Guſſetio* [10] diſputantur. Ex horum enim obſervatione, אלם in *Templo Solomoneo* nihil aliud fuit, quam בית השער, *porticus* ſ. *veſtibulum* ipſius Templi, aut ſi *Cocceji* deſcriptionem eligere malimus, *commiſſura domus, & atrii*, [11] quam ipſam *Joſephus* [12] προπυλαίον, *Lut.* Halle / *Belgæ* Voorhuys appellitant; היכל vero proprie *partem* Templi *mediam* hoc ipſum *veſtibulum* inter & *Sanctum Sanctorum* interjacentem, quæ alias *Sancti* nomine venire ſolet, atque a *Guſſetio Baſilica Templi* LXX. *Interpretibus* noſtris in locis Ναός, *Lut.*, & *Belgis* Tempel ſalutatur, ſubminiſtrat; בית denique mox de duabus partibus Templi interioribus, *Sancto* nempe, quod jamjam inſinuavimus, & *Sancta Sanctorum* ſimul ut 1. *Reg. VI.* 2. 5. mox vero de harum unaquaque ſeorſim ut 1. *Reg. VI.* 17. & *VII.* 50. a Spiritu S. ubi ſplendidiſſimum illud ædificium nobis iſte repræſentat, plerumque adhibetur. Sed nihil hic porro attinet ut de his Templi partibus ulteriorem nunc diſquiſitionem adornemus, quum omnes ii qui vel *Antiquitates Hebraicas* ſummatim tradidere, vel ſigillatim *Templi Hieroſolymitani* utriuſque delineationem ſuſcepere, abunde hac in parte ſuam nobis diligentiam dudum comprobaverint. Ea potius evolvenda ſupereſt quæſtio : In qua nimirum iſtarum Templi partium ſeu *loco* columnæ noſtræ vi hactenus ſuppeditatæ vocabulorum eundem inſinuantium declarationis collocatæ fuerint Varias etenim eaſdemque multum a ſe invicem diverſas hoc ſuper momento ; Eruditorum proſtare ſententias deprehendimus : Tantum autem abeſt ut hos inter iſtorum quos *Almeloveenius intra Templum* aut etiam *in atrio* noſtras locari velle columnas ſcribit, [13] ſententiis; vel etiam ipſimet *Almeloveenio* in *atrio* ſimiliter illas ponenti, [14] accedamus, ut potius ad *porticum Templi* Solomonei columnas haſce noſtras referendas eſſe voces לאלם, & באלם, quas de illarum *erectione* ac *loco* uſurpari ſupra audivimus, haud ægre nobis perſuadeant. In iſtud ſaltim porro inquirendum erit momentum, utrum ſcilicet rectius *intra porticum*, an vero *extra* eandem ſitas has co-

[1] Conf. Ejus יד חזקה, *P. III. Lib. VIII. Tr. I. de* בית הבחירה *Cap. I. fol.* 146. ed. Amſtelod.

[2] In *Triſagio* ſæpe citato, *ſ. l.*

[3] In מכלל יופי, *ad Jerem. VII.* 4. Conf. Ipſe Kimchius, *ad h. l.* nec non Mich. VValtherus, in *Spicileg. Controv. p.* 67.

[4] *Lexic. Heptaglott. p.* 845.

[5] *De Jur. Hebr. num.* 90. indeque ap. Lundium J. H. *L. II. c. V. p.* 258.

[6] Conf. *Excerpta* ex hoc Talmudis Tractatu, quæ Cappellus *Triſagio* ſuo inſeruit.

[7] *loc. cit.*

[8] In *Lexico Hebr. ad voc.* היכל & אלם; ut & in *Obſervat. de diſtinctiori vocum ſignificatu*, Lexico ſubjunctis, *p.* 114.

[9] *Critic. S. V. T. p.* 49. *ſq.*

[10] *Comment. L. E. ad voc.* בית *p.* 125. *ſq.*, nec non *ad voc.* הכל *p.* 209.

[11] Unde omnes illi errant, qui ipſum אלם per *atrium* vertere ſolent. Coccejus ſane *Lex. Hebr. ad h. v.* ſeſe non ſatis vigilaſſe ſcribit, quum eadem ratione vocem aliquando interpretatur.

[12] *Antiqq. Lib. VIII. c.* 2. *p.* 333. ed. Froben.

[13] In *Amœnitt. pag.* 15. Ante Almeloveenium, Cornelius a Lapide, *Comment. in* 1. *Reg. VII.* 21. jam animadvertit nonnullos ante *atrium ſacerdotum*, alios ante *atrium laicorum* columnas eaſdem ſtatuere.

[14] *l. c.* Niſi is *atrium* fortean appellaverit, quod nos אלם, ſeu *porticum* vocitandum eſſe demonſtravimus.

lumnas fuisse nobis imaginemur. Neque tamen qui priori adstipulantur sententiæ, eadem omnes hic incedunt via, siquidem Trium-Viri inter Commentatores *Judæos Kimchius*, *Gerson*, & *Ben Melech* [1] satis habent asseverasse, quod באולם, *in porticu* columnas nostras Rex Solomon statuendas esse curaverit. Simile judicium de *Abarbanele* quoque hac in parte ferendum esse ea, quæ *Jo: Meyerus Batavus* ex hujus sententia edisserit, [2] ex merito suo postulare videntur. Ulterius autem inter *Judæos Raschius*, [3] & *Christianos* inter *Hieronymus*, [4] *Villalpandus*, [5] *Salianus*, *Adrichomius*, [6] *Dav. Martinius*, [7] alii progressi fuerunt, atque *intra porticum & in primo statim vestigio portæ Sanctuarii* sive *Sancti* columnas nostras constitisse affirmant. Verum ab hac sententia post *Josephum*, κατὰ τȣ̃ προπυλαίȣ παραςάδα, *ad latera portæ vestibuli*, [veluti nempe postes hujus portæ essent] conspicuas easdem columnas fuisse asserentem [8] *Lightfootus* alienior est, utpote quem phrasis לאלם, æque ac rationes aliæ complures ita occuparunt, ut allegatam *Josephi* descriptionem suo præ ceteris calculo corroboret. [9] Et huc etiam *Jac. Jehudam Leonem* retulerim, siquidem iste *ad duo latera portæ pronai* columnarum quem investigamus, *locum* fuisse pronunciat. [10] Meditationes itaque multum a se invicem discrepantes atque diversæ istorum sunt, qui *intra porticum* columnas Solomoneas collocant. Non multo autem minor controversia inter illos exorta est, qui *extra* hunc *porticum* easdem istas positas fuisse affirmant. Generaliori ex his descriptione utuntur, quotquot cum *Tigurinis*, *Strigenitio*, *Osiandro*, aliis notionem לאלם, *ante porticum* vertendam esse statuunt. Idem dictionis genus suo etiam *Hadr. Relandus* assensu comprobat. [11] Magis adhuc obscure hoc super momento *Corn.* a *Lapide* se exprimit, quando is unam nostrarum columnarum *uni portæ* porticus alteram autem *alteri* adstitisse contendit. [12] Distinctius vero suos nobiscum conceptus *Jo: Coccejus* asseclam nisi me vehementer fallant omnia [*Jo: Lundium* [13] nactus] communicat, dum easdem columnas [licet ex incerto a simili columnarum in *Templo Ezechielis* situ desumto principio, [14]] *ante gradus vestibuli* ita reponit ut assitæ ipsis gradibus istæ fuerint, quasique institerint. [15] His autem omnibus pro ratione instituti nostri præmissis, cum par omnino esse videatur ut nostram quoque demum de *loco*, quem columnæ hæ in *Templo Solomoneo* occupaverunt, sententiam strictim exponamus; longe quidem ab eo absumus ut in argumento adeo lubrico ac incerto morosius aliquid determinare aut reliquas etiam, quas recensuimus, dicamne hypotheses? an conjecturas? ad unum omnes prorsus improbare velimus. Quod si tamen nihilo secius ex hactenus allatis eligenda nobis sententia esset, *Josephi*, *Lightfooti*, & *Jacobi Jehudæ Leonis* vestigia pressius hic locorum a nobis legenda fore sponte profitemur. Qualis de cetero istarum columnarum in uno horum locorum *Dispositio*, cujus supra mentionem injiciebamus, esse oportuerit, illud haud gravatim B. L. percipiet, simul ac modo, 1. *Reg. VII.* 21. העמוד הימני *columnam dextram*, & העמוד השמאלי *columnam sinistram* nominari; 2. *Par. III.* 17. autem columnarum אחד מימין ואחד מהשמאול *unam a dextra*, & *alteram a sinistra* erectas commemorari, probe recordatus fuerit, cum plura hanc in rem commentari nobis in præsenti non vacet.

§. III. Potius aliquantisper industriam nostram uti promisimus, *Nominum* earundem columnarum declarationi jam nunc consecrabimus. Bina autem iterum loca scilicet 1. *Reg. VII.* 21. & 2. *Par. III.* 17. *quænam ista fuerint* nos edocent, cum horum uterque *nomen* columnæ *dextræ* יכין, *Jachin* & nomen *sinistræ* בעז, *Boas*, fuisse commonstret. Et hæc quidem duo vocabula recte omnino ab *Interpretibus*, tan-

[1] *In Commentariis suis*, *ad* 1. *Reg. VII.* 21.
[2] In *Annott. ad Seder Olam Cap. XV. p.* 758.
[3] *Comment. in* 2. *Par. III.* 17.
[4] Ap. Villalpandum, *loc. citand.*
[5] *Explanatt. T. II. P. II. L. III. cap.* 47. *pag.* 249. *sq.*
[6] Quos duos excitat a Lapide, *ad* 1. *Reg. VII.* 21.
[7] In *Nott. ac Bibliis Gallicis l. c.*
[8] *Antiqq. Jud. L. IIX. c. II. p.* 233.
[9] *Opp. T. I. p.* 579.
[10] *De Templo Hierosol. L. II. c. XXIIX. p.* 128. ed. & vers. Sauberti, Helmst. 1665. 4.
[11] *In Antiqq. SS. Vet. Hebr. P. I. c. VII.* §. *II. pag.* 60.
[12] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 21.
[13] Conf. Ejus figura Templi ænea, in J. H. *L. II. c. IV. p.* 254.
[14] Quam ipsam hic animadversionem interserens, non equidem ad dissensum illorum nunc attendo, qui eandem quam *Coccejus* defendit, de Templorum *Ezechielis*, & *Solomonei* quoad structuram pariter, & mensuram conformitate, hypothesin amplexi, nihilo tamen secius columnas nostras diversimode locant. Vide præter Villalpandum *l. c.* Sturmii *Sciagraph. Templi Hierosol. Sect. I. Cap. II.* §. 14. *p.* 18. *sq.* & *Sect. II. Cap. IIX. pag.* 91. Sed eo potius mens mea directa est, ut omnia quæ de hac ipsa utriusque Templi exacta convenientia solent afferri, lubrico prorsus, ne dicam ruinoso inniti fundamento existimem. Legi in hanc rem merebuntur auctores magno numero a Pfeiffero, *in DD. VV. Cent. IV. Loc. LXIV. p.* 793. *sq.* & Lundio, J. H. *L. II. c. IV. p.* 255. allegati, quibus addendus præ ceteris est Johan. Meyerus, cujus integra *in Propheticas visiones Ezechielis de Templo*, *urbe &c.* prostat *dissertatio*, Harderovici 1707. 4. edita.
[15] Conf. Ejus *Tab. XVII. ad Typum Templi*, nec non *Comment. in Ezech. XL.* 49.

tantum non omnibus ad *nominum*, quæ vocare ſolemus *propriorum*, claſſem reducta eademque de cauſſa in verſionibus quas adornarunt, retenta potius quam tranſverſa fuere [1] *Chaldæus* ſane utroque in loco excitato nomen *utrumque* ex *Hebræo* ne tantillum quidem immutatum tranſcripſit. *Syrus* levi modo vocalium mutatione facta ܝܟܝܢ, & ܒܥܙ itidem nobis exhibuit. Similiter quoque *Arabs*, 1. *Reg. VII.* 21. per ياخين & باعاز, ac 2. *Par. III.* 17. per يخان, & باعاز nomina eadem *Hebraica* fere retinuit. Soli fortean *LXX. Græci* hic propterea cenſuram a *Glaſſio* jam tum iiſdem impertitam [2] promeriti fuerunt, quod nomina columnarum noſtrum quæ *propria* eſſe ipſimet, 1. *Reg. VII.* 21. ſua verſione declaraverant [3] 2. *Par. III.* 17. ut *appellativa* accipiant atque *Hebræum* יכין, ſuo idiomate per Κατόρθωσιν, *directionem*, בעז autem per Ἰσχὺν, *fortitudinem*, tranſferre conati ſint. Tametſi vero hac ratione horum duorum nominum *propriorum* verſione aut explicatione in Codicis S. *Metaphraſibus* opus non fuerit, nihilo tamen ſecius noſtri, quo in præſenti defungimur, officii illud quoque in primis eſſe exiſtimamus ut *quid eadem iſthæc nomina Hebraica ſibi velint*, paullo curatius commoda hac occaſione diſquiramus. De *auctore* quidem iſtorum haud adeo ſolliciti erimus ac proinde neque *Jarchium* [4] temere ſequemur qui *dextræ* noſtrarum columnarum ab artifice *Chiramo*; *ſiniſtræ* autem a Rege *Solomone* nomen inditum fuiſſe aſſeverat: Vero interim ſimillimum nobis æque ac olim *Cl. Beckio* [5] videtur, quod ipſe Solomon Rex, ex mandato vel inſpiratione divina vel certe ex pia ac devota mente bonoque conſilio columnas illas dictis nominibus inſigniverit. Quod autem ad *ſignificationem* horum nominum *genuinam* attinet, eam probe ſatis ac ſufficienter enucleare velle negotium implicatum plane ac difficillimum eſt. Hoc ut eo dilucidius appareat de nomine utroque ſigillatim diſpiciamus neceſſum erit. Ad *prius* itaque יכין nimirum ſi noſmet conferamus, idem nomen inter *Simeonis* filii Jacobi Patriarchæ poſteros cuidam impoſitum fuiſſe *Gen. XLVI.* 10. ac *Num. XXVI.* 12. relatum legimus, qui ipſe juxta Interpretum complurium ſententiam, 1. *Par. IV.* 24. alio nomine יריב, inſignitus deprehenditur. Utrum vero nominis יריב, eadem quæ nominis יכין, vel ſaltim huic cognata ſignificatio eſſe debuerit nobiſque adeo iſthoc nomen ultimum explanaturis *via Synonimorum* cum Celeb. *Hillero* (*) ineunda ſit nec ne, illud quidem certo definire in præſenti cum nominis utriuſque radices intimiorem ad ſemet invicem cognationem habere non videantur. Quod ſi namque porro in noſtri nominis *radicem* כון (hujus enim *ex futuro Hiphil tertiam ſingul. maſculinam* vocabulum יכין eſſe, recteque adeo iſthoc inter illa *nomina propria aucta quæ a ſervili inchoata futuris debent originem* Celeb. *Hillerum* collocare [6] nemo eſt qui aut neſciat aut in dubium vocet) vel leviter defixis oculis intueamur tam varium ac multiplicem ejus in ſingulis fere conjugationibus uſum Sacer codex manifeſtat, ut in *ſignificatione* hujus verbi *præcipua*, ac *palmaria* legitime definienda Viros ceteroquin eruditiſſimos non parum a ſe invicem diſſentire animadvertamus. [7] Ad *Conjugationem* præterea hujus verbi *Hiphil* ex qua noſtrum יכין formatum eſt ubi ſpeciatim attendimus, illam *præparandi, dirigendi, conſtituendi, ſtabiliendi*, aliaſque notiones cum ejuſdem ſuæ radicis conjugatione *Piel* communes habere ſtatim comperimus. [8] Nec proinde mirum nobis videri poterit quod *Interpretum* iſte ſecundum illam, alter juxta aliam, tertius & quartus, ite-

[1] Neque enim *nomina propria*, quando in alias linguas veniunt, propterea ſtatim ad etymologiam ſuam immutanda eſſe, cum *Anton. Nebriſſenſi*, *Ludovico Vives*, aliis recte aſſerit pluribuſque demonſtrat Glaſſius, *Phil. S. L. IV. Tr. III. Obſ. VI. p.* 1280. *ſq.* Cautione interim opus eſſe, ne *appellativa* nomina, tanquam *propria* intueamur, poſt Glaſſium ipſum *l. c. Obſ. XVII. p.* 1359. *ſqq.* bene monuit Sennertus quondam Noſter, *de Idiotiſmis LL. OO. Append. Can. VII. p.* 81. *ſq.*

[2] *l. c. Obſ. VI. p.* 1282. *ſq.*

[3] Etſi enim ibidem Codex *Vaticanus* vocabula ſatis corrupta Ἰαχοὺμ, & Βολαὸζ pro hiſce nominibus venditet; *Alexandrinus* tamen a Textu S. propius abeſt, dum ſola vocalium terminatione mutata Ἰαχοὺν, & Βοὸζ, h. l. ſubſtituit. *Complutenſis* quoad nomen ultimum magis adhuc cum fontibus conſpirat, habetque Βόοζ. Joſephus vero, ut prius omnium rectiſſime per Ἰάχειν, ita poſterius omnium corruptiſſime per Βαὶζ extulit *Antiqq. Jud. L. XII. c. II. p.* 233. ed. Froben.

[4] *Comment. ad* 2. *Par. III.* 17.

[5] In *Nott. ad Paraphr. Chald.* 2. *Par. III.* 17.

(*) *Onomaſt. S. XIV.* 39. *p.* 552.

[6] *l. c. IV.* 13. *p.* 220.

[7] Qui feliciſſimus in ejuſmodi vocum ſcrutinio eſſe conſuevit, Giejerus Noſter, *Hebræum* כון, tum *inſtructionem*, tum rei jam inſtructæ *immotam durationem*, ac conſtantiam complecti adnotat, *in Comment. ad Pſ. CXLI.* 2. Leighius invicem pro *duobus* hiſce momentis, *tria* potius conſtituit ac verbum noſtrum non minus *diſpoſitionem*, quam *perfectionem*, & *firmam conſtabilitatem* alicujus rei indigitare contendit, *Critic. S. V. T. p.* 102. Non male vero Guſſetius de eodem hoc vocabulo obſervat, quod *ſignificationem ſuam rerum indoli* iſtud *accommodet*; *Comment. L. E. ad h. v. A. p.* 367. Unde adeo locis Scripturæ huc pertinentibus diligenter collatis, *diſpoſitionem rei ad finibus ſuis inſerviendis*, & *proinde conſtantiam in retinendo ſtatu ſuo ad eos apto, ac idoneo*, proprie illud innuere tandem concludit, *l. c.* K. *p.* 368.

[8] Unde diſcrimen inter hujus radicis conjugationes *Piel*, & *Hiphil* dignum quod quæratur, difficile tamen inventu eſſe, Guſſetius exiſtimat *l. c. F. p.* 683. qui nonnullis interjectis: *Poteſt*, inquit, *ex jam allegatis colligi, Hiphil magis recipere ſcopum, & uſum, ſed Piel firmitatem potius.*

iterum ac denuo ad aliam harum notionum idem isthoc nostræ columnæ nomen explicandum esse arbitretur. Sic enim ut ex innumeris aliqualem saltim numerum in eam de *præparatione*, post *Osiandrum*, [1] plures uti apud *Almeloveenium* videre est; [2] de *directione* cum *Corn.* a *Lapide*, [3] e Nostratibus *Botsaccus*; [4] de *constitutione* *Lightfootus*; [5] de *stabilitione*, *fundatione*, aut *confirmatione Vetus interpres* editionis *Vulgatæ* [6] *Sanctius*, [7] *Menochius*, [8] *Vatablus*, [9] *Piscator*, [10] *Leydeckerus*, [11] laudatus jam a nobis *Almeloveenius*, [12] & qui primo fuissent loco nominandi *Glassius*, [13] ac *Hillerus*, [14] illud vocabulum יכין præcipue intellectum cupiunt. *Temporis* denique vocis hujus nostræ quod *futurum* est, si haberi itidem ratio debet, dubium forte insuper cuiquam videri adhuc posset; Verum propria illius *significatio* in nominis ipsiusmet declaratione arcte potius premenda quam cum *Sanctio*, & *Menochio*, [15] immo & *Almeloveenio* [16] in *præteriti* aut etiam *præsentis* temporis significationem commutanda sit: siquidem negari non possit, quod *futurum* apud *Hebræos* hujus pariter utriusque temporis vices non raro sustineat. [17] Quid? quod præter omnes hactenus recensitas difficultates ne in definiendo quidem *subjecto*, cui *prædicatum* per vocem יכין indicatum vere competat, Interpretes satis conveniant, an nimirum ipsa *columna*, an integrum potius *Templum*, an vero *DEUS Triunus* sub istius nomine majori jure comprehendatur. *Alterum* quod expendendum restat nomen בעז, ad *compositorum*, quæ dicuntur, classem referendum esse nemo est, qui non statim percipiat. Indicare isthoc suo jam tempore, *R. Sal. Jarchius*, his ni fallor verbis voluit: [18] והבי״ת בבועז כמו מ״ם בנח ינחמנו בשמואל כי מה׳ שאלתיו i. e. *Littera* ב *in voce* בועז, *est sicuti* מ *in* נח [Noach quippe in cujus nominis explicationem *Gen. V.* 29. additur:] ינחמנו *consolabitur nos*, (aut] *in* שמואל [Schemuel utpote quod nomen 1. *Sam. I.* 20. Hanna se ideo imponere eidem dicebat:] כי מה׳ שאלתיו *quoniam a Domino petivi eum*. At enim vero undenam præcise nominis hujus compositio repetenda sit, de eo sane æque inter *Philologos* non convenit. Nam quod litteras duas posteriores, עז concernit non desunt qui easdem tam per *hircum* quam per *robur* aut *fortitudinem*, commode reddi posse existiment: [19] utut non solum illæ in utroque nostro oraculo vocalem (-), neutiquam vero puncta duo (..) subscripta sibi habeant; sed præterea sub judice, adhuc lis esse videri, posset an etiam litteræ עז, cum punctis (..) notatæ sive vocabulum עז, *generis* & *sexus utriusque*, an solius tantum *fœminini* nomen sit, adeoque *capras* potius quam *hircos* in Codice S. illud suppeditet. [20] Alii vero iidemque numero plurimi ac præcipui voculam עז, quæ in nostro nomine בעז, deprehenditur, longe rectius de *robore* ac *fortitudine*, exponant. Descendit enim, quo de nemo ambigit, hæc vox a verbo עזז, quod ipsum uti *Avenario* monente [21] sine accusativo constructum in *Kal. neutrum* est; ita in eadem hac conjugatione non saltim *roboravit*, ac *corroboravit*, sed & *intransitive robustus* ac *fortis fuit*, significat. [22] Verum his quidem si quæ sunt difficultatibus ita summotis, novæ insuper emergunt quas præfixum ב, cum puncto suo vocali (ׄ), nostro vocabulo עז adhærens Interpretibus creasse conspicimus. Nonnulli quippe, quos

[1] Ap. Polum *Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 21.
[2] *In Amœnitatt. p.* 22.
[3] *Comment. in* 1. *Reg. VII.* 21.
[4] *Moral. Gedan. p.* 228.
[5] *T. I. Opp. p.* 580.
[6] In *Onomastico S. Biblior. Polyglott. T. VI.*
[7] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 21.
[8] *Ad l. c.*
[9] *Ad l. c.*
[10] Ap. Polum, *Synops. ad l. c.*
[11] *De Repub. Hebr. L. IIX. c. III. p.* 516.
[12] *Amœnitt. p.* 18. *sq.*
[13] *Phil. S. L. V. Tr. I. c. XIII. p.* 1881.
[14] *Onomast. S. XI.* 31. *p.* 459. *&* *XIV.* 39. *pag.* 552.
[15] *ll. cc.*
[16] *l. c. pag.* 18.
[17] Conferri in hujus rei confirmationem cum exemplis a Glassio, *Phil. S. L. III. Tr. III. Can.* 49. *p.* 894. *sqq.* jam congestis illa comprimis merentur, quæ super iisdem *Hebraismis*, istorumque in *Judæorum* ad Libros *Propheticos Commentariis*, non infrequenti abusu, erudite olim disseruit Magni. D. D. Gerh. Mejerus, *de Semine Messiæ*, *Diss. I. Sect. I.* §. *II. III. & V.*
[18] *Comment. ad* 2. *Par. III.* 17. Confer. tamen in primis, quod nominis שמואל derivationem attinet, Celeb. Hillerus, *Onomast. S. XI.* 27. *p.* 418. *sq.*
[19] Vid. Almeloveenius, *l. c. p.* 23. ubi huic nostri nominis interpretationi, qua *in hirco* illud significare dicitur, non defore rationes, & conjecturas haud plane contemnendas, ipse Almeloveenius arbitratur. Quas tamen vellem in medium protulisset Vir cetera CLmus.
[20] Videmus enim *Philologos*, juxta & *Grammaticos* hic a se invicem dissentire. Solum *fœmineum* genus huic voculæ עז adscribunt eandemque proinde *capras* tantum denotare contendunt Bochartus, *Hieroz. L. II. Cap. LVI. p.* 651. Mercerus, *in Th. L. S. ad h. v.* aliique in primis Lexicographorum complures. Contra utriusque & *generis*, & *sexus* voculam eandem indicium præbere affirmant *Kimchius*, & *Avenarius* ap. Robertson. *Th. L. S. ad h. v.* Majus, *in Supplem. ad I. C. Lexic. p.* 98. ac denique, qui adversus Bochartum super hac controversia ex instituto disputat Gussetius, *Comment. L. E. ad voc.* עזז. *G. H. p.* 596.
[21] *In Dictionar. ad h. v.*
[22] Utrum autem alterum de quo modo exposuimus, nomen עז, ab eodem verbo עזז, suam originem non minori jure repetat; an vero ipsum potius *radicale* dicendum sit, nova est quæstio. Posterius in *Lexicis* suis *Pagnino*, *Buxtorfio*, *Robertsonio* visum est. Prius tamen ex vocis ipsiusmet *plurali*, evincit Coccejus *Lexic. p.* 601. cui hac in parte *Majus*, *Gussetius*, *Opitius* aliique Lexicographo-

quos inter & *Almeloveenius* est [1] quando nomen nostrum simpliciter *in robore* aut *in fortitudine* reddunt, τὸ ב, pro nuda particula habuisse, ejusque vocalem [י] prorsus neglexisse videntur. Cum reliquis vero qui *præfixum* ב, una cum pronomine tertiæ personæ decurtato seu *suffixo* [י], hic adesse animadvertunt, ita se res habet ut magnopere tamen & isti ipsi sententias in nominis ejusdem explicatione multum discrepantes foveant, dum nimirum, [quale quid etiam in primi nominis יכין, expositione contigisse docuimus] alii inter eosdem ipsammet *columnam*, alii vero integrum potius *Templum*, alii denique *DEUM Trinunum* pro *subjecto* isto, cui *robur* h. l. inesse vel voveatur, agnosce re voluerunt. Ceterum ut *hujus* æque ac *prioris* nostri nominis etymologiam genuinam manifestare queamus, Celeb. *Hillerus viam*, quam dicit *abolitionis*, ceu omnium rectissimam ac facillimam nobis commonstrare annisus est. Ex ipsius itaque hypothesi יכין, ad istam nominum propriorum classem referendum est quibus integra *DEI* vocabula demta, atque adeo cum iisdem ipsis insimul *subintelligenda* sunt. Et hac quidem observatione ita supposita, sequens nominis nostri obtinebit interpretatio : *DEUS stabiliet*. [2] Vocabulum vero בועז ex ejusdem Viri Cl. mente ad istorum ex propriis nominibus familiam reducendum est, quæ propter tædium prolixæ dictionis vel effatus difficultatem cujusdam *litteræ elisionem* patiuntur. Pro hac autem littera elisa cum in nostro nomine mobile י ב inter & ו collocandum iste habeat, exinde ipsum nomen יהוה contractum in יו syllabam hic inveniri porro concludit, atque integrum hac de caussa vocabulum בועז per ביועז, vel ביהוה עז *in Domino est robur* exponit. [3] Et hæc quidem ultima duorum nominum יכין, & בועז interpretatio, si nudam illorum *etymologiam*, seposita tantisper *applicatione*, desideraveris, argute satis immo & speciose [4] instituta videtur. Nos ceteroquin Lectori ut tum super variis hactenus allatis eorundem nominum expositionibus, tum quoque super quæstione hinc emergente : *Utrum* scilicet *duobus hisce nominibus idem an potius diversum a Salomone indigitatum fuerit*, quam *Cornel.* a *Lapide Cajetanum* secutus quoad membrum posterius affirmat, [5] ipsemet judicium ferat, haud inviti relinquimus. Specialiorem vero quam addere hac forsan occasione debebamus horum nominum *applicationem*, seu problema admodum diversimode ab Interpretibus solutum : *Quis nimirum verus ac genuinus in ista denominatione, Solomoni scopus fuerit?* haud præter rem ad ea, quæ de *significatione* nostrarum columnarum mox dicturi sumus, a nobis reservari posse existimamus.

§. IV. Pauca modo ut datam supra fidem nostram liberemus, de *Usu* earundem ulterius hic interspergere nos oportebit. Peculiarem sane nec ab ullo quantum recordor Interpretum huc usque in medium prolatam super isthoc momento hypothesin *Seb. Schmidius* [6], & cum eo *I. H. Majus*, [7] meditati sunt, quando columnas nostras istum usum, ex 2. *Par.* 4. 16. habuisse colligunt, *ut tabulæ parietum inde ex adyto traductis catenis, & ligatis circa has columnas hac ratione retentæ fuerint, solutis autem his catenis removeri potuerint*. At enim vero alium plane istius oraculi sensum esse supra jam tum quando *Ornatus* columnarum nostrarum descriptionem adornabamus [8], ex instituto demonstravimus. Majori proinde probabilitatis specie alia ejusdem *Seb. Schmidii* [9] conjectura olim etiam ab *Osiandro* [10] in medium proposita se commendat, qua suum hæ ipsæ columnæ ad *cultum divinum*, ac *devotas meditationes usum*, etsi propterea nec pro parte cultus divini nec pro instrumento illi inserviente habendæ sint, præstitisse dicuntur. Hæc vero assertio uti generalior est; ita quoque non defuerunt, qui multo specialiora de eodem *sacro* illarum *usu* nobis suppeditent. Provocamus hunc in finem potissimum ad *Almeloveenium* qui postquam XII. *lapidum majorum* ceu monumentum suscepti per Jordanem transitus, a *Josua*, *cap.* IV. 3. 9. ad eum quem *Moses*, *Deut.* XXVII. 2. 3. 8. ipsi præscripserat modum, ut nimirum legis divinæ verba bene ac perspicue iis inscriberentur, erectorum meminisset : *Quibus rite perpensis*, inquit, [11] *non ἀσύμβολοι nobis videmur si licet nulla in Sacris fiat mentio ad exemplum modo memoratorum lapidum, hisce in columnis*

phorum adstipulantur. Rationem hujus derivationis aliam ab ipsarum *caprarum* natura robustiori desumtam, subministrat Bochartus, *Hierz. Lib. II. cap. LI. pag.* 620. quam fusius explicuit Majus *Histor. Anim. L. II. c.* 8. & *in Supplem. l. c.*

[1] *Amœnitt. p.* 21.

[2] *Onomast. S. XI.* 31. *p.* 459.

[3] *l. c. XI.* 27. *p.* 417.

[4] Prioris certe nominis יכין a Celeb. Hillero allata expositio sua ipsius luce radiare videtur. Quod vero posterioris sigillatim vocabuli בועז, superius recensitam, ac plerisque receptam interpretationem attinet, idem Vir doctissimus, *d. l.* hoc obstare affirmat, quod in toto Codice S. *nullum nomen ex pronomine tertiæ personæ conflatum* reperiatur.

[5] *Comment. in* 1. *Reg. VII.* 21.

[6] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 15.

[7] *Oeconom. V. T. p.* 831.

[8] *Sect. I.* §. *IIX. p.* 160. *not.* (*m*) *conf. p.* 155. *seqq.*

[9] *Comment. in Jerem. T. II. p.* 1108.

[10] Ap. Polum, *Synops. ad* 1. *Reg. VII.* 21.

[11] *Amoenitt. p.* 15. *seq.*

lumnis vel insculptam vel tabulis inscriptam iis affixam fuisse legem DEI arbitremur. Et eandem hanc sententiam præcipue etiam ex ritu, qui *Judæis* appellatur מזוזה, *Mesusæ*, illis olim a DEO ipso, *Deut.* VI. 9. & XI. 20. injuncto, [1] ulterius comprobare idem Vir solertissimus allaborat. *Salomo* autem *Glassius* his Templi Solomonei columnis Prophetarum visiones dubio procul affixas, quin & ad easdem sacra a Sacerdotibus peracta fuisse, vel inde concludere satagit, [2] quod hac quoque ratione cœlestis veritas cultusque Dei genuinus propagari, & conservari commode potuerit. Similes istis quas de *usu* columnarum nostrarum allegavimus meditationes, illi omnes haud fortean præter rem suscepisse putantur, qui ut *Paragraphus* statim insequens uberius docebit, *Paullum* Apostolum, 1. *Timoth.* III. 15. ad columnas has respexisse hac adhibita cautela largiuntur, ut in *sensu* potius *forensi* quam *architectonico* eædem istæ accipiantur. Neque enim ex horum sententia alium columnæ nostræ ante Templum Solomonis conspicuæ, quoad *leges*, ac veritates *cœlestes usum* habuerunt, quam columnæ apud Veteres in curiis vel ante prætoria poni solitæ, quoad *leges*, & decreta *Magistratus civilis* olim habebant, utpote quæ tabulis inscripta appendi, pubblica auctoritate iisdem debebant, quo commodiori hacce methodo ad cujuslibet tandem prætereuntis notitiam dicta decreta pervenirent. [3] Nondum tamen hac in conjectura acquiescendum sibi esse *Almeloveenius* arbitratus est, sed insuper etiam columnis Solomoneis ipsemet earundem *nomina*, יכין & בועז, *inscripta* fuisse his potissimum caussis inductus suspicatur, [4] quod Patriarcharum jam tum ævo lapides nunc hic nunc alibi immo sæpius in locis maxime solitariis ab iisdem erecti sine dubio nomina quoque sua insculpta insimul habuerint, siquidem alias nequaquam unicuique ista innotescere potuissent. Porro *Apoc.* III. 12. luce meridiana clarius patescere urget, quod columnis nomina inscripta, atque ultimo tandem loco addit, quod lapidibus novæ urbis Hierosolymæ fundamentalibus eodem *Joanne Theologo* C. XXI. 14. referente Apostolorum etiam nomina incisa fuerint. Quantumvis vero magnopere nobis laborandum non esset, ut ex *Antiquitate profana* istiusmodi columnarum exempla produceremus, in quibus Historiæ earum integræ aliaque id genus inscripta vel certis sub characteribus suppeditata conspiciuntur; quorsum *columna*, quam *Historiatam* olim nuncupabant, nec non columnæ *Trajana*, & *Antonina*, quarum illa *CPoli*, hæ vero duæ *Romæ* hodienum publice prostrant, [5] in primis referri merentur: de nostris tamen quæ in *Antiquitate Sacra* facile primas tenent, sigillatim columnis ut simile quidpiam tuto satis affirmari aut demonstrari possit, omnino subveremur. Conjecturis interim cum suus quoque locus hoc in negotio plane non denegandus sit, nemini libertatem statuendi super eodem præcidimus, sed rem potius omnem judicio, & arbitrio uniuscujusque determinandam permittimus.

§. V. Superest vero ut de *Significatione* nostrarum columnarum pauca quædam hic etiam locorum instituamus. Cum *Paraphraste* in *Chronicorum* libros *Chaldæo Judæorum Magistri* tantum non omnes, quo rite eandem istam eruant, nomina potissimum iis imposita, יכין & בעז, etiamsi diversissimas exinde observationes eliciant, in subsidium vocant. A *Targumista* ut ordiamur, putat iste [6] nomen *dexteræ* columnæ יכין vocari על דאתקנת מלכותא דבית דויד *eo quod constitutum fuit* [Animadvertamus hic necessum est allusionem ad significatum vocabuli יכין] *regnum domus David*; nomen vero *sinistræ* בעז appellari על שום בעז רב בית אבא לבית יהודה *de nomine Boas, Patriarchæ domus Regiæ Judæ.* Non multum ab hac commentatione *R. Sal. Jarchii* glossa abludit, nisi quod eadem utriusque nominis atque ipsarummet adeo columnarum *significationem* paullo ampliorem nobis proponat. Hunc enim principem, ut a sua gente salutatur, legis Interpretem si auscultamus, [7] columnis nostris nomina, יכין, & בעז, *propter regnum domus Davidis*, imposita fuis-

[1] Conferri de isto ritu ante omnia meretur Vener. Dassovius in peculiari, ac pererudita quam *de ritibus Mesusæ* inscripsit, Dissertatione Witteb. 1674. evulgata.

[2] *Phil. S. L. V. Tr. I. cap. XIII. p.* 1885.

[3] Satis celebrem *hunc* apud Veteres *columnarum usum* pluribus demonstrant auctores, quos in præsentis *Dissertationis prooemio p.* 4. *not.* (c) allegavimus, cum quibus in primis conferendi sunt Josephus, *Antiqq. Jud. Lib.* I. *c. XLIX.* Plinius *Antiq. Histor. Lib. VI. cap. XXIX.* Alex. ab Alexandro, *Genial. Dier. Lib. III.* excitati a Calovio, *Bibl. Illustr. ad* 1. *Timoth. III.* 15.

[4] *l. c. p.* 18. 22. & 23.

[5] Columnam *Historiatam* pluribus describit ejusque imaginem æri incisam exhibet Anselmus Banduri in *Imperio Orientali T. II. P. IV. p.* 907. *sqq.* Columnarum *Trajanæ*, & *Antoninæ* descriptio, ut & imago sistitur in *Ritratto di Roma Antica pag.* 343. *sqq.* aliisque quæ Romanæ urbis descriptionem sistunt, libellis sat pluribus. Columnam autem *Trajanam* sigillatim interpretati sunt *Alfonsus Ciaconius*, & *Petrus Bellorius* peculiari scripto, *Romæ* in forma majori edito, quod ipsum *opus rarissimum, & ad antiquitatis cognitionem necessarium esse*, pronuntiat Celeb. *Gerhard. van Mastricht*, Reipub. Patriæ Syndicus, ac Polyhistor eximius in *Catalogo Bibliothecæ suæ*, quam adhuc superstes nuper distraxit *pag.* 482.

[6] In *Targum ad* 2. *Par. III.* 17. quod ex edit. & vers. Beckii habemus.

[7] *Comm. ad l. c.* Verba ipsa in latinum translata præter *Breithauptium*, Beckius exhibuit *l. c.*

fuiſſe vel inde manifeſtum evadet, quod regnum iſthoc non tantum compararetur *lunæ Pſ.* LXXXIX. 38. quando ut *luna* יכלן, *ſtabile* illud ipſum *fore*, (En Tibi ſubtilitatem in ratiocinando Judaicam a qualicunque vocabulorum, יכין & יכון convenientia deſumtam,) ibidem aſſeveretur; ſed & cum *ſole* inſuper conferatur, utpote quem *Pſ.* XIX. *lætari* כגבור, *tanquam robuſtum*, [Ecce, quæſo, quam apte ex Commentatoris mente ipſum noſtrum כעז, a Davide hic exponatur!] Divus Pſaltes introducat. Si quis autem Jarchiano huic interpretamento obſtrepere ac obvertere velit, quod cum *luna minor ſole ſit*, eam quoque ob cauſſam columna potius *ſiniſtra* quam *dextra* a *luna* nomen ſuum repetere debuerit; iſtum hac cum reſponſione *Jarchius* a ſe dimittet: Sufficere tamen, quod & *luna* נכין *ſtabilis ſit*, & quod ad eandem iſtam quatenus ſtatis ſuis temporibus *deficiat*, aut decreſcat, hoc in negotio attendi non debeat. Liberalem interim idem ſe exhibet, dum expoſitioni modo allatæ aliam e veſtigio ſubjungens arbitratur, quod columnarum una ideo a *Chiramo artifice* יכין nuncupata ſit, ut *Simſonis* [1] majoris ſui per idem iſtud memoria commode conſervaretur, poſteaquam *Jud.*XVI. 29. de eodem commemoretur, quod complexus fuerit *duas columnas medias*, quibus *domus* נכון *ſuffulta ſuſtinebatur*; [2] altera vero a *Solomone* per בעז, ut ipſum atavi ſui *Bobazi* nomen ita præ ſe ferret, manifeſtata fuerit. Ab his vero & geminis aliis quas ſtatim ſubjiciemus, veram columnarum noſtrarum *ſignificationem* inveſtigandi rationibus longius *R. Levi Ben Gerſonem* receſſiſſe deprehendimus. Exiſtimat enim ille [3] quaſi columnæ iſtæ סוד גדול, *magnum arcanum*, involverint & ſigillatim quidem illud, quod תקופות הארבע, *revolutiones quatuor*, [ſub quarum nomine Judæos *bina ſolſtitia* totidemque *æquinoctia*, in quæ vulgo annus diſpeſcitur, comprehendere conſtat, [4]] iis inſinuarentur. Cum autem harum *revolutionum duæ*, in quibus ſol *meridionalis* eſt, [intelligit *æquinoctium* autumnale & *ſolſtitium* Brumale] ſint מכינות ההויות [en novam in verbis hiſce ad nomen יכין alluſionem!] *diſponentes entia*; cauſſam inde elici poſſe conjectat cur *dexteræ* columnæ utpote ad plagam *meridionalem* ſitæ nomen יכין imponi debuerit. In reliquis autem *duabus revolutionibus* [*æquinoctio* verno puta & ſolſtitio æſtivo,] cum natura firmior ſit, ועז [Videſis profundiorem רדשׁ בעז notionis enucleationem,] *& robuſta*; hinc genuinam conſtare hariolatur rationem, propter quam nomen בעז columnæ demum *ſiniſtræ* adpropriatum fuerit. Quemadmodum vero iſthæc *Gerſonis* interpretatio nimis ſubtilis ac Philoſophica eſt; ita eandem quoque iſtam ſoli ſibi propriam fecit hic Philoſophus Rabbinus, nec quod ego meminerim ullum ne ex ſua quidem gente ipſa hac in meditatione Paraſtatam aut aſſeclam hucdum obtinuit. Sereniora quadantenus fata *Jarchii* exegeſis experta eſt, utpote quam *R. Schimeon* Francofurti, olim Concionator non incelebris ſuam feciſſe pariter videtur, quando is in libro a varietate materiæ, quæ inibi collecta eſt, multiplici ילקוט, *i. Pera* adpellato יכין intuitu *lunæ*, בעז autem reſpectu *ſolis*, columnas noſtras nominatas fuiſſe ſtatuminat. [5] Neque vero prorſus nova aut a *Jarchiana* expoſitione maximopere diverſa, ſed iiſdem fere ac iſta argumentandi rationibus ſuffulta eſſe videtur, *R. Abarbanelis* ſententia, [6] *Chriſtianos* inter a Viris Celeberrimis, *Jo: Meyero*, [7] & *Urb. Godofr. Sibero*, [8] recepta, ſecundum quam quod columna יכין *Davidem*, & columna בועז *Solomonem* utrumque Regem ſignificaverit, aſſeveratur. Etiamſi autem *Abarbanel* huic ſententiæ de ſuo iſtud addiderit, ut plurima quæ in columnis noſtris memorabilia exſtitere, ad *Davidem*, & *Solomonem* ſigillatim applicaret; eam tamen uti *Simon Patricius* teſtis eſt, [9] conjecturam æque probabilem eſſe exiſtimabat, quod Solomo duabus noſtris columnis *ad nubis & ignis columnam*, quæ Judæos in deſerto antecedebat, atque *tabernaculum* etiam quam primum iſtud erectum eſſet, *Exod. XL.* 34. inſimul occupabat, reſpexerit. Et huic quidem meditationi ultimæ cum *Petro Martyre* [10] *Sim. Patricius* ipſemet [11], calculum ſuum adjicere non dubitat.

[1] Nomen שׁמשׁון enim idem ſignificat, quod שׁמשׁ, *Sol.* Vid. Hilleri *Onomaſt. S. V.* 10. *p.* 119. De *Sole* vero, ut jam ante *Raſchius* inculcare vidimus verbum כון, quod nominis יכין radicale eſt, in Sacris paſſim adhibetur. Hinc igitur nomen יכין ipſum *Simſonis* nomen referre eidem videtur. Sed ſapiat ſibi hac in parte Raſchius.

[2] Conferri de his *columnis Simſoneis* poſſunt Polus, in *Synopſ. ad Judic. XVI.* Hoffmannus, *Lexic. Univerſ. T. IV. voc. Samſon p.* 46. Relandus *Palæſt. L. III. p.* 794. *ſq.* alii.

[3] *In Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 21. Verba latine iterum exhibet Beckius *l. c.*

[4] Plura de hac *Tekupharum* ratione, ex *Talmudis* Tractatibus ערובין, & ראשׁ השׁנה, ac aliunde ſuggerunt Buxtorfius *L. T. p.* 2003. *Leydeckerus de Rep. Hebr. lib. VI. c.* 12. *p.* 412. & nuperrime Dav. Gerdes, in *Diſſert. de* קציר בשׂורה *l. Collectione Tempore Meſſis, ad Illuſtr. Job. IV.* 35. *ſqq.* Præſide V. CL. D. Alb. Schumachero, Bremæ 1719. habita *Sect. I. §. I.*

[5] Exponentibus ita hanc ſententiam Matth. Fr. Bechio *l. c.* Joh. Meyero, *Annott. ad Seder Olam p.* 749. & Melch. Leydeckero *l. c. Lib. IIX. cap.* 3. *pag.* 516.

[6] Quam videſis ap. Meyerum *l. c. pag.* 758. & Leydeckerum, *l. & p. c.*

[7] *l. c.*

[8] *Diſſert. Epiſtol. de Sanctis Columnaribus p.* 3. Lipſiæ 1714. evulgata.

[9] *Comment. Anglic. ad* 1. *Reg. VII.* 21.

[10] Ap. Polum, *Synopſ. ad l. c.*

[11] *l. c.*

bitat. Simpliciſſimam interim ac ut, quod res eſt, ingenue profiteamur, omnibus hactenus recenſitis opinionibus ſuo quodam jure anteferendam, noſtrarum columnarum *ſignificationem*, ex iiſdem quantumvis duobus nominibus deſumtam, *R. Dav. Kimchius* excogitaſſe videtur, quando is לסימן טוב, *boni ominis cauſſa*, columnam *dexteram* יכין, & *ſiniſtram* בעז nuncupatam fuiſſe conjectat : [1] & priorem quidem eam potiſſimum ob cauſſam, quaſi Solomo voviſſet : שיכין הבית לאולם, *ut ſtabilis ſit domus hæc in æternum;* alteram vero quaſi ſuſpirium feciſſet, שיתן בו השם העז והקיום, *ut largiretur ei DEUS robur, ac ſubſiſtentiam*. Nec ſane numero pauci ſunt, qui ex Interpretibus Chriſtianis hac quoque in parte *Kimchio* ſuffragantur, ſiquidem præter *Munſterum*, [2] *Vatablus*, [3] *Eſtius*, [4] a *Lapide*, [5] *Mariana*, [6] *Meiſnerus*, [7] *Beckius*, [8] *Vagetius*, [9] *Lundius*, [10] *Clericus*, [11] *Martinius*, [12] alii ſuis id ipſum teſtimoniis ſat, & abunde comprobant. *Lightfootus* [13] tamen ut & *anonymus Annotationum* a *Rheinferdio* editarum *Auctor*, [14] ad *throni Davidici* non minus, quam *Templi* durationem harum columnarum *ſignificationem* extendendam eſſe ſibimet imaginantur. At enim vero his omnibus, quos hucdum allegavimus tum *Judæis*, tum *Chriſtianis*, Interpretibus illi tandem inſuper ſubjungendi erunt, qui *ad N. T. tempora* noſtras optimo jure columnas referri, *typicamque*, adeo *ſignificationem* ſuppeditaſſe contendunt. Cum enim *Tabernaculum Moſaicum*, æque ac *Templum Hieroſolymitanum*, immo ſingula fere, quæ ad utrumque pertinuerunt ipſiuſmet Benedicti *Meſſiæ* Noſtri, hujuſque *Eccleſiæ* ſpiritualis ex Interpretum Chriſtianorum conſenſu fere catholico *typi*, & figuræ eſſe debuerint ; [15] par omnino eſſe ut de *Templi Solomonei columnis æneis* ſimile judicium ob *totius* & *partis* ὁμογένειαν, ut *Glaſſius* loquitur, [16] interponamus, multi quoque inter eoſdem arguerunt. Illud ſolummodo in diverſa iſtos diſtrahit utrum ſcilicet *Chriſti* potius an vero *Eccleſiæ* & ſi hujus num *militantis;* præciſe an vero *triumphantis*; quæ diſtinctio *Theologis* hic uſitata eſt, eædem columnæ noſtræ *typum* præbuerint. Priorem præ ceteris ſententiam *I. H. Majus* defendendam ſuſcepit, *ſibique dubium non eſſe* ſcribit, [17] *quin Salomo ipſum Meſſiam indigitare voluerit duabus columnis, quæ duas naturas divinam, & humanam deſignent*. Ad *eccleſiam* autem eandemque *militantem*, quam vocavimus, iſtas columnas reſpexiſſe multo plures reperiuntur, qui aſſeverant. Sed & hi ipſi in varia ſententiarum divortia ſeceſſerunt. De *eccleſiæ* enim *ſapientia*, & *ſanctitate Alcazar;* [18] de ejuſdem *perpetuitate Piſcator;* [19] *de conſtantia, & prudentia piorum in Eccleſia*, Köpkenius; de eorundem *fide*, *ſpe*, *votiſque ad DEUM hucuſque providentia ſingulari*, *Leydeckerus*; [20] de rebus ad *eccleſiam* pertinentibus aliis alii [21] eaſdem columnas *typice* interpretantur. Cum primis vero ad *duo N. T. oracula*, ut negotium hoc conficiant, Viri Clariſſimi ſe recipiunt, quorum ipſis utrumque *ſignificationem* columnarum noſtrarum *typicam*, licet diverſam quodammodo commonſtrare videtur. Pro palmario fere oraculo venditatur, 1. *Timoth. III.* 15. utpote in quo ex celeberrimorum Interpretum judicio *Eccleſia* ab Apoſtolo hac præcipue de cauſſa, ςύλος, ϗ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *Columna, & firmamentum veritatis* ſalutatur, [22] ut columnas in Templo Solomoneo Eccleſiæ N. T. typum fuiſſe hoc auguſtiori iſto titulo nos edoceret. Ac *Romano-Catholici*, quidem ad unum omnes huic ſententiæ eo lubentius ſubſcribunt, quod dogma illi ſuum, quaſi omne fundamentum veritatis ac interpretationis verbi divini penes *Eccle-*

[1] *Comment. ad* 1. *Par. III.* 17. unde verba idiomate denuo latino ſiſtit Beckius *l. c.* Plane eandem vero expoſitionem, jam *ad* 1. *Reg. VIII.* 21. iiſdem prope verbis Kimchius propoſuerat quam ipſam latine redidit Vagetius, *Diſſ. II. de his columnis Sect. III. §. V.*

[2] *Nott. ad* 1. *Reg. VII.* 18.

[3] *Ad* 1. *Reg' VII.* 21.

[4] *Ad l. c.* [5] *Ad l. c.*

[6] Ap. Polum, *Synopſ. ad* 2. *Par. III.* 17.

[7] *In Vita Salomonis §. CXVI.*

[8] *loc. cit.*

[9] *l. c.*

[10] *J. H. L. II. c. XII. p.* 295.

[11] *Comment. ad* 1. *Reg. VII.* 21.

[12] *In Nott. ac Bibl. Gallic. ad l. c.*

[13] *T. I. Opp. p.* 580.

[14] *Ad* 1. *Reg. VII.* 21.

[15] De iſthac *Tabernaculi*, *ac Templi ſignificatione Myſtica*, pluribus conferſis *Bedam*, *Feſſelium Eſſenium* locis a Pfeiffero, in *Tractatulo de Locis ſacris*, *Cap. I. §.* 12. qui exſtat in *DD. VV. pag.* 410. *ſeq.* allegatis Villalpandum, *Explanatt. T. II. P. II. L. I. c.* 10. *p.* 25. *ſeqq.* & *L. V. c.* 33. 34. 35. *p.* 474. *ſqq.* Bucholzerum, *in Chronologia pag.* 337. *ſqq.* Glaſſium, *Phil. S. L. V. Tr. I. c. XIII p.* 1882. Waltherum, *Officin. Bibl. §. DCCCXLII.* L'Empereurium, *ad Middoth præſ.* * 3. *b.* & ** 1. *b.*, nec non *in Nott. p.* 132. *ſq.* Reitzium, *in Nott. ad Goodowini Moſ. & Aar. L. II. c. I. p.* 139. *ſqq.* VVitſium, *Miſcell. S. Lib. II. Diſſ. I.* & *II. pag.* 392. *ſqq.* Meyerum, *Nott. ad Seder Olam p.* 748. *ſqq.* Sturmii *Sciagraphia Templi Hieroſol. Sect. I. Cap. II. §. V. p.* 15. van Til, in *Commentario poſthumo de Tabernaculo Moſis*, Dordrac. 1714. 4. edito Joach. Langium, *Diſſ. de Chriſto una cum Chriſtianiſmo in atrio Tabernaculi Moſaici*, Halis 1714. edita, denique Haſæum, *Diſſ.* de אבן שתיה *Cap II. §. V. ſqq. p.* 22. *ſqq.* alios.

[16] *loco jamjam citato.*

[17] *Oecon. V. T. p.* 831.

[18] Ap. Marckium, *Comment. in Apoc. p.* 141.

[19] Ap. Polum, *Synopſ. ad* 1. *Reg. VII.* 21.

[20] In *Dialogo de Templo Salomonis p.* 188.

[21] *De Republ. Hebr. L. IIX. c. III. p.* 516.

[22] Conf. in primis a Lapide, *in* 1. *Reg. VII.* 21. ubi

Ecclesiam resideat non levi inde desumto argumento stabiliri posse confidant. [1] *Nostrates* vero Theologi, cum quibus ex *Reformatis* hac in parte *Almeloveenius* conferri poterit, [2] etsi pariter ad columnas Solomoneas Apostolum respexisse contndant; [3] probe tamen insimul animadvertunt, quo nequaquam per hanc assertionem frigida Romano-Catholicis effundatur, siquidem non solum columnarum officium in Templo Solomoneo haud fuerit ut aliquid sustentarent, aut *fundamenti* cujusdam loco essent; sed præterea etiam Ecclesia *Columna ac firmamentum veritatis*, vel in significatu *forensi*, quod superiori Paragrapho jam monuimus; vel ipso si dextre modo hunc explicueris *architectonico* sensu, recte omnino nuncupetur [4] Verum de his quidem, quæ aliud sibi forum deposcunt, plura hic commentari lubens, prudensque mihi tempero. Alterum cujus mentionem injeci oraculum, quod *Gal.* II. 9. recensetur non obscuro si *Angelomo Monacho*, ante hæc IX. fere sæcula *Lexoviensi*, [5] *Villalpando*, [6] *Grotio*, [7] aliis [*] calculum adjicere velimus, indicio prodit, quod *Apostolos & Doctores cunctos spirituales* nostræ columnæ præfiguraverint, quum isti allegato in loco eadem de caussa στύλοι *columnæ* ab Apostolo vocitentur. Denique ad *Triumphantem*, quam nominare solemus *Ecclesiam*, has columnas Solomoneas ceu *Typum*, referendas esse ex loco *Johannis Theologi*, *Apoc.* III. 12. patescere, post *Hieronymum*, [8] *Marckius* haud ita pridem asseruit. [9] Ceterum ut in tanta sententiarum varietate ac incertitudine certam nihilosecius aliquam jam nunc ex iisdem nos amplectamur nemo opinamur a nobis exiget.

ubi singulas nostrarum columnarum partes, & circumstantias, *mystice* explicare annisus est, nec non *in Ezech. XL.* 49. Fesselius, *Regni Christi Mystici, pag.* 736. *sqq.* Qualem speciatim *opus lilii*, & *malogranata*, in iisdem columnis significationem *mysticam* habuerint, Trium-Viri Mathematici, Villalpandus, *Explanatt. L. V. c.* 22. *p.* 453. *b.* Goldmannus, in der vollst Anweis. zur Civil-Bau K. *L. I. c. VII. pag.* 35. & Reyherus, *Math. Mosaic. N. XXXVII.* §. 32. *sq. p.* 698. *sqq.* pro suo quilibet arbitrio declarant.

[1] Non vero desunt, qui & hoc plane negent, ac *distinctione* ante vocem στύλος posita, hæc nostra Apostoli verba cum sequentibus potius connectunt. Recepta jam hæc distinctio in *Basileensem N. T. editionem* 1540. fuerat, cui deinceps præter Fr. Schmidium, *in Nott. ad h. l.* multi alii quos Vener Wolfius in *Nott. ad Casaubon. p.* 292. *sqq.* allegat, applauderunt, qui ultimus nec ipse etiam ab hac interpretatione alienior videtur. Ex Veteris Ecclesiæ Patribus quinam ob similem, si non interpunctionem, tamen explicationem huc referendi sint, Suicerus *Th. Eccles. T. II. fol.* 1047. enumerat.

[2] Confer e multis Cornel. a Lapide, & Estium, *Comment. ad h. l.* Bellarminum *T. I. Controv. III. Lib. VII. c. XIV.* §. 6. Grotium, *Nott. ad h. l.* & Rich. Simonium, ap. Deylingium *loc. citand.*

[3] *Amoenitt. p.* 15. & 18.

[4] Quod tamen de omnibus asserere nolim. Alii cum *Jacobo Gothofredo*, cujus integram loci Paullini allegati expositionem Suicero, *Thesauro* suo *Ecclesiastico l. c. p.* 1050. *sqq.* inseruit, Paullum ad columnas in *Templo Ephesino*, vel *Eleusino* olim collocatas mentem suam intendisse arbitrantur. Ita ex recentioribus sentiunt Majus, *Oeconom. V. T. p.* 799. & *N. T. pag.* 462. nec non Deylingius, *Observatt. Sacr. T. I. Obs. XLVI. pag.* 189. *sqq.* *Reformatos* inter Heinsius, *Exercitt. in h. l. columnam nubis, & ignis*; & Alexander Morus, *in Nott. ad h. l.* a celeb. Fabricio editis, *pag.* 184. *columnam* quam nos in *Prooemio pag.* 5. *sq.* stitimus, *regiam* Apostolum spectare existimat. Alii aliter hac de te nos informant.

[5] Sensu *forensi*, columnam in loco Paullino accipiunt Balduinus, *Comm. in h. l.* & Meisnerus, *Tr. de Eccles.* a Calovio, *Bibl. Illustr. ad h. l.* excitatus, quibus ex *Reformatis* addi potest Junius cujus testimonium Deylingius *l. c. pag.* 192. attulit. Sensum *architectonicum*, si *passive* nimirum consideretur Ecclesia, defendunt Seb. Schmidius, *Colleg. Bibl. poster. p.* 301. *seqq.* & cum eo Calovius *l. c.*; si *active* Gerhardus *L. de ecclesia* §. *CXVI.* Sensum *utrumque* hic conjungunt Glassius *l. c. p.* 1883. *sqq.* & Almeloveenius *l. c. p.* 15. & 18. *sq.*

[6] *Stromat. in Lib. III. Regum Cap. VII. p.* 395. *sq. T. XV. Maxim. Biblioth. Patrum*, teste qui plura de his *Angelomi Stromatibus*, dabit Almeloveenio *loc. cit. p.* 20.

[7] *Explan. T. II. P. II. L. III. c.* 48. *p.* 250.

[8] *Nott. ad h. l.*

(*) Horum etiam ex numero esse videtur Vitringa, *Obss. SS. L. III. c. III.* §. X. *p.* 515.

[9] Ap. Villalpand.. *l. c.*

[10] *Comment. ad Apocalyps. l. c.*

SECTIO III.

DE
COLUMNARUM ÆNEARUM DESTRUCTIONE.

§. I.

In *Nauguratione* itaque columnarum noſtrarum, quantum ſufficiebat, perluſtrata, reliquum amplius nihil eſſe videtur, quam ut fata quoque earundem triſtiora, ipſam videlicet operis ac artificii adeo eleganter *efformati*, ut ſatis admirari non potuerit, adeo devote *inaugurati*, ut a nemine violari debuerit, inſecutam nihilominus eheu ! nefandam *Deſtructionem*, parumper adhuc animo contemplemur. Neutiquam vero hoc dum molimur, illud nobis datum negotii arbitramur ut de ſingulis, quæ alioquin huc referri poterant, vel *temporis*, quo iſthæc *deſtructio* contigit, vel ſimilibus aliis *circumſtantiis*, prolixius hic commentemur, maxime cum iidem iſti qui *de excidio Templi Hieroſolymitani* generatim quædam tradere inſtituerunt, hæc talia ediſſerendi provinciam potiori jure ſibimet vendicent. Duo itaque ſolummodo noſtri cum primis officii eſſe judicamus ut nimirum *veram* de ipſa columnarum ænearum deſtructione *ſententiam* ſuccincte *exponamus*, atque *expoſitam* deinceps ab adverſis nonnullorum hypotheſibus, qua fieri poteſt brevitate, liberemus.

§. II. Poſteaquam autem dubio procul omnium veriſſima, præſenti etiam in argumento ſententia e *Codice S.* ipſo depromi, & poteſt, & debet; ad duo illuſtriora iſta, quæ columnarum noſtrarum deſtructionem delineant teſtimonia 2. *Reg.* XXV. nimirum & *Jer.* LII. expreſſa potiſſimum hic provocabimus. Quando enim ſuſcepta per *Nebuzar-Adan* ſatellitum Regis *Babyloniæ Nebucadnezaris* præfectum *Templi Solomonei*, vaſtatio nobis deſcribitur tum ſigillatim utroque in loco excitato, ibi *v.* 13. hic *v.* 17. de עמודי הנחשת, *columnis æneis*, aliiſque ex eadem materia conflatis vaſibus exſerte relatum legimus : שברו כשדים וישאו את--כל נחשתם בבלה *Confregerunt* (ea omnia) *Chaldæi ac detulerunt totum æs eorum in Babyloniam*. Indicem vero quaſi digitum ad eaſdem iſtas *columnas æneas*, quas noſtra hactenus commentatione illuſtravimus a Scriptore Sacro extendi nemo ut putamus, qui in textus allegatos probe introſpexerit unquam infitiabitur. [1] Has itaque non quidem integras ſed *quo facilius portari poſſent*, [2] in fragmenta potius, redactas & comminutas, *Babelem* a *Chaldæis* delatas fuiſſe, id quidem ipſe Spiritus S. teſtis omni omnino exceptione major ac falli prorſus neſcius aſſeverat. Etiamſi vero elapſi LXX. *captivitatis Babylonicæ* annis *columnarum* non minus earundem, quam *vaſorum æreorum* reliquorum, *æs fractum* ex *Babylonia* rurſus in *Judæam* poſtliminio advectum, populoque *Judaico* redditum fuiſſe, ex *Jerem.* XXVII. 22. ac *Eſræ* I. conjectura non plane improbabili colligere poſſimus; ipſas tamen *columnas* haſce priſtinæ ſuæ formæ ac integritati unquam reſtitutas fuiſſe nullibi, in *Codice S.* quin nec a *Judæis* præſtantioribus ipſis [3] adſtruitur. Immo quod præcipue hic quoque locorum notari merebatur, ne his quidem *ſimilium columnarum* ad ingreſſum *Templi ſecundi Herodis* temporibus conſtitutarum ullam in *Judæorum* monumentis ſe inveniſſe mentionem *Lightfootus*, Vir infinitæ alioquin in *Talmudicis*, *Rabbiniciſque*, lectionis ingenue profeſſus eſt. [4]

§. III. His ſingulis ſemel ita poſitis, in vanum omnino laborare videntur, quotquot in *poſteriori templo Zorobabelico-Herodiano*, vel *eaſdem* noſtras *columnas* ex *Babylonia* in *Judæam* iterum aſportatas, vel iſtis minimum *ſimiles* ab *Herode*, exſtructas extitiſſe, atque hoc ſecundo etiam Templo per *Titum Veſpaſianum* deſtructo inde *Romam* demum abductas fuiſſe ſibi immaginantur. Atqui ita noſtram illorum ſententiæ fidem temere non adjungimus, qui *Relando* indice, [5] *Iſr.* VIII. 27. per כלי נחשת מצהב טובה שנים חמורת כזהב *duo vaſa ærea, fulgentia bona ac deſidera-*

[1] Confer interim quæ ad *Jeremiæ* locum, *Sect. I.* §. *IV. p.* 31. jam obſervavimus.

[2] Quæ *Grotii* ad citatum *Jeremiæ* locum annotatio eſt.

[3] Pro contraria potius ſententia hos pugnare, *Abarbanelis* quæ mox excitabimus verba ſufficienter declarant.

[4] *T. I. Opp. p.* 577. *a.*

[5] *Antiqq. SS. Vett. Hebr. P. I. cap. VII.* §. *V. p.*63.

ſiderabilia inſtaurari, quæ ſcilicet *Babele Hieroſolymam Eſra* perferri curaverat noſtras has columnas indigitari exiſtimant. Neque magis veroſimile noſtro judicio *Goereei*, [1] & *Goldmanni* [2] reputari aſſertum merebitur, quo duas *Columnas*, vel *eaſdem* plane noſtras vel iis certe *ſimillimas ſecundo*, in *Templo* conſpicuas fuiſſe, *Flavii Joſephi* in primis teſtimonio [3] innixi defendunt. In ſuperioribus enim jam tum cauſſam indicavimus [4] ob quam Flaviana *Columnarum Herodis* ætate in *Templo ſecundo* obviarum deſcriptio noſtris *Templi Solomonei* columnis adeoque & iis, quas juxta harum typos atque exemplaria efformatas Viri Cl. volunt, tuto ſatis adplicari non poſſe arbitremur. In eadem autem iſthac opinione adhuc magis confirmamur, quando *altum* de ejuſmodi *Templi Herodiani* columnis in præcipuis *Judæorum* monumentis ſilentium eſſe cum *Lightfooto* ex Paragrapho abhinc proxima recordamur. Unius certe, *R. Beniaminis filii Jonæ Tudelenſis* auctoritas tanta nobis non eſt ut figmentum illud quod ex verbis ejuſdem ſtatim ſubjungendis nonnulli eliciunt, [5] ac ſi nimirum ipſæ duæ columnæ noſtræ in *ſecundo* non ſolum *Templo* adfuerint verum exinde etiam in urbem *Romam* poſtmodum advectæ ſint, illico amplectamur. Cum enim *multa impudenter*, *ementita*, *glorioſa*, *vana*, *nullius denique pretii*, huic ſcriptori ineſſe poſt *Caſp. Barthium*, *Job. Chriſtoph. VVagenſeilius*, *Thom. Reineſius*, *Job. Henr. Hottingerus*, *Theoph. Spizelius*, multique inter Eruditos alii, dudum animadverterint, [6] noſtrum vel hac de cauſa aſſenſum haud injuſte opinor ſequenti ejuſdem narrationi denegabimus: [7], ושם בשלטיאני אל אטישני ובבמח שני עמודים, מנחשת ממעשה שלמה המלך עליו השלם ובבל עמוד ועמוד חקוק שלמה בן דוד ואמרו לי היהודים אשר ברומא כי בכל שנה ושנה בימי ט באב נמצאה זיעה עליהם נגרת כמים *Latina* horum verborum interpretatio *Conſtant. L'Empereurii* [8] ſequens eſt: *In baſilica S. Stephani*, (Romæ ſcilicet) *apud ejus imaginem in ſacello, duæ ſunt columnæ æneæ opus Regis Salomonis, qui in pace quieſcit, & cuique columnæ hæc inſculpta verba: Salomon Filius Davidis. Narrarunt autem mihi Judæi ibi degentes ſingulis annis nono die Julii ex illis ſudorem aquæ inſtar manare.* Ecquis vero his perlectis ſponte non percipit, quam parum fidei vanum iſtud *ingenii Judaici figmentum* promereatur? Equidem *vaſa* nonnulla *ſacra* e Templo Hieroſolymitano per *Titum Veſpaſianum Romam* abducta fuiſſe (quod aſſertum idem iſte auctor *Judæus* immediate huic ſuæ narrationi ſubnectit) plane non infitiamur: quum illud præter alios haud ita pridem *Hadr. Relandus* in ſingulari, ac erudito, quem *de ſpoliis Templi Hieroſolymitani* inſcripſit, libello [9] ex profeſſo demonſtrare annifus ſit. At enim vero noſtras *columnas* ad horum vaſorum ſupellectilem ſimiliter referri debere iſtud huc dum negamus conſtanter, ac pernegamus. Unde adeo nec demirari ſatis poſſumus, Virum quem multifariæ eruditionis laude omnes accumulant, *Villalpandum* puta a ſimili ferme errore haud circumſpectius olim ſibimet caviſſe, ut gravem potius ac lectu non indignam ipſius *Goldmanni* aſſeclæ alioquin ſui promtiſſimi reprehenſionem hanc ipſam ob cauſſam incurreret. [10] Solidiori utique fundamento *R. Abarbanelis* ſuper eodem argumento commentatio innititur, quam colophonis demum loco hic adjicere nulli dubitamus [11] והנה ירמיהו הנביא עליו השלום בסוף ספרו ספר איך הכשדים בחרבן בית קדשנו ותפארתנו שברו העמודים האלה והוליכו הנחשת בבלה: ומזה תדע שקרות האומרים שהביאו אותם הרומיים לרומי מחרבן בית שני ימהם אמרו שאנשי פיזה הביאו אותם אל מדינתם כי הנה העמודים לא היו בבית שני i. e. *Ecce autem Jeremias Propheta qui in pace quieſcat in fine libri ſui recenſet, quo pacto Chaldæi in vaſtatione domus ſanctitatis, & ornatus noſtri confregerint columnas haſce & abduxerunt æs in Babel. At inde cognoſcis falſos eſſe, qui dicunt quod in Templi ſecundi excidio Romani eas Romam detulerint. Quidam vero ex illis perhibent incolas urbis Piſæ in ſuam provinciam eaſdem deportaſſe. Sed enim hæ ipſæ columnæ in Templo ſecundo nequaquam exſtiterunt.*

[1] In libro: *D'Algemeene Bouvkunde*, Amſtel. 1681. edito, ex quo ſententiam auctoris adnotat Vagetius, *Diſſ. II. de columnis noſtris Sect. III. §. XXX. it. XXVII.*

[2] in der vollſt. Anweiſ. zur Civil-Bau-Kunſt, *Lib. I. c. VII. p.* 35.

[3] *Antiqq. Judaic. Lib. XV. cap. XIV. pag.* 484. ed. Froben.

[4] *Sect. I. §. VII. p.* 103.

[5] Vid. Lundius J. H. *L. II. c. XII. p.* 297.

[6] Horum ſingulorum de *Beniamine* judicia in compendio ſuppeditabunt Vener. Wolfius, *Bibl. Hebr. no.* 396, *pag.* 248. *ſq.* & Celeb. Fabricius, *Codic. Pſeudep. V. T. p.* 1068. & 1120. *ſq.* Noviſſime interim longe aliter de eodem Beniamine, ceu Auctore fide digniſſimo pronuntiandum eſſe, Renaudotius Abbas Pariſienſis, dans ſes *Anciennes Relations des Indes, & de la Chine* arbitratus fuit. Conf. *Act. Erudit. Lipſ. Supplem. T. VII. Sect. V. pag.* 225.

Quæ legi poteſt in Ejus מסעות ſ. *Itinerario p.* 20. *ſq.* edit. L. B. 1633.

[7] In *Itinerario Beniaminis latine reddito pag.* 22. edit. L. B. 1633.

[8] *Traject. ad Rhen.* 1716. 8. *evulgato*.

[9] *l. c. pag.* 35. *ſq.*

[11] Conf. Ejus *Comment. in* 1. *Reg. VII.* 15.

§. IV. Atque hæc adeo fuissent, quæ *de Columnis Æneis in porticu Templi a Solomone positis* præcipue edisserenda mecum constitueram. Tuum nunc est *B. L.* ut super hoc qualicunque labore libera quidem, æqua tamen mente dispicias. Quod si non omnia, quæ typis permittere in præsenti me oportuit satis limata ac perpolita *Tibi* esse videbuntur, defectum ut ipsemet haud gravatim suppleas peramanter a *Te* rogo ac contendo. Omni enim licet adhibita cura atque industria, id tamen plane pleneque evitandum haud fuit, ut in tanta præsentis Dissertationis mole, & in tam difficili ac intricato, quod illa pertractat, argumento præter opinionem subinde non deficere & a regia via, quam circumspecte legebam, ex improviso quandoque non deflectere potuerim. Quare cum & ego imbecillitatis meæ optime memor sim, humanique nihil a me alienum esse sponte profitear, nefas haud erit *L. B.* abs Te efflagitare ut mei in Te patrocinium, sicubi forsan opus id fuerit, suscipias & me ceteroquin atque studia qualiacunque mea Tibimet habeas commendatissima. Cum

DEO, CUI SOLI GLORIA SIT *TANTUM.*



PRÆ.



JO: JACOBI CRAMERII
EXERCITATIONES DE ARA EXTERIORI
PRÆFATIO
Lectori benevolo & Sanctarum Antiquitatum amanti.

S.

TU *quis legere hæc animum induxisti,*
-- Si quis tamen hæc quoque, siquis
Captus amore leget;


in vestibulo tibi pollicearis velim scriptum, quod mihi subito calore fluxit; credasque id non acri, sed æquo tuo Judicio subjici. Exhibeo tibi Aram origine divinam, antiquitate venerabilem, dignitate illustrem; at a me constructam labore quidem nonnullo, sed non multa arte, imo vereor, ne nulla, quod noli mirari Lector*; est enim instituta a Deo, & hinc suo isto ornatu satis splendens, unde & circa eam artificio nimio, &* περιεργίᾳ *lege lata interdixit. Id unum affirmare ausim, me in antiquas Hebræorum de Ara nostra traditiones, qua licuit diligentia inquisivisse, sollicitèque cavisse, ne quid memoratu dignum, quod illi narrarent, omitterem, aut quid Aræ adderem, cujus illos non haberem auctores. Cum primis Mischnæ & Gemaræ obsequi curæ mihi fuit, & religioni, vel leviter ab iis discedere. Hinc factum est, ut sæpe a Viris inter nostros maximis dissidere coactus fuerim, & eorum placita refellere. Cujus facti invidiam sollicite deprecor, serio testatus causam, quamobrem illorum errores prodiderim, non aliam esse, ac conatum veritatem manifestandi, & ostendendi, quam proclive illis sit falli, qui temtis Hebræis, ex Christianis Antiquitatum Judaicarum scriptoribus sapiunt. Nam harum literarum studium supra alia lubricum est, & cæspitationi obnoxium. Quod si vero Viris illis Eruditissimis nævos, quibus laborant, demamus, splendidius micant, uti sol, postquam nubila maculæque ei de-*

tr sæ

tærſæ ſunt. Prætetea cum Rabbinis recentioribus depugnandum mihi fuit nonnunquam, cum Talmudi adverſa ſcribunt, memoriæ errore, aut quod multis rebus intenti ſingulas minutias examinare vetiti fuerint; quod in maximo illo Moſe filio Maimonis deprehendiſſe, & ſemel iterumque oſtendiſſe mihi videor. Certe aut fallor, aut ille, qui in multis ſuperior eſt omnibus Magiſtris, minor tamen aliquando, neſcio an aliis, certe R. Salomone Jarchio in rerum Talmudicarum peritia eſt. Neque ægre mihi premet pollicem, qui utriuſque vitam, ſtudia, labores, ſcripta componit. Sed hæc in tranſcurſu. Scito vero, Lector, me quicquid hoc eſt ſcripti in alma Batavorum Academia diſputationibus publicis tuitum eſſe, præſidibus Celeberrimis S. Theologiæ Profeſſoribus, D. FRIDERICO SPANHEMIO F. F. D. JACOBO TRIGLANDIO I. F. I. N. D. JOHANNE a MARK, *Viris de Eccleſia Dei maxime merentibus, quibus tum de iſto, tum de aliis in me collatis favoris eximii teſtimoniis nunc quoque immortales habeo grates, Deum veneratus, ut eos diutiſſime rebus humanis prodeſſe jubeat. Ex his, Lector, certus es, me non ſcribendi pruritu incitatum Diſſertationem hanc publicam in lucem producere, ſed ut iis, quibus debeo, laborum Academicorum ſpecimen redderem. Cætera ſi me erraſſe comperias, Lector, da veniam, obſecro, benignamque in partem interpretare! Negas? Poſtulant id a te librorum, quæ mihi in terra peregrina fuit, penuria; iniqua temporis ſpatia: aliarum rerum utilium ſtudia; & tandem ætas ad errandum nimium facilis. Sine hæc te exorent! Tum vale, atque ſi benigne de hoc tractatulo arbitreris, alia B. C. D. a me expecta.*



A Ω



JO: JACOBI CRAMERI
DISSERTATIO PHILOLOGICA
DE
TEMPLI SECUNDI
Ara Exteriori.

CAPUT PRIMUM.

Veritas omnis dulcis est. §. 1. *Tam quæ Deum ipsum respicit.* §. 2. *Quam quæ cultum ipsius, ubi cultus Leviticus primas tenet.* §. 3. *Thema nostrum proponitur & vindicatur.* §. 4. *Locus aræ illustris fuit, & religio diu alligata.* §. 5. *Cujus rei ratio redditur.* §. 6. *In locum Aræ curatius inquiritur. An ara inde unquam mota fuerit?* §. 7. *Et apud Hebræos & apud gentes, aræ sub dio & ad Templa sitæ fuerunt.* §. 8.

PLutarchus in eruditissimo libro de *Iside & Osiride*, in quo vel solo encomium, quo Eunapius ipsum φιλοσοφίας ἁπάσης ἀφροδίτην καὶ λύραν appellavit, meruisse mihi videtur, de Ægyptiis narrat: Τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ πρώτου μηνὸς ἑορτάζοντες τῷ Ἑρμῇ μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν ἐπιλέγοντες. Γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. *Die decimo nono primi mensis festum Mercurio agentes, mel & ficum comedunt, dicentes: Dulce veritas.* Scitum Institutum! Nam omnis profecto veritas homini, qui hominem non exuit, jucunda est & dulcis. Per eam enim quam maxime Deo immortali similis evadit, beatisque inseritur. Imago Dei Paulo auctore est ὁσιότης τῆς ἀληθείας *Sanctum studium veritatis*, Ephes. IV. 24. & ἐπίγνωσις *Agnitio* Conditoris. Col. III. 10. Quod & Gentiles profitentur Christianis quibusdam saniores. Οὐδὲν ὧν ἄνθρωπος ἔχειν πέφυκε, θειότερον λόγου καὶ μάλιστα τοῦ περὶ Θεῶν, οὐδὲ μείζονα ῥοπὴν ἔχει πρὸς εὐδαιμονίαν. *Nihil eorum, quæ homo habere aptus natus est, divinius est sermone* tum interno tum externo, *maxime de Deo, & nihil majus ad felicitatem pondus habet.* Plut. l. c.

II. Dum autem veritatem ejusque cognitionem commendo, primo sublimem eam intelligo, quæ immensam Dei magnitu-

gnitudinem h. e. Ipsius Naturam, virtutes, operationes, quibus & extra nos, & ab æterno & in tempore, & per se & per Filium & per Spiritum Sanctum salutem nobis parat, spectat. Quæ est ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν. Tit. I. 1. ἀλήθεια, *in qua Deus nos sanctificat*. Joh. XVII. 17. ἀλήθεια, circa quam ἀστοχεῖν *aberrare*, 2. Tim. II. 18. eamque aut negare, aut deserere, aut ignorare sine præsenti servationis dispendio non possumus. Hujus melleam dulcedinem promulgare Ægyptii, dignitatemque & σωτήριον prædicare Philosophi debebant; addendum ne & quidam volebant? Non affirmo! Interim de hac sola verum esse novi, quod Plutarchus noster effatur: Θειότητος ὄρεξίς ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας. *Divinitatis desiderium est* desiderium *veritatis*. Et apud eminentiora inter Gentiles Ingenia haud raro ea reperire est, quæ adeo veritatem hanc salutiferam sapiunt, ut a ratione sibi relicta, & sine accepta de ea traditione dici vix potuisse videantur. Impræsentiarum Ciceronis dictum adduco quod in Epilogo extat libri I. *Tusc. Quæst. Non enim temere nec fortuito sati & creati sumus: sed profecto fuit quædam vis, quæ generi consuleret humano: nec id gigneret aut aleret, quod cum exantlavisset omnes labores, incideret in mortis malum sempiternum: Portum potius paratum nobis & perfugium putemus, quo utinam velis passis liceat! sin reflantibus ventis rejiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est*. Ego quidem non dubito, quin si verba ista Christianus, aut Hebræus fudisset, proclive foret, e principio eorum *fidem* Consilii Divini de hominibus servandis colligere, & per *vim beneficam* Servatorem nostrum, & Spiritum ipsius, qui nos a *mortis malo sempiterno*, vel, ut nos loquimur, a morte æterna præservant, ac per *portum paratum* vitam beatam in Cœlis intelligere. Imo in fine beatam ἀνάλυσιν imprecari sibi &, quod si mora adhuc in terra trahenda esset, fortiter eam & confidentissime exspectare videretur. Sed hæc ὡς ἐν παραδρομῇ.

III. Dein & ea mihi laudatur veritas, quæ a Deo orta, ad eum ejusque cultum etiam externum pertinet. Nam & hæc hominem, qui νοῦν ἔχει, melle suo permulcet, etsi quandoque exigui momenti esse & parum utilitatis procurare multis videatur. Sed sapientibus *in parvis* quoque, quod Lipsius ait, *placet Veritas*, nec operam perdidisse putatur, qui ejus vel minimum eruit. Heic sese commendat cultus Leviticus Vet. Testam. qui apud Mosen si non utramque saltem unam paginam facit. Multa de eo in Scripturam retulit Deus, quæ, utut Christiani multi iis se carere potuisse credant, quia tamen ea nos scire voluit, scrutinium postulant, & crede mihi dulcedine sua eos, qui verbis Dei pretium suum ponere didicerunt, trahunt. Certe Hebræorum ritibus si probe teneantur, & ad Christum, qui eorum veritas & complementum est, recte referantur, haud scio an aliud quid piam mentem magis inexhaustos πολυποικίλους Dei sapientiæ thesauros edocere & vivo ejus sensu perfundere idoneum sit. Tam varii isti typi sunt, tam convenientes, tam luculenti, tam θεοπρεπεῖς & Majestatis pleni, ut ii vel maxime in נפלאות תורת יי' *mirabilibus Legis Dei* comprehendantur. Et quid multis? Prophetæ, Apostoli & utrorumque Dominus explicandis Cæremoniis & applicandis eam operam impendunt, ut nullam earum partem intactam prætereant, an alio fine, ac ut nos ad vestigia sua premenda, atque abdita ista, ad quæ viam aperuerunt, alacriter perquirenda invitent? Hunc ad scopum apprime faciunt Judæorum commentarii, absque quibus esset, nemo hominum sacra vetera variis obsita tenebris sub divum rapere posset. Moses præcipua capita tradit, quibus multa alia accedere ante debent, quam in ipsum exercitium deduci queant. Atque hæc nobis Rabbini servarunt, aliarum rerum fere omnium admodum incuriosi, in his vero ἀκριβέστατοι quod vel eos testatos esse novimus, qui cætera illis satis iniqui sunt, & satis id docet, pertinax πατροπαραδότου retinendi studium, cujus historia Evangelica multa testimonia exhibet. Imo etiam in ea inquirere aliquando juvat, quæ Gentiles vera & ex Divino isto cultu in sacra sua transcripserunt, tum ut de ritibus archetypis, qui Judæorum sunt, magis certi firmique reddamur, tum ut manifestum fiat, Deum in gentiles nec hoc pacto ἀμάρτυρον fuisse, multaque de Dei veritate ad eos migravisse. Maimon. Hilk. Maase Hakk. in fine, ex versione Doct. Compeigne: *Nostris licebat, ut gentiles instituerent & erudirent ad ritum sacrificandi Deo Opt. Max.* Huc omnino pertinet aureum Philosophi nostri dictum. Δεῖ μάλιστα πρὸς ταῦτα λόγον ἐκ φιλοσοφίας μυσταγωγὸν ἀναλαβόντας, ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ τῶν δρωμένων ἕκαστον· ἵνα μή, καθάπερ Θεόδωρος εἶπε, τοὺς λόγους αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ προτείνοντος ἐνίους τῇ ἀριστερᾷ δέχεσθαι τῶν ἀκροωμένων, οὕτως ἡμεῖς ἃ καλῶς οἱ νόμοι

περὶ

περὶ τὰς θυσίας ϗ τὰς ἑορτὰς ἔταξαν, ἑτέρως ὑπολαμβάνοντες ἐξαμάρτωμεν. *Maxime ad hæc* ſacra *rationem ex Philoſophia*, imo ex Theologia, *magiſtram aſciſcentes diligenter ſingula, quæ dicuntur & quæ fiunt perpendere oportet, ut non, ſicuti Theodorus dixit, ſermones ipſius, quos dextra porrigat, quoſdam auditorum ſiniſtra accipere; ita & nos, quæ bene leges circa ſacrificia & feſta inſtituerent, aliter ſe habere putantes, aberremus.*

IV. Nos hac Diſſertatione etiam cultui Dei Rituali operabimur, præcipuum ejus organum, *Altare exterius* ſeu *holocauſti*, quemadmodum id in ſecundo Templo fuit, exhibituri. Equidem Viri ſummi in iſto argumento dudum verſati ſunt; Imo cui iſte non dictus Hylas? An vero nihil aliorum diligentiæ reliquerint, te, Lector, judicem appellamus; Data interim fide, ea quæ ab omnibus probe traduntur nobis vel reſcindenda eſſe vel contrahenda. Ceterum rem ita exequemur, ut primum Altaris *veritatem typicam*, hoc eſt, conſtitutionem ratione loci, materiæ, partium, aſcenſus, rerum ei aſſitarum, & tandem uſus prolixe oſtendamus, adjunctis ſemper ſi quæ reperiri poſſunt apud Gentiles παραλλήλοις: & tandem *veritatem Myſticam*, quæ Chriſtus eſt, explicatum eamus. Enimvero ratio, quamobrem ad Altare holocauſtorum, prout illud a reducibus e Babylonia exſtructum eſt, deſcribendum potiſſimum nos applicuimus, ea eſt, quæ de Salomonæo ſciri poſſunt fere omnia 2. Par. IV. 1. habeas: quanquam nec iſtud ſicco pede penitus præterituri ſimus. Interea noſtrum æque Deo acceptum, atque legibus ipſius conforme eſſe exiſtimo, ac prius. Extat apud Judæos traditio Sebh. f. 62. a. השלשה נביאים אשר עלו מן הגולה מכבל האחד העיד על מקומו השני על מדותיו והשלישי שמקריבין על מזבח הזה כל הקרבנות אעפ שאין שם בית h. e. Altare *tribus Prophetis, qui ex captivitate Babylonica aſcenderunt, auctoribus* excitatum eſt: *Unus locum ejus oſtendit, alter menſuras* docuit, *& tertius, quod liceat quaſcunque victimas ſuper eo offerre, etiam Templo nondum ædificato.* Animadvertimus hoc ob Viros Doctos, qui circa altare aliqua ſe obſervaſſe credunt, *in quibus ſervata veterum legum præſcriptio non eſt*. Verba ſunt Clar. Cunæi de Rep. Hebr. II. 5. Verum utut ſecundæ aræ ſtructores a prioris ratione in quibuſdam vel ſponte ſua vel indigentia coacti abierint, nunquam tamen adduci potero, ut credam, homines ſanctiſſimos quidquam adverſum Legum normam vel feciſſe vel permiſiſſe. Sane Jeſua optimus Pontifex non ſolum eam extruxit, ſed & ſacrificiis adhibuit. Eſræ III. 2. 3. Eſras Legum ſcientiſſimus probavit, nec ullus ex poſteris, quanquam & peritia & opibus pollerent, ad aliam formam refinxit. Oportet igitur pulcram, bonam, rectamque fuiſſe.

V. Locus, quem Deus Altari noſtro ſelegit, multis rebus eximius fuiſſe Judæis creditur: Abarbanel in Gen. fol 75. col. 3. *Voluit Deus, ut* Iſaacus *ligaretur eo ipſo loco montis Moriæ, qua extruendum erat altare in domo ſæculorum. Et jam in Paralipomenis* 2. III. 1. *dictum eſt, Templum in monte Moria eſſe ædificatum. Præterea Adamus ex illo loco eſt creatus & ibi habitavit, cum paradiſo eſt pulſus. Quin etiam Noach ibi altare ſuum extruxit.* Poſteriora fide carere non ignoro, qui Noachum in montibus Armenicis arcam deſeruiſſe, & Paradiſum circa Babyloniam vero quam ſimillime collocari novi. Quo & illud pertinet, quod quidam Cainum & Abelem in eodem monte rem divinam feciſſe, aſſerunt. Quod vero Iſaacum ibi aræ impoſitum eſſe narrant, licet & id Cl. Cunæo lib. II. de Rep. E. c. 12. vaniſſimum & exibilandum videatur, multi alii a vero haud multum alienum eſſe arbitrantur, in quorum loco, unum Cel. Heiddegerum, grande Eccleſiæ noſtræ decus allego, Hiſt. Patr. p. I. Exercit. IX. §. 6. Quin Dei ſapientiam in eo venerari licet, quod tam inſigni actu locum iſtum initiaverit & nobilitaverit, quem cultui ſuo in populo Iſraelitico deſignaverat. Rabbi Gerundenſis quoque verba יהוה יראה ita explicat: פשוטו כתרגומו יי' יבחר ויראה לו את המקום הזה לחשרות בו שכינתו להקריב כאן קרבנות *Senſus literalis ejus eſt, ut exponit Targum: Dominus eliget & videbit ſibi locum hunc, ut divinitas ejus ibi habitet & ſacrificia ei offerantur*. Male autem idem Iſaaco tribuit, quod Servatori ſoli congruit, cum ſubjungit שתהיה זכות העקידה בקרבנו' לעולם *ut ligationis illius meritum perpetim in ſacrificia transiret*. Tandem David locum iſtum conſecravit, quando ara excitata & ſacrificiis oblatis iram Dei, quam populi dinumeratione civerat, ibi placavit. 1. Par. XXII. 1. al. 4. *Dixit David. Hic eſt locus Jehovæ Dei, & hic* locus *altaris ad holocauſtum pro Iſraele!* Ita autem Deo ſe angulus iſte probavit, ut populum diu tam ante, quam poſt captivitatem, in eum ſolum victimas ſuas appellere & ad ſacra tum anniverſaria tum alia factitanda convenire voluerit;

præcepit enim, Deut. XII. 13. 14. *Cave tibi, ne offeras holocausta tua, in omni loco, qui videbitur tibi: sed in loco, quem elegerit Jehova in aliqua tribuum tuarum; ibi offerto holocausta tua:* Ubi Grotius recte ad v. 8. *Non offeretis victimas quibusvis in locis, sed in uno; Is locus primum fuit Silo, deinde Templum Hierosolymitanum*: Tenent id Rabbini: Sebbachim c. XIV. §. 8. באו לירושלי' נאסרו הבמות ולא היתה להם עוד היתר והיא היתה נחלה : *Quam primum religio Hierosolymam translata fuit, altaria alia penitus vetita fuere, neque unquam deinceps licita, nam ipsa fuit quies promissa* Deuter. XII. 9. Et §. 9. כל הקרשין שהקרישן בשעת איסור במות והקריבן בשעת איסור במות בחוץ הרי אלו עוברין בעשה וחייבין עליהם כרת *Omnia sacra, quæ homines tempore excelsorum interdictorum consecrant, & tum quoque alibi quam in monte sacro offerunt, reos eos faciunt præceptorum violatorum tum affirmativi, tum negativi, & adducunt super eos excidium* θεήλατον, vel uti formula antiqua habet, Deus vindex erit. Quod si quæras, an homini longe remoto, simul ac sacrificii vel ex voto, vel ex aliis causis reus factus fuerat, Hierosolymam pergendum, eoque iter forte ingenti cum jactura corripiendum fuerit? respondeo: Nequaquam! Victimas, quas aræ sacraverat retinere poterat, donec commodum in urbem proficisceretur, dum interea diligenter & cura eas servaret. Schilte Haggiborim Cap. LVII. fol. 61. c. 4. ex Maimon. Hilc. Maase Hakk cap. XVIII. §. 1. מצות עשה להיות כל אדם מטפל ומביא קרבנות בהמה שנתחייב להקריבן מחוצה לארץ לבית הבחירה שנ' קרשיך אשר יהיו לך ונדריך תשא וגו' מפי השמועה למדו שאינו מרבר אלא בקרשי חוצה לארץ שהוא מטפל בהם עד שיביאם לבית הבחירה: *Præcepto affirmativo constringitur homo, ut sollicite curet & adducat omnia sacra ex pecudibus, quæ offerre tenetur, ex Terra extranea in ædem sanctam* q. d. e. Deut. XII. 26. Res sacras tuas, quæ tuæ erunt, & votiva tua sumito, ut venias ad locum, quem elegerit Jehova. *At ex traditione habemus, quod ibi non nisi de sacris extra terram sermo sit, quibus curam adhibere debet homo, donec in Templum ea deducat.* Hæc est ratio victimarum, quas homo in terra peregrina debet. Ita etiam cum iis comparatum est, ad quas Palæstinæ incola tenetur, nisi quod pecudem primogenitam & per decimas lectam, ex Terra peregrina in sanctam esse deferendam Mischna Temura cap. III. §. 5. negat, eo quod id juris etiam obtinet in frugum decimis, quibus per omnia similes sunt pecudum decimæ, & a Deo comparantur primogenita, Deut. XII. 17. *Non poteris comedere intra portas tuas decimas frumenti tui, aut musti tui, aut olei tui, vel primogenita armenti tui. &c.* Unde more suo argute colligunt: *Unde decimas frumenti affer, inde etiam primogenitum afferre teneris: At ubi ad illas non obligaris, etiam hoc solutus es.* Bartenora ad l. c. In cæteris, ubicunque locorum gentiumque quis degat, a Templo aliquantum dissitus, obsequium præstet Legi oportet, quam recenset Semag Hilk Maase Hakkorb. fol. 117. col. 3. in Præc. aff. 117. מצות עשה שיביא אדם ברגל שפגע בו תחילה כל מה שהוא חייב בין מנררי' ונרבות בין מרברים אחרים שנא'בפ' ראה ובאת שמה וגו' : *Præceptum affirmativum est, ut homo in primo quoque festo, quod ipsi occurrit, omnia* sacra, *quæ sive ex voto & sponte sua, sive alio nomine debet*, in Templum *deferat*. Q. D. E. Deut. XII. 5. 6. Et venies illuc: Igitur adducetis eo holocausta vestra, & sacrificia vestra, decimasque vestras; item votiva vestra, & voluntaria oblationes vestras, & primogenita armenti vestri ac gregis vestri: ut comedatis ibi coram Jehovâ Deo vestro & lætemini. Ad hæc verba Talmud Hierosolymitanum *Rosch Haschschana* Cap. I. fol. 56. col. 2. & Torath Cohanim in *Par. Emor.* ita commentatur: איזהו זמן שמחה ברגל ועל זה אומר ובאת שמה כלומר כשתבא שם לרגל תביא כל מה שאתה חייב : *Quodnam est tempus gaudio*, de quo l. c. agitur? *R. Festum. Idcirco ait*: Et venies illuc: *quasi dicat: Cum ad festum illuc venies, omnia ad quæ teneris, tecum afferes.* Unde Raba in Talm. Babyl. Rosch Hasch. fol. 6. a. b. ita fatur: אם הגיע הרגל ולא הביא הרי זה בטל מצות עשה ואם עברו עליה שלש רגלים עובר על לא תאחר בכל יום ויום : *Si quis unum festum transire patiatur, neque* quæ debet *offert, Præceptum affirmativum violat, sed si tria, etiam temerat negativum singulis diebus*, quod habemus Deut. XXIII. 22. Ne moreris. Interea differitatis quid est eum inter, cui sarificia expiatoria, & cui holocausta aut pacifica offerenda sunt, quod ostendit Mischna Erachin Cap. v. §. 6. חייבי חטאות ואשמות אין ממשכנין אותן חייבי עולות ושלמים ממשכנין אותן אע״פ שאין מתכפר לו עד שיתרצה שנ' לרצונו כופין אותו עד שיאמר רוצה אני. *A reis sacrificiorum pro peccato & pro reatu non petunt pignus* quia nemo sui cum Deo concilia-

liationem vel negligere vel nimium differre præsumitur. *Sed qui vel holocausta vel pacifica debent*, ab iis etiam invitis *pignora auferuntur*. *Et quamquam nemo Deo litare possit, antequam lubens volensque rem divinam faciat*; q. d. e. Lev. I. 3. Pro voluntate sua : *cogi tamen potest, ut se id velle profiteatur*; nam hæc regula est : A quocunque Judicii domus pignus capit, non prius capit, quam ille se id velle dicat.

VI. Itaque quamdiu Ara in monte Sacro sarta & incolumis fuit, Deus in gravi scelere reputavit, sacra alibi admoveri. Hieroboamus inter cætera flagitia hoc etiam nullo pacto piandum patravit, quod hanc Religionis sedem, quam Deus ipsi etiam commendasse videtur I. Reg. XI. 32. maligne deseruit. Imo pientissimi Reges toties carpuntur, & vel criminis vel negligentiæ ingentis accusantur, quoties populum in *Excelsis*, quanquam cætera rite, Deo sacra facere passi sunt. I. Reg. XXII. 44. &c. Et inter scelera Ephraimi numeratur, quod *multiplicavit altaria ad peccandum*. Hos. VIII. II. Sane institutum istud Dei per quam utile fuit genti, non optimæ indolis in una Religione & politia continendæ. Nam externa cultus communio eam in animorum conjunctionem & studia eadem inducere debuit. Ita nullum ab Idololatria periculum fuit, quando non alibi sacra peragi potuerunt, quam in conspectu Religionis præsidum, qui vel levissimam a tramite recto discessionem pœnis, quibus voluerunt, vindicandi jus habuerunt. Etiam Regibus quaslibet rerum novarum molitiones coercere, facillimum fuit, cum cuncti cives Urbem regiam toties frequentarunt. Quin etiam eo felicius & firmius membra in unum Corpus civile coalescere observamus, quo magis ab una religione animantur. Neque populo major parendi necessitas imponi possit, quam ubi *Duces* & *Vates* eadem sentiunt & eadem jubent. Quanquam autem hæc similiter vero dici possint, non tamen Legislatorem sapientissimum huc tantum contendisse putem. Hoc enim scopo suo omnium minime potitus fuit, quia Aræ unitas non impediit, quo minus Israelitarum primo regnum ab Hieroboamo turpiter laceraretur, & dein Religio ante Captivitatem Idololatria, & post eam impiis dissidiis nequiter turparetur. Imo cum in diversis locis Deo operarentur Israelis posteri, uti sub Samuele & Saule factum est, magis (saltem non minus) cohæsisse videntur, quam sub Regibus, ubi religio Hierosolymæ alligata fuit. Quapropter causa potior quærenda est, quamobrem Deus altare unicum instituerit. Eam esse puto, quod unam aram mysticam, Christum, ab una ara typica adumbratam voluerit. Primum Servatoris nostri προτέρημα est, quod unus est, & solus nos ad Deum perducit. Joh. XIV. 6. Quod etiam in hac imagine priscorum fidelium oculis subjici oportuit, ut omnes de diversis Deum accedendi viis modisque cogitationes abjicerent. Unde qui altare Deo probatum tempsit, Christum ipsum spernere, & sine eo via negata cœlum petere censitus est. Nam hic perpetuus Deo mos est, sacramenti a se instituti contemtum perinde ac si rei ipsius esset, æstimare ac ulcisci. Neque vero Legi de ara una officit, quod pii inter decem Tribus Deo suo in aris a Templo longe semotis rem divinam fecisse credendi sunt, ex eo quod Elias conqueritur : *Aras Tuas everterunt Domine, Baalitæ*. I. Reg. XIX. 10. (confer Cap. XVIII. 30.) ubi Raschi per altaria intelligit במות יחיד נעשות לשם שמים שהרי מזבח בית הבחירה בירושלים היתה: *Privatorum aras in honorem Dei veri excitatas, cum altare Templi Hierosolymis esset*. Nam Elias aras quidem istas structas esse innuit, at non per omnia probat. Satius fuit propria Deo altaria struere, quam cum Achabo Baalem aut cum Jeroboamo vitulos vereri. Verum & longe rectius fuisset, cultus communionem cum Judæis Hierosolymæ habere. Ita excelsa Deo sacra Idolis sacrare, aut abolere, ut Divina Religio funditus periret, scelus esse non desiit, quanquam ista Deo minus placerent & præ templo peccata essent. Multo minus Legem nostram temeravit Elias ipse, cum in Carmelo monte aram sacravit, ut Israelem Idololatram in pudorem daret & ad Deum reduceret. I. Reg. XVIII. 31. 32. Nam quicquid fecit, fecit jussus & motus a Deo, qui leges suas, maxime quæ ἐν δόγμασι *placitis* a sola sua voluntate pendentibus consistunt, arbitratu suo uti abrogare, ita extra ordinem ad nominis sui gloriam circa eas dispensare potest. Ita vulgo de Eliæ facto sentimus. Aliter autem Maimonides Hilk. Jesode Thora Cap. IX. qui omne rei momentum in eo collocat, quod ad breve tempus aræ usus durarit. *Si dicat*, inquit, *nobis vates, de quo certo constat talem esse, ut unum ex omnibus præceptis in Lege scriptis, aut multa sive gravia, sive levia* לפי שעה *ad tempus transgrediamur*,

obsequendum nobis est. Et post pauca. *Ita namque Elias rem divinam in Carmelo monte holocausto fecit procul ab Urbe Hierosolyma, rei isti* divinitus *sacrata, extra quam qui cæteroquin sacrificium offert, excidio* θεηλάτῳ *obnoxius est*. Eliæ enim animus fuit, uno tantum sacrificio aram istam imbuere, quanquam eam posteri deinde in superstitionem converterint, & per multa sæcula venerati fuerint. Scylax ex emendatione Vossii Idol. Lib. II. Cap. 62. Κάρμηλος ὄρος, ἱερὸν Διός *Carmelus mons & Templum Jovis*. Collatius Lib. II. ex Emendatione Casauboni in Sveton.

- - - - *Matthiademque locutum*
Vera tibi vatem, & Carmeli oracula disces.

Verum aram Carmeli illustravit cumprimis Vespasianus, cui illius Sacerdos Imperium prædixit: Sveton. Vespas. Cap. V. & Tacit. Lib. II. Histor. Haud tamen ara hæc Dominum mutasse, aut alii atque Deo summo & æterno quanquam nolenti sacra fuisse, multis de causis videtur. Torrentius recte: *Carmelum* vocat Tranquillus *Deum, qui sine nomine est & regnat in æternum*. Convenit, quod sine Templo vulgari & sine imagine a Tacito describitur. l. c. *Est Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem Deumque, nec simulachrum Deo vel Templum; ita tradiderunt majores, aram tamen & reverentiam*; alii legunt: *ara tamen & reverentia*. Deum quidem hujus aræ Carmelum vocant, quod nomen Deo Israelis nunquam alias tribuitur. Sed neque infrequens est, Deum a loco ubi colitur nomen indipisci. Sic Cabiri priscis dici putantur a Cabiro Berecynthiæ monte, Cybele a montibus Cybellis, & quæ sunt alia sine numero. Quod heic eo facilius contingere potuit, quod אלוה הכרמל aut Syre אלה כרמלא & Deum Carmelum & Deum Carmeli Tacito vel aliis Linguæ haud adeo peritis significare potuit.

VII. Præter hæc locus aræ diligentius definiendus est. Philo de vita Mosis III. ὁ μὲν βωμὸς ἵδρυτο ἐν ὑπαίθρῳ, τῶν εἰσόδων τῆς σκηνῆς ἄντικρυ ἀφεστὼς τοσοῦτον, ὅσον ἱκανὸν ἦν λειτουργοῖς εἶναι διάστημα. *Ara sita in atrio ex adverso vestibuli Tabernaculi tantum inde semota, quantum spatii satis esset ministris sacrorum* ad obeunda quotidiana officia. Atque in eo quidem Rabbini omnes consentiunt, eam ad Orientem Templi, in atrio Sacerdotum (latius dicto) sitam fuisse inter מקום דריסת הכהנים *spatium* XI. *cubitos* latum, per quod ambulandi uni Sacerdotes jus habebant, atque adeo Atrium Sacerdotum strictius nominari debet: & inter spatium XXII. Cubita latum, quod אולם *Vestibulum* ab ara separabat, ut ea a vestibuli Muro Cubitos XXII. & ab atrio Israelis XI. abesset. Verum de sede, quam inter meridiem & septentrionem occupavit, acriter contendunt Rabbini, & quidem in tres sectas divisi. Una est R. Judæ, qui ait: המזבח ממוצע ועומד באמצע עזרה: *Altare in medio atrii quam exactissime collocatum fuit*. Adeo quidem, ut quoniam Cubitos XXXII. complexum fuit, decem e regione ostii Templi; & undecim unos e regione muri ejus meridionalis, & alteros undecim e regione muri ejus Aquilonaris constitutos habuerit. נמצא מזבח מכוון כנגד היכל וכותליו *Sic deprehenditur, altare ex adverso Templi & parietum ejus quam probissime positum fuisse*. Joma fol. 16. a b. Altera est Rabbi Joses, qui altare in parte atrii Septentrionali totum collocat, & angulum *fundamenti* meridionalis præcise vestibuli portæ medio opponit. Hoc pacto כבש *aggerem aræ* in parte australi Atrii, & aram ipsam in Boreali situm suum habuisse oportet. Disputatur hac de re Sebhach. fol. 58. a. b. & 59. a. Tertia tandem R. Elieserem filium Jacobi authorem habet, qui aram universam ad meridiem ita removet, ut e regione medii portæ terminetur. Nimirum quia atrii latitudo habuit cubitos CXXXV. ad partem ejus meridionalem pertinent LXVII. & semissis & totidem ad Septentrionalem. Illos Australes altare cum כבש *aggere* cubitos LXII. complexum omnes ex sententia R. Eliesaris occupavit, exceptis quinque & dimidio, qui inter Parietem atrii australem & *aggeris* initium interpositi erant. Habes hæc Joma fol. 37. a. & Sebhach. locis allegatis. Atque præter hoc nullum agnoscunt inter Rabbinos antiquos dissidium Tosephoth Joma fol. 17. a לא אשכחן אלא ג' מחלוקתבהא מילתא איכא למאן דאמר כולה בצפון ואיכא למאן דאמר כוליה בדרום ואיכא למאי דאמר ממוצע: *Non reperimus nisi tres de altaris loco sententias: una est, illud totum in Septentrione fuisse: altera illud totum in Meridie ponit; & tertia in medio atrii*. Nihilo tamen minus quarta, contra quam Tosephoth sollicite pugnant, omnium fere calculos meruit, Viris Magnis, Raschi & Ben Maimon aliisque nixa, qui existimant, altare equidem maximam partem in parte atrii Australi collocatum fuisse, occupasse

vero

vero ex saptentrionali vel quinque vel septem Cubitos. Id quod ex Middoth cap. v. §. 2. probant ubi ista habentur. Latitudo atrii *a Meridie ad septentrionem est cubitorum* CXXXV. Aræ & aggeri sunt cubiti LXII. *ab ara ad annulos* VIII. *Loco annulorum* XXIV. *Ab annulis ad Mensas* IV. *A. Mensis ad Columnas humiles* IV. *Et a columnis istis ad parietem atrii* Borealem VIII. Hi juncti, conficiunt CX. Ergo XXV. Cubiti, *qui* ad CXXXV. *supersunt*, *spatio*, *quod inter parietem australem & aggerem est*, *& loco columnarum humilium*, *qui ad septentrionem est*, *tribuendi sunt*. Hæc Mischna. Raschi spatio inter parietem austr. & aggerem X. & semissem, totidemque loco columnarum, & quatuor loco Mensarum, qui a Mischna omissus est adscribit. Sic a pariete atrii australi ad terminum aræ septentrionalem cubitos LXXII. & dimidium reperimus. Unde liquet Aram ultra dimidium atrii quinque cubitos tenere. Raschi ad l. c. Maimonides vero Hilk. Beth Habbech. Cap. v. §. 13. 14. ait, ab aggere ad parietem australem cubitos XII. & semissem intercedere, & locum columnarum, quem is בית מטבחיים *lanienam* appellat totidem cubitos amplum fuisse. Unde consequitur aræ latus aquilonare ad Cubitum LXXIV. & dimidium atrii pervenisse, & ultra atrii dimidium cubitos VII. abstulisse. De hac opinione exaudienda est Gemara Joma fol. 16. b. רובא המזבח בדרום קאי. *Maxima pars aræ in Meridie extat*. Cl. Ligtfoot, quanquam sententiam hanc suam fecerit, aram tamen ad septentrionem nimium dimovet, spatio, quod inter Aggerem & parietem australem erat, ad XXV. cubitos producto: Non attendens, מקום הננסים locum breviorum columnarum, qui vel Cubb. XII. & dimidium, vel X. & dimidium occupavit, non ad australe aræ latus, sed ad septentrionale pertinere. Unde minus bene verba Midd. v. §. 2. vertit: והמותר בין הכבש לכותל ומקום הנניסם *Et quod supererat spatii inter aggerem & murum*, *erat etiam locus breviorum columnarum*. Descr. Templi cap. 36. Nos verum sensum supra exhibuimus. Interim ea, quam laudavi, de aræ situ opinio ideo reliquis omnibus palmam præripit, quod omnia, quæ ad septentrionem esse debebant, optimo ordine disponit, cum reliquæ vel ampliora vel angustiora spatia, quam par est iis assignent. Adde quod ara fumans eorum, qui in atrio mulierum versabantur oculis hac ratione recte exposita erat, quippe parte sui septentrionali portæ atrii directe opposita. In hac sede utrumque & primi & secundi Templi altare collocatum fuit: Maim Beth. Habb. Cap. II. 11. 1. *Situs altaris nunquam mutatur*, *quia s. e.* Et hoc altare in holocaustum Israeli. 1. Par. XXII. Id confirmatur ab Esra III. 3. in quem locum ita Gemara commentatur Sebh. 62. a. אמר רב יוסף לאו היינו דתניא ויכינו את המזבח על מכונותיו שהגיעו לסוף מדותיו *R. Joseph. dixit: Annon hoc congruit traditioni in locum cit.*: Et posuerunt altare super basibus suis; quo significatur, *quod finem loci aræ destinati assecuti sint*. Heic Achazi impietas detestanda est, qui Salomonis altari contemto novum ad aræ Damascenæ normam ab Uria P. M. strui jussit, &, quod plerique omnes [nec male] statuunt, illo sede pristina moto suum in ea collocavit. Historia est 2. Reg. XVI. 12. &c. *Cum Rex Damasco rediisset --- Accedens rex ad ipsum altare*, *obtulit in eo*. - - - *Altare vero æneum*, *quod fuerat coram Jehova*, *longius amovit ab anteriore parte ipsius domus*, *ne esset inter suum altare & inter domum Jehovæ*, *posuitque illud ad latus sui altaris aquilonem versus*. Ita Junius. Verum & alius his verbis sensus esse potest. Urias absente Achazo aram infandam consecerat & in atrio constituerat. Illud Rex redux probavit, sed situm mutatum voluit, quod verbis citatis describitur, quæ ita verterim. *Accedens Rex ad aram* novam, *obtulit in ea*. - - *Et fuerat ea cum altari æneo*, *quod coram Jehova*. *Movit* vero Rex *eam de facie Templi e spatio inter domum Domini & altare* Salomonis, *ut eam ad latus altaris septentrionale poneret*. Ita Altare Sanctum non loco suo, sed solo usu pulsum fuit, sicut & Levitæ illud sacrificiis consecrasse, non vero in locum restituisse leguntur 2. Par. XXIX. 18. Probat hanc interpretationem Ralbag Comm. in h. l. cum ita fatur: ר״ל שזה המזבח שבנה אוריה היה בחצר הכהנים עם מזבח הנחשת אשר לפני ה׳ שעשה שלמה והיה זה המזבח השני יותר קרוב אל פני ההיכל כאילו היה מבין המזבח ומבין בית ה׳ אלא שלא היה מכוון לפני הבית אבל אצל ירך המזבח צפונה היה *Ara*, *quam Urias struxit*, *in atrio sacerdotum cum altari æneo coram Deo a Solomone constituto posita fuit*. *Fuit autem hæc ara recens magis Templo propinqua*, *perinde ac si eam inter altare & Templum statuisset*. *Verum non ita exacte eam in facie templi collocavit*, *sed ad latus altaris septentrionale*. Forte,

te, pergit idem, ut cultum Exercitibus Cælestibus & stellis aquilonaribus exhiberet. Hoc ille. Tu Lector ex his interpretationibus elige, cui dicas, tu mihi sola places.

VIII. Cætera hinc duo consequuntur, quæ Philo jungit, quando περὶ Θυόντων Aram nostram ab aurata in eo discrepare tradit, quod illa ἐν ὑπαίθρῳ παρὰ ταῖς τοῦ νεὼ προβάσεσιν ἵδρυται. *Sub dio sita sit prope templi vestibulum*. Unum ergo est, quod prope Templum in area ejus collocata fuerit, ut Numinis præsentia Symbolica religionem Sacrificantibus & εὐλάβειαν incuteret: vel ut inde quam proximus in Sanctuarium, quo aliquando sanguis deferendus fuit, transitus foret. Moses, ubi ad altare hostiam duci jubet, אל פתח אהל מועד *ad ostium Tentorii conventus sistendam esse* dicit. Quo ipso cavere voluit, ne quenquam subiret ea cogitatio, ad quamlibet aram, vel aram ab ista aliam victimam rite admoveri posse. Alterum vero, quod sub Jove steterit, quod Diodorus Siculus etiam observavit, cum libro XXXIV. Bibliothecæ de Antiocho narrat: τῷ ἀγάλματι τοῦ κτίστου, καὶ τῷ ὑπαίθρῳ βωμῷ τοῦ Θεοῦ μεγάλην ὗν θύσας. *Statuæ Conditoris & altari Dei subdiali porcam ingentem sacrificavit*. Ex altari subdiali autem fumi columna feliciter vertice sydera ferire, atque ab omnibus late conspici potuit; Lucianus *de Sacrificiis*: ἡ δὲ Κνίσσα θεσπέσιος καὶ ἱεροπρεπὴς χωρεῖ ἄνω καὶ ἐν αὐτὸν τὸν οὐρανὸν διασκίδνεται ἠρέμα. *Nidor ille divinus & sacer sursum fertur, & in ipsum usque cœlum subvectus paulatim diffunditur*. Id in loco ominis boni deputabatur. Forte etiam sub cœlo esse debuit, ut eo magis hostia cœli Monarchæ dedicata esse ostenderetur, nam τὸ ἐν ὑπαίθρῳ μάλιστά πως εἶναι δοκεῖ τοῦ Δίος. *Quod sub dio est, maxime Dei esse creditur*, inquit Plutarchus, & Lucianus l. c. προσάγουσι τῷ βωμῷ καὶ φονεύουσιν ἐν τοῖς Ὀφθαλμοῖς τοῦ Θεοῦ. *Ad aram hostiam adducunt & ob oculos Dei jugulant*. Utriusque hujus circumstantiæ παράλληλα apud gentiles obvia sunt. De priore Varro lib. VIII. rerum Divinarum, *Delubrum*, ait, *quosdam æstimare, in quo præter ædem sit area assumta, Deum causa, ut est in circo Flaminio Jovis Statoris*. Ad quæ verba Macrobius Saturn. lib. III. c. 4. dicit: *Illam opinionem de area, quam Varro prædixerat, non omisit* Virgilius:

> *Principio delubra adeunt, pacemque per aras*
> *Exquirunt.*

Et mox:

> *Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras.*

Quid enim est, addit Macrobius, *spatiatur, quam spatio lati Itineris obambulat! quod adjiciendo: ante aras: ostendit, aream assumtam Deorum causa*. Mirum quam hæc cum Hierosolymorum Templo conveniant, ubi *ædem*, *aream*, quam atrium dicere solemus, & *aram* cernere licet, æque ac in delubro, quod Varro & Virgilius describunt. Sic etiam alibi aras prope ædes sacras reperire est. Herodotus lib. I. p. m. 33. de Babylone: *Extra sacellum altare est & ipsum aureum, atque præter hoc aliud altare ingens, in quo integræ ætatis hostiæ immolantur*. Pausanias lib. 5. p. m. 312. *Olympia Jovis ara pari intervallo a Pelopio & Junonis æde distat, ante utriusque frontem sita*. Ovidius Fast. I. 275. Janum inducit ita de Romuli tempore canentem:

> *Ara mihi posita est parvo conjuncta Sacello.*

Et Virg. Georg. IV. 541.

> *Quatuor his aras alta ad Delubra Deorum*
> *Constitue.*

& 548.

> *Haud mora continuo matris præcepta facessit,*
> *Ad Delubra venit, monstratas excitat aras.*

Æneid. IV. 199.

> *Templa Jovis centum latis immania regnis,*
> *Centum aras posuit.*

& VIII. 719.

> *Omnibus in Templis matrum chorus, omnibus aræ.*

Posterioris æque certa sunt Indicia. Lucianus de sacrificiis: οἱ δὲ Θεοὶ παρ Ζηνὶ καθήμενοι ἀπεσκοποῦσιν ἐς τὴν γῆν καὶ πάντα περιβλέπουσιν ἐπικύπτοντες ἔνοθεν ὄψονται πῦρ ἀναπτόμενον. *Dii Jovi assidentes in terram despiciunt, & inclinato capite, quaquaversum circumspectant, sic unde subvolantem ignem videant*. Quod scomma altaria subdialia fuisse manifeste arguit. De privatis id constat, quod in domibus sub cœlo nudo statuta fuerint. Sic apud Homerum celebratur ara Διὸς ἑρκείου; Odys. XXII. quam diserte affirmat sub dio extitisse Virgilius Æn. II.

> *Sedibus in mediis, nudoque sub ætheris axe*
> *Ingens ara fuit.*

Neque id minus certum est de aris publicis. Pausaniæ frequentissima mentio est ararum ἐν τῷ ὑπαίθρῳ *sub dio sitarum*. Tales fuere sacræ Neptuno equestri & Junoni equestri l. 5. p. m. 316.

& Jovi

& Jovi l. 5. p. 390. & Minervæ l. 9. p. 559. & aliis. Ovidius Fast. II. 671. de Templo, quod Terminus cum magno Jove tenet:

Nunc quoque se supra ne quid nisi
Sydera cernat.
Exiguum Templi tecta foramen
habent.

Observat idem Servius & addit: *Nam termino nonnisi sub Dio sacrificabatur.* Non tamen huic soli: Multis enim Numinibus sine tegmine veteres faciebant Vitruvius l. 1. c. 2. Verba sunt: *Jovi, Fulguri, & Cœlo, & Lunæ ædificia sub divo hypæthraque constituuntur.* Quo pertinent, quæ habet Salmasius ad Solin. p. 1140. *Sacella hæc vocabantur templa, nimirum sine tecto. Sed & quod sub tecto est & foramine aperto patet, templum etiam dicitur. Sophocles* σηκὸν ἀκαλυφῆ *vocat. Hinc ergo ut videtur & Fulguribus conditis lapis imponebatur in medio foramen habens. Hoc veluti templum fulguri fuit. Hæc etiam ara.* Tandem utrumque istud a Gentibus diligenter observatum fuisse, testantur Nummi. Vide *Choulium* de Relig. Rom. p. 212. & 261. & alibi alios que.

CAPUT II.

Materia altaris sunt lapides, ut etiam apud gentes. §. 1. Lex Exod. XX. *24. 25. semper obtinuisse probatur. §. 2. Ea ad Excelsa sola restringi non potest. §. 3. Præscripto huic conforme fuit Altare Mosis. §. 4. Et Altare Salomonis. De quo notatur lis Magistrorum. §. 5. Lapides debuere esse integri & impoliti. §. 6.*

I.

Altare nostrum e lapidibus constitit totum, quantum fuit. Philo loco, quem allegavimus, ait: Ο' μὲν γὰρ ἐκ λίθων λογάδων ἀτμήτων ᾠκοδόμηται, *illud ex lapidibus selectis*, sed *impolitis tamen structum est.* Sic Hecatæus apud Josophum. Εν ᾧ Βωμός ἐϛι τετράγωνος οὐκ τμητῶν ἀλλ' ἐκ τῶν ἀργῶν λίθων οὕτω συγκέιμενος. *In quo est altare quadratum, non ex sectilibus sed ex rudibus lapidibus fortuito congestum.* Et auctor 1. Mach. IV. 49. *Acceptis lapidibus integris secundum legem ædificatum est altare novum, ad formam ejus, quod prius fuit.* Rabbini, quos aliis magis sacrorum cura remordet, propius rem explicant Sebach. fol. 54. a. Ajunt enim adhibita fuisse. חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות וסיד וקוניא וזפת: *Leves lapides recentes, sive magnos, sive parvos, & calcem & plumbum & picem*, quæ omnia miscentur. Etiam locum notant, unde sumendi fuerunt lapides. Schilte Haggib. Cap. XXVII. *Afferre solebant eos ex loco, qui* בקעת בית כרם, vallis domus vineæ *dicebatur, nam ibi lapides integros & eximios reperire erat, atque effodere infra in fundo virgine, h. e. tali, ubi ante nunquam foderant.* In hoc negotio vero dicam Judæis scribit Cl. JCtus Petrus Cunæus Lib. II. de Rep. E. c. 5. eosque, quod lapideum Altare sacrarunt, legis violatæ accusat; Insontes, me judice, & officio probe defunctos. Nam aram e saxo fieri vel jussit Deus, vel, quod mihi nunc sufficit, concessit Exod. XX. 22. *Si altare lapideum extrues mihi, non facies illud ex lapidibus cæsis* &c. De hoc nemo credo ambigit. Illud sibi Judæi porsuadent, sæpe enim inculcant: ואם מזבח אבנים אינו רשות אלא חובה: *verbis illis: & si altare lapideum* &c. *non habetur permissio sed præceptum.* Neque hoc sine omni analogia id affirmare sibi videntur. Traditio enim extat: ר׳ ישמעאל אומר כל אם ואם שבתורה רשות חוץ מג׳ אם: *R. Ismael ait: Quotiescunque in Lege vocula* si *occurrit, permissio solum est, exceptis tribus vicibus*, ubi mandatum continet, & בלשון כאשר הן משמשים *locum & sensum* τοῦ כאשר *habet.* Primum est in Textu nostro, quod præcepti esse ex Deut. XXVII. 6. probant: *Lapidibus integris strues altare Jehovæ.* Alterum extat Exod. XXII. 24. *Si argentum mutuo dederis.* Jussum autem id esse constat ex Deut. XV. 8. Atque Lev. II. 14. tertium habes: *Si munus primitiarum offeres*: Quod de oblatione Omer in Festo Paschatis intelligunt, quam mandatam esse nemo nescit. Hinc est, quod Ussielides verba nostra אם omisso transfert מדבח אבנין תעביד לשמי: *Altare lapideum nomini meo facies.* Putat equidem Doctissimus Cunæus hanc legem ad ea tempora pertinere, quibus populus *per vasta Terrarum spatia & in hostili solo erraret.* Verum enim vero isti Legi multi homines sanctissimi, imo θεόπνευϛοι post obsecuti sunt, quam in patriam se appulerant. Jesua Pontifex, & omnes, quos Templum secundum habuit homines, ob Mandatum istud aram suam lapideam instituerunt. Atque ut ne vel levissime dubites, quin ante Machabæos ea e Saxo constiterit, in atrio Templi Conclave & quidem tertium in בית המוקד ostendo, ubi Hasmonæi lapides altaris, quos Reges Græci inquinave-

naverant, condiderunt. Joma fol. 16. a. Maim. Hilk. Beth. v. §. 10. & alii. Conf. 1. Mach. IV. 45. 46. Elias etiam XII. lapides ſumpſit ad aram conſtruendam 1. Reg. XVIII. 31. vel potius *inſtaurandam*, ut verſ. 30. dicitur: quod ideo attendo, quia ea forte a tempore antiquo v. c. Saulis, quando aris privatis uti fas fuit, ſuperſtes manſerat, ex lapidibus pariter excitata. Kimchi in h. l. מזבח היה שם מקדם שנבנה לשם: *Altare ex antiquo ibi fuit, quod Deo æterno ſtruxerant majores*. Et ſunt inter Rabbinos, qui definiunt, aram iſtam a Saule ſacratam fuiſſe, eo rapientes 1. Sam. XV. 12. *Et Saul conſtituerat ſibi manum*. Verum id haud ſatis compertum eſt huc pertinere. Jam Philo etiam aram Iſaaci ſaxeam autumat: Ὁ *μὲν πατὴρ*, inquit, *συνεκόμιζε λίθους, ἵνα δείμαιτο βωμόν*. *Ipſe pater lapides collegit, ut aram ſtrueret*. Quo paſſivam hanc conſuetudinem olim fuiſſe innuit. Et ſane hujus vel legis vel moris fama mature inter gentes percrebuerit oportet, cui ipſas morem plerumque ſemper geſſiſſe conſtat. Jarchi in Deut. XII. 3. *Diruetis altaria eorum* &c. מזבח של אבנים הרבה מצבה של אבן אחד והיא בימוס ששנינו במשנה אבן שהצבה מתחילתה לבימוס: Misbeach ex *multis lapidibus conſtat*, Mazzebha *autem* ex uno, *Atque ea eſt* Bimos *βωμός*, *de quo in Miſchna*. Abhoda Sara Cap. III. §. 7. *Lapis qui ex profeſſo cæſus eſt in* Bimos *εἰς βωμὸν* *vetitus eſt uſu*. Herodotus Lib. IV. p. m. III. Darius *contemplatus Boſphorum duos ſuper eum Cippos erexit e candido lapide ---- His poſtea Cippis Byzantii in Urbem ſuam translatis uſi ſunt ad arcam Dianæ Orthoſiæ, præter unum lapidem, qui apud Bacchi delubrum in eadem Urbe relictus eſt literis Aſſyriacis oppletus*. Pauſanias Lib. VI. p. m. 382. commemorat *βωμὸν λίθου λευκοῦ* *e candido lapide aram*. Neque obſervatu indignum eſt, quod aras e lapide candido conſtituerint, nam & Hebræorum candida fuit, quod inde conſtat, quod Midd. III. 4. dicuntur aram מלבנים *dealbare* bis per annum calce injecta, & ſemel per ſeptimanam Mappa. Idem Pauſ. alibi: *βωμὸς ὠμῆς πλίνθου τὰ ἐκτὸς κεκονιαμένος ἐπὶ ἑκάστης ὀλυμπιάδος ποιεῖται*. *Ara e crudo laterculo eſt, extus tectorio oblita in ſingulis ludorum conventibus*. Ovid. l. VI. Faſt. 394.

- - - - - Hoſte repulſo
Candida Piſtori ponitur ara Jovi.

Candida, hoc eſt, marmorea. Metamorph. l. IX. 160.

Vinaque marmoreas patera fundebat in aras.

Et Mart. l. 9.

Libatur ubi candidas ad aras.

Idem etiam Sylveſtrum primum circa tempora Conſtantini M. de aris Chriſtianorum ſtatuiſſe, dicit, Gerſon lib. IV. contra Floretum. Quanquam autem communis apud omnes gentes lapidum in aris uſus fuerit, Hebræi tamen continuum miraculum in eo conſtituunt, quod ara ipſorum lapidea perpetuos ignes incolumis durare potuerit. Audiamus Baal Schilte p. 127. האבנים לא יעמדו זמן רב מבלי שישרפו בפרט באש גדול תמיד של ג׳ מערכות של אש יאיך לא יופגמו כמעט בכל יום האבנים מצד הטבע אם נוסף על האש הגדול והעצים הכהנים בבקר ובערב במגרפות וצנורות היו גורפים ראש המזבח ומפצלום בו פצלות רבות אין זה באמת כי אם נס נגלה ונפלינו אנו באהבת ה׳ אותנו מכל העם אשר על פני האדמה: *Lapides non diu* ignem ita *ſuſtinere poſſunt, ut non amburantur, præcipue ignem magnum & perpetuum trium rogorum, & quomodo non vel minimum quotidie lædantur vitienturque, ſi naturam eorum reſpiciamus, & igni ingenti & valido id addamus, quod ſacerdotes mane* & *veſperi ſcopis & fuſcinis altaris ſummum verrerent, & corticem toties detraherent? Profecto hoc ingens miraculum eſt*, & docet, *quam ſeparati ſimus, per Dei amorem, a reliquis univerſi terrarum orbis populis.*

II. Quoniam antea Auctorem Machabæum & Rabbinos aræ lapideæ cauſam non aliunde petere vidimus, quam a Lege Exodi XX. 24. 25. operæ pretium fuerit, paulo curatius eam excutere ac cum Moſe & Salomone comparare, & ſi pote conciliare quorum ille altare ex lignis conſtruxit & ære obduxit Exodi XXVII. 1. & XXXVIII. 1. hic vero מזבח נחשת *altare æneum* in Templo conſtituit 2. Par. IV. 1. Ad omnia iſta, quæ ſingula clara, juncta autem obſcura ſunt, aliquid commentabor, vel conjectabo potius. Si alii meliora dixerint vel dicturi ſint, manus lubens dabo, & optime

Qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.

Textus ita habet: *Altare terreum facito mibi; ut ſacrifices ſuper ipſum holocauſta tua, eucbariſteria tua, greges tuos & armenta tua: quocunque in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei, & veniens ad Te benedicam tibi. Quod ſi altare ex lapidibus facies mibi, ne extruito ex eis cæſis*. Prima hæc lex fuit om-

omnium, quas Deus post latum Decalogum dictavit, prima etiam omnium, quas Moses internuncius ex ore Dei populum docuit; tum cum Israel res suas sceleribus nondum prostravisset, sed spem haberet, confestim sedes promissas ineundi. Unde constat maximi momenti negotium heic tradi & tale, quod Remp. beatam haud leviter sollicitam habere debebat. Quapropter perpetuum istud præscriptum esse arbitror, & de aris omnibus, præ reliquis autem de iis, quas Tabernaculum Mosis & Templum habitura erant, intelligendum. Aliter enim sentire non patitur, quod Deus ait: *Altare - facito mihi --- Quocunque in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei, & veniens ad Te benedicam tibi*. Quo vel maxime id innuitur, altaria, terreum & lapideum, ibi statuenda esse, ubi totus populus ad Nomen Dei celebrandum convenire, Præsentiæ divinæ symbolum vereri & benedictionem ejus exspectare debuit. Hoc enim nexu prius versus 24. lemma posteriori conjungitur: quem Junius in versione animadvertit, & Pellicanus, cum ait in h. l. *Neque temere has aras construetis, ubicunque locorum pro vestro libitu, sed tantum eo loci, quem elegero*. Convenit LXX. Seniorum versio: --- Θύσητε ἐπ' αὐτῦ --- Καὶ τὺς μόσχυς ὑμῶν ἐν παντὶ τόπῳ, ῦ ἐὰν ἐπονομάσω τὸ ὄνομά μυ ἐκεῖ· Καὶ ἥξω πρός σε καὶ εὐλογήσω σέ. *Sacrificabitis super altari isto --- & vitulos vestros in omni loco, quo appellabo nomen meum ibi: Et veniam ad te & benedicam tibi*. Atqui ubi Deus modo eximio nomen suum comemorari jussit? Ubi evidentia gratiæ suæ Signa deposuit? Ubi benedictionem suam populo impertivit? Profecto in Templo & Tabernaculo, Et ubi hæc fuerunt, Hierosolymis & Silunte. *In loco, quem elegerit Jehova Deus vester ex omnibus tribubus vestris ad collocandum nomen suum ibi, in habitatione ejus exquiritote eum Deut.* XII. 5. *Conf.* v. 11. Sic 2. Reg. XXI. 4. *Hierosolymis collocabo nomen meum*, dixerat Jehova. Paria habes Ps. LXXVIII. 60. & 1. Reg. VIII. 29. & IX. 3. *Erunt oculi mei & animus meus ibi omnibus diebus*. Onkelos etiam de Dei ædibus id accepit, nam παραφράζει, בכל אתר די אשרי שכינתי לתמן אשלח בירכתי לך ואברכינך: *In omni loco, quo habitare faciam majestatem meam, benedictionem meam mittam ad te & benedicam tibi*. Unde Raschi hæc Onkeli verba cum אזכיר את שמי: *Nomen meum memorari faciam* componit & concludit, ibi solum nomen Dei τετραγράμματον voce exprimendum esse, ubi Schekina habitet: h. e. in Templo. Hinc jam proclive est colligere, Legem nostram de aris Lapideis & Terreis etiam Tabernaculo & Templo dictam esse. Quanquam Viris Magnis idem videatur secus, qui eam credunt, vel istis diebus, qui inter lationem ejus & Tabernaculum Mosis erectum intercesserunt vel, quoad in deserto erratum est, obtinuisse. Verum si id sibi Deus vult, parum nos vel Israelitas juvare posset paucorum dierum vel saltem annorum ritus, qui æterna potius oblivione sepeliendus erat, ne incautos ad imitandum & ad errandum induceret. Ad hæc Deum Legem octiduanam inter medias æternas & ita solenniter ferre veri mihi simile non est; multo minus, cultum Deo in deserto exhibitum ab eo, qui in Palæstina, adeo discrepasse, ut ille in aris terreis & saxeis quibus libet, hic in una ænea peragi deberet. Nam hoc toties Deus ipse confutat, quoties victimas quascunque ad ostium Tentorii conventus adduci jubet. Levit. XVII. 3. 4. *Quicunque e familia Israelis jugulaverit bovem --- in castris, aut quisquis jugulaverit extra castra. Si ad portam tentorii conventus non adduxerit illam, oblaturus oblationem Jehovæ, ante Tabernaculum Jehovæ: Sanguis imputator viro illi, sanguinem effudit, quapropter excindetur vir ille e medio populi sui*. Observant id etiam Magistri Sebh. XIV. 4. עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרו הבמות ועבודה בכהנים: *Antequam Tabernaculum erectum fuit, excelsa licita fuere & cultus divinus a Primogenitis peragebatur. Sed postquam illud constitutum fuit, excelsa prohibita fuerunt, & cultus a sacerdotibus celebratus*.

III. Equidem tradunt nostri, במות h. e. *aras alias* ab ea, quæ in Tabernaculo aut Templo stetit, quas excelsa vulgo vocant, aliquoties in usum rediisse, nimirum cum Mosis Tabernaculum Gilgale, Nobe, & Gibeone commoratum fuit, atque de his forte Præscriptum Exodi XX. interpretari coneris. Age igitur frustra id tentari ostendamus. Nam istam de Excelsis narrationem maximam partem Rabbinis acceptam referimus. Vestigia, quæ illi in scriptura monstrant, tenuia sunt & quodammodo dubia. Haud tamen eam rejici volo, sed postulo, ut quam heic Magistris fidem adjungis, eam ubi Aram Mosis terream & Salomonis lapideam fuisse tradunt, non deroges. Dein

in oblatio in במה facta adeo manca & Legi adversa fuit, ut propemodum dubitare occipiam, an quis in illis *καλλιερεῖν litare* potuerit : saltem certum puto, Deum eam sacra peragendi rationem in Textu nostro non præscripsisse Sebh. Cap. XIV. 10. מה בין במה יחיד לבמה ציבור סמיכה ושחיטת צפון ומתן סביב ותנופה והגשה רבי יהודה אומר אין מנחה בבמה וכיהון ובגדי שרת וכלי שרת וריח ניחוח ומחיצה בדמים וריחוץ ידים אבל הזמן והנותר והטמא שוים בזה ובזה H. E. *In quo Excelsum privati differt ab Excelso publico*, ubi Tabernaculum est : uti in Gilgale, Nobe & Gibeone? In illo negliguntur *Manuum impositio*, *immolatio ad Aquilonem*, *Affusio sanguinis circa aram*, *Agitatio victimarum quarundam*, *Admotio fertorum* ad Cornu Noto-Zephyrinum, quæ omnia ad Altare publicum obtinent. *Rabbi Jebuda ait*, *in Excelso* privati *nullum fertum* offerri, *neque* sacra *a sacerdote* fieri, *neque in vestibus sacris*, *neque vasis sacris*, *neque odorem bonæ fragrantiæ* in sacris istis esse, *neque inter sanguines* superiores & inferiores *discretionem*, *neque* etiam *manuum ablutionem*. *Veruntamen idem jus est* ad altare & excelsa, si quis *extra tempus* præscriptum sacra comedere cogitaverit, si quis post comedendi tempus *aliquid residuum*, aut *immundus rem sacram fecerit*. Paria refert Gemara fol. 120. a. דברי שבין במה גדולה לבמה קטנה קרן וכבש ויסוד וריבוע בבמה גדולה ואין קרן וכבש ויסוד וריבוע בבמה קטנה כיור וכנה בב״ג ואין כיור וכנה בב״ק חזה ושוק בבמה גדולה וכו׳ : *Res*, *in quibus ara magna*, *quæ* publica est *discrepat ab ara parva* privati hæc sunt: *Cornua & agger* ascensus *& fundamentum & quadratura adsunt illi*, *sed desunt huic*. Sic etiam *labrum & basis ejus in publica sunt*, *non vero in privata*. *Idem de armo & pectore obtinet*, quæ coram Domino agitari debent. Porro Legem nostram mandare, ut quælibet sacrificia & quibuslibet aris terreis & lapideis imponantur, nemo spero est, qui non pervidet, nam quanquam sacrificia expiatoria non memorentur, reliquis tamen includenda esse docet, quod Deus addit, את צאנך ואת בקרך ibi sacrificandum esse, quibus verbis, ni per intolerabilem tautologiam, abundent, omnia sacrificiorum genera includuntur. conf. Deut. XII. 6. Sed in Excelsis multa peragi non poterant, imo nec præcipua. Nam publica inde omnia ab esse jubebantur. Sebhachim Cap. XIV. 10. קרבנות ציבור קריבין במשכן וקרבנות היחיד בבמה קרבנות היחיד שהוקדשו למשכן יקרבו במשכן ואם הקריבן בבמה פטור : Tempore, quo Excelsa licita sunt, *sacra publica in Tabernaculo offeruntur*, *sed privati in excelso*. *Sacra privati*, *si Tabernaculo destinata sint*, *ibi equidem peragenda sunt*, *quodsi tamen quis in ara privati peragat*, *liber est*, quoniam ad illam pertinent Sacra privati. Neque privatus ibi omnia sacra facere potuit. Sebh. fol. 117. a. ת״ר כל נידר ונידב היה קרב בבמה שאין נידר וניד׳ אין קרב בבמה T. M. *Omnia quæ ex voto vel sponte sacrantur in ara privati offeruntur*, *non vero alia*, quæ privatus per Legem debet. Imo multa etiam sacrificia tum temporis in Tabernaculo cessasse creduntur. מנחות ונזירות קריבין בבמה דברי ר״מ וחכ״א לא קרבו יחיד אלא עולות ושלמים בלבד ר׳ יהודה אומר כל שהציבור והיחיד מקריבין באהל מועד שבמדבר מקריבין באהל מועד שבגלגל מה בין אוהל מועד שבמדבר לבין אוהל מועד שבגלגל אוהל מועד שבמדבר לא היו במות מותרות אהל מועד שבגלג׳ היו הבמות מותרות ובמתו שברא׳ ננו לא היה מקריב עליה אלא עולה ושלמים וחכ״א כל שהציבור מקריבי׳ באהל מועד שבמדבר מקריבין באהל מועד שבגלגל וכאן וכאן לא קרבו יחיד אלא עולה ושלמים בלבד רש״א אף ציבור לא הקריבו אלא פסחים וחובות שקבוע לה זמן : *Ferta & sacrificia Nasiræi in excelso offerri R. Meir putat*, *sed negant id sapientes*, *quia privatus rem sacram tempore excelsorum licitorum non facit*, *nisi holocaustis & σωτήρια* [nam hæc voluntario offerri poterant] etiam in Tabernaculo. *R. Jebuda ait* : *Omnia quæ cætus & privatus in tentorio Conventus in deserto faciunt sacra*, *etiam in Tentorio conventus Gilgale faciunt*. *Quænam inter hæc differitas est? Quod illic aræ privatæ vetitæ*, *hic licitæ sint*. *Atque in ara*, *quam quis in tecto extruit*, (h. e. privata) *nihil nisi holocausta & σωτήρια offerri possunt*. *Sapientes autem dicunt*; *Cœtum equidem omnia*, *quæ in deserto in tentorio conventus sacra fecit*, *etiam Gilgale fecisse*, *sed privatum* tam in Excelso quam Tentorio conventus *tantum Holocausta & σωτήρια immolasse*, non vero quæ lex imperat. *R. Simeon*; *etiam Cœtus* Gilgale in Tabernaculo *non nisi Paschata & ex victimis debitas*, *quibus certum tempus fixum est*, non vero alias : v. h. Juvencum ob Errorem cœtus *mactasse*. Viden' quam damnosa sint cultui Divino excelsa, ut ob ista juxta plerosque a privato, juxta quosdam etiam a cœtu in Tabernaculo ipso omnia sacra rite peracta non fuerint. Id vero, quod insti-

inſtituto noſtro ſatis eſt, cuncti aſſerunt, neque ſacrificia expiatoria neque ulla, ad quæ quis lege divina adſtringitur, aram privatam imbuiſſe. Id quod firmant loco Deut. XII. 8. qui במות Gilgale concedere, illis videtur. *Non facietis*, poſtquam Jordanem tranſieritis, *ſecundum omnia, quæ nos hic facimus: Quilibet quod placet ſibi*, tum faciet: ad quæ Raſchi ita commentatur כשתעברו את הירדן מיד מותרים אתם להקריב בבמה כל יד שנה של כיבוש וחילוק ובבמה לא תקריבו כל מה שאתם מקריבים פה היום במשכן שהוא עמכם ונמשח והוא כשר להקריב בו חטאות ואשמות נדרים ונדבות אבל בבמה אין קרב אלא הנודר והנודב וזהו איש כל הישר בעיניו נדרים ונדבות שאתם מתנדבים על ידי שישר בעיניכם להביאם ולא על ידי חובה אותם תקריבן בבמה: *Simul ac Jordanem tranſgreſſi fueritis, vobis in aris privatis annos* XIV. *quibus terram ſubigetis & diſtribuetis, rem divinam factitare licebit. Verum non ea omnia ibi offeretis, quæ heic in Tabernaculo, quod vobiſcum & unctum & idoneum eſt, cui ſacrificia pro peccato, pro reatu, ex voto & ſponte facta admoveantur. Sed in excelſo non cædentur niſi ex voto & ſponte oblata. Et hoc eſt* q. d. Quilibet quod ſibi placebit: *votivas & ſpontaneas oblationes, ad quas ſponte ferimini, ideo quod ita vobis placet, non quia debetis, in excelſo offeretis*. Atque hæc pleraque omnia etiam adverſus eos pugnant, qui Deo de aris extra ordinem, veluti a Manoacho, Elia & aliis, factis ſermonem eſſe arbitrantur. Non equidem inficior, legem iſtam v. c. apprime aræ convenire, quam in monte Ebal exſtruere debuerunt, Deut. XXVII. 2. & ſeqq. & Joſuæ VIII. 38. Verum enim vero de his ſolis eam exaudiendam eſſe, id vero nego. Nam eadem ejus ratio eſt, quæ eſt interdicti, quo lapides גזית & *gradus* vetantur verſ. 25. & 26. quæ extento ævo obligaſſe Iſraelem & ad Templum maxime ſpectaſſe, nemo credo negat. Adde quod de caſibus ſubitis & improviſis leges ejuſcemodi dictare valde & noxium fuiſſet, quia populum ad rem divinam extra Templum Tabernaculumve conficiendam invitare viderentur; & ſupervacaneum, quoniam in illis nullum ab aris aureis, argenteis, æneis, ferreis, aut ex lignis ſaxiſque affabre factis periculum erat: Hæc enim longam moram poſtulant.

IV. His poſitis, nunc de ſenſu legum iſtarum, qui Moſis & Salomonis aris applicari poteſt, laborandum eſt, & quidem ante omnia nos ſollicitos tenent verba: ומזבח אדמה תעשה לי: Ea duplices habent Interpretes, nam altare per omnia terreum ſeu ceſpititium Hebræi antiqui penitus ignorant. Uni intelligunt: *Altare in terra conſtitues mihi*: Paraphraſte Hieroſolymitano obſequuti. מדבח קהיע בארעה תעבד לשמי. *Altare in terra fixum ſtatues nomini meo*. Hoc ſenſu: שיהיה מחובר באדמה שלא יבנוהו על גבי כיפין או מחילות: *ut ſit terræ conjunctum, neque ſupra arcus, neque ſupra cavitates poſitum*. Sebh. fol. 58. a. Sed non ridet mihi iſta ſententia, quia ut recte Druſius obſervat, heic materia altaris, non locus deſcribitur. Et iſta loquendi ratio in negotio hoc alibi ſemper materiem ſignat, non locum, uti מזבח עצי שטים מזבח נחשת Alteri utramque legem verſ. 24. & 25. de materiâ unde ara conſtare debeat exponunt. Atque hos inter Judæi Salomonem & antiquos omnes ad Eſram uſque numerant, nam frequenter ajunt: מעיקרא בימי שלמה דרשו מזבח אדמה אטום באדמה שלא יהיה חלול: *Ab initio in diebus Salomonis per* altare terræ *intellexerunt terra impletum & quod nullo modo vacuum eſt*. Ego ſane ut ſimpliciſſimum ita & vero maxime ſimile arbitror, ex Lege iſta colligere, Deo aram lapideam perinde acceptam eſſe, ac terream. Nam utramvis ſtruendi ut jus fecit, ita heic quidem libertatem reliquit, id ſolum poſtulans humilis ut eſſet, neque vel materiæ pretio, vel exornationis ſplendore ſuperbiret. Quemadmodum etiam verſu præcedente imaginibus aureis & argenteis ſimili ratione interdixerat. Porro ne te diutius morer Lector, opinionem proponam, quam mihi Leges Exod. XX. quas perpetuas fuiſſe oſtendi, ſuppeditarunt, quanquam a Virorum Eruditorum plerumque mente haud parum abludat. Nimirum Moſis aram terream, Salomonis vero lapideam fuiſſe ſtatuo. Moſes equidem מזבח עצי שטין fecit & ære obduxit Exodi XXXII. I. & XXXVIII. I. Sed nihil ſecius etiam מזבח אדמה ubi corpus ipſum terra fuit, quam lignum primum & deinde æs ambierunt, eſſe potuit, imo debuit, ſi Juſſui Divino Ex. XX. 24. ſua conſtet auctoritas. Nam ſi eum de Moſis ara non capias, nunquam ei obſequium a quoquam præſtitum eſſe legimus. Juſſit etiam Deus altare ib. v. 8. & ib. v. 8. נבוב לוחות *cavum tabularum* h. e. ſartura lignea vacuum a Bezaleele confici: Raſchi ad Exod. XXVII. 8. לוחות עצי שטים מכל צד וחלל באמצע ולא יהא כלו עץ אחד שיהא עביוה ה׳ אמות על ה׳ אמות: *Tabulæ e ligno Schittim ab* omni

omni latere esse debebant & cavitas in medio, neque totum lignum unum esse poterat quinque cubitos latum longumque. Quamobrem ita sollicite hoc cavit Deus? Ut a Mose juxta legem ante latam terra repleri posset. Quid quod parietes aræ ab interiore latere muniri debuerunt, ne eos favillæ, cineres, prunæ, quæ continuo per Rete æneum in aræ fundum delapsæ fuisse a plerisque censentur, incenderent, adurerentque. Rivetus licet aliam sequatur, laudat tamen eorum sententiam, qui ajunt, *cum altare cavum esset, interius inter ipsius latera quosdam parietes ab imo ad summum ex terra argillosa, vel ex lateribus, aut lapidibus exstructos fuisse, ut essent velut aliud Altare terreum, aut lapideum æneo inclusum*. in Exodi xx. Sed nemo melius Lyra nostra sensa explicat ad Exodi xxvii. *Concavitas autem altaris cum situabantur castra & altare, implebatur terra usque ad summum & supra superficiem illius terræ intra tabulas altaris inclusive fiebat ignis & offerebantur & cremabantur hostiæ secundum id quod dictum fuit Cap.* xx. Altare de terra fac mihi. *Et quando commovebantur castra, amovebatur altare prædictum de Tabulis factum, & remanebat terra. Et ista expositio concordat literæ, quæ ad hoc potest de facili applicari*. Atque hanc opinionem firmat antiquissima Judæorum traditio. Raschi in Exodi xxvii. ומזבח ארמה הוא מזבח הנחשת שהיו ממלאים חללו ארמה במקום חנייתן : *Et ara terrea est ara ænea, quam terra implebant, cum castra metabantur*. Jonathan ben Ussiel verba Exodi xxvii. 8. נבוב לוחות תעשה אותו transfert : חליל לוחין מלי עפרא *Tabulis equidem concavum, sed terra repletum facies illud*. Non absimili ratione Romani olim cespites aris imposuerunt. Serv. ad Æn. xii.

> *In mediosque focos & Diis communibus aras*
> *Gramineas*. ----

Ita commentatur : *Romanis enim moris fuerat, cespitem aræ super imponere, & liba sacrificare*. Pluribus quidem, de ara ista Mosis disputandi materies nobis superest, sed non locus.

V. De ara Salomonis res sese perinde habet. Laudat scriptura 1. Reg. viii. 64. & 2. Reg. xvi. 14. & 2. Par. iv. 1. מזבח נחשת *Altare æneum*, sed non secus æneum, ac Mosis *altare suffitus* aureum *aut holocausti* [æneum fuerant. Ita nimirum dicitur, quia laminis æneis undique muniebatur, cætera saxeum. Eo plane modo, quo de ara Siluntis traditur Sebh. 61. b. מזבח של שילה של נחשת היה חלול ומלא אבנים *Ara Silunte ænea fuit, sed cava, eoque lapidibus farta*. Quamobrem enim ingentem, & stupendam æris molem cubitos decem altam & viginti amplam (Rabbini hæc de Pyra capiunt, fundamentum xxviii. amplum fecisse rati) heic nullo commodo absumsisset? Nam nec ornatus quicquam nec magnificentiæ allatura erat, quippe oculis spectatorum subtracta. Sufficiebat corpus lapideum ære obduci. Et sane phrasis מזבח נחשת, si ejus usum spectes, æque *ære tectum*, ac *ex ære constans* significat. Sic, ut ne jam dicta repetam, Salomon fecit מזבח & דלתי הבירה הזהב להיכל זהב. 2. Par. iv. 19. 22. Quæ aurata solum fuisse, non aurea, nemo nisi fungus ignorat. Accedit, quod ara nunquam מוצק נחשת יצוקה &c. *ex opere fuso* fuisse dicatur, quod non semel de rebus per omnia æneis, ut *coronis columnarum, Mari & bobus* repetitur 1. Reg. vii. 16. 24. 33. 2. Par. iv. 2. 3. Cum tamen de ara potius id inculcandum fuisset, quam totam æneam credere minus proclive est, quam reliqua omnia. Quodsi porro ara ex ære integra fuisset, non dubium mihi est, quin mature a Regibus curtæ supellectilis ablata, & vel in dona Regibus exteris, vel in alios usus impensa fuisset, neque ad Manassen usque sarta & incolumis manere potuisset: Sanhedrin Cap. xi. אש שירדה בימי שמלה לא נסתלקה מעל המזבח עד שבא מנשה וסילקה שהוא חרס את המזבח : *Ignis qui in diebus Solomonis cœlo delapsus fuit aram non deseruit usque ad Manassen, qui eum abstulit, cum aram diruit*. Quanquam hanc traditionem incertam esse non diffitear. Neque vero explicare opus fuit, quod ara intus saxea fuerit, satis superque id docente Lege Exodi xx. quam huc Hebræi omnes referunt: Quanquam in eo plerique oppido fallantur, quod omne æs inde arceant, eam ex lapidibus solis compositam existimantes. Kimchius ex ipsorum mente ad 1. Reg. viii. 64. מזבח אבנים הוא שעשה שלמה לא מזבח נחשת ומה שאמר ברה״ ויעש שלמה את המזבח הנחשת וכן אמר כי מזבח הנחשת אשר עשה פירוש מזבח אבנים שעשה שלמה תחת המזבח הנחשת שעשה משה *Altare lapideum fuit, quod fecit Salomon, non æneum. Et quod extat*. 2. Par. iv. 1. Et fecit Salomon altare æneum. *Item* 1. Reg. viii. 64. Quia Altare æneum quod fecit : ita *intelligendum est : Altare lapideum, quod Salomon*

lomon fecit in loco ænei a Mose confecti. Pari ratione etiam ante Salomonem juxta altare Mosaicum alia lapidea exstructa eique ad latus posita fuisse quidam ait Sebh. fol. 61. b. ראב״י אמר מה ת״ל אבני אבני׳ אבני׳ ג׳ פעמי׳ א׳ שילה וא׳ של׳ נוב ונבעון ובי׳ עולמי׳ *R. E. F. I. dixit*. *Eo quod* Deut. XVII. 5. 6. & Exod. XX. 25. *ter lapidum altaris mentio fit*, *docetur*, *aram lapideam unam Silunte*, *alteram Nobe*, & *Gibeone*, *tertiam in Templo fuisse*. Sunt tamen qui his acutius cernunt. Inter quos Ralbag & R. Abraham Ben David. Ille Commentario ad l. c. ait: הנה קרא אותו מזבח הנחשת לפי שהיה מצופה נחשת אבל תחתיו היה אבנים שלמות כמו שנזכר בתורה: *Ecce scriptura vocat eam aram æneam*, *quia ære obducta fuit*, *sed sub eo e lapidibus integris juxta legis præscriptum constitit*. Hic in Schilte Haggibborim Cap. XXXVI. ubi aliqua contra vulgarem Rabbinorum sententiam disputasset, subdit: ואולי מפני שהיה נביב במקום ארמה כמו שהיו עושין במדבר מלאו חללו מאבנים שלמי׳ כדין וכשורה. *Et forte quoniam cavum fuit*, *loco terræ*, *quam in deserto adhibuerant*, *cavitatem ejus lapidibus integris farserunt*, *pro ut conveniebat*. Præsidium idem porro petit a R. Jose in Middoth. Cap. III. §. I. Quod adducam quia aliter ac nostra Exemplaria habent legit: והוא שאמר עליו ר׳ יוסי מתחלה לא היה אלא כ״ח על כ״ח בונה (Pro בונה legunt omnes alii בוכה) ועולה בונה היינו בונם מקום חללו באבנים שלמות ועולה במדה זו עד שנמצא מקום המערכה כ״ח על כ״ח *Et hoc est*, *quod de Salomonis ara R. Jose dixit*: *Ab initio fundamentum tantum* XXVIII. *cubitos longum latumque fuit*. *Atque ædificabatur* & *ascendebat*. *Ædificabatur* h. e. *Intercapedo ejus lapidibus integris implebatur*. *Ascendebat in hac mensura donec locus Pyræ* XX. *Cubitororum fuit*. His calculum suum addunt ex interpretibus nostris *Lyra* & nisi fallar *Pellicanus*. Ille ad 2. Par. IV. I. *Fuit*, inquit, *interius*, *de lapidibus impolitis juxta id quod præscribitur*. Hic cum I. Reg. VIII. dixisset, *vacuam intus aram fuisse* & *igni ideo commodiorem*, ita I. Reg. XVI. mentem suam explicat, ut lapidibus fartam fuisse innuat: *Altare æneum dicitur*, inquit, *quod loco aræ æneæ*, *quam Moses extruxerat*, *ante Templum Salomonis lapideum* & *grande astabat*. Tandem quia de Salomonis ara agimus tangenda nobis est controversia, quam Gemara Sebh. f. 59. I. prolixe describit, circa verba I. Reg. VIII. 64. *Et Salomon dedicavit medium atrium quod erat ante Domum Domini* & *obtulit ibi holocautomata* & *sacrificia* & *adipes Pacificorum*, *quia altare æreum*, *quod erat ante faciem Domini minus erat*, *quam ut ea caperet*. Quæ aliqui de atrio in aram sacrato, ob parvitatem altaris Solomonici, alii de altari Solomonis in locum Mosaici nimium angusti substituto intelligunt. Gemara l. c. ita habet, ביום ההוא קידש המלך תוך החצר וגו׳ כי מזבח שעשה (משה) קטן מהכיל דברים כבתבן רבדי ר׳ יהודה אמר ליה ר׳ יוסי והלא כבר נאמר אלף עולות יעלה שלמה על המזבח ההוא בבית עולמים הוא אומר ויזבח שלמה את זבח השלמים אשר זבח ליי׳ בקר עשרים ושנים אלף וכשאתה מגיע לחשבון עולות ולמניין אמות זה גדול מזה אלא מהו קטן מהכיל כאדם האומר לחבירו פלוני ננס הוא ופסול לעבודה. H. E. In die illo dedicavit Rex medium atrii &c. *Quia altare quod fecit Salomon minus fuit*, *quam pro ea victimarum multitudine*. Ita verba capit, *R. Juda*, qui ea *simpliciter interpretatur* de atrio consecrato, cui veluti altari sacra cremanda imposita fuerint: Quanquam sanguis altari ipsi affusus fuerit. *Sed R. Jose ei objecit*: *Si in Altari Mosis quod focum Cubiti unius habuit*, *Solomon mille holocausta obtulit* I. Reg. III. 4. *in altari Templi*, cujus pyræ cubitorum XX. longitudo, & latitudo h. e. Cubiti CCCC. tribuuntur 2. Par. IV. I. multo magis peragi potuerunt, quæ narrantur I. Reg. VIII. 63. Sacrificavit Salomon sacrificium Eucharisticum -- boves vicies & bis mille, & pecudes centies vicies mille. Nam si *victimas numeres* & *cum numero cubitorum aræ Salomonææ conferas*, singulisque cubitis victimas mille I. Reg. III. 4. tribuas, deprehendes, *aram Salomonis multo Mosaica* in ordine ad sacrificia in iis oblata *ampliorem fuisse*, h. e. illam commodius eam hostiarum vim, de qua I. Reg. VIII. 63. capere potuisse, quam hanc mille holocausta, de quibus I. Reg. III. 4. *Ergo quod de altari nimis*, quam opus erat, *angusto dicitur*, non de Ara Salomonis, capiendum est, sed *de Mosaico*, quod heic parvum nimis fuisse narratur honoris causa, eum in modum, quo quis alterum dignitate indignum aut motum esse indicaturus, inquit: *Necessitas eum abire coegit*. *Ita* etiam hic scriptura altare Mosis *in idoneum* & *rejectum fuisse innuit* לישנא מעליא *verbis honorificis* usa. Quod autem Salomon atrium dedicasse dicitur id R. Jose de loco altaris accipit, quem Salomon consecravit, ut altare Sanctum acciperet San-

Sanctus. Monere oportet, quod R. Jose altare non aliud intellexerit, atque quod 2. Par. IV. I. *æneum* vocatur. Unde l. c. fol. 60. a. ita habetur : בשלמא לר׳ יהודה היינו דכתיב קידש אלא לר׳ יוסי מאי קידש להעמיד בה מזבח : *Recte quidem R. Jehuda explicat* : Et dedicavit medium atrium, *sed quomodo id R. Jose intelligit ? R. Dedicasse Salomonem atrium, ut in eo statui posset altare ;* quod Raschi מזבח אבנים *altare lapideum* appellat, eo sensu, quo mox ibidem R. Juda ait : מזבח אבנים שעשה שלמה תחת מזב׳ הנחשת קטן הוה : *Altare lapideum, quod Salomon in loco altaris ænei Mosaici fecit, parvum nimis fuit*. Nimirum Rabbini altare Salomonis lapideum fuisse existimant, æneum autem dici, quia æneo Mosis successit. Atque hoc Cl. Lempereur imposuit, qui Hebræos Sebh. l. c. affirmare tradit, *a Salomone altare primo æneum, deinde autem lapideum ad tempus sacratum esse*, ad Midd. III. I. Reliqua quæ ad h. l. spectant, pulcre Lightfootus exequitur Descr. T. c. 34.

VI. Nunc de lapidum, qui altare constituere debebant ratione agendum est. Deus lapides גזית *ferro sectos aut politos* adhibere, imo ferrum super eos commovere vetat Exod. xx. 24. *Quod si altare ex lapidibus facies mihi, ne construito ex eis cæsis, nam quam primum cœlum tuum extuleris super ipsos, profanaveris ipsos*. Atque ad jussum Judæos tam sollicitos habet, ut quoties fere Altaris lapides dicunt, toties שלמות *integros* esse moneant ex Deut. XXVII. 6. Uti etiam auctor Machabaicus & Philo locis supra allegatis fecisse deprehenduntur. Et Josephus Lib. V. de Bello c. 14. aut VI. c. 8. Κατεσκευάσθη δ᾽ ἄνευ σιδήρου καὶ οὐδέποτε ἔψαυσεν αὐτοῦ σίδηρος. *Sine ferro autem constructa est, neque eam ferrum unquam tetigit*. Imo & Hecatæus hanc eorum Religionem animadvertit. Gentiles etiam quandoque tales habuerunt aras. Meminit Pausanias supra aræ ex *crudo laterculo*. Arrianus in Periplo ab Init : *Aræ jam excitatæ sunt saxi tamen scabri, ac proinde literis, quæ celatæ sunt, non satis planis & apertis. Itaque decrevi aras dicare candidi saxi*, &c. Cœterum ea fuit Judæorum ἀκρίβεια etiam Josepho notata, ut sancirent : שהברזל פוסל בנגיעה והפגימה פוסלת באבנים בכל דבר אפילו שלא נפגמו בברזל *Ferrum contactu vitiat ; & incisura lapides inidoneos reddit, quacunque re facta, etiam absque ferro*. Schilte Cap. XXVII. Hinc cum in Paschatis & Tabernaculorum festo altare trullisabant, ut cum Vitruvio ex libro VII. Cap. 3. loquar, h. e. calce injecta dealbabant, trulla (quam Hebræo כפיס cum samech Middoth. III. 4. vocant, ubi male quidam כפים cum mem legunt) ferrea uti non licebat, periculum enim erat, ne forte lapidem contingeret vitiosumque redderet. De פגימה notat Ben Maimon Hilk. Beth Habbech. Cap. II. §. 18. והנה מזבח שנפגם מבנינו אם נפגם טפח פסול פחות מטפח כשר והוא שלא יהיה בנשאר אבן פגומה *si ex ædificio altaris demolitio facta sit pro magnitudine palmi, vitiosum erit : sin minus, nihil oberit ; si tamen in reliquo ædificio nullus omnino lapis delibatus remaneat*. Ante autem Cap. I. §. 14. de lapidibus antequam aræ adhiberentur dixerat : *Qui lapis est vel ita leviter incisus, ut si per eum sic, tanquam per cultrum illum, quo jugulantur animalia, deducatur unguis, offendat ista lapidis incisione, lapis hic vitiosus erit ad exstruendum collem & altare*. Verum heic falli Maimonidem, R. Joseph Karo observat : nam Gemara Cholin fol. 18. a. ita habet : כל אבן שנפגמה כדי שתחגור בה צפורן הרי היא פסולה ומתיבי כמה פגימת המזבח ר׳ שמעון ב׳ אמר טפח ר׳ אליעז׳ בן יעקב אומר כזית ומשני לא קשיא הא בסידא הא באבנא : *Omnis lapis, qui ita læsus est, ut in crena ejus unguis offendatur*, ut in cultro mactatorio fit, *ecce is profanus est. Opponunt : quanta esse debet labes, quæ aram vitiat ? Rischbi existimat palmarem : Rabi autem olivæ instar. Sed respondent*, non esse ab his difficultatem : Distinguendum enim *inter calcem & lapides*. De illa isti loquuntur. De his vero prior. Nimirum non solum, ut Maimonides putat, crena qualiscunque lapidem, ante quam in altari est vitiat, sed & lapidem, postquam jam in eo est profanat, & simul aram integram : quæ tamen restitui potest, cum in locum lapidis hujus, alius substituitur Midd. III. 4. Raschi idem sentit ; באבנא כל שהוא דכתיב אבנים שלמות : *In lapide ipso* incisura *quantulacunque* aram vitiat, *Q. D. E.* ex lapidibus integris. Unde R. Abraham B. D. concludit : פגימת מזבח מבניינו בסיד טפח ובאבנים כל שהוא : *Incisura in aræ* ædificio talis *esse tum reputatur, cum palmum æquat in calce, sed in lapide quantulacunque*. Atque hæc altare vitiosum facit. In causam quamobrem Deus lapides affabre factos prohibuerit, dudum inquisitum est. Hebræi antiqui hanc habent : *Quia ferrum vitæ hominum minuendæ factum est, altare autem augendæ, non convenit, ut mi-*

minuens commoveatur super augente, ne hoc victum atque triumphatum esse videatur. Midd. III. 4. Hanc rationem vero parum curantes sequiores alias reddunt. Christiani multi Judæos recentiores sequuti existimant, id mandari, ut Judæi eo magis ab omni superstitione & Imaginibus faciendis depellerentur, proclive enim esse a tenuibus initiis in gravissimas superstitiones delabi, ea propter Deum omnem peccandi ansam præcidere voluisse. Ita Maimon. More Nebh. Lib. III. c. 45. rei rationem inde derivat, *quod Idololatræ tunc temporis altaria sua ex lapidibus cæsis ædificarunt*. Aliud Raschi habet, ex Jalcut in Ex. xx. cum ad vocem שלמות attendens ait: שהמזבח מטיל שלום בין ישראל לאביהם שבשמים לפיכך לא יבא עליו כורת ומחבל: *Quia altare pacem Israeli cum patre cœlesti conciliat, idcirco a corrumpente & excidente immune est*: Unde argumentum elicit: *Quod si lapides sensu & oratione destituti, ideo quia pacem afferunt, lædi non debent, quanto magis Deus eum, qui pacem inter Conjuges, inter familias & inter homines* quos libet *restituit*, a calamitatibus liberabit. Ego quartam caussam addo, voluisse Deum aram suam invenustam & ut Junius loquitur, abjectam, ut Messiam nostrum eo clarius referrēt, cui *neque forma, neque decor, & quando intuemur eum, non est species, cur desideremus eum* Jes. LIII. 2. An potius eo notatur Altare hoc nostrum esse *lapidem in Sione a Deo fundatum* Es. XXVIII. 18. & præcisum די לא בידין *sine manibus*. Dan. II. 34. Cui in redemtione & meritis homo, neque complementum, imo nec ullum opus afferre possit. Sed de his in Mysterio viderimus.

CAPUT TERTIUM.

Aræ constructio ex Rabbinis petenda, non ex Ezechiele. §. 1. Partes Altaris quatuor exponuntur. §. 2. Vera aræ dispositio adversus Viros Eruditos asseritur. §. 3. Et ex modo aram struendi confirmatur. §. 4. De altitudine aræ. §. 5. Gentium hac in re imitatio notatur. §. 6. De Amplitudine aræ. Et quod quadrata fuerit. §. 7.

I.

Porro ad aræ partes & earum conditionem, quæ multos exercuerunt, pergendum est, ubi cum Viris summis quandoque contendere oportebit. Grande, inquies, certamen hoc est, ubi Heroas

Non vides quanto moveas periclo
Imbellis tu & pugnare nescius. Video, inquam ego, equidem probe. At quis pro veritate prælia fugiat? Arbitros autem pugnæ non alios habemus, quam Rabbinos, quibus in Templi secundi Ceremoniis fidem adjungendam esse plerique omnes, etiam a quibus cætera male habentur, largiuntur. Neque vero Viri Eruditi aliunde sua sumsisse videri volunt, aut possunt. Flavius Josephus negotium ultimis digitis tangit. Aram autem ex ingenio confingere a modesto homine alienum est. Ezechielis vero, quam Capite XLIII. 13. & seqq. describit, a nostra penitus alia est, & sicut reliqua omnia Messiæ potius, quam Jesuæ aut Zerubabelis opus. Quanquam enim in aliquibus conveniant, nostra tamen ad illius normam exigi non debet. Sane Coccejus, qui Templum Ezechielis, & altare tabulis expressit, aliam penitus hujus formam exhibuit, quam alii ejus, quod in Templo secundo extitit. Etiam Judæos si consulas, eos, qui Babylone in patriam remearunt, Ezechieli in omnibus obsequutos esse, pernegabunt. Maimonides Beth Habb. Cap. I. §. 4. *Cum Esræ tempore secundum ædificarunt Templum, tum ad Salomonis sese direxerunt ædificium, atque etiam ad ea, quæ planius sunt apud Ezechielem de Templo futuro explicata*. Neque fortasse in hoc negotio minus, quam in aliis Ezechiel Judæis affirmare videtur quædam, quæ cum Mosis lege & traditione nulla fere arte conciliare valent: Unde quin eum inter libros occultandos referrent, parum olim abfuit: Schabbath fol. 13. b. & Chag. f. 3. a. *R. Juda nomine Rabh dixit: Omnino memoria Viri illius in bonum est, & Hanania F. Hiskiæ nomen ejus. Nam absque eo fuisset, liber Ezechielis eo nomine absconditus fuisset, quod verba ejus Legi contradicerent. Quid fecit autem ille? Adduxere ei trecentos utres olei, ad quos ille in cænaculo lucubratus est, &* quæ difficilia erant, *explicuit*. Porro quod nostra aram Ezechielis non exscripserit, vel Mischna evincit, illius constitutionem sollicite persequens: Cum ei cæteroquin solenne est, ea quæ in scriptura explicate tradita sunt, obiter indigitare, vel tacere. Differitatem hanc & ingentem quidem reperiunt Raschi & Abarbanel, quorum interpretationem describere prolixum foret. Sat sunto, quæ hic habet Comment. in

Proph.

Proph. fol. 213. 2. a. לא זכר שאר כלי הבית לפי שהא נעשה בהם שינוי ולא חדוש ממה שזכרה בהם התורה וממה שעשה שלמה בבנינו וזכר בלבד המזבח לאותה סבה שלכרתי: *Non commemorat alia Vasa Templi* Propheta, *quia nulla circa ea immutatio est aut innovatio ab iis, quæ in Lege Mosis scripta sunt, & quæ fecit Salomon in Templo suo. Atque altaris solius meminit ob eam, quam dixi rationem*, quia mox sacra in eo facienda describere voluit. Equidem Rabbini non semel ad Ezechielis effata provocant, sed, crede mihi, dicis causa magis, & per accommodationem qualemcunque, quam ex animo. Audi obsecro, quid in vers. 13. *Sinus est cubitalis & cubitalis altitudo. Cujus crepido versus labrum ejus circumquaque spithamæ unius, nam hujusmodi est projectura altaris;* commententur Menach. fol. 97. a. חיק האמה הוא יסוד ואמה רוחב הוא הסובב ונבולה לשפתה סביב זרת האחר אלו הקרנות וזה גב המזבח הוא מזבח הזהב: Sinus cubitalis *est fundamentum aræ:* Latitudo cubiti *cingulum notat. Verba*: crepido versus labrum ejus circum quaque Spithamæ unius, *ad Cornua pertinent. Atque*: Et hæc est projectura altaris *ad aram auratam*. Ita quando focum altaris in Cubitos XXIV. patere ajunt, in subsidium vocant Ezechielis c. XLIII. 16. in Middoth. Cap. III. 1. ex Versione Cl. Lemp. *Dictum est*, inquiunt, Ariel est XII. Cubitorum longitudine cum duodecim latitudine quadratum. *Dici poterat, non nisi duodecim fuisse quaquaversus; Itaque cum dicit* (addit:) versus quatuor quadraturas suas, *docet se a medio mensurare duodecim cubitos in quamvis partem*. Verum Ezechieli, si de ara intelligendus sit, aliam mentem esse, nec plures quam cubitos XII. aræ ejus in longitudine & latitudine competere modus edocet, quo res exponitur, & confirmant, quæ consequuntur v. 17. *Et cingulum longum est cubitos* XIV. *& totidem latum in quatuor partibus suis*. Sic in amplitudine discrepant. Sed non minus in altitudine differunt, tum partium, tum totius Corporis. Nam Ezechiel crepidinem inferiorem, seu *fundamentum* exhibet altum cubitos II. Crepidinem superiorem seu Cingulum Cubitos IV. Harelem, quem eundem quem Harielem & *locum foci* plerique esse existimant, Cub. IV. Cui demum *Cornua* imponit cubitalia: Quæ juncta altitudinem cubitorum undecim conficiunt. Sed Rabbini *fundamento* Cubitum I. *Cingulo* V. *Loco foci* III. & *Cornibus* unum adscribunt, ita ut totum altare non nisi ad Cubitos X. sublatum fuerit. Porro Ascensus Ezechieli ita describitur: ומעלותהו פנות קדים *Et gradus ejus respiciunt orientem*. Cum Rabbini altari suo gradus omnes negent, & qui horum loco fuit, clivum non ab oriente, sed ab Austro collocent. Verum enim vero neque hæc extra controversiam posita sunt, Paraphraste Chaldæo & Abarbanele, ut alios transeam, hæc Ezechielis non de ara capientibus, sed in alium per omnia sensum, eumque ab ea longe alienissimum trahentibus. Quæ abunde ostendunt, ex Ezechiele de Templi secundi altari non esse arbitrandum.

II. Age nunc videamus *Partes*, nam ara non fuit moles continua & ubique æqualis, sed partes distinctas quatuor habuit. I. יסוד *fundamentum*. II. סובב *Cingulum, Circuitum*. III. מקום מערכה *locum* Pyræ, vel, ne fallaris, corpus, in cujus vertice focus est. IV. קרנות *Cornua* quatuor. Hæ partes sibi mutuo impositæ aram constituerunt. יסוד *fundamentum*, (vide fig. 1. & 2. lit. *a*) quod totam molem tulit, inter omnes partes erat amplitudinis maximæ, sed altitudinis minimæ, latitudine enim sua cubitos XXXII. & longitudine complectebatur, unum vero altitudine. Huic incumbebat סובב *Cingulum* (Ib. lit. *Ee. e*) fundamento unum cubitum ad singula latera contractius, sed multo altius. Nam latitudine sua cubitos XXX. & totidem longitudine æquabat, sed altitudine quinque. Hoc excipiebat מקום המערכה *Locus foci* (Ib. lit. *Hh*) הסובב *Cingulo* per omnia minor, utpote cubitos XXVIII. longus latusque & tres altus. Huic demum insidebant quatuor קרנות *Cornua*, (Ib. lit. *g.*) quorum quodlibet tum altitudine tum amplitudine cubitale erat. Hæc firmo e Middoth Cap. III. §. 1. loco, qui quoniam in libris nostris truncatus est, Viris Magnis erroris causa fuisse videtur. Accipe eum cum versione Cl. Lemperetur המזבח היה שלשים ושתים על ל״ב עלה אמה כונס אמה זה היסוד נמצא ל׳ על ל׳ עלה חמש וכנס אמה זה הסובב (נמצא כ״ח על כ״ח מקום הקרנות אמה מזה ואמה מזה נמצא עשרים וששה על כ״ו מקום הילוך רגלי הכהנים אמה מזה ואמה מזה נמצא כ״ד על כ״ד מקום המערכה): *Altare fuit quaquaversum 32. cubitorum; exurgens in cubitum coarctabatur, quod erat fundamentum sive pulvinus: Deprehendebatur esse quaqua versum 30. cubitorum. Ascendebat 5. cubitis & coarctabatur in cubitum, qui est circuitus.*

[*De-*

[*Deprehendebatur eſſe 28. cubitorum quaquaverſum. Locus Cornuum ab omni parte unius cubiti, adeo ut quaquaverſum remanerent 26. cubita. Locus ambulationis ſacerdotum, hinc inde unius cubiti, ita ut pateret circumquaque cubitos 24. Locus pyræ.*) Cum priore pericopes parte nihil rei mihi intercedit. Poſterior autem uncinulis incluſa omnino emendanda eſt, nam cum Hebræorum traditis acriter concurrit, eo quod *locum pyræ*, *locum cornuum*, (*h.*) & *locum ambulationis ſacerdotum* (*i.*), qui omnes una eademque aræ pars fuerunt, ita ſeparat, ut aliquo intervallo a ſe invicem diſtitiſſe, & alius alio excelſior fuiſſe videantur. Locum autem immutandi, auctorem R. Moſen Mikkotzi in Semag Hilk. Mikdaſch habeo, ubi fol. 209. c. 3. non ſolum in excuſis, ſed & in duobus ſcriptis, uno Magni & Cel. Wagenſeilii, Præceptoris noſtri; altero Bibliothecæ Wolffenbuttelenſis iſta verba ita leguntur: נמצא כ׳ח על כ׳ח עלה שלוש וכנס אמה זהו מקום קרנות אמה מזה ואמה מזה וכולם Cætera ſupra vide, nihil enim vitii habent. Ita etiam Abarbanel legit ad Ezech. Cap. XLIII. fol. 213. 2. a. & Toſephot Succa fol. 45. a. Verto autem: Supra Cingulum altare *cubitos* XXVIII. *longum latumque fuit: Dein per tria cubita aſcendit*, atque ſupra *iterum cubitum amiſit per locum cornuum*, cui integer *cubitus ad ſingula latera* (*h.*) aſcriptus eſt. Ita *cubitorum 26. latitudo parque longitudo relinquebatur*. Verum quia etiam *Ambulacrum ſacerdotum in ſingulis lateribus cubitum ſibi vendicavit, Focus ipſe* XXIV. *cubita amplitudine ſua complexus eſt*. Verum & iſta loci lectio mihi ſe minus probat: nam verba כנס אמה *Cubitum amiſit*, quanquam ſenſum, quem dedi, commode ferre poſſint, mavellem tamen abeſſe, quia iis nihil plane opus habemus, & eam ſignificationem quam ante habuerant, hic pati nequeunt. Alia enim hæc כניסה *coartatio* eſt ab ea, quam circa *fundamentum* & Cingulum obſervavimus. Ergo me judice feliciſſime locum reſtituit Rabbi Samuel, qui apud Jom. Tobh in h. l. legit: נמצא כ׳ח על כ׳ח עלה שלוש זהו מקום קרנות אמה מזה ואמה וכו׳ : Supra circuitum altare *cubitos* 2. *longum latumque fuit*. Dein per *tria cubita aſcendit*. *Atque ibi fuit Cornuum locus*, *cui* integer &c. Hæc lectio etiam a Gemara probatur Succa fol. 45. a. & a Raſchi defenditur in Comentario his verbis ל׳ג וכנם אמה שלא משוכים הקרנות כלום לפנים. *Non legendum eſt*, Cubitum amiſit, *quia Cornua ab ora nihil quicquam diſtant*.

III. Ex iis, quæ diſputavimus, colligo 1. Duas tantum in ara prominentias fuiſſe, nempe in *fundamento* & *Cingulo*, (Fig. 1. & 2. lit. a. e.) ita ut fundamentum Cingulum uno cubito eminuerit, & ſimili ratione Cingulum reliquam altaris partem, quæ מקום המערכה *locus foci* audit. Nam in Miſchna noſtra bis, ſupra *fundamentum*, & ſupra *Cingulum* dicitur כנס אמה *cubitus abiit*. De tertio R. Moſis כנם jam dixi. Neque vero Rabbinorum ullus aliam præter duas, quas dixi כניסות *coarctationes* commemorat. II. מקום המערכה *Locum foci*, (Ib. Hh) qui a *Cingulo* ad *Cornua* uſque protendebatur, & amplitudinis ſuæ cubitos XXVIII. altitudinis vero III. habebat, totum fuiſſe planum & æqualem ac novæ כניסה *Coarctationis* expertem, ejuſdemque ubique fuiſſe latitudinis & longitudinis. Nam in Miſchna per tria cubita ſupra Cingulum aſcendiſſe, & ad cornua ſine immutatione aut imminutione qualicunque pertigiſſe dicitur. R. Jom Tobh in notis וכתב הר׳ש עלה שלוש זה מקום קרנות שלא היה שם כניסה ולא קחשיב ואותן ג׳ כתיבות במקרא וג׳ אמות קומתו משפת סובב ולמעלה : *Scripſit Magnus R. Samuel in Miſchna*: Aſcendit per tres cubitos, atque ibi eſt Cornuum locus; *Quia nulla ibi* a Cingulo ad Cornua *eſt coarctatio*. *Ratio autem cur* עלה שלוש in Miſchnæ exemplaribus *omittatur*, *eſt*, quia Cub. *iſti* in S. Literis deſcribuntur Exodi XXVII. I. Et tres cubiti altitudo ejus. *Intelligitur enim hoc a circuitu & ſupra*. III. Cornua quatuor vertici altaris h. e. מקום המערכה *Loci pyræ* impoſita fuiſſe, (g) ita ut a terra novem, a *fundamento* octo, a *Cingulo* tribus cubitis remota eſſent. Nam Miſchna ait, poſtquam altare a Cingulo tres cubitos ſurrexiſſet, *Cornuum locum fuiſſe*. Sic Maimonides Hilk. Beth Habb. Cap. II. §. 7. 8. poſtquam altaris altitudini Cubitos X. h. e. palmos LVIII. tribuiſſet, horum V. fundamento, XXX. *Cingulo*, XVIII. *foci loco* aſcripſit & reliquos quinque in Cornibus oſtendit, certo argumento, hæc reliquas partes omnes eminuiſſe in ſuprema aræ ſuperficie poſita. Imo & Scriptura id docet Exodi XXVII. 2. *Ex altari erunt cornua ejus*, & clarius Ezech. XLIII. 16. *Ab ipſo Ariele* h. e. foco *ſurſum verſus Cornua quatuor*. Ad hæc mentem non adverterunt Viri, grandia cæteroquin harum literarum columina, unde mirum in modum aram turparunt, ut aliquando

do non priſcam illam ex Hebræorum libris deſcribere, ſed novæ normam ex ingenio præſcribere viſi ſint. Cel. Lud. Capellus in *Deſcriptione Templi ex Middoth & Maimonide* ſupra סובב *Cingulum* duas adhuc retractiones tradit, quando ait: *Locus cornuum hinc reducebatur introrſum cubitum unum, atque inde cubitum alterum. Inde locus a pedibus ſacerdotum calcatus cubitum hinc unum, inde alterum rurſus reducebatur*. E quo alius ipſi naſcitur error, *foco*, qui altari ſuperficies eſt, longe eſſe humiliorem cornuum locum, cui etiam univerſum *foci locum* XVIII. palmos altum ſuper imponit. Nec felicius in iſto negotio CL. Ligtfootus verſatur, qui ſupra cingulum aram *poſt cubitum iterum cubito uno minutam* fuiſſe, & ibi crepidinem, *e qua cornua exibant*, *habuiſſe: atque poſtea iterum per cubitum unum aſſurrexiſſe, ſupra quem coarctaretur ac locum faceret Ambulacro ſacerdotum* ſtatuit. Quo pacto ſupra cingulum, per inde ac Capellus, duas *coarctationes* cudit, & cornua tribus cubitis deprimit. Deſcr. Templi. Cap. 34. p. 636. b.

IV. Verum ut iſtis meis collectionibus fidem omnem conciliem, magnamque virorum horum auctoritatem defendam, modum, quo ara ſtrui debuit explicabo, qui vel ſolus rem omnem in apricum producere poſſit. Attigit eum etiam CL. Ligtfoot l. c. p. 637. b. ſed negligentius. Habetur autem in Gemara Sebh. fol. 54. a. b. Maim. Hilk. Beth. Cap. II. §. 16. Maim. & Bartenoram ad Midd. Cap. III. §. 1. item apud R. Abramum B. D. Schilte Cap. 26. & forte alibi כיצד בונים את המזבח היה מביא דפוס מרובע עשוי מארבעה קרשים כל קרש ארכו ל״ב אמות ירחב הקרש אמה והוא גובהו של דפוס וממלאו אבנים וסיד והפת ועפרת מהותך והוא נעשה מקשה אחת של ל״ב אמה על ל״ב גבוה אמה וזהו יסוד ואחר שעלה היסוד לגובה אמה מביא דפוס אחר שארך כל קרש ל׳ אמה וגובה חמש אמות ונותנו על היסוד וממלאו אבנים וסיד כראשון ונדבק ביסוד ונעשה מקשה אחת של ל׳ על ל׳ אמה עומד על היסוד וזה נקרא סובב והוא גבוה מן היסוד ה׳ אמות וחוזר ומביא דפוס שלישי שהוא כ״ח אמות על כ״ח אמות גבוה שלשה אמות ונותנו על הסובב וממלאו כראשון וזהו מקום המערכה שהוא ראשו של מזבח נמצא היסו׳ בולט ויוצא מן הסובב אמה לכל צד והסובב בולט מן מקום מערכה אמה לכל צד ואחר מביא דפוס אמה על אמהגבוה ונותנו על זוית המזבח וממלאו והוא קרן המזבח וכן לד׳ : H. E. *Quomodo altare ſtruitur? Forma quadrata adhibetur, facta ex aſſeribus quatuor, quorum quilibet cubitos* XXXII. *longus, latus unum eſt, qui* (cubitus) *formæ altitudinem conſtituit. Atque ea dein lapidibus, calce, pice & plumbo liquefacto impletur. Ita fit corpus continuum cubita* XXXII. *amplitudine & unum altitudine continens, atque hoc eſt fundamentum. Poſtquam ſic fundamentum ad unum cubitum ſurrexit, forma alia lignea, quæ ad* XXX. *cubita extenditur longitudine & latitudine ſua, atque ad quinque altitudine ſurgit, adducitur, ſupra fundamentum ſtatuitur, & pari ratione ut prior impletur, ut fundamento adhæreat; Ita Corpus quadratum* XXX. *cubitorum fit, ſupra fundamentum poſitum, & vocatur circuitus, iſque ſupra illud ad quinque cubitos elatus eſt. Porro tertia forma affertur* XXVIII. *Cubitos ampla, & tres alta, quæ circuitui imponitur, & ut priores farcitur, atque hic eſt foci locus, altaris vertex. Sic fundamentum ultra Circuitum uno cubito in omnibus lateribus protuberat; ſimiliter etiam circuitus ultra focum uno cubito prominet*. Tandem *forma unius cubiti cubica ſuper altaris angulo ſtatuitur, iterumque, ut ante factum eſt impletur. Ita cornu aræ conficitur. Idem in ſingulis ejus angulis fit*. Viden, Lector, omnia quæ ante dixi belle firmata. Nam I. Nonniſi duæ prominentiæ referuntur, *fundamenti* videlicet & *circuitus* ſeu *Cinguli*. II. Ab hujus fine ad *foci* finem nullam fuiſſe prominentiam vel retractionem, nam totum illud ſpatium uni דפוס includitur. III. Cornua ſupremæ *loci foci* ſuperficiei, quæ heic altaris ראש *caput* dicitur impoſita eſſe: Nam eorum formæ ultimæ ſunt & ſummæ.

V. Altitudo Altaris, ut jam indicium feci decem cubitorum fuit, eadem nimirum, quæ & Salomonæi. 2. Par. IV. 1. Imo ſi Rabbinis quibuſdam [nam alii aliter] credamus, etiam Moſaici. Quod enim Exodi XXVII. 1. de eo dicitur: *Et tres cubiti altitudo ejus*: illi explicant משפת סובב ולמעלה *a fine Cinguli & ſuperius*. Sebhachim fol. 59. b. Ita ut ſolius *loci pyræ* altitudinem a Moſe definitam cenſeant. Cæterum de altitudine jam diximus, quod *fundamentum* Cubitum I. *Circuitus* V. *Focus* III. & *Cornuum* quodlibet I. comprehenderint, qui juncti decem ſunt: at LVIII. palmos conſtituunt. Menachot fol. 94. a. b. & 95. a. prolixe de eo diſquiritur & concluditur tandem מזבח כמה הוי המשים ותמניא : *Altare quantum eſt?* Altitudine *quinquaginta & octo* palmorum. Nam extat regula Kelim Cap. XVII. §. 17. כל אמות היו בינוניות חוץ ממזבח הזה והקרן והסובב והיסוד : h. e.

h. e. *Omnes cubiti sunt mediocres* VI. palmorum, *exceptis aræ auratæ* , & in exteriore, *Cornuum*, *Cinguli & fundamenti* Cubitis, qui tantum quinque tenent. Ergo *fundamentum* palmos v. *Cingulum* xxx. *Focus* XVIII. & *Cornu* quodvis v. complectuntur, qui LVIII. conficiunt, ut Maimonides loco ante allegato numeravit. Ratio autem de *Cingulo*, quod non xxv. sed xxx. cubitos altum fuerit, est, quod data Regula non de circuitus altitudine; sed de eo cubito, quo focum in amplitudine excedit, accipienda sit. Hæc luce sua, si recte perpendantur, radiant, ut emirandum sit, D. Capellum in iis cæcutiisse, cum ad Maimonidis verba: *Tota aræ altitudo a terra ad locum usque foci novem cubitorum uno palmo minus est*: Hilk. Beth. Cap. 11. §. 13. infeliciter commentatur: *Per locum foci intelligit vel pedem vel summum craticulæ, cui imponebantur victimæ igne absumendæ. Jam ad pedem usque craticulæ fuerunt duntaxat 40. palmi ex superiore dinumeratione particulari, ad summam autem craticulæ fuere 58. palmi. Jam vero 40. palmi conficiunt præcise 8. Cubitos quinque palmorum, vel 7. cubitos sex palmorum, minus duobus palmis.* Rursum 58. *palmi conficiunt undecim cubitos quinque palmorum cum tribus palmis, vel 10. cubitos sex palmorum minus duobus palmis. Itaque necesse est hic esse errorem in numero legendumque videtur septem, aut vero decem cubitos, minus duobus palmis.* Sed ignoscat vir Doctus. Non credo, Maimonidis librum tam fœdo mendo, quod insolenti ista crisi indigeat, vel ab auctore vel a librariis turpatum esse. Et quid multa? Subtilis hæc disputatio penitus ruit, dum teneatur, Maimonidem aræ altitudinem a fundamento ad superficiem ipsius, qua sola cornua superiora sunt, & quæ foci locus stricte dicitur, metiri; Id quod rectissime facit. Nec ad *pedem craticulæ*, quo nomine aræ partem superiorem, quæ alias *locus foci* latius appellatur, insignit, 40. palmos, sed 35. Nec ad ejus summum 58. sed 53. palmos Rabbini omnes numerant. Dissidet heic Rabbinis Josephus, qui de Bello m. l. V. c. 14. altare ad XV. cubitos tollit, eoque dimidia parte altius statuit, quam illi, quemadmodum pari ratione etiam amplitudinem auget. Qui autem id fiat equidem penitus ignoro. Verum Rabbinis accedendum esse, non ambiges, si ad animum voces, aræ majorem quam x. cubitorum altitudinem non conducere, & Rabbinis melius cum ara Salomonis convenire, quæ ut ex 2. Par. IV. 1. observavimus, etiam altitudinem δεκάπηχυν habuit. Interim monitu dignum censeo, quod non infrequens Rabbinis sit, mensuras quas Josephus habet, tertia fere parte minuere. Ita heic Josephus cubitos XV. Rabbini x. Mox in amplitudine Josephus L. Rabbini XXXII. numerant. Sic Portarum Templi exteriorum altitudini Josephus xxx. Rabbini xx. tribuunt. Latitudini ille xv. hi vero x. Jos. de Bello l. V. c. 14. Januæ Templi latitudini ib. adscribit cub. XVI. Rab. vero x. Sed hoc non est perpetuum.

VI. Quemadmodum vero Judæi Deo Cœlorum sacra ferunt in altari supra terram elato, ita gentiles Diis cœlestibus pariter. Diis terrestribus equidem sacrificia in terra, Inferis sub terra in fossis, Cælestibus vero semper in sublimi faciunt. Philosophus Porphyrius id docet: ὡς γὰρ τοῖς μὲν ὀλυμπίοις θεοῖς Ναούς τε καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα. vertit Gyraldus: *Aras & templa statuebant cœlestibus, terrestribus focos, sic & Heroibus: subterraneis autem Diis fossas scrobesque, quæ a Græcis dicuntur* μέγαρα. Lactantius vero (aliis Lutatius) Grammaticus Lib. Thebaid. 4. narrat, *tria fuisse in sacrificiis loca, per quæ expiationem facerent, scrobiculo facto inferis, aris terrestribus, cœlestibus exstructis focis, unde denominata etiam sunt altaria, ad quæ cum sacrificabant, manus in altum porrigebant.* In hoc Lactantii dicto id quoque, quod aram ab altari curate discernit, observari meretur, quod & alii faciunt. Servius: *Novimus Diis superis & inferis aras consecratas, altaria vero esse superiorum tantum Deorum, quæ ab altitudine patet esse denominata.* Pariter inter has voces differitatem sollicite observant quidam inter Christianos veteres. *Vulgatus* interpres Bibliorum fere semper, ubi de Dei altari agitur, *altaris* vocem, ubi autem de Idolorum, *aræ* adhibet. Sic & Chrysologus sermone LI. *Tota Dæmonum potestas antiquis & veternosis suis sedibus gemens & tremens & ejulans effugatur. Commutantur in Ecclesias delubra, in Altaria vertuntur aræ, pecorum victimæ in vivam cordis hostiam transferuntur.* Cujus rei ratio potior mihi nunc non suppetit, quam quod Gentes *altaria* Diis cœlestibus, *aras* autem terrestribus sacraverant. Quare Christiani has Idolis reliquerunt, *Altaria* vero usu bono induerunt, & Deo suo asseruerunt, qui Deus Cœ-

Cœlorum eſt, & ſub Deorum Cæleſtium fabula apud gentiles latuit.

VII. De amplitudine Aræ ſupra dixi, aliam *fundamenti* fuiſſe, [a] quod latera habuit ad Cubitos XXXII. extenſa, aliam *Cinguli* (e) quod ad XXX. aliam *loci foci* latius ſumti, quatenus & *locum Cornuum* (h) & *ſacerdotum Ambulacrum* [i] continuit, qui ad XXVIII. aliam ejuſdem ſtrictius accepti pro loco, in quo victimæ cremabantur, [m. n. o.] ad XXIV. Joſephus amplitudinem aræ obſervat, ſed cum diſſeritate, nam in Græco ei Cubitos L. tribuit; & in Latino XL. Immanis profecto ara, cui merito componas Herculis

- - - *Quæ maxima dicitur ara,*
Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet;

h. e. in foro boario Romæ conſtituta. Interim Joſephianam iſtam Aræ magnitudinem cum reliquis atrii partibus ſpatiiſque minus congruere, hacque in re Rabbinos Rationi magis conſentanea tradere, forte agnoſcet, qui comparaverit. Simile quid huic diverſæ diverſarum aræ partium amplitudini, apud gentes præ ſe antiqui nummi ferant, nam plerumque bis, ſemel ad Caput, & ſemel ad pedem aras diſtinguunt, atque alibi ampliores contractiores alibi notant. Imprimis baſin aræ veteres ſacram habuere. Hinc in Dedicationibus memoratur expreſſe: Apud Demſt. Ant. Rom. l. II. c. I. --- ARAM. CUM. BASI. SUA. P. T. Pertinet huc quod ex Strabone Lib. XVI. Gyraldus refert *ſyntag.* XVII. *Arabes arulam ſupra aram conſtituiſſe, Solique in ea immolaſſe.* Mirum ſi arula *loco foci* & ara reliquo altaris noſtri corpori non reſpondent. Pauſ. l. 5. p. 312. *Aræ olympicæ una crepido, quam Prothyſin vocant* [quaſi Primam ſacrorum ſtationem dicas,] *ambitum peragit pedum* CXXV. *Graduum ſingulorum ſupra imam iſtam crepidinem ambitus pedes explet* XXXII. *univerſæ aræ altitudo pedes conficit prope* XXII. Præterea perpendendum eſt, quod Salomonis ara minor fuerit, quam noſtra, nam illius longitudini cubiti XX. & totidem latitudini tribuuntur 2. Par. IV. I. Rabbini, quod jam indigitavimus, de ſuperficie aræ & quidem ea ſola, quæ ignibus ſacrificalibus incanduit, intelligunt: Unde conſequitur fundamentum ad Cubitos XXVIII. extenſum fuiſſe: Recte an ſecus haud ſcio. Interea eorum Computo poſterior aram Salomonis quatuor Cubitis in longitudine & tot in latitudine ſuperavit, quos reduces e Babilonia lateribus Meridionali, & occidentali eum in finem addiderunt, ut שיח *Cavitas*, in quam libamina dilabebantur, non juxta altare ut hactenus eſſet, ſed ſub altari lateret, eoque libamina non juxta Altare per pavimentum, ſed per medium altare in eam influere poſſent. Confer quæ de Libatione dicemus. Aliis etiam cauſis commoti fuerunt. Una eſt, quam ex Ezechiele XLIII. c. ſup. th. I. excuſſi. Alteram nunc accipe. Sebhach. fol. 62. a אמר רב יוסף קרא אשכח ויאמר דוד זה הוא בית האלהים וזה מזבח לעולם לישראל כי בירת מה בית ששים אמה אף מזבח בתששים אמה: *R. Joſeph ait: Scripturæ locum reperi*, ubi altare majus, quam Salomonis erat, fieri poſſe docetur. Atque is eſt 2. Par. XXII. I. Et dixit David: hic eſt locus Jehovæ Dei, & hic *locus* altaris ad holocauſtum pro Iſraele: *unde*, inquit, *colligo, ſicuti Templum Cubitos* LX. *habuit, tot etiam Altare* cum clivo *occupare poſſe*, quoniam ea a Davide conjunguntur. Tertiam etiam habes folio præcedente, quam exhibebo: אמר רב יוסף משום דלא ספק אל אביי השתא מקדש ראשון דכתיב ביה יהודה וישראל רבי' כחול אשר על שפת הים ספק מקדש שני דכת' ביה וכל הקהל כא ארבע ריביא לא ספק א"ל התם אש של שמים מסייעתן הכא אין אש של שמים מסייעתן: *Raf Joſeph putat auctam eſſe aram, quia alias non ſufficiens fuiſſet* capiendis victimis. *Reſpondit autem ei Abai: Qui ſic? Templo primo, de quo ſcr. eſt*: I. Reg. IV. 19. Juda & Iſrael multi ut arena, quæ eſt ad mare, *ſuffecit, quidni etiam Templo ſecundo, ubi numerus populi parvus fuit* Eſræ II. *ſuffectura fuiſſet? Regeſſit vero ei Raf. Joſeph: Illic Ignis cœleſtis*, qui celerius res conſumit, *eos adjuvit, hic autem nequaquam*: defuit enim inter famoſa illa quinque. Cætera obſervari dignum eſt, quod Deus Aram quadratam poſtulaverit Exodi XXVII. I. Cui Judæi probe morem geſſerunt. Et quid quæris? Etiam gentiles. Lilius Gyraldus Syntagm. XVII. ex Strabone, *Arabum*, inquit, aras *ad normam quadratas fuiſſe accepimus*. Pauſanias ſæpiuſcule ararum quadratarum mentionem injicit. Sic lib. 5. p. 316. Dianæ eſt Βωμὸς τετράγωνος ἀνήκων ἠρέμα ἐς ὕψος, *quadrangula forma ſenſim aſcendens in faſtigium*. Herodotus de unico Martis Templo apud Scythas ait: *Sarmentorum faſces aggerantur trium in longum latumque ſtadiorum, minoris tamen ſublimitatis: deſuper quadrata planities efficitur*. Nummi etiam, quibus te-

teſtes rerum harum fide magis dignos non habemus, quadratas æque ac rotundas exhibent. Probat id Criſpinæ, uxoris Commodi nummus *Dis genitalibus* ſacer, a nobis exhibitus n. 3. ex Vaillantio Tom. II. *Numiſm. Imperat.* p. 200. Quin & aram gentilium integram ſupra deſcriptam habes n. 5. ex Choulio Rel. Rom. p. m. 272. Ubi quam belle illis cum Hebræorum altari conveniat, ipſe diſces. Fruſtra ergo ſunt Romano-Catholicorum quidam, qui, quod *Oudanius* alicubi monet, aras ſuas eo excuſant, quod ab Idololatricis penitus diſcrepent, has enim rotundas eſſe, ſuas vero quadratas, quales Deus fieri juſſerit.

CAPUT QUARTUM.

Fundamentum lateribus aræ Orientali & meridionali abſuit. §. 1. Cujus rei ratio redditur. §. 2. Duo foramina in fundamento fuere, quæ male שתין *vocantur. §. 3. Horum ratio explicatur. §. 4. Cingulum deſcribitur. §. 5. Filum* סיקרא *luci exponitur. De ſanguinibus ſuperioribus & inferioribus, & eos affundendi modo. §. 6.*

I.

POrro partes Aræ ſingulas paulo diligentius excutere animus eſt, ac primum quidem ſe offert יסוד *fundamentum*. Duo autem curam noſtram merentur; unum eſt de Extenſione ejus. Sœpiuſcule jam dixi, id latera habuiſſe ad cubitos XXXII. extenſa. Cave autem id de omnibus accipias. Nam *fundamentum*, in quantum ultra *Cingulum* prominere debuit, ad orientem & Meridiem penitus abſuit, vide fig. 1. a. & 2. b. Excipe tamen, quod latus orientale ad Cornu, quod inter Aquilonem & orientem; & latus Meridionale ad Cornu, quod inter occidentem & Meridiem ſitum fuit, cubitum habuerunt. (Ib. c.) Alta mente iſta repone, Lector, ſi ſcopulum cavere cupis, ad quem non ſolum omnes, quotquot altare deſcripſerunt Viri Doctiſſimi Capellus l. c. Lempereur ad Mid. III. 1. [qui quanquam diu fluctuet, tandem tamen ad hos diſcedit] Ligtfootius l. c. & Perault in aræ imagine, quam verſioni Lib. VIII. Maimonidis a Doct. Campiegne concinnatæ ſubjecit; Sed & Judæi vulgares, qui hac de re cogitant, plerique offendunt. Exiſtimant nimirum, fundamentum etiam ad orientem & Meridiem adfuiſſe integrum uſque ad Cornu, quod medium inter utramque hanc plagam reſpicit, atque ibi demum ita defeciſſe, ut cubitum unum ex latere orientali, unumque ex meridionali amitteret. Idcirco *a meridionali latere*, inquit Ligtfootius, *ad orientale non potuiſſet quis tranſire, quia ſe ſe in parte Euronotum reſpiciente converſurus, nullus erat ibi angulus, quemadmodum in aliis partibus, ſed fractus erat, deeratque cubitus tum ad Meridionale, tum ad orientale latus, qui cubiti aliis partibus additi acumen angulorum efficiebant*. Et Chorogr. Matthæi Cap. 34. *Baſi Altaris non erat angulus verſus ortum brumalem, eo quod iſta portiuncula non eſſet intra portionem Judæ*. Lege *Benjaminis*. Verum ego alia omnia ſentio, autumoque, Fundamentum in lateribus iſtis duobus omnino non protuberaſſe, ſed fuiſſe, ibi *Cingulo* plane æquale; Præter duos cubitos quorum unus ad Cornu Noto zephyrinum ad Meridiem, alter ad Cornu Euroboreale ad Orientem relictus eſt. Ideoque recte Raſchi obſervat מזרח ודרום לא היה אלא לא על לא: *fundamentum orientale & meridionale tantum cubitos* XXXI. *habuit*. Atque hanc opinionem meam argumentis longe clariſſimis e Miſchna, Gemara, Raſchi, Bartenora &c. deſumtis demonſtrabo, ut nullam dubitandi rationem ſuperfuturam eſſe confidam. Neque enim Magiſtrorum quemquam novi, qui nobis adverſa tradat. Saltem quos Cl. Lempereur in contrarium abire putat, omnes nobis pollicem premunt. Miſchna Middoth. Cap. III. 1. היסוד היה מהלך על פני כל הצפון ועל פני כל המערב ואוכל בדרום אמה א׳ ובמזרח אמה א׳: Vertunt: *Baſis procedebat juxta totam longitudinem Septentrionalis lateris & Meridianalis lateris, ſed ad Meridiem deerat unus cubitus, ad orientem vero unus*. Quæ παρερμηνέα omnibus errandi cauſa fuit, quoniam אוכל ipſis *abſumere* notat. Verum vel Cl. Buxtorfius *in hac Radice* docere potuiſſet, אכל quandoque eſſe, *apprehendere occupare*; quod heic loci obtinet. Nam Raſchi & Bartenora ubicunque iſta e Middoth allegantur, inculcant אוכל eſſe תופס. Et præſto mihi ſunt plurima loca, quibus iſte vocis אכל ſignificatus occurrit. Sed ea exſcribere fruſtra foret. Omnium inſtar ſit is, quem ex Schilte Gibborim c. 25. infra de כבש Clivo dabo. Ea propter verba Miſchnæ citatæ poſteriora ita interpretor: *ſed ad orientem* fundamentum *occupavit cubitum unum, unumque ad Meridiem*, illum ad cornu Euroboreale, hunc ad Notozephyrinum. Conſequitur, illud ſi a duo-

a duobus his Cubitis discesseris, cætera per hæc duo latera totum abfuisse. Gemara vero *Sebbachim*, quæ fol. 53. b. & 54. a. b. plurimis rem exequitur, & sententiam nostram ipsa omnibus objectionibus liberat, inter reliqua ita fatur : רב אמר בבניין לוי אמר בדמים Fundamentum Cornui, quod inter Orientem & Meridiem fuit, defuisse, *Rabb ait reapse : Levi vero existimat*, adfuisse totum quidem, sed usu caruisse, neque enim *sanguinem* in illud *effusum esse* : At Levi iste ibidem a Gemara refellitur, neque est qui ei obsequatur. Raschi vero Rabhi mentem ita exponit : בקרן דרומית מערבית בנו היסוד אמה באורך הדרום וחדלו להם כל הדרום וכל המזרח עד אמה סמוך לקרן צפונית מזרחית כדאמרינן לכמן אוכל במזרח אמה ובדרום אמה : *In Cornu Notozephyrino fundamentum struxeruna, sed tantum uno Cubito in latere meridionali*, deinde vero *vacuum universum latus illud reliquerunt, ut & latus orientale, usque ad cubitum unum prope Cornu Euroboreale*, *sicut* in Mischna *infra traditur : Unum cubitum occupavit ad orientem unumque ad Meridiem*.

II. Firmat id etiam causa, quamobrem fundamentum heic deficere debuit, quæ hæc est : S. Jacobus Benjamini pollicitus est fore, ut in ipsius regione altare excitetur, quando dixit : בנימן זאב יטרף בבקר יאכל עד : *Benjamin lupus, qui discerpit, mane comedit prædam*. Genes. IL. 27. Targum Onkelosi באחסנתיה יתבני מקדשא Jonathanis בית מוקדשא *In possessione ejus ædificabitur sanctuarium*, vel *domus sacrata*. Ex hac paraphrasi R. Bartenora perpetuo istum locum adducit, sed male : nec enim inde, quod intendit, probat. Nam nititur res alia paraphrasi, quam alibi quam in Gemara non habemus, ubi loco מקדשא legitur מדבחא *altare*. Sebh. ubi supra : רב מתרגם באחסנתיה יתבני מדבחא לוי מתרגם באחסנתיה יתבני מקדשא מקום מקודש לדמים : Rabh cui Rabbini omnes plaudunt, verba allegata παραφράζει : *In possessione ejus ædificabitur altare. Sed Levi : In possessione ejus ædificabitur sanctuarium*, h. e. *locus victimarum sanguini recipiendo destinatus*. Levi autem ex ista translatione concludit, vaticinio satisfieri, quanquam in Judæ regione aræ fundamentum statuatur, dum sanguini non adhibeatur, in quo ab omnibus discrepat. Unde Bartenora Rabhi versionem sequi debebat, quippe sola ad sententiam ipsius facit, quod Magistri alii sollicite observant. Sed hoc obiter. Hoc ergo vaticinium quia ad unguem completum voluere Hebræi, ara basi destituenda fuit, ad Orientis & Meridiei latera quia ibi ea in Judæ portionem incidisset. Sebh. l. c. וקרן מזרחית דרומית לא היה לו יסוד מ״ט אמר ר״א לפי שלא היה בחלקו של טורף דאמר רב שמואל בר יצחק מזבח אוכל בחלקו של יהודה אמה : *Cur Cornu Euroaustrale basi fuit privatum? R. Eliesér respondet, quia in possessione* Benjaminis, qui *discerptor* est Genes. l. c. *non extitit*, nam *R. Samuel F. R.J. dixit, aram unum cubitum ex portione Judæ occupasse*, vel occupare debuisse ; videlicet, quod Raschi & ex eo sæpe Bartenora verbis non adeo perspicuis, quo viro Docto imposuerunt, & idcirco ut adscribantur dignis, commentantur: אמה במזרחו ואמה בדרומו על כל האורך בעובי האמה אלא שלא היתה אמה שבמזרח על פני כל המזרח שכשמגיע לקרן מזרחית צפונית היתה כלה בסמוך אמה לקרן וכן אכילת האמה הדרומית לא היתה מהלכת על פני כל הדרום שכשמגיע לקרן דרומית מערבית כלה בסמוך לקרן אמה כדתנן לקמן היסוד מהלך וכו׳ : H. E. Ara ex terra Juda obtinere debuerat *Cubitum ad Orientem, & cubitum ad Meridiem, per longitudinem* totam aræ *in latitudine cubiti. Verum tamen cubitus ille Judaicæ terræ se non porrigebat per universum latus Orientale*, nam ibi, *ubi a cornu Euroboreali cubito uno abfuit, terminatus fuit. Sic* se res *de* altero *cubito*, quem *ad Meridiem apprehendit*, habet, *nam* neque is *per totum istud latus protensus fuit, quia cum prope Cornu Notozephyrinum pervenit, desiit per cubitum unum ab eo semotus, prout infra in Mischna traditur : Fundamentum procedebat juxta totam longitudinem*. &c. Ea propter ne ara in Terra Judæ aliquid teneret, ubicunque eam attigit, fundamento carere debuit. Porro explicant Magistri, qua ratione Judæ & Benjaminis regiones ita curate separari potuerint, ut solum altare Benjamini, atque bases duæ, aut potius harum loci Judæ cesserint. Nimirum : Tribus Juda quæ in Templi parte Orientali fuerunt omnia, in terra sua sita habuit, *Montem Domus, Conclavia, Atrium, Mulierum, Atrium Israelis, & Locum quem solis sacerdotibus calcare licuit*, qui proxime Locum Altaris contigit. Benjamin vero quæ ad Occidentem vergebant, tenuit, *Altare & spatium, quod ei adjunctum fuit, Porticum, & Templum ipsum*. Sic Raschi l. c. Altare autem in ipso limite constitutum in Benjaminis hæreditate totum contineri haud poterat, sed terminum hujus transgressum

ſum ad Orientem ſpatium Cubitos circiter xxx. longum, & unum latum ſibi e terra Judaica vindicaturum fuit; Neque amplius quid ex ea poſtulavit, quia cubito uno cis cornu Euroboreale Judæorum regio deſiit. Porro ad Judam pertinuerunt, quæ altari ad Meridiem adſita. Neque hic illud limite Benjaminis coerceri potuit, nam hunc tranſiliens, ſpatium tam amplum quam quod dixi, e Judæorum poſſeſſione ad Meridiem occupare tentavit: neque hic ampliore indigens, quia cubito uno cis Cornu Notozephyrinum terra Benjaminis occœpit. Nimirum ut Judas omnia ad Orientem, ſic Benjamin omnia quæ altari ad Meridiem, Occidentem & Septentrionem aſſita fuerunt tenuit: Niſi quod, ut Sebh. l. c. habet, רצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה ונכנס בחלקו של בנימין והיה בנימין הצדיק מצטער עליה בכל היום לנוטלה שנ׳ חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימין הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב״ה שנ׳ ובין כתפיו שכן *Lorum*, h. e. tractus, *e portione Jebudæ egreſſum eſt, atque ingreſſum in portionem Benjamin*, quod ad Meridiem aræ quædam in Benjaminitide ſita Judæ vindicavit. *Benjamin autem juſtus* huic negotio *valde indoluit*, quia altare ibi ſtruendum, ſicque ſibi eripiendum vidit, *voluitque illud ſibi dari*: q. d. e. Mœſtus erat omni die. Deut. xxxiii. 12. *Ea propter Benjamin Juſtus obtinuit, ut Deum* b. d. *hoſpitio exciperet* per altare. q. d. e. Inter humeros ejus habitat. ib. Repetitur hæc traditio Joma fol. 11. a. & Megillah fol. 25. a. Rationem autem, ob quam Judæ fundamentum ablatum fuit, reddit Zohar Par. Bereſch. fol. 14. c. 3. ת״ח כתיב ביה ביהודה לכו ונמכרנו לישמעאלים ובגין דאיהו חב לגבי חחוא יסוד ואפרשיה מההוא ארץ עלאה ויהב עצה למזבן יתיה בגין כן בההוא חולקא דידיה אל הוה ליה יסוד: *Veni Vide*: *Juda dixit*, Gen. xxxvii. 27. Venite & vendamus eum Iſmaelitis. *Quia ergo ille circa fundamentum*, Joſephum Juſtum *peccavit, atque eum ſeparatum voluit a terra ſuperiore, conſiliumque ſuppeditavit, de eo vendendo, idcirco in ejus hæreditate non fuit* altari *fundamentum*. Pluribus ibi hæc materies exponitur, ſed vix aliter ac in Gemara jam adducta. Tandem ad argumenta, quibus ſententia noſtra oppugnari poſſit, progrediendum eſſet, ex Gemara l. c. adducenda & inde confutanda. At tuam Lector, patientiam *difficilibus his nugis*, [ut forte videntur] læſam vereor. Veniam tamen a te mihi polliceor, quoniam ſatius eſt, arbitror, rem ſemel in apricum quanquam operoſe producere, quam in tenebris perpetim errare. Idcirco duo tantum addo. Unum ita Gemara proponit & reſolvit: תש המזבח היה ל״ב על ל״ב הכא במאי עסקינן מן הצד: *Veni & audi*: *Altare cubitos* xxxii. *longum & totidem latum fuit*: Ergo fundamentum nullibi defecit. Reſp. *Hoc ex parte tantum intelligendum eſt*, & de lateribus Septentrionali & Occidentali. Alterum vero ex eo deſumit, quod, ut ſupra etiam docui, fundamentum in forma ex aſſeribus xxxii. Cubitos habentibus compoſita in eandem longitudinem & latitudinem conſtruatur. Sed reſpondet: דמחית מידי מיתותי ושקיל ליה h. e. *In locum ejus baſeos*, quæ in terra Judæ, eſſe deberet: lignum *aliquod* longum magnitudinis convenientis in forma illa *ponitur*, ut lapides & reliqua materia id ſpatii replere non poſſint; quod poſt quam moles exiccata eſt, *auſertur*, & ita locum iſtum vacuum relinquit. Reliqua qui volet ibi videat. Nos argutiarum deſinimus.

III. Alterum, quod fundamentum eximium habuit, ſunt duo foramina, (fig. 1. *d.*) inſtar שני חוטמים דקים *duarum narium exilium*, in angulo Notozephyrino, in quæ ſanguines, qui poſt ſparſionem in ara factam ſupererant, effundebantur. Apud Cl. Ligtfootium Miniſt. Templi Cap. VIII. Sect. 2. §. 4. ſanguis aliquando ad latus Septentrionale effuſus fuiſſe dicitur; errore credo Typographi. Nam foraminum horum unum ad Meridiem, ad Occidentem alterum Rabbini conſtanter conſtituunt, narrantque ea dein, veluti nares in animantibus coiviſſe, & ſanguinem ſuum באמת המים *in foſſa aquæ confudiſſe*, qui aqua miſtus, inde in vallem Kidron dilabebatur, ab hortulanis, ut lætamine iſto hortos ſuos imbuere poſſint, pretio redimendus. Vide Midd. III. §. 2. & Joma V. §. 6. cum egregiis Virorum Doctorum Commentariis. Invenuſte autem profecto & imprudenter Ben Maimon hæc foramina, quæ etiam columbaria dicere poſſis, 'שיתי appellari affirmat Hilk. Beth. Hab. Cap. II. §. 12. Quod Auctores Chriſtiani magno conſenſu repetierunt. Sed perperam! vox שית vel שיתין proprie notat ingentem cavitatem, altari ſubjectam, in quam libamina diſcendebant, non ſanguines. Unde etiam foramen in altaris vertice conſtitutum, per quod libata in foveam illam dilabebantur, ſignificat. Unus locus id nos edocere poteſt e Succa

ca fol. 49. b. אמר ר"ל בזמ' שמנסכים יי' על גבי מזבח פוקקי' את השיתי' לקיי' מה שנ' בקודש הסך נסך שכר ליי' מאי משמע אמר רבפפא שכרלשו' שתייה לשו שביעה לשו' שכרות אמר רב פפא ש"מ כי שבע איניש חמרא מגרוניה שבע *Reſch Lakiſch dixit : Cum vinum ſupra altare libarent, obthurabant τὰ Schittim , ut firmarent id quod ſcriptum eſt* Num. XXVII. 7. In ſanctitate libato vinum שכר Domino. *Quis vero ſenſus eſt? R. Papa dixit :* vox שכר *hic bibitionem, ſaturationem, & inebriationem notat.* Porro idem *R. P. dixit : Hinc colligo, hominem vino ſatiari , quum* magnis hauſtibus, qui *gulam* penitus *explent*, bibit. את נקב שיתי' autem Raſchi explicat , שבראש המזבח שהנסכים יורדים בו לשיתי': *Foramen in altaris vertice , per quod libamina in cavitatem ſubterraneam deſcendunt.* Eſt Vir Eruditus, qui inter שיתי & שית multum differitatis eſſe obſervat, putatque שית ex שחת *fovea* factum foveam ſubjectam, שתת vero a *fluere* ortum foramina notare. Verum eum vehementer falli argumento eſt locus, quem jam interpretatus ſum, ubi tam foramen quam fovea שיתי' appellatur. Id quod tum alibi frequentiſſime , tum Succa ſ. c. ſemel iterumque uſu venit : V. c. a. שיתי' משׁשת ימי בראשית נבראו : *Cavitas* illa *ſubterranea in ſex diebus creationis creata eſt.* Alia tranſeo, atque in Maſſechet Succa , cujus editionem molior , differro. Originem autem vocis quidam Judæi in שתת *fundare* quærunt, unde Bartenora שיתי' vocat יסודות של מזבח שהם חלולים ועמוקים מאד *fundamentis altaris , quæ cava & valde profunda ſunt.* Sed non dubito , quin ad שתת *fluere* referenda ſit , nam Magiſtri de libaminibus in שית defluentibus perpetuo שותתים dicere ſolent. Verum ad lineas redimus , contra Maimonidem, שיתי' nulla ratione ad ſanguinem pertinere , ſed ad ſola libamina, demonſtraturi. Midd. Cap. III. §. 3. יורדי' לשית ומנקים אותו *Deſcendunt in Schit : atque id expurgant* , non ut Doct. Commentator exiſtimat , a ſanguine , ſed a libaminibus, ut innuit Bartenora & clare docet Maimonides, cum ait *: Sæpe jam diximus, quod Schittin dicantur foramina , per quæ vinum libatum effluit. Atque ea conveniunt in loco uno ſub terra, qui vocatur* שית. Meminit hic quidem foraminum plurium, ſed forte ex errore, quo ſanguinis columbaria cum libaminum foramine confundit. Sic Meila Cap. III. §. 3. *R. Iſmael ait : ſanguis levior eſt in initio & gravior in fine : Contra libamina ab initio graviora ſunt, & leviora in fine. Circa ſanguinem ab initio , etiamſi quis eo utatur, nulla datur prævaricatio, ſed datur in fine , poſtquam in Kidron profluxit. In libaminibus in principio eſt prævaricatio; non vero poſtquam in* Schittim *deſcenderunt.* Viden in eo ſanguinem a libatis ſeparari, quod ille in Kidron , hæc in Schittin abeant? Præterea caverna Schit longe profundiſſima & ad Abyſſum uſque producta fuiſſe , a quibuſdam narratur Succ. l. c. שיתי' מחללי' ויורדי' עד התהום. Aliis receptaculum inter aram & Clivum fuiſſe putatur, in quod libata defluxerunt, in ſingulis LXX. annis repetenda loco infra producendo. Hæc Talmudici de libaminibus tradunt, de ſanguine alia per omnia narrantes : nam hic ut jam dixi, in foſſam effundebatur Sebh. VIII. §. 7. & alibi, quam Maimonides ipſe ibi deſcribit מעבר ששותתי ונגרים עליו הדמים אחר וריקתן על המזבח ויוצאים לנחל קדרון *fluentum, in quo confluunt & decurrunt ſanguines poſt ſparſionem in ara factam, atque abeunt in torrentem Kidron.* סילו' vocat Bartenora Meila l. c. quod canalem, ſive aquæ ductum denotat, *ad deducendas per eum aquas e loco in locum confectum e teſta , plumbo , ligno, aut ære , ut aqua per eum tranſeat , & a terra non imbibatur ;* expoſitione Maimonide ad Mikvaoth Cap. IV. §. 3. Quem locum commodum mihi ſuggeſſit Vir Doctiſſimus VVilhelmus van Surenhuyſen. Hæc manifeſtum faciunt, ſanguinem nulla ratione τὰ Schittin contigiſſe, ſed potius ab aqua in atrium admiſſa ſtatim abductum fuiſſe , quod & Ariſtæus apud Cl. Lempereur firmat : Εἰσὶ δὲ πυκνὰ τὰ ςόματα πρὸς τὴν βάσιν ἀοράτως ἔχοντα τοῖς πᾶσιν πλὴν αὐτοῖς, οἷς ἐςὶ λειτουργία, ὡς ῥοπῇ ϗ νεύματι πάντα καθαρίζεσθαι τὰ συναγόμενα παμπληθῆ τῶν θυμάτων αἵματα. *Sunt multa oſtia in baſi, quæ nemo cernere poteſt , præter illos quibus miniſterium eſt commiſſum ; ita ut impetu & effluxu aquæ ſanguis quantumvis copioſus a victimis collectus expurgetur.*

IV. Cæterum res paulo altius repetenda eſt, quo ſimul fundamenti neceſſitas manifeſta fiat. Optimus Maximus juſſit, victimarum ſanguines, qui poſt ſparſionem ſuperarent, in exterioris aræ crepidinem affundere Levit. IV. 7. *Et de ſanguine ponet ſuper cornua altaris ſuffitus aromatarii coram Domino, quod eſt in tentorio conventus , & ſanguinem omnem reliquum effundet* אל יסוד מזבח העולה *in fundamentum altaris holocauſti, quod ad oſtium tentorii Conventus eſt.*

Sic

Sic & v. 18. & alibi. Et v. 25. *Et capiet ſacerdos de ſanguine ſacrificii pro peccato digito ſuo, & ponet ſuper Cornibus holocauſti. Et ſanguinem effundet in fundamentum altaris holocauſti*. Sic etiam v. 35. & alibi. Præcepto Divino diligenter Judæi obſequuti ſunt, & ita quidem, ut aliarum hoſtiarum ſanguine fundamentum ſeu foramen occidentale, aliarum vero auſtrale imbuerint: [quamquam Talmudiſtarum aliter ſentiant Sebh. fol. 53. a.] חטאות הפנימיות *Sacrificiorum pro peccato Interiorum*, ſeu comburendorum cruorem, quo ara aurata ante inſpergi debuit, Levit. IV. 17. 18. baſis occidentalis accepit, ſed meridionalis ſanguinem hauſit victimarum החיצונות? quas Bartenora ad Sebh. IV. §. 2. Midd. III. 2. ad *ſacrificia pro peccato exteriora* ſeu comedenda reſtringit, ſed perquam male; cum huc præterea *holocauſta omnia, pro Reatu & pacifica* vel maxime pertineant, ut R. Jom Tobh. II. cc. & alibi ſæpiuſcule oſtendit. Nunc in cauſas hujus differitatis, quæ totidem verbis docetur Joma V. §. 6. & ab aliis ſæpiſſime, quia eas D. Sheringhamius ad Joma l. c. ubi oportuit, reddere neglexit, inquirere lubet. Priorum igitur ſacrificiorum ſanguinem Crepido occidentalis bibit, quoniam hæc Sacerdoti e Templo ab ara aurea redeunti primum ſe obtulit, uti oſtendit Gemara, cùm Joma Cap. V. ad Miſchnam 6. quæ ſacrificiorum, quorum ſanguine ara ſuffitus conſperſa eſt, in baſin Exterioris occidentalem effundendum eſſe, præclare tradit, ita commentatur; fol. 39. a. אמר קרא ואת כל דם הפר ישפוך וכי נפיק בהווא פגע ברישא. H. E. Fit id, *quia* Levit. IV. 7. *dicitur*: Et omnem reliquum ſanguinem Juvenci effundet, in baſin altaris holocauſti. Intelligitur vero occidentalis, *quia* ſacerdos e Templo *egreſſus eam primum offendit*. Raſchi verba in Levitico, quæ proxime conſequuntur: *Effundet ad fundamentum altaris, quod eſt ad portam tentorii conventus*; e Torath Cohanim in hunc finem urget, & ait: שיריו נשפכים ליסוד אשר פתח אוהל מועד והו מערבי J. E. *Reliquiæ ejus effundendæ ſunt ad fundamentum, quod oſtio Tentorii Conventus proximum eſt. Atque hoc eſt occidentale*. Victimarum exteriorum ſanguis, cur Auſtrali crepidini infuſus ſit, diverſa eſt cauſa pro diverſis ſacrificiis. De ſacrificiis pro peccato, quorum ſanguis a Sacerdote in altari exteriori Cornibus illinendus fuit, ita rem exponit Gemara fol. cit. & Seb. 53. a. יסוד המזבח זה יסוד דרומי אתה אומר יסוד דרומי או אינו אלא יסוד מערבי אמרת ילמד ירידתו מן הכבש ליציאתו מן ההיכל מה יציאתו מן היכל בסמוך לו ואיזה זה יסוד מערבי אף ירידתו מן כבבש בסמוך לו ואיזה זה יסוד דרומי: H. E. Cum Exodi XXIX. 12. dicitur, ſanguinem Juvenci piacularis in *fundamentum altaris* effundendum eſſe, *baſis meridionalis* intelligitur. *Ain' baſin Auſtralem? Forte id de occidentali capiendum eſt? Verum reſpondendum eſt?* Id quod *ex egreſſu ſacerdotis ex Templo fit argumentum*, iſthic *duci debere e deſcenſu ejus e clivo altaris. Uti enim in exitu ejus e Templo ſanguinem effundit ad baſin ſibi proximam, quæ eſt occidentalis; Ita in deſcenſu e clivo pariter cruore imbuit crepidinem ſibi maxime propinquam, quæ eſt auſtralis*. Sed hoc nihil ad ſacrificia pro reatu, pacifica & holocauſta, quia in his per *clivum* aſcendendum non eſt, ſed aſperſio ſanguinis humi fieri debet. Quare autem & horum ſanguini baſis meridionalis deſtinata eſt? Reſpondeo: Tum quia חטאות חיצנות ei debentur, quod jam ex Gemara demonſtravi, par enim parium ratio; Tum quia is ſpargentibus ordo fuit, initio a Cornu Euroboreali capto, per latus ſeptentrionale & dein per occidentale in pavimento pergere ad angulum Notozephyrinum. Ad quem quia ibi ſpargendi finem fecerunt, cruorem ſuperſtitem in crepidinem effundere debuerunt, & quidem in Auſtralem, quoniam hanc a dextra ſua habuerunt. Juxta Regulam כל פונות שאתה פונה לא יהו אלא דרך ימין *omnis converſio*, quæ in ſacris eſt, *nonniſi ad dextram fieri debet*.

V. Ad סובב *Cingulum* [*Ee, e*] pedem proferimus ita dictum, לפי שהוא מקיף וסובב המזבח מהארבעה רוחות גמורות מה שאין כן ביסוד: *Quia ſecus ac fundamentum aram a quatuor lateribus penitus ambit & circumdat*. Hoc Moſi כרכוב eſt, quam vocem Onkelos & Jonathan סובבא vertunt. Exodi XXVII. 3. quanquam alius uſus fuerit infra explicandi. Ab Ezechiele העזרה הגדולה ועליונה dici quibuſdam videtur, ut *fundamentum* העזרה התחתינה והקטנה Cap. XLIII. 14. eodem nomine, quo *atrium* Templi venit, quoniam quemadmodum *populus calcabat atrium, dum peragеretur miniſterium, ita ſacerdotes hiſce crepidinibus inſiſtebant*. Ita Cl. Ligtfootius Deſcr. Templi Cap. 34. p. 633. Sed quod lubens fateor, mihi mentem ſuam non perſuadet: quoniam iſta nuncupationis ratio neque *Cingulo noſtro*, quod vix ſemel iterumque, minime autem *fundamento*, quod nunquam prorſus a Sa-

Sacerdotibus aſcendebatur, convenit. Potius ſi de altari id capiendum eſſet, ejus ſuperficies, ubi Ambulacrum Sacerdotum fuit, hoc nominis mereretur. Sed non male Abarbanel cum Kimchio, utut hic a Ligtfooto in alium ſenſum trahatur, vocem עזרה in conſueto ſignificatu relinquit, fol. 213. 2. b. קירא עזרה מקום מעמד הכהנים המקריבין על המזבח כמו שקרא גם כן מקום מעמד ישראל עזרת והעזרה העליונה היא מהמזבח כלפי האולם והתחתונה היא מהמזבח כלפי מזרח והמזבח היה בנתים *Vocat Aſara locum, in quo ſacerdotes offerentes ad altare conſiſtunt, ſicuti etiam locum in quo Iſraelitæ commorantur, Aſara vocavit. Aſara autem ſuperior dicitur ea, quæ ab altari ad porticum eſt, inferior autem, quæ ad Orientem altari adjacet, atque hoc utramque inter ſitum eſt.* Graviter vero apud Cl. Ligtfootum neſcio a quo erratur, cum dicitur c. pag. 633. *Circuitus hoc in loco erat tantum viginti octo cubitorum.* Nam ſexagies Magiſtri inculcant, eum Cubitos XXX. longitudine ſua ad ſingula latera complexum eſſe. Sed hoc ὡς ἐν πλάτει. Curatius autem rem definiunt Menachot fol. 97. b. Supra fundamentum, נמצא שלשים על שלשים שלשים ושני' טפחים הוי : cum altare *triginta cubitorum fuiſſe* in Miſchna dicitur; *triginta cubitorum & duorum palmorum eſſe intelligitur*. Quod ſequitur Maimonides Hilk Beth. Habb. Cap. II. §. 7. Nimirum non cubito integro, ſed quinque ſolum palmis, anguſtior eſt circuitus, quam fundamentum ex Regula, quam Cap. ſup. th. 5. tradididi. Ad uſum Cinguli quod attinet, fere non niſi eum habuit, quem *Sacrificiis pro peccato exterioribus & avium Holocauſtis* præſtitit. Non in eo ſtetit, tum qui illorum ſanguine Cornua aræ noſtræ imbuit, tum qui has jugulavit. Quoties enim victimæ *pro peccato* e bobus, ovibus, capriſque lectæ mactabantur, de earum genere, quas non integras comburi (nam harum ſanguis aræ aureæ debebatur,) ſed comedi oportebat, aliquantum ſanguinis ſingulis aræ Majoris cornibus (hunc in finem concavis) ſupra medium altaris illinendum erat: juxta Legem Levit. IV. 7. 25. 34. *Et ponet ſuper Cornua altaris* holocauſtorum. Modum deſcribunt Miſchna Sebh. Cap. V. §. 3. Maimonides Hilk. Maaſe. V. §. 7. 8. 9. & ex eo Baal Schilte Cap. 63. Quæ jam tranſlata ſunt. Nos ex Gemara Sebh. fol. 53. a. locum producemus, qui omnibus palmam præripit: Sic autem habet: חטאת הציבור והיחיד כיצד עביד מתן דמן היה עולה לכבש ופנה לסובב ובא לקר' דרומית מזרחית וטובל באצבעו הימינית המיומנית שבימין מן הדם שבמזרק וחומר בגודלו אלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה ומחטא ויורד כנגר חורה של' קר' עד שמכלה כל הדם שבאצבעו וכן כל קרן וקרן H. E. *Aſperſio ſanguinis in Sacrificiis pro peccato Cœtus & privatorum ita ſe habet:* Sacerdos cum ſanguine patera excepto *per clivum* magnum *aſcendit*, & dein per pontem parvum *ad Cingulum pergit*, atque *ad Cornu Orientale meridionale ſe ſiſtit*. *Ibi digitum dextrum, qui labori quam maxime aſſuetus eſt*, h. e. *Dextræ indicem, ſanguine, qui in patera eſt tingit*, & vertici Cornu ita admovet, *ut pollice ab uno, & digito parvo ab alio latere* ſanguinem ex digito ſuo in altare *defluere* faciat. *Sic ſanguinem indit & digitum per acumen Cornu deducit, donec omnem ſanguinem, quem in digito* habet conſumſit. Hoc facto in *Cingulo* ad Cornu Orientale ſeptentrionale procedebat, & digitum ante in pelvis ora terſum de integro tingebat, ſanguinem iſti cornui illiturus. Hoc peracto ad Cornua Aquilonare occidentale & tandem Occidentale Meridionale tranſibat, eaque cruore eodem ritu imbuebat. Poſtea ea, quibus venit, *in Cingulo* veſtigia legens eo redibat unde digreſſus fuerat. Ita a Cornu Orientali Meridionali per Pontem parvum, in Aggerem magnum diſcedebat, perque hunc eo uſque deſcendebat, donec ad alterum pontem parvum perveniret, qui eum ad fundamentum deducebat, ſanguinis reliquias in foramen meridionale effuſurum. Similiter avis holocauſtum fieri conſuevit ſuper סובב *Cingulo*. Cujus ſtatuti Maimonides & Bartenora eam cauſam tradunt, quod in avis holocauſto non memoratum ſit יסוד *fundamentum*, uti in ejus חטאת Lev. V. 9. *Et reliquus ſanguis exprimetur ad baſin altaris*. Sed iſthæc ratio nauci eſt. Magis Judæorum palato ſapere debet, quod Jom Tobh e Sebh. f. 75. a. adducit: דכתיב ומלק והקטיר מה הקטרה בראש המזבח אף מליקה בראש המזבח ועוד נאמר והקטיר ונמצה דמו וכי תעלה על דעתך מאחר שהקטיר חוזר וממצה אלא לומר לך מה הקטרה ברטש המזבח אף מליקה בראש המזבח : *Quia* Levit. I. 15. *ſcriptum eſt*: Et ungue ſecabit & adolebit: colligendum eſt, *ſicuti combuſtio ſupra aram fit, ita ibidem jugulationem fieri debere. Porro ibi dictum eſt*: Adolebit & exprimetur ſanguis. *Credin', poſt quam avis jam cremata eſt, inde ſanguinem exprimi?* Non puto. *Ergo docemur, ſicut combuſtio ſupra aram fit,*

ita

ita etiam sanguinem ibidem exprimendum esse. Cæterum ritus ipse hic fuit, docente Mischna Sebhac. Cap. VI. §. 5. *Sacerdos aggerem per ascendebat & in Circuitum pergebat. Ibi ad Cornu Australe Orientale*, cui locus cinerum proximus erat, *e regione cervicis caput avis ungue sectum, a Corpore separabat, sanguinemque ejus ad parietem aræ exprimebat*, ut in Cingulum caderet. *Dein acceptum caput, qua parte scissum erat ad aram apprimebat* ad eliciendum sanguinem, *& sale conditum in Comburenda conjiciebat. Ita etiam corpus, postquam ex eo* המוראה *Ingluviem* & נוצה *pennas*, non omnes, sed שכנגד הזקף *quæ e regione ingluviei* una cum pelle sua *& visceribus, quæ simul exeunt, amovisset, & in Cinerarium abjecisset, findebat, non vero separabat, quanquam si separasset, nihil valde peccasset, deinde illud salitum inter cremanda deponebat*. Levit. I. 15. 16. 17. Observate autem, sultis, Lectores, volucrem nostram non fuisse per omnia implumem, cum sacro igne incensa est, secus ac quidem ex Maimonide tradidisse videntur. Raschi in Levit. I. 17. אינו צריך למרוט כנפי נוצתו. *Non opus est evellere pennas, quas in alis habet*. Nam ingluvie tantum cum pennis, quas in ea habebat, carere debuit, cæterum integra. Sebhachim fol. 65. a. והסיר את מוראתו בנוצתה זו זפק יכול יקדיר בסכין ויטלנו תל״ בנוצתה נוטל את הנוצה עמה אבא יוסי ב״ח אומר נוטלה ונוטל קורקבנה עמה דברי ר ישמעאל תניא בנוצתה בנוצה שלה קדרה בסכי׳ כמי׳ ארובה: *Id quod redditur*. Et movebit ingluviem ejus cum sordibus (vel *pluma*) ejus: *intelligendum est de ingluvie. Posset aliquis cultro avem secare*, atque *partem istam* solam *auferre*, sine cute & quæ ei inhæret pluma. *Idcirco signanter dicitur*: Cum pluma: *Eoque plumam cum illa movere debet. R. Jose. F. Chanan ait, eam auferri una cum sordibus* reliquis, *ita R. Ismaele referente. Extat Traditio*: S. E. Cum pluma ejus: h. e. Ingluvies *cum Pluma, quæ e regione ingluviei*, non alia, *cultro rescindi debet, ut fiat* in ave *veluti fenestra*. Id quod Raschi non sine causa factum fuisse observat: Levit. I. 17. *Annon*, inquit, *homo plebejus odorem pennarum combustarum aversatur, & quam ægerrime sustinere solet? Cur ergo scriptura eas adoleri jubet? Ut doceatur, altare per pauperis victimam satiari atque honorari*.

VI. Antequam סובב *Cingulum* missum facimus, observabimus, illud circundatum fuisse a חוט של סיקרא *filo sericeo*, [Vide f.] סיקרא enim per Metathesin *sericum* esse aliquibus videtur, & quod Rabbini diligenter notant, rubro, unde recte a סקר *fucare, colore tingere* derivatur. Signavit id dimidiam Altaris altitudinem, פלגיה דמזבח כמה הוי עשרים ותשעה: *Dimidia* altitudo *autem erat Palmorum* XXIX. Menach. 98. a. Quapropter cubito uno a *cinguli* ora superiore semotum erat. Haud scio, annon qualemcunque cum filo isto cognationem habeat Gentilium vitta, quæ eorum aras ornare solebat: Sane nummi quidam in aræ medio eam repræsentant. Etiam forte rubra fuit. Theocr. Idyl. 2. Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ. *Cinge calicem hunc purpurea ovis lana*. Cui apud Virgilium Bucol. VII. I respondet:

--- *Molli cinge hæc altaria vitta*.

Molli hoc est lanea. Nam Propert. l. IV. Ecl. 6.

Terque focum circa laneus orbis eat.

Ea in mortuorum sacrificiis cærulea fuit: Virg. Æn. III.

-- -- *Stant Manibus aræ*
Cæruleis mæstæ vittis.

Cæterum filum nostrum ה״ש, כרכוב, qui illius loco in Mosis & Salomonis ara fuit, R. Abrahamo in Schilte Cap. XXVII. successisse videtur. Exodi XXVII. 5. *Ponito reticulum* תחת כרכוב *sub ambitu altaris inferne, ita ut sit reticulum ad medium altaris*. Rectius vero, credo, ipsum reticulum, cum filo Sicra contulisset, quam כרכוב *ambitum*, quia hic ex Magistrorum mente tum cinguli locum tenuit. Audiamus, quæ santur Sebhachim fol. 53. a. חוט של סיקרא חוגרו באמצ׳ע וכו׳ מנא הני מילי אמר רב אחא ברק״ שנ׳ והיתה הרשת עד חצי המזבח: *Quam ob causam filum sicra medium altaris ambire voluerunt? Respondet Rab Acha bar Rab Ketina*: Q. S. E. l. c. Et erit reticulum ad medium altaris. Magistri namque existimant, altare Mosis uno cubito supra mediam altitudinem a prominentia quadam circumitum fuisse, quam scriptura כרכוב, Paraphrastæ autem סובבא appellant, nullum fere in usum, nisi ut altare exornet, & quod Jonathan adnotat, si quid rerum sacrarum e foco ejiceretur, susciperet, & quo minus humi caderet, impediret. Jam huic Cingulo reticulum æreum annectunt, quod quia cubitum unum latitudine sua æquavit, præcise (si probe norunt) mediam altaris sublimitatem definiverit. Hunc scopum esse putant reticuli illius. Raschi in Exodum Cap. XXVII. 5. & Sebhach. fol. 62. a rem ita exponit:

זרה שברופ׳ לנוי הורה ומתחתיו הלבישו המכבר והגיע רחבו עד חצי המזבח נמצא שהמכבר רחב אמה והוא היה סימ׳ לחצי גבהו להבדיל בי׳ דמים העליונים ולדמי׳ התחתוני : *Iſte Ambitus*, *qui in latere fuit*, *ornatus cauſa adfuit*, *& ſub eo altare reticulum induit*, *cujus latitudo ad medium aræ pertigit*. *Itaque reticulum cubitum unum latum fuit*, *& mediam aræ ſublimitatem indicavit*: Quid autem hac opus? *Ut diſcrimen fieri poſſet* a Sacerdotibus *inter ſanguines ſuperiores*, qui ſuperiori aræ parti, & *inferiores*, qui inferiori affundi debuerunt. Tene hoc, Lector, nam idem filo ſicra officium tribuitur. Haud vero ſanguines iſtos confundi, fas piumque fuit, differunt enim quam plurimum. Superiores ſunt ſacrificiorum *pro peccato* comedendorum, & Holocauſtorum avium, quorum ſanguinem a ſacerdote ſuper Cingulo ſtante aræ affundi, Theſi præcedente diximus. Nunc hoc ſolum addo ex Sebhachim fol. 65. a. & Menachoth fol. 97. a. b. אם עשאה למטה מרגליו אפילו אמה כשרה : *Quod ſi* Sacerdos *ave* holocautoma *faciat etiam cubito uno infra Cingulum*, in quo alias conſiſtit, *bene ſe habet*, quia id ſupra filum ſicra fit. Sed in hoc caſu effectui dandum eſſet, quod jubet Raſchi Sebh. fol. 54. a. למעלה מנ׳ דלא קרקע הוא עשוי מי׳ בליטה קטנה כנגר אותו הקר׳ לקבל בו דם עולת העוף שלא יפול לארץ וקיר מזבח מיקרי אבל יסוד לא מיקרי : Quia Altare ad cornu Orientale Meridionale fundamento deſtituitur, *oporteret ad iſtud Cornu prominentiam quandam parvam magis quam tres cubitos a fundo remotam conſtituere*, *ad recipiendum avis ſanguinem*, *ne humi caderet*. Nam iſta prominentia *altaris paries dici mereretur*, *non fundamentum*, quia id demum pro fundamento habetur, quod in fundo fundatum eſt. Sanguines inferiores ſunt reliquarum victimarum omnium. Nam quoties ſacrificia pro peccato ex avibus, aut holocauſta ex quadrupedibus, aut ſacrificia ſalutaria, aut pro reatu fiebant, aut agnus Paſchalis, aut fœtus primogenitus, aut pecus decimando lecta offerebantur, ſanguis eorum infra aræ filum aſpergendus erat, ſed ritu diverſo, quem explanabo, ſed paucis. De ſacrificio pro peccato ex volucribus, quod ad Cornu Notozephyrinum peragi debuit Sebhach. Cap. VI. §. 2. audiamus Miſchnam ib. §. 4. ubi non poſſum, quin adnotem turpe Talmudis Amſtelodamenſis Sphalma, quod in avis piaculo aliquot verba, & ea quidem, quæ holocauſtum ab illo diſtinguunt, peſſime repetit. Sic autem verba ſe habere debent: *Piaculum ex avibus ita fit*: *Sacerdos in fundo ſtans*, *ungue caput ejus ſecat e regione cervicis ejus*, *neque tamen caput a corpere ſeparat*, *aliquantumque ſanguinis ad parietem aræ* infra filum *ſpargit*. *Reliquum vero ſanguinem ad altare exprimit*, *ut in fundamentum* deſcendat. *Altari vero inde nihil niſi ſanguis debetur*, *reliqua omnia auferunt ſacerdotes*. Levit. V. 8. 9. Holocauſtorum ex quadrupedibus, ſacrificiorum pro reatu & ſalutarium una ratio fuit. Conſtat horum aſperſionem infra filum ad duo ſolum Cornua primo Euroboreale dein Notozephyrinum peragi, quia cum Cornu Euroauſtrale fundamento deſtitutum eſſet, neque, quod ſupra diximus, ſanguinem haurire poſſet, ea propter oppoſitum ei Cornu inter Aquilonem & occidentem intermedium etiam omittebatur. Oportebat tamen ita rem peragere, ut omnia quatuor altaris latera ſanguine inficerentur, quia Lex jubet *ſanguinem aræ* סביב *circum fundere*. Levit. I. 15. & III. 2. & VII. 3. &c. Hinc regula trita: דמ׳ טעו׳ שתי מתנות שהם ארבע *ſanguis eorum tenetur ad duas aſperſiones*, *quæ ſint inſtar quatuor*, reliquum hauriente baſi auſtrali. Qui autem id fiat, docet Gemara Sebhachim fol. 53. b. היכי עביד אמר רב נות׳ וחוזר ונות׳ ושמואל אמר מתנה אחת כמי׳ גמא נות׳ : *De modo diſſident Rabb & Schemuel*: *Ille ait*, *in* uno quoque duorum angulorum bis ſanguinem ſpargi, *Semel ad unum ejus latus*, *ſemelque ad alterum*, *ſed Samuel putat*, *angulum quemque uno ſpargendi actu inſici*, *ſed qui ſit inſtar* Γ. *Gamma*, h. e. ſanguinem aciei anguli ita affundi, ut in utrumque ejus latus diffundatur; Quo pacto omnino duabus aſperſionibus ſolis omnia aræ latera imbuuntur. Unde non immerito hæc Samuelis ſententia omnium calculos meruit. Maim. Hilk. Maaſe Cap. V. §. 6. Baal Schilte. Cap. 62. Conf. Miſch. Sebh. V. 4. 5. 6. Tandem agnus Paſchalis, Pecus primogenita & decimis data ſuccedunt: His omnibus rite factum fuit, ſi ſanguis uni ex tribus aræ angulis baſi inſtructis inſpergeretur, quod colligunt ex Num. XVIII. 27. *Sanguinem eorum ſpargito in altare*: neque enim illud סביב repetit, neque de Cornibus meminit. Extendunt autem hoc, quod de primogenito ſolo ibi jubetur, *per traditionem* ſuam ad reliqua duo victimarum genera. Sebh. Miſchna Cap. V. §. 8. Gemara fol. 57. a. Maimon. l. c. §. 17. Schilte. C. 64.

CAPUT QUINTUM.

De loco Pyræ. An ille Harel dicatur & Ariel? §. 1. *De uno vocis* קר', *Κέρατος*, *Cornu significatu*. §. 2. *De altera ejus vocis notione. Inquiritur in sensum* Pf. CXVIII. 27. §. 3. *De Cornibus altaris*, An *boum aut arietum Cornibus similia fuerint?* §. 4. *De rationibus, ob quas Cornua adhibita fuere*. §. 5. *De Cornibus in Gentium aris* §. 6. *Ea non dederunt originem cornibus in aris Mosaicis*. §. 7. *Ambulacrum Sacerdotum in loco suo statuitur* §. 8. *De foramine in Aræ vertice constituto, in quod libamina effundebantur*. §. 9.

I.

CIngulum excipit arula, (*Hb*) seu aræ Corpus superius, quod מקום המערכה *locum pyræ* Rabbini appellant. Nos illud *ἐσχάραν*, *focum* dicemus. De hac aræ parte post Magistros multi Ezechielem agere existimant Cap. XLIII. 15. *Harel quatuor cubitorum est, ab ipso denique Ariele sursum versus cornua sunt quatuor*. Quidam duo ista nomina confundunt. Alii recte separant. Abarbanel vero qui a patribus suis fratribusque vehementissime dissidet per הר אל *Montem Dei* intelligi putat מקום המזבח ושטחו מלמטה על הארץ: *Locum altaris & spatium ejus, quod infra in terra occupat* quatuor cubitos amplum altumque. Huic ה' אריאל mira structura imponit: ובסוף הד' אמות בגובה היה מתרחב המזבח והיו יוצאים אבני המזבח לחוץ ואותו המקום ביחוד הוא הנקרא אריאל: *Et in fine quatuor cubitorum (de altitudine loquor) altare dilatatur, atque prodeunt lapides altaris*, ut corpus duodecim cubitos latum longumve efficiant, ut Propheta habet v. 16. *Et hic locus singulariter Ariel* vocatur. Hæc Abarbanel. Sed Magistri, ab Ezechiele nomine הר אל *ἐσχάραν*, seu locum foci insignitum esse haud male existimant, quoniam inter istam partem in alto sitam, & altari reliquo incumbentem, & inter Montem non obscura est similitudo. אריאל a *videndo Deo* derivari posset. Ara enim & præprimis Ignis luculentum præsentiæ divinæ indicium fuit. Magis tamen ridet, quod veteres vocem *Leonem Dei* interpretantur. Sive enim totum altare, sive, quod malim, focum h. e. supremam ejus superficiem, quæ cornua & pyras sacras habuit, intelligas, *Leonis* nomen ei conciliare potest Ignis sacer, qui victimas omni igne alio avidius ocyusque absumebat. Raschi alicubi narrat: ואין לך אמה על אמה שאינה מחזקת לבער אלף ליום שהיתה אש של שמים ממהרת לאכל: In altari *non est spatium cubitale, quod non mille victimas de die absumere possit, nam ignis cœlestis aliis celerius acriusque urit*. De qua traditione quid habendum sit, vide apud Celeb. Ligtfootium Desc. Templi Cap. 34. Cæteroquin Rabbini aram Ariel ideo appellatam dicunt: לפי שהאש הקדושה היורדת מן השמים היתה רבוצה בו כארי *Quia Ignis sacer οὐρανοπετὴς in eo recubabat Leonis instar*. Cæterum sæpe inculcavi, *ἐσχάραν* longitudine & latitudine sua cubitos XXVIII. complexam esse. Sed *ἀκριβολογεῖν* si velimus, utique quatuor Palmi addendi sunt. Sup. Cap. enim th. V. dixi Cingulum quinqne palmis fundamento angustius fuisse. Heic noto, idem etiam de *ἐσχάρᾳ* ratione Cinguli verum esse. Menachoth fol. 97. b. נמצא כח על כח עשרים ושמונה וארבע טפח' חוי: *Cum altare* in Mischna *cubitos* XXVIII. *amplum esse* dicitur, *Cubitos* XXVIII. *& palmos quatuor habuisse censendum est*. Quod Maimonides ubique sequitur. Raschi tamen palmos duos tantum numerat, quia Cingulum sex palmis fundamento contractius fuisse supponit. Confer R. Jom. Tobh. ad Midd. III. I.

II. In *ἐσχάρᾳ* autem oculis nostris se subjiciunt *Cornua*, (*g*) *Ambulacrum Sacerdotum*, [*i*] *& Pyræ*. [*m. n.o.*] Quæ lustrabimus *καθ᾽ δύναμιν*, ac primum quidem Cornua, de quibus frequens, sed tamen difficilis tractatio, quam nos satis timidi aggredimur. קר', *Κέρας*, *Cornu* autem Hebræis post propriam duas maxime, quæ huc faciunt, significationes ferre videtur. Una est potentiæ & excellentiæ, cujus in animantibus cornigeris & organa & argumenta sunt cornua. Unde David laudem Dei optimis & præstantissimis victimis comparaturus cornutis componit, aitque Psalmo LXIX. 31. *Placebit ea Domino* פר מקר' מפרי *præ bove Juvenco cornuto & ungulis instructo*, vel ut Apollinaris canit:

Ὅς νέος ἡβώῃ πίσυρος κεράεσσι καὶ ὁπλαῖς.

Qui primum pubescat fretus cornibus & ungulis. Etiam Poetæ victimas suas per sæpe a Cornubus commendant. Virgil. Æn. IX. 627.

> *Et statuam ante aras aurata fronte Juvencum,*
> *Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,*

Jam

Jam Cornu petat.

Hoc ſignificatu in ſacris nihil eſt frequentius. Pſ. CXVIII. 14. וירם קר׳ לעמו: *Et effert cornu populi ſui, laudem omnium quos benigne excipit.* Eleganter Duportus priora παραφράζει.

Λαῶ δ' ὕψοσ' ἄειρεν ἓῦ Κέρας ἀγλαΐην τε.

Populi autem ſui ſurſum evehit cornu ſplendoremque. Et pſ. CXXXII. 17. שם אצמיח קר׳ לדוד: *Ibi germinare faciam cornu Davidi.* Ubi iterum Duportus explicat:

Ἔνθα κε Δαβίδαο Κέρας καὶ κῦδος ἀέξων Θρέψω, Καλ.

Ibi Davidis cornu & Excellentiam augens nutriam. Pariter Jobi XVI. 15. *In pulverem redactus ſum cornu meo* h. e. *robore meo & gloria*, inquit Junius Chaldæum ſecutus. Hinc קר׳ lumen, ſpendoremque radioſque ſignat, ut in loco valde trito, Exodi XXXIV. 29. *Et ignoravit Moſe quod* קרן *ſplendida facta eſſet cutis faciei ſuæ.* Ut Cornua & lumen jungit etiam Sidon. Apollinaris in Burgo de Baccho:

-- -- *Caput aurea rumpunt*
Cornua, & indigenam jaculantur
fulminis ignem.

Cujus rei ratio eſt, vel quod radios a ſole derivatos Cornu ſpecie eſſe quandoque imaginamur. Raſchi קרן לשון קרנים שהאור מבהיק ובולט כמין קרן: H. E. קרן *cum cornibus cognatum eſt, quia lumen promicat & prominet ad cornu inſtar.* Quo pertinent verſus, qui Drepano tribuuntur:

Flammea cornuto librantem lumina vultu,
Geſtantemque ſacris jura ſacrata libris.

Ita ſentit Thomas Bartholinus de *Morbis Biblicis* Cap. V. ubi etiam conjectat, Alexandro Macedoni cornua in antiquis numiſmatibus appingi, non aliam ob rationem, quam *quia caput ejus in ſummo prælii Indici ardore ſcintillaſſe, referant Hiſtorici.* Quam opinionem meam non facio. Vel quod radiis ſol vim ſuam exerat: Macrobius Saturn. Lib. I. 21. *Ideo & Hammonem, quem Deum ſolem occidentem Libyes exiſtimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime animal valet, ſicut ſol radiis.* Atque hoc, quia cum ante dictis magis congruit, magis etiam mihi probatur. Cæterum quemadmodum Dii & Reges olim cornibus decori fuerint, non eſt noſtrum nunc dicere.

III. Alter τοῦ קר׳ ſignificatus eſt, quod oram extremitatemque rei ſignet, quanquam in reliquis cum cornu nihil valde commune habeat, uti & Galli voce *Corniere* pro *angulo, extremo* adhibent. Ut קר׳ fere cum voce מקצוע conveniat, quæ Ezech. XLI. 22. illius vicem gerit, ubi de altaris thymiaterii cornibus dicitur מקצועותיו לו LXX. καὶ κέρατα εἶχε. Kelim Cap. XVII. 9. שני אמות היו בשוש׳ הבירה אחת על קר׳ מזרחית צפונית ואחת על׳ קר׳ דרומית מזרחית: S. E. Duæ menſuræ cubitales, ad quas reliquas explorarent, fuerunt in penetrali, quod ſupra portam montis orientalem extructum erat, arcem Suſan pictam habens; una in angulo ejus, qui medium inter Orientem & ſeptentrionem, altera vero in angulo, qui medium inter Meridiem & Orientem reſpiciebat. Repetitur id Menach. fol. 98. a. Sic Middoth Cap. IV. 5. ומסיבה היתה עולה מקר׳ מזרחית צפונית לקר׳ צפונית מערבית *Cochlæa ſurgebat a Cornu Euroboreali Templi ad Cornu Zephyroboreali.* Sic §. 3, & alibi frequentiſſime. Etiam Succa fol. 8. a. de angulis Corporum quadratorum adhibetur. Huc pertinet, quod קר׳ Arabibus plagam Mundi ſignat. Nam Alexandrum Magnum ذوالقرنين *Dulkernaim, bicornem* vocant, quia ut habet Achmad ben Magad, *orbis totius Rex erat a Cornu ſeu plaga orientali uſque ad Cornu ſeu plagam occidentalem.* Pariter & Diodorus de Africæ regione uſurpat Lib. III. Κέρας ἑσπέριον, *Cornu occidentale.* Quod animadvertit Perilluſtris D. Ezechiel de Spanheim, Rei & Literariæ & publicæ Præſidium ſummum & quod publice profiteri jubet animi grati officium, mihi benignum, De uſu & Præſt. Numiſm. pag. 347. Etiam Hebræi ab hac ſignificatione non abhorrent, quando Peſach. f. 12. b. ita loquuntur: שית יומא בי קרנתא קאי: *Hora ſexta ſol inter Cornua eſt*: h. e. Raſchio expoſitore, באמצע הרקיע *in medio firmamenti*; vel medius inter plagam orientalem & occidentalem. Interim & קר׳ quandoque pro regione ſumi extra controverſiam ponit locus Jeſ. V. 1. Vinea eſt dilecto meo בקרן ב׳ שמן *in cornu filio olei* h. e. in clivo uberrimo. Abarbanel in Proph. f. 12. 2. a. קרא מקום הנכהות קר׳ לפי שהקר׳ הוא האבר הגבוה מ׳ הבעל׳ חי וידוע שאר׳ ישראל גבוה מכל הארצות: *Vocavit Locum altum Cornu, quia Cornu in animante altiſſimum membrum eſt. Atque conſtat, terram Iſraelis omnium regionum altiſſimam eſſe.* Fere uti Græci & Latini terris in mare prodeuntibus non raro cornu tribuunt. Nonnus Dionyſiacorum Lib. XLII.

Καὶ παφίην ὤδινε Κεραστάδος εἰς χθόνα Κύπρου.

Et Paphiam genuit cornutæ in terram Cypri. Ita Pomponius Mela de S. O. l. II. c. 4. Italia, *ubi longe abit, in duo cornua finditur, respicitque altero Siculum pelagus, altero Jonium*. Sed & in altari ipso קר' non solum quatuor illa Corpora vertici imposita, sed etiam oram & idem quod זוית *angulus* denotat. Bartenora ad Sebh. V. §. 4. de eo, qui holocaustorum cruorem Cingulo affundit: מתחיל בקרן צפונית מזרחית : *Incipit in Cornu Euroboreali*, quod habet ex Tamid IV. 1. Monet vero Jom Tobh : לא בקרן שעל מזבח אלא כלומר בזוית: *Non in Cornu*, quod *supra altare est*, *sed dicere voluit* : *In angulo*. Sic passim. Atque aut omnia me fallunt, aut huc pertinet locus Ps. CXVIII. 27. אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח *vincite sacrificia festi*, *usque ad Cornua altaris*. Hic enim per Cornua latera altaris orasque intelligere, simillimum vero mihi videtur, neque inficiantur Rabbini bene multi *Sacrificia festi*, dixi, nam per חג aliud intelligere insulsum sit, ob loca Exodi XXIII. 18. & Jes. XXIX. 1. Quod autem interpretes ea Cornibus alligata fuisse narrant, fabula est, quia Textns non ל vel ב *ad*, sed עד *usque ad* habet, & Cornua novem Cubitis a Terra submota, uncorum loco esse non possunt. Alia taceo. Mihi Psalmi contextus persuadet, admonitionem istam ad victimarum copiam multitudinemque referendam esse, quam S. Vates a populo, non a Sacerdotibus, in honorem Dei ob beneficia, quibus ab eo mactatus erat, postulat. Multitudinis enim argumentum fuit, si alia atrii loca animantibus tam referta essent, ut ad aræ latera eas admoveri oporteret, quo Israelis vulgus raro admittebatur. Neque vero id locum habuit nisi in festis, nam sacrificia ista חג *festa* appellat. Tum vero ista hortari non frustra fuit, quia Deus τοῖς ἑορτάζοσι certum victimarum numerum non præscripsit, sed ipsorum pietati liberalitatique reliquit. Unde non unam sacra vel parce vel largiter faciendi occasionem habuerunt. Ut enim taceam, eos victimas, quarum ante rei erant, in festis solvere debuisse: tria genera sacrificiorum tum solennia fuerunt ראיה חגיגה ושמחה *Comparitionis*, *festivitatis* & *Lætitiæ*, quorum illa holocausta, ista & hæc pacifica erant. Illa præscribi credunt Deut. XVI. 16. *Ne compareto coram Jehova vacuus*. Ista Levit. XXIII. 41. *Et celebrate istum festum Jehovæ*. Hæc vero quoties de festis, *Et lætabimini*, dicitur, quia eo epulæ ex Pacificis sacrificiis instruendæ intelliguntur, juxta Deut. XXVII. 7. *Et sacrificabis pacifica, & comedes ibi, & Lætaberis*. In his omnibus probe sua metiri & pro eorum ratione sumtus in religionem facere debebant, juxta regulam, quam Magistri memorant Chagiga Cap. I. §. 5. *Cui comedentes multi sunt & opes tenues, multa pacifica & holocausta pauca offert. Cui familia parva & fortuna ampla, holocausta multa, pacifica pauca sacrat. Cui & familia & res angusta est*, pro comparitione *obolum argenteum*, qui 16. grana hordeacea pondere æquat, & pro festivitate *obolos duos* expendit. Cui vero *utraque ampla est*, *ei legem fixit Deus* Deut. XVI. 17. Quisque prout donatum est manui suæ, pro benedictione Jehovæ Dei sui. Quod vero victimas funibus *ligari* jussit, non puto de eo temporis articulo, quo mactarentur, intelligi, quoniam tum ligationem a sacris Hebræorum æque ac gentilium alienam fuisse, infra probabile faciam, verum *vinctas* fuisse arbitror, & cum in atrium adducerentur, & cum ibi mactationem expectarent; Parum autem interest, homines tenuerint funes, an parietibus fundoque annexi fuerint. Etiam apud gentes Servio notante animantes sacræ ante aras vinctæ manserunt, usque ad mactationis tempus. Testis est Juvenalis Sat. XII. ab Init.

Sed procul extensum petulans quatit
hostia funem,
Tarpejo servata Jovi.

Chaldæus haud longe a nobis abit, qui ita versum istum enarrat: *Vincite agnum offerendam funibus, donec veniatis ad eum offerendum, & adspergenda ejus sanguine altaris Cornua*. Interea fortasse sacerdotes victimas ita ligatas, an ἐξαίρετοι præstantique & ab omni vitio immuni corpore essent, explorabant. Sane in sacrificio quotidiano agnus mane ad faces examini isti subjiciebatur, quanquam vespera præcedente eximius & ἄμωμος deprehensus fuisset. Tamid. Cap. IV. אף על פי שהיה מבוקר מבערב מבקרי' אותו לאור האבוקות: Sed conjectura est!

IV. Ex his jam manifestum est, qua ratione קרן nomen sit, supremarum aræ partium (*gg gg*), Exodi XXVII. 3. & alii quanquam cum omnibus nihil fere commune habuerint, quam quod על ראש המזבח *capiti altaris*, ut extrema & altissima membra insiderent. Fuere quatuor דרמית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית Euro australe, Euroboreale, Zephyroboreale, Notozephyrinum. Jom Tobh ali--

alicubi animadvertit, quod, quia hæc in *fœminino genere* cum voce קרן masculina conjunguntur, רוח *plaga* subintelligenda sit. Sed ad defectum vocis hujus, confugere, equidem mihi non necessum videtur, quoniam קר׳ tam in scriptura, quam in Talmude pro fœminino sæpe construitur. Exodi XXVII. 2. Sebhachim fol. 53. a גופה של קר׳ *Cornu ipsum*. & ib. b. שלא היתה בחלקו *Non fuit in portione ejus*, de Cornu Euro australi. Porro quod sæpe monui, Cornua cubitalia fuerunt, quanquam de eis liticula Maimonidi cum Raschi intercedat, nam hic tribus eorum dimensionibus Palmos quinque dat, sed ille altitudini quidem quinque, longitudini vero & latitudini sex. Ita *Cornu* in ipsa aræ angulorum extremitate locant plerique omnes. Rabad tamen, Maimonidis censor ea palmis quatuor ab illa removet. Sed frustra לפי שקר׳ נקרא כ׳ על שם שהוא עומד בזוית ולפיכך ראוי לומר שהיא עומד ממש על הזוית, *Quoniam Cornua inde nomen adepta sunt, quod in ora sint, oportet statuere, ea in ejus extremitate fuisse constituta*, inquit R. Jom Tobh. Hinc securi colligimus, Aræ nostræ cornua non fuisse curvaturas quasdam ad Cornuum taurinorum vel arietinorum figuram factas, sed potius corpora quadrata ad cubitum elata, neque turbinata, neque contorta, sed sibi per omnia & ubique similia. Quanquam de eo, an in acumen ad pyramidum instar desierint, nemini controversiam movere velim. Demonstrare autem quæ dixi licet non solum ex constantissimo Hebræorum testimonio, sed & ex eo, quod ferrum altaris lapidibus applicare nefas fuit; quod πελεργον & artificiosam Cornuum structuram impossibilem ostendit. Neque Josephus in alium sensum capi debet, cum lib. IV. de Bello c. 6. ait: ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας. *Ara quadrata stetit angulos in Cornuum formam protensos habens*. Nam & קר׳ & κέρας prominentiam in summo loco constitutam notare ante docuimus. Philo quoque sententiam nostram firmare videtur, nam aut fallor aut cornua pro angulis fere aræ quadratæ habet, nam ait: Κάπειτα τοῦ θυσιαστηρίου τέτταρα κέρατα· τετράγωνον γάρ ἐστι. *Deinde Altaris quatuor cornua, quadratum enim est*. Si Cornua animantium retulissent, sane e quadrata ara quatuor cornua male collegisset. Hæc qui tenet, nullo negotio sibi persuadebit, nec in Mosis ara cornua bubula aut arietina imitata fuisse. Nam nulla ratio est, aliam Tabernaculi aræ cornibus figuram, aliam Templi tribuendi. Dein Textus Hebraicus cornua aræ obducta fuisse innuit, nam Ex. XXVII. 2. postquam Deus aram & proxime cornua fieri jussisset, addit וצפית אתו נחשת LXX. autem verba ista de Cornibus maxime acceperunt, transferunt enim; Καὶ καλύψεις αὐτὰ χαλκῷ. Sane aræ aureæ cornua obducta fuere Ex. XXXVII. 26. Id eo confirmatur, quod dicitur ממנו תהיו קרנותיו; *Ex eo altari erunt Cornua ejus*. h. e. ejusdem materiei cum ara ipsa, quæ e ligno & ære constitit. Jam minus proclive est statuere, uncinos istos incurvos, & contortos, ut Cornua Vir Doctus, contra quem hæc notamus, appellat, e ligno confectos fuisse, quod [credo] idem Vir Doctus vidit, unde cornua *ex ære* solo confecta fuisse contendit. Præterea si verba ממנו תהיי׳ קרנותיו paulo curatius contemplemur, etiam aliud robur nobis afferre videntur. Nam מ vel מ heic ea vis est, ut notet cornua non solum aræ firmiter inhæsisse, sed & sursum versus porrecta fuisse. Dubitas? Accipe Interpretem divinum, S. Ezechielem Cap. XLIII. 15. ומהאריאל ולמעלה הקרנות ארבע: *Ab Ariele sursum versus cornua sunt quatuor*. Animadvertit id Jonathan in Exodi Paraphrasi, nam inquit: מיניה יהוי׳ קרנוי זקיפי׳ לעיל: *Ex eo erunt cornua ejus erecta sursum*. Satis, puto, ita convellitur, quod ab eo, quem allegavimus auctore traditur: *Cornua Curvaturas fuisse, quæ ad angulos altaris (prout arietum cornua ad animalium eorum tempora) contorquebantur*. Tandem in superpondii loco, addere lubet, τῶν ό translationem verborum citatorum, quæ ita habet: ϗ ἀπὸ τοῦ Ἀριὴλ, ϗ ὑπεράνω τῶν κεράτων πῆχυς. Hoc est, juxta vulgarem interpunctionem *Et ab Ariele, & supra cornua cubitus*. Quod sensu fere caret, saltem supra cornua nullum cubitum fuisse constat. Ergo *comma* inter ὑπεράνω & τῶν ponendum esse judico in hunc sensum: *Et ab Ariele & supra*, fuit *Cornuum cubitus*. Quod scite dictum est, & mirum in modum ante dicta firmat.

V. Jam quam Cornua rationem habuerint, inquisitu dignum est, cum Deus sollicite ea confici inculcaverit Exodi XXVII. 2. & Magistri sine Cornibus Aram legitimam esse non agnoscant Sebh. 2. Primum aram ornabant, angulosque ne forte læderentur, muniebant. Sanctius in Ezech. XLIII. 15. *Et quatuor illius angulis totidem extabant columellæ, seu Cornua, quæ ad* spe-

ſpeciem aliquid debebant non vulgare. Poterant etiam Cornua aræ dignitatem auguſtam vel conciliare vel innuere, ejuſque reverentiam incutere accedentibus. Cornua excellentiam gloriamque ſignificare apta ſunt. Dein Deus non ſemel injunxit, ut ſanguis ſacrificii piacularis *Cornibus* illineretur, haud abſque myſterio memorabili, de quo infra. Hoc Magiſtri ad animum diligentiſſime ſibi revocant. Sebachim fol. 53. a. דמים העליונים ניתנים מחוט הסיקרא ולמעלה דמים התחתונים ניתנים מחוט הסיקרא ולמטה דברי ר׳ ר״א ברש״ אומר בר״א בעולת העוף אבל בחטאת בהמה היא׳ עצמה אי׳ נעשה אלא על גופה של קר׳ : *Sanguines ſuperiores ubicunque ſupra filum ſicra poni, & inferiores infra, Rabbi exiſtimat. Sed R. E. F. S. explicat, id non niſi de avis holocauſto obtinere; ſed piaculum ex quadrupedis Cornibus ipſis deberi, ita ut non poſſit eorum ſanguis ſpargi, niſi in ipſum eorum Corpus*, non infra in Εσχάραν. Ea propter etiam concava & varie perforata fuerunt, ut ſanguinem haurire & abſorbere poſſent. Sebh. fol. 54. b. אמר רב כהנא אבנים של קרנות חלולות היו דכתב ומלאו במזרק כזוית במזבח הכא מני אבני׳ שלימות אמר רחמנא אלא דמחית מידי מתותי ושקיל *Rabb Cahana ait : Lapides cornuum excavati erant, q. d. e.* Et implebuntur uti pelvis, & uti anguli altaris *ſanguine*. Zach. IX. 15. Neque obſtat, *quod & hic Deus lapidibus integris uti juſſerit*. Nam *baculos tenues* Cornibus, cum ſtruuntur, *interponunt*, illoſque poſtquam hæc ſiccata ſunt, *auferunt* : In quorum locis dein foramina perpetim manent. Unde conſtat, Cornua ſacrificiis piacularibus quam maxime commodaſſe. Porro in Altari, quod Deus Aſylum conſtituit, Cornua præcipue φύξιμα fuiſſe & ſalvum feciſſe tenentem credibile eſt. Nam ea ſanctitate omnes reliquas aræ partes antecellebant, utpote quæ ſacrificiorum piacularium, quæ maxime *Sancta Sanctorum* appellantur, ſanguinem expiatorium ſingulari ratione bibebant & in ſe recipiebant, cum in aſperſionibus reliquis ſanguis in aræ ſuperficiem projiciebatur, ab ea nullo pacto hauriendus. Quod autem ſacrificia expiatoria ſanctitate præcipua fuiſſe dixi, id prolixe oſtendit Maim. Hilk Maaſe Hakk. Cap. VIII. unde prima verba excerpam : *Erat*, inquit, *in quadrupede hoſtia pro peccato* חומר *major quædam ſeveritas, quam in aliis ſanctioribus victimis*, quod demonſtrat ex Levit. VI. 27. *Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, levabitur in loco ſancto*. Hinc Adonias & Joabus *prehenderunt Cornua Altaris*. 1. Reg. I. 50. & II. 28. Sed diverſo ſucceſſu : Ille enim ſervatus, hic haud procul ab altari interfectus eſt. Cujus rei cauſam ubi de aræ ἀσυλίᾳ dicemus, explanabimus.

VI. Tandem animum ad Gentilium aras applicare juvat, & an cornibus perinde ac Hebræorum decoratæ fuerint, inquirere. Equidem Dougthæus in *Analectis* cum altarium ſanctorum Cornibus componit κεράτινον βωμόν, *Aram quæ ex Cornibus tota conſtat* Delii Apollinis, de qua apud Ovidium Cydippe.

Miror & innumeris ſtructam de Cornibus aram.

Saubertus *de ſacrif.* p. 353. aram e Cornibus animalium forte mactatorum conſtructam autumat, ſed perperam. Ex Cornibus Cynthiadum Caprarum, quas Diana in venatu occiderat, aram a fratre Apolline compactam eſſe, teſtatur Callimachus hymno Apollinis.

Ἄρτεμις ἀγρώσσεσα κεράατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁδ᾽ ἔπλεκε βωμὸν ἀπόλλων,
Δήματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Diana venata Cornua aſſidue caprarum
Cynthiadum tulit, ipſe vero contexuit aram Apollo,
Conſtruxit quidem Cornibus fundamenta, compegit autem aram
Ex cornibus, Corneos autem circumduxit parietes.

Sed hæc longiuſcule petita ſunt. In Idolatrarum aris cornua collocat Scriptura. Jerm. XVII. 1. *Peccatum Jehudæ -- -- exaratum -- -- ad Cornua altarium veſtrorum*. Hoſ. III. 14. *Animadvertam in altaria Bethelis, adeo ut excindantur Cornua altaris, & cadant in terram*. De quibus plura dicere nihil attinet. Gentes ſequiores hujus moris non penitus dememiniſſe, argumento ſunt Numiſmata, quæ in aris Cornuum imaginem qualemcunque, h. e. anſas ultra aram prominentes haud infrequenter exhibent, quas iiſdem, quibus Hebræorum cornua, finibus dicatas fuiſſe, & jurantibus modo, modo precantibus commodum tenendas occurriſſe, vero mihi ſimile eſt. Nam & Aræ ipſæ olim Aſæ, quas poſt Anſas dixerunt, appellatæ fuiſſe dicuntur a Varrone, ut ut iſta *Aræ* derivatio mihi non valde probetur. Inter Numiſmata iſta numero, quæ in oris aræ Cornua inflexa ſeu eorum inſtar ſpectanda

ctanda dant, uti apud Oudanium Tabb. 64. 75. 81. & 102. Choulium p. 65. & alibi, aliosque. Cum primis mihi cornua commendant nummi, in quibus Ara pacis est. Alium a nobis exhibitum habes f. 3. qui Crispinæ est, ex Vaillantio P. II. Numism. Imper. p. 200. in cujus quatuor extremitatibus mirum ni Cornibus quid compareat geminum. Servius ad Virg. lib. 4. Æn. observat: *Rogabant Deos, ararum Ansas tenentes*. Repetit id Scaliger Poet. V. 3. p. 238. cum ad Æn. XII.

Tango aras, mediosque ignes & numina testor.

Ansulas, inquit, *habebant aræ, quod etiam in antiquis videmus monumentis*. Et Sanctius Comment. in Reg. p. 944. *In aris*, inquit, *quas a Romanis habemus, in æreis argenteisque nummis exsculptas, cornua sunt alius formæ*, ac in Hebraica, *quæque animalium cornuum imaginem referunt*. Nonnus tandem Panopolitanus *omnia belle firmat*, quando *Agaves Sacrificium describens* ait lib. XLIV. n. 96. Mactavit

-- -- -- Εὐκεραὸν παρὰ βωμῷ
Θῆλυν ὄϊν κερόεντι συνέμπορον ἄρσενι ταύρῳ.

Bene cornutum apud altare fœminam ovem
Cornuto comitem masculo tauro.

VII. Hæc tamen Virum Eruditissimum movere non debebant, ut assereret, *Deum altare suum ideo cornibus instructum voluisse, quod cornua diu ante Mosis ætatem, tanquam religionis & excellentiæ singularis indices, altaribus adderentur*. Nam altarium Hebraicorum cornibus cum iis, quæ profana habuerunt, ingens differitas intercessit. Et sane fundamentum hujus opinionis est, cornua sacra Hebræorum, ad Gentilium instar, arietinis bubulisque similia fuisse. Quod ante sustulimus. Poterat quidem res ipsa vel male intellecta vox קרן Gentilium cornibus occasionem dare, sed nequaquam Profanorum cornua proprie dicta Deo, ut illorum ritibus sacra sua malefida imitatione cohonestaret. Fatemur lubentes, Cornua Gentibus excellentiæ, potentiæ, dignitatisque Symbola fuisse, verum id ante Mosen & diu quidem obtinuisse, haud scio an ostendi possit. Certe Bacchum διχέρωτα Mosen ipsum esse, male exscriptum, Viri Literarum Principes abunde demonstrarunt. Quo tempore Jupiter Ammon cornua sumserit, haud equidem scio. Græcos si audiamus, ea Bacchicis non sunt antiquiora. Nam derivant ea ab ariete, qui Libero Patri cum exercitu in arenosis Ammoniæ locis magna aquæ penuria laboranti fontem monstrarit, ubi postea conditum Ammonis fanum fuit. Ita Hyginus in Poetico Astronomico, ubi de Ariete. Sed de hoc quicquid fiat, non hæc Jovis aut Bacchi cornua caussa fuerunt, cur Auctores Sacri nomine cornu uterentur, ad gloriam & honorem exprimendum, ut Vir ille Eruditus existimat, nec enim ineptissimam illam & impiissimam consuetudinem ita honoraverit Deus; sed potius illa longe simplicior, quod in animantibus decora & roboris organa sunt, quo cum primis pertinet locus Deut. XXXIII. 17. de Josephi posteritate: *Primogeniti bovis illius decor est ei, & cornua monocerotis duo cornua ejus, quibus populos feriet pariter*. Ubi non inepta est Hebræorum observatio, הדר *decus* Josepho tribui, quod est in Monocerotis cornibus, & כוח *robur*, quod est in taurinis. Nunc videamus de ararum cornibus, quo pacto ea ante Mosis ætatem V. D. repererit. Sane totus oculeus sit oportet, qui ea quærit. Nam cornua in aris vetustiora non habemus, quam quæ imposuit Cadmus, quem plurima e Mosis sacris in sua transcripsisse, nemo hodie ambigere potest. Quod sane grave, adversus sententiam, quam refellimus, præjudicium est. Videamus tamen, qua via, duceque V. D. Cornua illa vetusta invenerit. Primo Deus, inquit, ea ostendit cum dicit: ועשית קרנותיו *Et facies cornua ejus*: quo ipso innuere ei videtur, populum jam dudum artem Cornua faciendi edoctum fuisse. Verum ego, fateor enim, id non video. Nam frequens Hebræis est ista formæ enallage: Vertendumque id est cum S. Interpretibus: *Et facies illi cornua*. Hinc οἱ ό pronomine omisso scripsere: Καὶ ποιήσεις τὰ κέρατα ἐπὶ κλ. Conferatur ib. v. 3. & evanescet argumentum. Nam v. c. quod Textus habet: ועשית סירותיו לדשנו, LXX. reddunt: Καὶ ποιήσεις στεφάνην τῷ θυσιαστηρίῳ. Ratio autem, cur Deus pluribus Cornua descripserit, evidens est, quia Moses omnium illarum rerum ideas in monte viderat, ubi etiam modum formamque Cornuum perdidicerat. Dein Moses ipse corniger (ita V. D. pergit) e monte redux docet, *Sæculo Mosaico cornu dignitatis indicem fuisse*. Sed Cornua Mosi demunt, splendoremque in eorum loco vindicant, non solum Hebræi omnes, LXX. Samaritanus Syrus, Arabs, alii, sed & ex Mose ipso Apostolus 2. Cor. III. 7. cum קר' per ἐγενήθη ἐν δόξῃ exponit & addit, *adeo ut*

non

non possent intueri filii Israelis in faciem Mosis propter gloriam vultus ejus; certe non propter cornua, quæ oculos non præstrinxissent, sed quia mira, omnium in se convertissent. Alia transeo. Neque tanti faciendus est Hieronymus, qui primus cornua in dias auras protulit. Haud raro enim in talibus hallucinatur, & quandoque ex sola in LXX. æmulatione. Porro quod V. D. dicit, gentes antiquas cornibus Deorum suorum simulacra donasse, non negare lubet, sed his ea quoque eximia privaque ante Mosen fuisse, ultro addere: unde ea tum neque aris, neque aliis Religionis instrumentis, quo cætroquin nihil divinitatis habuerunt, communicata putamus, hoc ipso Dei Mandato inducti: Indignum enim est Deo, Sanctorum rituum quasi inopem ex profanorum sacris mutuo petitis Religiones suas polluere. Quid quod ante Mosen Divis Cornua hæsisse, nondum constet? Tandem ad Mosen revertitur V. D. *eumque lege sua Gentilium circa cornua mores castigasse contendit*. Verum nullibi ita cœcutit, quam hic. Tria autem Mosen emendasse vult. Unum est, quod *Gentes innumeris cornibus altaria sua decorare soliti sint, in quorum loco Moses solummodo quatuor instituit*. Belle, sed unde illud de Gentium aris patet? Ex ara, quam ante descripsi Delii Apollinis. Scilicet! Una hæc in orbe fuit tota ex Cornibus composita. Sed hæc ne tantopere Deum sollicitum habuerit? Insolens ista fuit & sine exemplo, unde septem orbis miraculis adnumeratur. Atque de hac loquuntur quos adducit: Ovidius Ep. xx. Martialis de spect. 1. & Callimachus. Alterum est, quod Lex ait, oportet ut *Cornua eam materiem habeant*: quo carpi putat Gentiles, *quorum aræ totæ ex cornibus conflatæ fuerunt, aut cornibus ab animali aliquo desumtis plurimum exornatæ*. Utrumque concedimus. Sed illud in ara Apollinis sola quam nemo imitari fere potuit locum obtinet. Quod hoc attinet, meminisse debuit Vir Doctus, æque communia fuisse Gentibus cornua, quæ ex ipsa aræ materie essent constituta, unde aræ ab ipsis illis cornibus ansæ appellatæ Varroni creduntur. Tertium est, quod Lex, *cum cornua in solis angulis collocari vult, Gentes* reprehendat, quod *cornua etiam in lateribus & recessibus interioribus ponerent*: Sed quo argumento & hoc affirmat? Redit iterum ara Delii Apollinis, nam de hac Plutarchus in Theseo agit. Felicem aram, quæ Deum O. M. excivit, ut Israelitas tanto terrarum intervallo semotos, Lege peculiari muniret tam curate sollicitequue.

Scilicet is superis labor est, hæc cura quietos
Sollicitat.

VIII. Quanquam autem Cornua extremum solum cubitum in quatuor Aræ angulis occuparent, tamen cubitum extremum per quatuor latera tota *locus cornuum* (h.) complexus esse censetur, ita ut altari superfuerit Cubitorum XXVI. amplitudo; quam mox duobus cubitis minuit מקום הילוך רגלי הכהנים: *Ambulacrum Sacerdotum* [i]. Patebat enim in latitudinem cubiti unius, aut si Cornuum locum, quo etiam uti poterant, addas, duorum, & in longitudinem ad singula latera Cubitos XXVI. & in universum Cubitos CIV. Vel ex his jam constat, *Ambulacrum sacerdotum* quam diligentissime a סובב *Cingulo* discernendum esse. Διὰ πασῶν enim discrepant. Utut inficiari nolim, Ambulacrum quandoque venire nomine סובב *Circuitus*, Jom Tobh ad Sebbach. Cap. IV. §. 2. נ״ל לפרש דסובב שהזכיר רש״י בכא׳ הוא מקום הילוך רגלי הכהנים שעל ראש המזבח: *Opinor, Raschium heic per Circuitum ambulacrum sacerdotum; in aræ vertice constitutum intelligere*. Huc pertinet, quod Idem כרכובי׳ cum סובבי׳ commutat, nam כרכוב *ambulacrum* etiam continet: Sebh. fol. 62. a. loco, qui dudum nobis debebatur, nunc afferendus, quoniam ambulacrum sacerdotum in Mosis ara ex nostrorum sententia describit: ת״ר איזהו כרכוב בי׳ קר׳ לקר׳ מקום הילוך רגלי הכהנים אמה אמו הכהנים בי׳ קר׳ לקר׳ הוו אלי אלא אימא ומקום הילוך רגלי הכהנים אמה וחכתיב תחרת כרכובו מלמטה עד חציו אמר רב נחמ׳ בר יצחק תרי הוי חד לנוי וחד לכהנים שלא ישתרקו: T. M. *Quid est* ambitus ille Exodi XXVII. 5. Resp. Spatium unius cubiti latitudine, *quod inter Cornua erat*, eratque *ambulacrum sacerdotum cubitale*. Obj. Hoc pacto *quomodo sacerdotes*, ab uno latere in aliud *pergere potuerunt, obstantibus Cornibus? Idcirco dicendum est*: ambitum comprehendisse spatium inter Cornua, & *cubitum qui est ambulacrum sacerdotum*. *Quod autem* ambitus infra summitatem aræ deprimitur, dum *dicitur* Exodi l. c. *Sub ambitu inferne ad medium* altare, *id R. Nachman B. I. solvit, duos* סובבים *Circuitus*, (ut Raschi ait) *statuendo, unum ornamento*, parietibus aræ adhærentem de quo Textus proprie loquitur, & nos supra, *alterum commodo sacerdotum* in capi-

capite aræ constitutum, duos cubitos latum, qui ambulacrum sacerdotum diceretur factum *ne* sacerdotes *labascerent* & *impingerent*. Verum enim vero in reliquis hæc duo סובבים *Cingulum* & *ambulacrum* per omnia dissident. Illud enim calcatur a sacerdotibus, qui quadrupede piaculum, aut ave holocaustum faciunt: Hoc vero ad ordinanda ligna, vertenda forcipe profecta, aut alia hujusmodi. Illud in media fere altaris altitudine comparuit: Hoc in supremo aræ, ut Rabbini loquuntur, tecto, a terra novem, & a Cingulo tribus cubitis semotum, id quod jam nunc e Raschio & Jom Tobh audivisti. Bartenora ad Middoth Cap. III. §. I. שלא יהיו הכהנים צריכין להלוך בי' הקרנות מניחי' אמה פנוי ממקום הקרנות ולפנים להילוך רגלי כהנים: *Ut sacerdotes necesse non haberent, inter cornua ipsa obambulare, spatium cubitale a loco ubi Cornua sunt, introrsum vacuum reliquerunt, in quo sacerdotes ambulare possent*. Erat, inquam, sacerdotum ambulacrum in summa aræ planitie, Cornuum loco & foco penitus ἰσόπεδον, & utrumque separans. Qua quidem in causa, ut alios taceam, clarissimorum virorum trigam, Capellum, Lempereur & Lightfootum mihi adversari novi; At hic plane imbelles, nec ulla ratione fretos. Mihi vero militant omnes Rabbini. Nec res illud aliter situm esse patitur. Quod si enim sacerdos, quod viri illi Docti volunt, in ambulacro duobus aut tribus cubitis humiliore, quam pyra est, consistere debeat, nequaquam medium *foci*, quod plusquam XII. Cubitos ab eo distat, curare, strues disponere, carnes imponere possit. Porro nemo est, qui neget, *Ascensum* ad *Ambulacram* ibi defuisse, ubi *Ambulacrum* incepit, ut ex illo in hoc facilis transitus esset. Secus quid juvaret? Sed desiit ille inter Cornua in loco foci supremo novem cubitos a Terra semoto. Quod Magistri identidem inculcant. Oportet igitur, etiam in eo *Ambulacrum* constituere. Testimonia Rabbinorum ob copiam non adduco. Hæc proba adeo & illustria sunt, ut demirandum sit, ea viros Doctos ita torsisse, aut ab iis torta esse, ut meræ tenebræ evaserint. Lempereur in Middoth p. 95. *Focus vero supra Ambulacrum Sacerdotum ad duos cubitos ascendisse mihi videtur*; sed quam ob rem? Rabbini enim utrumque in altaris vertice locant. *Quia*, pergit *cum decem in universum altaris altitudini tribuantur, nec non in fundamento, pila & reliqua ad Cornua usque structura novem absumpta fuisse statuantur, a Cornuum loco unum cubitum superfuisse constat*. Hactenus pulchre. Sed quod adjungit: *Atqui ambulacrum exteriori spatio, ubi Cornua erant, uno cubito depressius fuit*, Id vero error est, Viro indignus, quem jam semel iterumque confecimus. Ligthfootus autem ad Cubitum octavum Ambulacrum levat, quando l. s. cit. ait: *Post cubitum supra radices Cornuum altaris, cubito iterum ejus circumferentes coarctabatur, & circuitus erat tantum* XXIV. *Cubitorum, atque ita ad aream, in qua deponebatur Ignis, assurgebat, atque hic est* הילוך כהנים. Quæ tu sis, ex iis quæ diximus emenda! Nunc Ambulacrum Ligthfooti quem usum habuit? An *ad aspergendum sanguinem*? Id in Cingulo inferiori fieri recte docuit. An ad *versanda in igne victimæ membra*, aliaque hujus generis peragenda? At idem hæc in summa aræ planitie peragenda esse concedit. Ad quod ergo? Nihil superat. Sic si D. Ligthfooto credas, Ambulacrum nomen inane fuerit. Nec tamen, Lector, te quicquam posthæc moretur, exhibebo tibi sententiam Raschii de Ambulacro sacerdotum in Mosis ara. Nam eum idem de Ara nostra sentire hactenus non vidi, nec etiam existimo. Ita autem ait ad Sebh. 62. a. למעלה בראש המזבח העמיקו סובב כמין חריץ עמוק דבר מועט להיות להם שפתו היקף מעקה קטן סביב שלא יחליקו *Supra in Aræ vertice ambiitum* pyræ loco *profundiorem fecerunt, uti fossam paululum depressam, ut ora ejus circumquaque esset loricæ parvæ ambientis instar, ne hallucinarentur*. Supra vero *de loco pyræ* dixit, *quod cubitalis tantum fuerit, nam spatium inter cornua, & ambulacrum Sacerdotum, ad singula latera duos cubitos abstulerunt: Ea propter unius cubiti longitudo & latitudo* foco *supererat*, qui supra reliquam verticis altaris superficiem paululum eminuit.

VIII. Nuper animadvertimus, Templi Secundi aram aliqua sui parte ampliatam esse, ut שיתין *cavitatem subterraneam* libaminibus destinatam sub se occulere posset & sacratos liquores haurire & in illam transmittere. Olim vero aliter se ea res habuit: Raschi Sebh. 61. b. בימי שלמה היה כמי' בור כרוי אצל המזבח באותו זוית לירד הנסכי' בתיכו וויורדי' מ' המזבח ולדיצפה ושותתים שם: *In diebus Salomonis prope altare ad angulum Notozephyrinum fovea fossa fuit, in quam libamina descenderent, ita quidem ut ex altari in pavimentum delaberentur & tum absorberentur*. Qui vero

ex

ex Captivitate patriis sedibus redditi fuerunt, foveam eam sub altari occuluerunt, atque ad eam in ara meatum in structione apertum reliquerunt, uti quemadmodum Carnes, quæ cibi rationem habent, in ipso altari consumebantur, ita pariter libata, quæ potui respondent, ab ipso absumerentur, juxta regulam Sebh. l. c. שתייה כאבילה *Bibitio est sicut comestio*. Meatus autem iste prope Cornu Notozephyrinum altaris vertice apertus erat; habebat enim foramen, quod quia in שית desineret, etiam שיתין quandoque dici ante monuimus. Ad id comparebant, ב׳ ספלים של כסף ומנוקבים כמין חוטמי׳ דקי׳ *duo simpula argentea, quæ instar duarum narium perforata erant* [*F. 1. & 2. K.*] h. e. ore lato, sed quæ in exitum angustum desinerent, ad modum vasorum, quæ *Infundibula* vulgo dicimus; Succa IV. 4. Haud admodum his dissimile in sacris Vestæ videtur *Futile*, quod, Donato auctore, *vas fuit lato ore, fundo angusto, quod positum stare nequiret, sed statim effunderetur*. Uti & Sympula nostra nunquam loco suo movebantur, sed semper foraminibus agglutinata manebant. Jom Tobh ad Succa l. c. Duo erant, unum ad orientem, vinum bibebat, alterum ad occidentem aquam in Tabernaculorum festo libatam. Habent & gentes suum simpulum aut simpuvium; quod a Festo describitur. *Vas parvum non dissimile Cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur, unde & mulieres rebus divinis deditæ simpulatrices dictæ*. De origine simpuli litigant grammatici; Mihi vero certum est, id a ספל esse. De his plura alias. Nunc demonstrandum sumimus, foramen istud in altaris vertice comparuisse, quia Maimonides id non agnoscere videtur, certe in altaris descriptione tacet, & libationem in fundamentum factam esse affirmat Hilk. Maase Hakkorb. Cap. II. §. I. Clare pollicem nobis premit Raschi *Sebb.* l. c. ubi palam נקבים בראש המזב׳ לירד הנסכים שם : *Foramina in Capite altaris, in quæ libamina descendant*, constituit, quæ repetunt Bartenora & Jom Tobh. ad Midd. III. 1. Ille etiam ad Succa l. c. Libamina, inquit, יורדי׳ דרך החוטמי׳ על גג המזבח *nasos istos descendunt in tectum Altaris*. Et quod si hic Sympula non statuas, quo obsecro ea rejicies? Nullibi hærebunt, nisi fortassis in fundamento. Sed nec in fundamento, puto, iis locus esse potest, quandoquidem Sacerdos, qui vinum aquamque in ea fundebat, in Altaris fastigio consistebat. Quod uno nunc dicto probare animus est ex Tamid Cap. VII. §. 3. בא לו להקיף את המזבח מהיכן הוא מתחיל מקרן דרומי׳ מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית דרומית נתנו לו יין לנסך : Sermo est de Pontifice vinum libaturo, qui tot nobis suppetit argumenta quot constat verbis. *Cum aram ambire vult* [ubi? Commentatores ajunt, היה בראש הכבש *in clivi fastigio fuisse*, Ergo & in aræ summitate.) *a Cornu Euro-australi initium facit, dein ad Cornu Euroboreale, hinc ad Borea-Zephyrinum pergit*, [quid faciens? Profecta igni imposita convertisse, inquiunt iidem, quod iterum eum in aræ vertice fuisse docet] *Et tandem ad Notozephyrinum pervenit*, (ubi, addunt iidem, foramina fuere, per quæ libata in שיתין diffluebant.) *Atque tum vinum ei datur, quod libet*, non postquam ad Cingulum ad fundamentum descendit, sed simul ac ad Cornu illud se appulit, nam ibi eum Sagan & Sacerdos, qui vinum attulit, expectabant. Cæterum liquores libati ac in Schittin dilapsi, ibi permanebant, neque in Vallem Kidron migrabant: qui error fuit Jacobi Leonitii in Tabhnith Hecal lib. II. cap. 11. quem tamen ipse in הגהה *emendatione* addita recantasse videtur, dum locum e Meila mox afferendum adjungit. Quin Mischna Midd. Cap. III. §. 3. eum confutat, dum prope Cornu Notozephyrinum *locum fuisse* ait, contectum *tabula marmorea, cui annulus*, quo commodius amoveri posset, *annexus erat, & per eum quandoque in* שתין *descendisse, qui ea purgarent*, a libaminibus, quæ adhuc adfuisse oportet, non vero Kidron dilapsa. Quod egregie firmatur *Meila* fol. 11. 6. לול קטן הוה׳ בין כבש למזבח במערבו של כבש אחת לשבעים שנה פירחי כהונה יורדים בו ומביאין יין קירושין שהוא דומה לעגולי דבילה ושורפין אותה בקדושה שנ׳ בקודש הסך נסך שכר לה׳ כשם שניסוכה בקדושה כן שריפתה בקדושה : *Foramen parvum inter Clivum & altare ad latus illius occidentale fuit, in quod semel per Septuaginta annos Sacerdotes juvenes descendebant, & vinum sacrum, quod jam massæ ficuum instar concreverat, repetebant, in Sanctitate comburendum*: Q. f. e. Num. XXVIII. 7. In loco sancto libato libamen generosi vini Domino. Hinc *uti libatio in sanctitate fuit, ita etiam combustionem eo modo faciendam esse* colligitur. In quem locum, quia Succa f. 49. a. repetitur, alibi plura בד״ dicam.

CAPUT SEXUTM.

De loco foci. Quorundam de altaris תפוח *pomo opinio confutatur.* §. 1. *De Igni altaris perpetuo. De sacris Vestæ. Pœna ejus, cujus culpa ignis extinguebatur.* §. 2. *De origine Ignis. De Igne Templi secundi. De modo Ignem extinctum accendendi.* §. 3. *Ante sacrorum initia Ignis accendi solebat.* §. 4. *Tres strues erant.* §. 5. *De strue tertia. De secunda, & ejus loco.* §. 6. *De tertia, & ejus loco. De modo eam struendi. De duobus segmentis. Quando Victima fuerit imposita.* §. 7. *Quæ ligna adhibita fuerint?* §. 8. *Qua ratione collata? Quo loco condita? De Conclavi ligni in atrio intimo.* §. 9. *De cineris remotione. A quibus remotus fuerit? De Carbonum ad altare sepositione.* §. 10. *De Cineris elatione. Iterum de* פתוח *pomo, ejusque vera constitutione.* §. 11.

I.

AMbulacro Sacerdotum undique cingebatur מקום המערכה *locus foci* stricte dictus, qui ignibus sacris incanduit. Spatium erat in Cubitos XXIV. & palmos IV. ratione tam latitudinis, quam longitudinis patens, & in universum Cubitos fere DLXXX. complexum. Unde statim discas, ingentem hostiarum vim simul adoleri potuisse. Quia autem locus iste aræ præcipuum erat & caput, paulo diutius eum contueri oportet. Ante omnia nobis examinanda est Judæi harum rerum peritissimi, quem paulo ante ad partes vocavimus, sententia, quam operibus sui Lib. II. c. 11. proponit. Is mox ab Ambulacro novam eminentiam in ara concipit, quam תפוח vocat, & ita describit: הבניין המרובע אשר על מקום המערכה היה נתו' ממקום הילוך רגלי הכהנים לצד פנים היה גידלו מכ"ד אמות רבוע מששה טפחים לכל אמה וקומה אחת של חמשה באופן כי זה הגובה יגיע עד גובה ארבעה הקרנות הנכרות אמנם פינות זה הבניין הם נכרתות עד אשר ישאר המרובע כמו עגול וזה היה נקרא גב המזבח או התפוח ועליו היו מסדרים מערכות האש וגם הדשן שלהם היתה נתונה שם בערמות: *H. E. Structura quadrata, quæ super loco foci erat, ab Ambulacro introrsum locata erat, cubitos* XXIV. *quarum singuli palmis* VI. *constabant, ampla, & cubitum unum, qui palmos* V. *habebat, alta, ut ejus altitudo cornuum memoratorum altitudinem æquaret. Verum anguli ejus recisi erant, ut e quadrata ferme rotunda fieret; Appellabaturque dorsum altaris, aut Pomum, atque super ea pyras ponebant, cineresque collectos.* Artificiose, sed vero parum similiter. Inventi vero laus non Leontio debetur, sed Rabad, Maimonidis Castigatori. Hic enim illud in dias luminis auras produxit ad Hilk. Beth Habbech. Cap. II. homo, qui non minus ab aliis vapulat, quam Maimonidem ferit. Quod & heic usu venit. R. Joseph Karo enim in Ceseph Mischne commentum istud in totum rejicit, quando ait: ודברי הראב"ד על כל בבא זו אינם מויכרחי' ומה שפירש הראב"ד בתפוח אין נראה כן מדברי רש"י וכו': *Sed verba Rabad in totam hanc rem demonstrari nequeunt; Et quod ille de Pomo dicit cum verbis Raschii non convenit &c.* Et certe novus iste *foci locus* Rabbinis antiquis quam maxime invitis confingitur. Indictus enim est Mischnæ, Gemaræ, Maimonidi & omnibus, etiam iis, qui aræ structuram quam diligentissime persecuti sunt. Hoccine autem credibile sit, aut memorabile, eos pedum, & cornuum, & membrorum reliquorum rationem sollicite descripsisse, Capitis interim penitus incuriosos. Construxit illud absque dubio auctor e lapidibus, & reliqua materie, unde ara constitit. Cur igitur a Magistris loco, quo hæc prolixe exponitur, illud siletur? Supra jam docui altare novem cubitos altum fuisse, quod Raschi maximopere confirmat Joma fol. 16. a. מזבח גבוה ט' אמות. Quod eo magis advertendum est, quod ibi de Templi partibus agit, quas ara altitudine sua impediit conspici a Sacerdote, in olearum monte constituto; Sed juxta Rabad ad cubitos decem excrescit. Tandem locus est, qui quam maxime huc facit Tamid cap. II. §. 4. וראשי הגיזרים הפנימיי' היו נוגעים בתפוח: *Et capita segmentorum interiora tangere debebant Pomum.* Elegans statutum! Si Pomum ad ambulacrum usque protensum, omnes lignorum strues portare debebat. Verum quandoquidem huc delati sumus, e re nostra est, adversus Judæos istos veram Pomi conditionem ex antiquioribus, & quorum major auctoritas asserere. Pomum videlicet [*l*] cumulus fuit, in formam Pomi ab iis congestus, qui aram Cinere purgabant. Statuit id R. Abraham in Schilte Haggiborim Cap. XXVII. ubi Mischnæ allegatæ verba ita παραφράζει: ראשי הגזרים הפנימיי' היו נוגעים ברשן שבאמצע המזבח: *Capita segmentorum interiora tangebant Cinerem, qui in aræ medio erat.* Consentit Raschi ad Joma fol. 20. b. ותפוח הוא

הוא גל׳ של אפר כמין תפוח של׳ ענבים הנדרך בגת ששם כנסו אפר של כל ימות החג והוא באמצ׳ המזבח : *Pomum, quod dicitur est cumulus cineris, instar cumuli uvatum in torculari calcati : Nam eo cineres omnibus festi diebus* (de quo in Mischna ibi agitur) *congerunt, estque in aræ medio*. Hunc in sensum capienda Mischna Tamid II. 2. החלו מעלין באפר על גבי התפוח : *Incipit cinerem conferre in pomum*, h. e. על׳ תאפר הצבור באמצ׳ המזב׳ והוא הנקרא תפו׳ *in Cinerem in medio altari collectum, quem Pomum vocant*. Neque incongruum est existimare, locum aræ medium, ad paucos cubitos extensum, in quo Pomum cinereum statui solebat, nomen illud sortitum esse. R. Levi Barselonita ex versione Hottingeri : *Converrunt cinerem altaris, ex quo cumulum conficiunt ad Tappuach, qui locus est altaris ita appellatus*. Bartenora ad Joma I. §. 7. למקום שבאמצע המזבח ושמו תפוח ששם גל גדול של דשן צבור ומתכוונת כתפוח : Cinerem cumulabant *in locum in media ara situm, qui pomum dicitur, ob magnum Cineris Cumulum ibi collectum, & in pomi figuram compositum*. Quanquam hoc significatu nihil valde opus sit, quandoquidem nunquam cinis universus de altari sublatus fuit, sed semper *Pomo* Cineris aliquid superfuit : quod ubi de ablatione cineris agemus, demonstrabimus.

II. Pomo, quod nos morabatur, sublato *ad focum* redimus, quatuor contemplaturi; Primum *Ignem*, & dein *strues*, post *ligna*, & tandem *cinerem* hujusque *ablationem*. In ara אש יקודה *ignem perpetuum* alere Hebræi ex præcepto Divino tenebantur Levit. VI. 6. *Ignis jugiter alitor in altari, ne extinguitor*. Quod Baal Schilte Cap. LXXVII. ita exponit : תמיד אף בשבת תמיד אף בטומאה לא תכבה אף במסעות Jugiter, h. e. etiam *in Sabbatho & in immunditie* : Non extinguitor, h. e. *etiam in itineribus*, quæ olim aræ facienda erant. Etiam gentes pleræque omnes hanc legem sibi dictam putabant. Ignis enim æternus ab Ægyptiis, Chaldæis, Indis, Persis, Phrygibus, Græcis, Romanis, Afris, Sarmatis olim servabatur : quam orbis antiqui religionem, si prolixe persequi velim, otio abutar, adeo protritum est hoc argumentum & recoctum. E re tamen nostra est advertisse, duplicem Ignem conservandi rationem fuisse, vel enim in vasculis conditum tenebant, quo pacto a lucerna nihil differt; Hinc Diodorus Siculus Judæis λύχνον ἀθάνατον, quamquam minus recte tribuit. Plutarchus de defectu Oracul. haud procul ab initio similem in Jovis Ammonii templo fuisse significat, cum ait : περὶ δὲ τοῦ λύχνου ἀσβέστου διηγεῖτο λόγον ἄξιον σπουδῆς. Imo apud Theocritum Idyll. XXI. v. 36. in proverbii loco est:

-- -- Τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ,
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ᾽ ἔχειν.

Nam Lychnum in Prytaneo semper prædam habere ferunt. Imo Scholiastes in h. l. adnotat, πρυτανεῖον γὰρ ἦν παρ᾽ Ἀθηναίοις δημόσιον δῶμα, ἐν ᾧ λύχνος ἄσβεστος. Verum hæc nihil ad rem nostram. Vel ignem perpetuum in aris focisque colebant. Strabo de Cappadocibus lib. xv. Ἐστὶ δὲ καὶ πυραιθεῖα σηκοί τινες ἀξιόλογοι· Ἐν δὲ τούτοις μέσος βωμός, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι. *Sunt autem etiam Pyratheja Septa quædam ingentia, in quorum medio ara est. In ea Cinis multus est, & ignem perennem servant Magi*. Atque huc potissimum refero Vestam, quod bona cum venia Virorum maximorum factum velim. Fuerunt sane aliquando & in his sacris lucernæ perennes, tamen præcipuum Vestæ symbolum in ara cum igne fuisse, demonstrare oppido facile est. Certum enim puto, veteres Vestam veneratos esse in memoriam ignis, qui οὐρανοπετὴς Patriarcharum Sacrificia consumsit, quod vel ipsa vox ἑστίας, *Vestæ* monstrat. Quid enim ea aliud est, ac אש יה. *Ignis Dei*, vel ut accipi posset, I*gnis Deus*. Ea propter Vesta in aris longe rectius collocatur. Id & Nummi extra controversiam collocant, nam sæpissime aram, in qua luculentus ignis ardet, exhibent, cum inscriptione VESTA. De Græcis id innuit Æschylus in supplicibus v. 375.

Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον
Πρύτανις ἄκριτος ὤν,
Κρατύνεις βωμὸν ἑστίαν χθονὸς
Μονοψήφοισι νεύμασι σέθεν

Tu populus, tu vero omnis populi potestas, Rector nullius judicio subditus, Moderaris aram focum (Vestam) *hujus terræ Unius tui decreto ac nutu*. Plura hanc in rem, & locum citatum videas velim, Lector, apud Virum & dignitate & eruditione & virtute vero Illustrem, D. EZECHIELEM SPANHEMIUM, in elegantissima de Vesta & Prytan. Græc. dissertatione §. 7. 10. &c. De Romanis idem docent multi. Cicero de Nat. Deor. *Vestæ nomen sumtum est a Græcis; visque ejus ad aras & focos pertinet*. Lucanus lib. IX. v. 997.

-- -- *Quorum lucet in aris*

Ignis

Ignis adhuc Phyrgius. -- --

Silius Italicus lib. I. Punic.

Et vos virginea lucentes semper in ARA

Laomedontea Trojana altaria flamma, &c.

& lib. III.

Irrestincta focis servant ALTARIA flammæ.

Quin & Ovidius Metamorph. l. XV. fab. ult.

--- --- --- --- *Neve*

Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ.

Ad quæ non male Hercules Ciofanius: *Alludit fortasse Ovidius ad id quod refert D. Augustinus lib. III. de Civ. Dei c. 29. Mucius, inquit, Scævola P. M. quoniam nihil apud Romanos templo Vestæ sanctius habebatur, aram ipsam amplexus occisus est: ignemque illum, qui perpetua cura Virginum semper ardebat, suo pene sanguine extinxit*. Confer Florum lib. III. c. 21. Tandem Macrobius lib. I. Saturn. cap. 12. *Prima die Martii, ignem novum Vestæ ARIS solent accendere, ut incipiente anno cura denuo servandi novati Ignis inciperet*. Prolixius hæc firmanda esse existimavi, quoniam Lipsium aliosque de Vesta commentatos ea transiisse, alios autem Viros doctissimos iis adversari novi, nixos ut plurimum verbis Valerii Maximi lib. IV. c. 4. sed perquam male intellectis. Ita habent: *Per Romuli casam, perque veteris Capitolii humilia tecta, & æternos Vestæ focos, FICTILIBUS ETIAMNUM VASIS CONTENTOS, juro*. Hin colligunt, *ignem hunc non in focis, aut altaribus fuisse, sed suspensum in vasculis quibusdam fictilibus*, verba sunt Demsteri in Ros. Ant. Rom. lib. II. c. 12. Verum enim vero istud Valerii dictum eos in errorem movere non debebat, quid enim impedit, quo minus vas fictile ignem continens in ara positum fuisse dici queat. Sane ignem lucerna majorem ipsa *focorum* appellatio postulat. Sed id non volo. Aliter verba ista capere, autor mihi fuit Clarissimus Perizonius, magnum Rei literariæ & Academiæ hujus ornamentum decusque. Valerius videlicet paupertatem priscorum inde etiam commendare vult, quod *etiamnum* suo tempore Vesta in sacris suis non aurea non argentea vasa poscat, sed antiquorum ritu *fictilibus contenta* sit, acquiescatque. Id vidit etiam Rubenius lib. II. Elect. cap. 8. Quæ interpretatio vel inde confirmatur, quod in cultu Vestæ vasis fictilibus utendum fuit, etiam cum Romani orbis universi opes possiderent. Acron & Porphyrius in Hor. lib. I. od. 31.

Mercator exiccet culullis

ajunt: *Proprie cululli calices sunt quidam fictiles, quibus Pontifices Virginesque Vestales in sacris utuntur*. Confer sis Alex. ab Alex. Gen. D. l. V. cap. 12. Porro gravissimo interdicto cautum est, ne quid sacri Ignis restingueretur. Schilte ibid. 'שנ המכבה אש המזבח לוקה לא חכבה אפילו גחלת אחת ואפילו הורידה מעל המזבח וכבה לוקה: *Qui aræ ignem extinguit, verba* XXXIX. *accipit, q. d. e. l. a. c.* Non extinguitor. *Is etiam qui prunam extinguit, imo qui prunam ab ara dejicit, sicque* extinguit, *vapulat*. Quæ pœna etiam apud Romanos Virginem Vestalem mansit, cujus incuria flamma sempiterna extinguebatur. Valerius Maximus lib. I. Cap. I. §. 7. *Licinio Pontifici Maximo Virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa est, quæ flagro admoveretur*: al. *admoneretur*. Jul. Obsequens de Prodigiis cap. 62. *Vestæ penetralis ignis extinctus, Virgo jussu Æmilii Pontificis Maximi flagro cæsa*. Ea igitur Hebræis Ignem abolere religio fuit, quæ Gentilibus. Ut Saubertus de sacrificiis p. 366. nugas habeat, cum de illis ita narrat: *Cæterum gentiles ignem in sacrificiis non extinguebant, sed potius per se languentem deficere sinebant. Ebræi contra extinguebant aqua certa sacra ad id composita, quam describit Choulius*. Fabula, cujus author frustra Choulius allegatur, Nam is de *Religione Romanorum* p. m. 267. aquam equidem sacram memorat, sed alius per omnia generis. Verba ejus inter alia ita habent. *Combien que j'ay observè, que sur la fin de leur sacrifice, quand le feu venoit à s'eteindre ils jettoyent par dessus petites pieces de boy de Cendre de l'Hisope & de cumin, & de la Cendre de ces trois choses ils faisoient de l'eaue sacrèe*. Quibus non dubium est, quin ad Junicem rufam respexerit, de qua Num. XIX.

III. Jam in originem Ignis istius pervigilis inquirere juvat. Notum est, eum, quo Mosis & Salomonis altaria flagrarunt, cœlitus esse delapsum. Sebh. fol. 61. b. אש שירדה מן השמים בימי משה לא נסתלקה ממזבח הנחש' אלא בימי שלמה ואש שירדה בימי שלמה לא נסתלקה עד שבא מנשה נסלק': *Ignis, qui Mosis tempore è Cœlo lapsus est, ab ara ænea non cessavit, donec religio in Templum inferretur. Et qui Salomonis ætate descendit, non extinctus est usque ad Manassem* Idolatram, *qui eum abstulit*.

lit. Et ne hac quidem in re Gentes ſe Iſraele minores crediderunt, prout id a Viris Doctis varie oſtenſum eſt. Nobis ſufficit teſtimonium Servii ad lib. XII. Æn. *Apud Majores aræ non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria*. Et Ammiani Marcellini lib. XXII. de Magis: *Feruntque etiam, ſi juſtum credi, ignem cœlitus lapſum, apud ſe ſempiternis foculis cuſtodiri*. Verum de Igne Templi ſecundi res haud paulo eſt obſcurior. Rabbini cœleſtem tum abfuiſſe conſtanter tradunt. * Auctor vero 2. Mach. cap. I. v: 20. & ſeqq. & qui eum (ut videtur) exſcripſit, Joſeph ben Gorion lib. I. c. 17. referunt, ille quidem Nehemiæ, hic vero Eſræ auſpiciis ignem novum ex priſco in aquam denſum in foſſa commutato & lignis illito non ſine ingenti miraculo ſuſcitatum eſſe. Quod ſi hoc vere ita contigiſſet, Magiſtris nullum de Ignis divini defectione conquerendi cauſa relinqueretur. Vidit id Abarbanel, unde utrorumque placita ſecum conciliare molitur in Hagg. lib. 5. מאשר לא ירד שמה אש מן השמים צדקו דברי חכמים ז'ל באמרם שחסרה האש כלומר האש היורדת מן השמים לעיני כל העם ושמו במקומו אותו אש שמצאו גנוז כדברי יוסיפון : *Quandoquidem in altare ſecundum non deſcendit Ignis e cœlo, verum Sapientes b. m. dicunt, cum narrant, ignem defuiſſe, intelligunt enim ignem e cœlo delapſum in conſpectu totius populi*, uti in altari Moſis & Salomonis factum eſſe legimus. *Atque in hujus loco Ignem adhibuerunt, quem abſconditum repererant, prout Joſephus refert*. Subjungit Joſephus Ignem iſtum ad Captivitatem Romanam uſque duraſſe: quod oppido falſum eſt. Qui enim ab Antiochi tyrannide immunis ſalvuſque eſſe quivit? Huc pertinet, quod Diodorus Siculus Biblioth. L. XXXIV. habet: Τὸν δὲ ἀθάνατον λεγόμενον παρ' αὐτοῖς λύχνον, καὶ καιόμενον ἀδιαλείπτως ἐν τῷ ναῷ κατασβέσαι, *Ignem nunquam deficientem, & ſemper ut ajunt ardentem in templo extingui*, juſſit Antiochus. Et auctor 2. Mach. X. 3. clare docet, non ſolum novam aram, ſed & novum ignem a Machabæis excitatum eſſe: *Et purgato templo alterum fecerunt altare, cumque lapidibus attritis ignem ex eis accepiſſent, obtulerunt*. His narrationibus cuique ex ingenio addere fidem licet, vel demere. Mihi, quanquam parum iis fidam, in mentem vocant artem, qua Ignem Veſtalem, ſi forte extingueretur, reſtaurabant Ethnici, nam & ipſi Vulgi more temto infrequentem adſciverunt, Græcis enim, fomentis vaſculo cavo, quod σκαφεῖον vocatur, oppoſitis, & ſolis radiis in ejus centro exceptis flammam elicere, ſolenne erat, teſte Plutarcho in *Numa*. Apud Latinos vero *mos erat tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quouſque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem deferret*, verba ſunt Feſti Pomp. lib. 9. Ubi alii *non tabulam felicis materiæ, ſed clavulam facilis materiæ* legunt, & pro *terebrare verberare*. Sed lectio prior præferenda videtur, quoniam cum illa quadantenus πυρεῖα conveniunt, quæ in Theoc. Id. XX. Grammatici Græci, definiunt, τὰ ξύλα ἃ προστριβόμενα ἑτέρῳ ξύλῳ πῦρ γεννᾷ, *ligna, quæ cum aliis lignis ſi collidantur, ignem pariunt*. Tertullianus lib. de Pœnitentia: *Quid illum theſaurum Ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædam ejus tales ictus flammarum ſuſcitent?* Tandem de Igne Hebræorum monere ſupereſt, non ſolum ſacrum in ara conſervatum victimas abſumſiſſe, contra quam Saubertus ait, ſed & profanum quotidie illi appoſitum fuiſſe. Baal Schilte ubi ſupra ex Siphre: מצוה להביא אש מן ההדיוט שנ' ונתנו בני אהרון הכהנים אש על המזבח : *Mandatum eſt, ut Ignis vulgaris aliquid* a Sacerdotibus *admoveretur* q. d. e. Et dabunt Sacerdotes filii Aaronis ignem ſuper aram Levit. I. 7. Gentes inſtitutum huic affine habuiſſe, patet ex eo, quod habet Feſtus: *Ignem ex domo flaminis efferre non licebat, niſi rei divinæ gratia*.

IV. Ignem & Judæi & gentiles ante accendere ſolebant, quam Sacra initium ſumerent. Herodotus lib. II. Θυσίη δὲ σφὶ ἥδε κατέστηκε, ἀγαγόντες τὸ σεσημασμένον κτῆνος πρὸς τὸν βωμὸν, ὅκου ἂν θύωσι, πυρὴν καίουσι, *Sacrificandi autem is eis eſt ritus, pecude, quæ obſignata eſt, ad aram, ubi eam mactaturi ſunt, adducta, pyram accendunt*: Deinde vinum pecudi affundunt, Deum invocant, eam mactant, &c. Imo aliquando prius arſit ara, quam adducta eſſet victima. Virg. Æn. XII.

Admovitque pecus flagrantibus aris.

Idem Hebræorum etiam in uſu erat. Ante omnia Sacerdotes Ignis ſollicitos habebat. Prima enim ſors eum definiebat, qui aram cinere purgaret, & rogum extrueret, mox ſuccendendum. Hanc ſortitionem Maimonides equidem una cum reliquis in Conclavi *Gazith* factam eſſe cenſet Hilk Tamid cap. IV. §. 1. Sed probabilior longe mihi eſt eorum ſententia, qui cenſent, eam multo ante in ea בית המוקד : *domus Incendii*

* Vide infra notam ad Cap. III. *Jo: Buxtorfii* de hiſtaria Igni ſacri, ubi hic locus Mach. propugnatur.

cendii parte, quæ in atrio & ſancta erat, peractam eſſe, quia ante fieri ſolebat, quam Sacerdotes e Beth Hammokad, ubi noctem exegerant, in atrium egreſſi eſſent. Claret id e Tamid. I. 2. 3. *Cum ſummo mane veniret præfectus, & pulſaret, aperiebant ei*. Is tum ſtatim *illis dicebat* : *Qui lotus eſt, veniat, ac ſorte experiatur*, quis cinerem ablaturus ſit, & pyram inſtructurus. *Sorte ergo jacta, qui id muneris nactus erat, eo fungebatur. Poſtea clave accepta oſtiolum parvum domus Incendii aperiebat, & inde in atrium exibat*. Poſt quam vero multa confecta eſſent, & ara probe ignibus ſacris flagraret, demum ex ara *deſcendebant, atque in conclave Gazith ſe conferebant*, ſorte officia mactandi, ſpargendi, & reliqua deſtributuri, Ib. Cap. II. c. 5. & Cap. III. 1. Jam quandoquidem agnus ſimul ac aurora ſidera cadentia pelleret, immolabatur, Joma III. 1. Ignis & quæ ad eum pertinent diu ante lucem facta ſint oportet, eum fere ad modum, quo apud Gentiles; Plautus in Pœn. I. 2.

> *Cur non jam dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus*
> *Primæ, ut inferremus ignem in aram.*

V. Igni vero Hebræorum ara triplici quotidie incandebat pro tribus lignorum מערכות, *ſtruibus*. Rabbinis equidem de iis lis eſt: R. Meir enim quatuor, R. Juda duas, & R. Joſe tres numerat Joma cap. IV. §. 5. Sed (quod D. Sheringhamius adnotare neglexit) illis valere juſſis, R. Joſes ſententia omnium calculos tulit. Joma fol. 45. a. Tamid cap. II. v. 3. Una eſt מערכה גדולה *ſtrues magna* (*m*, *m*), cui omnia ſacra comburenda imponebantur. Altera (*m*), quæ minor erat, juxta priorem ponebatur, atque ignem ſuffitui in ara aurata adolendo ſufficiebat. Tertia [*o*], של קיום האש dicitur, non alio pertinebat, ac ut obſequium præſtaretur Divino juſſui de Igne conſervando Levit. VI. 13. *Ignis perpetuo ardebit in altari*. Ita Ben Maimon. Juxta Raſchi vero ad Gemaram Joma fol. 45. a. ex hac tertia primæ ſtruis

> --- *Vires flamma refecta capit*,

flammiſque additis juvatur אם אין אשו מתגבר *ſi quando* ignis illius (non ligna, ut quidam exiſtimant) defecerit. In quarta ſtrue R. Meir heſternarum victimarum reliquias in cinerem non penitus dilapſas, cremandas eſſe putavit. At ea nihil habemus opus. Nam iſtas ad primæ ſtruis latera poſtero mane oppoſitas fuiſſe, Miſchna Tamid l. c. teſtatur, & non male Leonitius explicat: והיו למערכה הזאת הצדרים אשר עליהם היו נשרפים האברים שלא נתאכלו מבערב *Strues iſta latera habuit, ſuper quibus membra victimarum, quæ a veſpera præcedente non conſumta fuerunt, diſponebant*. Vin' vero trium Pyrarum e ſcriptura demonſtrationem? Accipe Rabbinicam! ex Baal Schilte Cap. LVII. & Maimonide Hilk. Tam. cap. II. §. 5. מפי השמועה למדו שזה שנ׳ על׳ מוקדה על המזבח זו מערכה גדולה ואש המזבח תוקד בו זו מערכה שנייה של קטורת והאש על המזבח תוקד בו זו מערכה שלישית של קיום האש: *E traditione habemus, quod verba* Levit. VI. 2. Super aduſtione, quæ ſit in altari: *ad ſtruem magnam pertineant*: At v. eod. Et ibi Ignis altaris alendus eſt; *ad ſtruem ſecundam, quæ ſuffitus eſt*. Et v. 5. Et ignis, qui eſt ſuper altare, alitor in eo: *ad tertiam, quæ ad conſervandum ignem eſt*.

VI. Tertia ſtrues (ut retro nunc gradiar) quanquam in quacunque foci parte poni poſſet, plerumque tamen & commodiſſime circa angulum Boreazephyrinum, utpote vacuum, locum ſuum habuiſſe videtur. Ex hac ſtrues magna accendi debebat, neque enim ignem infra accenſum in aram deferre fas erit. Joma fol. 45. a. מניי׳ להצתה אלית׳ שלא תהא אלא בראשו של מזבח ת״ל והאש על מזבח תוקד בו: *Unde probas, quod ligna tenuia*, quibus ſtrues magna ſuccendenda eſt, *non alibi, quam ſupra aram ignem concipere debebant?* Reſp. *Q. d. e.* Et Ignis, qui eſt ſuper Altare, alitor in eo. Lev. VI. 5. Altera ex lignis ficulneis ſelectis componebatur, quia ut habet Raſchi Sebh. fol. 58. a. בה היתה תקנה לאדם הראשון ויעשו להם חגורות: *In ficu reſtitutio Adamo primo fuit, & fecerunt ſibi inde ſubligacula* juxta Gen. III. 7. Mira ſequela! In Sabbatho tam ampla erat, ut ſata octo carbonum, reliquis autem diebus, quinque exhiberet, pro varia nimirum adolendi ſuffitus copia; Satum autem capiebat ova centum ſupra quadraginta quatuor. Statuebatur contra Cornu Notozephyrinum, ab eo ſeptentrionem verſus remota cubitos quatuor. Hoc enim volunt verba Miſchnæ Tamid Cap. II. 5. כנגד קר׳ דרומית מערבית משוך מ׳ הקר׳ כלפי צפו׳ ארבע אמות: Cauſam hujus ſitus negligunt fere commentatores in l. c. ſed prolixe inquirunt Gemarici Sebh. l. c. Nobis excerpſiſſe ſufficiat, quod R. Joſe ait: זה סימ׳ כל הניטל בפנים לינת׳ בחוץ אינו ניטל (Raſchi emendat ׳נית) אלא בסמוך שאי׳ לפנים וכל הניטל בחוץ לינת׳ לפנים אינו ניטל אלא בסמוך שאי׳ לפנים: *Hæc eſt regula*;

quicquid

quicquid ex ara interiore ſumitur in exteriore deponendum, deponitur in eo exterioris loco, quo nullus interiori eſt vicinior. Et quicquid ex ara exteriore capitur inferendum in interiorem, ex eo loco capitur, quo nullus eſt interiori vicinior. Unde colligitur, ideo hunc locum ſtrui ſecundæ aſſignatum eſſe, quod is aræ auratæ, cui prunas ſuppeditabat, propinquiſſimus eſſet.

VII. primam vero ſtruem, quam magnam dicunt condere majoris molis & artis erat. Ea partem Orientalem Aræ tenebat. Tamid. c. I. 4. סידר מערכה גדולה מזרחה *ſtruxit ſtruem magnam orientem verſus*. Raſchi in h. l. Jom. fol. 63. a. והוא לא היה מסדר העצים מצד מזבח הפנימי מערבי אלא ברוח מזרחית של מזבח דרך ביאתו למזבח : *Struem non componit in latere altaris interiori ſeu occidentali, ſed in parte ejus orientali, qua ad altare venit*. Baal Schilte loco ſæpe citato : *Cum ligna ſtruis* magnæ *componit, in parte aræ orientali ſtruit*. Quod vero ſubdit : *Non ſtruet fragmenta a ſeptentrione ad Meridiem, ſed ab oriente ad occidentem*; quia de fragmentis ſingulis, non de ſtrue univerſa loqui videtur, capio, tanquam ſi præcipiat, ea ita collocari, ut extremitatibus ſuis pleraque orientem & occidentem reſpicerent, non reliquas duas plagas. Præterea חזיתה מזרחה *aſpectu ejus orientem verſus* eſſe debebat. Miſchna ib. Ben Maimon exponit : *oportebat apparere, eam in oriente extrui cæpiſſe*. Bartenora *oſtium & feneſtras* intelligit, per quæ ignem ſtrui ſubjiciebant. Rectiſſime Jom Tobh de *oſtio uno* capit, quod ignem admiſit & ventum, qui eum perflaret. Occurrit ea vox ſimili occaſione Para Cap. III. §. 8. ubi plerique eam *oſtium* exponunt. Et huc facit, quod paulo poſt in Miſchna noſtra conſequitur. וריוחהיה בי' הגיזרים שהיו מציתין האליתא משם : *Spatium fuit inter fragmenta* h. e. inter fragmentorum ordines, *ubi virgultæ ſtruis accendebant*. Gemara id exponit Tamid fol. 64. a. חזיתה מזרחה מ"ט רב הונא ורב חסדא חד אמר כדי שתהא הריח מנשבת בה וחד אמר כדי שיהו מציתי' את האליתה משם מתיבי ריוח היה בה' בי' הגזירי' שהיו מציתי' את האליתא משם אמר לך מקומות מקומות עברי : De ſenſu verborum : Et aſpectus ejus ad orientem, *diſputant Rabb Hunna & Rabb Chaſda : Unus ait*, feneſtram intelligi, *per quam ventus in ignem perflaret : Alter vero, in qua ſegmenta minora*, quæ dein majora corripiant, *incedant*. *Opponi autem huic poteſt*, hoc indigitari per id quod ſequitur : Et ſpatium fuit inter fragmenta, ubi virgulta ſtruis accendebant. *Sed reſponſio eſt*, nihil impedire, *quo minus in multis locis ſimul ſtrues ſuccendatur*. Porro ſegmenta, quibus hoſtiæ comburebantur, bene ſecta eſſe oportebat; quod diligenter etiam obſervabant gentes; Odiſſ. 7.

- - Κέασε ξύλα νηλέϊ χαλκῷ

Scidit ligna immiti ferro : & Apollonius Rhodius:

- - Καῖον δ' ἐπὶ σχίζῃσιν.

Comburebant carnes *ſuper ſegmentis lignorum*. Aqud Hebræos ea magnitudinis utcunque definitæ fuiſſe, vero mihi ſimile eſt. Certe tam longa erant, ut ab Ambulacro Sacerdotum ad Pomum Cinerum, quod ab illo decem fere cubitis diſtabat, pertingere poſſet : Miſchna ibid. ראשי הגיזרים הפנימיי' היו נוגעים בתפוח : *Capita fragmentorum interiorum* h. e. mediorum *tangebant Cinerem, qui in aræ medio erat*. Quorum ſenſus eſt vel *tam longa fuiſſe illa fragmenta, ut Cinerem illum contingerent*; quem Bartenora & Ben Maiman ſecuti ſunt : vel *ea pomo propius admovenda, & ab ambulacro ſacerdotum ſemovenda fuiſſe, ne illud nimium premerent*, & veſtes in eo ambulantium, *læderent, amburerentque*, ut Rabad in Maim. Baal Schilte, & Jom Tobh ſtatuunt. Ligna hujus ſtruis, ut & reliquarum in aram ferebant, qui eam paulo ante *cineribus poſterioribus* purgarant, ſacerdotes multi & promti, Jom Tobh ad Tam C. II. §. 3. Sed artificioſe ſtruendi officium ei incumbebat, qui תרומת הדש' *ablationem cinerum priorum* peregerat. Idem quoque poſt totum utrumque confectum duo ligni ſegmenta afferre & majori ſtrui ex abundanti imponere debebat, cum in ſacrificio matutino ex Lege Levit. VI. 5. *Facito ſacerdos ut ardeant ligna ſuper illum quolibet mane*; tum in ſacrificio veſpertino ex Juſſu Levit. I. 7. *Et ſtruent ligna ſuper illum ignem*; quæ verba de his ſegmentis intelligenda eſſe, docet traditio. In eo tamen matutina & veſpertina diſcrepabant, quod, ut habet Schilte l. c. שני גזרים של בי' הערבים מעלים אותם שני כהנים כל אחד ואחד בעץ יחידי בידו שנ' וערכו הרי כא' שנים אבל של שחר בכה' אחד : *Duo ſegmenta veſperi a duobus ſacerdotibus, unoquoque unum tenente, afferuntur, quia* Levit. I. 7. *dicitur* : Et ſtruent; *Ubi minimum duo innuuntur*. Sed *mane unus tantum ei rei vacabat*, nam Levit. VI. 5. habetur. *Facito ſacerdos*. Atque hic veſperi alterum adſumebat, dicens : זכה עמי בעץ שני : *Suſcipe mecum lignum alterum*;

rum Ceſeph Miſchne ex Ritba ad Maim. Hilk. Temid. IV. Segmenta autem iſta duo ſupra alia ארוכים ומשופים *lævigata & longa* erant & ponenda לתוך אורך המערכה *in ſtrue , qua longiſſima erat*. Ita Bart. & Raſchi Joma fol. 22. a. שני בקיעות עצים ארוכים כמו' רוחב המערכה ונות' אותו ממעל עצי המערכה *Segmenta duo ligni , tam longa , quam lata eſt ſtrues , imponenda lignis ſtruis ſunt*. Extat de his duobus ſegmentis traditio concernens Moſis Aram Sebh. 62. b. גזירי' שעשה משה אורכ' אמה ורוחב' אמה ועובים כמחק גודש סאה אמר ר' ירמיה באמה גדומה אמר רב יוסף ולאו היינו דתניא על העצים אשר על האש אשר על המזבח שלא יהו עצים יוצאים מ' המזבח כלום: *Segmenta Moſes fecit cubitum longa lataque & denſitate hoſtorii, quo cumulus ſati abraditur :* nam & Focus ibi cubitalis fuit. *R. Jeremia ait , cubitum minorem intelligi . Raf Joſeph addit , hoc ipſum eſſe, quo traditur* , eo quod ſcriptum eſt Levit. I. 8. Super illa ligna, quæ fuerint appoſita igni, qui eſt ſuper altari ; *ſignificari, hæc Segmenta nihil ultra altare prominere debere* , ne impediant ſacerdotes . Unde ex analogia, quæ Segmentorum iſtorum duorum in ara noſtra ratio fuerit , colligendum eſt. Apud Ligtfootium de Miniſt. Templi Cap. IX. §. 2. de hoc negotio legimus : *Addebant duos ſtipites, cum victimas altari impoſita erat, quæ matutino quidem tempore ferebatur , & imponebatur ab uno ſacerdote , in veſpertino vero tempore a duobus*. Manifeſtum mendum eſt, quod quæ de Segmentis dicta voluit Vir Magnus, ad victimam inepte tracta ſunt . Quod vero affirmat, tum *victimam jam ante impoſitam* fuiſſe, fallitur, nam multo poſt id fieri ſolebat . Gemara Joma fol. 33. a. אביי מסדר מערכה משמיה דגמרא ואלבא דאבא שאול מערכ' גדולה קודמת למערכה שניה של קטורת ומערכה שני' של קטור' קודמת לסידור שני גזירי עצים וסידור שני גזירי עצי קודם לדישו' המזב' הפנימי ודישו' המזבח הפנימי קוד' להטבת חמש נרות והטבת ה' נרות קודמת לדם התמיד וכו' : *Abai ex omnium conſenſu, & juxta mentem Abba Schaul hunc miniſterii* matutini *ordinem tradit : ſtrues magna præcedit ſtruem ſecundam ſeu ſuffitus , hæc præcedit impoſitionem ſegmentorum duorum , hæc decinerationem aræ internæ , hæc reſtaurationem quinque lucernarum , & hæc ſanguinem ſacrificii jugis antecedit* h. e. לשחיטה והזיקה *mactationem ejus & aſperſionem ſanguinis*. Et hæc duo Segmenta veſperi admoevnda erant, quanquam forte tum nova ſtrues non componebatur. Durabat enim ſæpe matutina ultra veſperam. Joma fol. 39. 1. In diebus Simeonis Juſti היה אש של מערכה מתגבר ולא היו כהנים צריכים להביא עצים למערכה חוץ משני גזירי עצים כדי לקיים מצוה מכא' ואילך פעמים מתגבר פעמים אי' מתגבר ולא היו כהנים נמנעים מלהביא עצים למערכה כל היום כולו : *Ignis rogi ad veſperam uſque tam validus eſſe conſueverat* , ut non *opus eſſet , ſacerdotes* pro victima veſpertina *lignum afferre , niſi duo illa ſegmenta, ut obſequium præſtaretur præcepto illi , ex eo tempore autem aliquando id obtinebat , aliquando minime . Et Sacerdotes ad ſtruem ligna toto die admovere , non prohibebantur* . Tandem ſtrues iſta in eam amplitudinem ordinanda erat , ut omnia cremanda capere poſſet . Schilte l.c. *Unde probas , quod ſtrues tanta facienda ſit , ut omnia holocauſta accipere queat? quia ſignanter dictum eſt* Levit. VI. 5. Et comburet עליה quod ad עולה quadantenus alludit. *Unde demonſtras, quod ea ablegminibus Sacrificiorum pro peccato, & pro reatu* , item *omnium ſacrorum , tam ſacerrimorum, quam leviorum ſufficere debeat ? R. quia notanter dicitur* ib. Et comburet adipes Euchariſticorum. *Et unde conſtat, quod etiam pugillum captum & Thus & fertum ſacerdotis Uncti & fertum libaminum ? R. Quia additur* ib. והקטיר & adolebit ſuper ea. h. e. *omnia adolenda erunt in ea* .

VIII. Ligna vero, ut hæc obiter luſtremus , rogis adhibebantur pulchra , eximia , & ab omni vitio aliena , æque ac victimæ ipſæ . Schilte l. c. עצי המערכה לא יהיו אלא נבחרי' כמשפט הקרבנות כלם על כן לא יהיה בהם תולעת או עפוש -- -- ועצי סתירה פסולים לעולם ולא יביא אלא עצי' חדשים : *Ligna ſtruis non niſi ſelecta eſſe oportet, juxta ritum victimarum, & idcirco vermium & putredinis expertia -- -- Profana erant & ligna demolitionis; Neque enim alia quam ligna recentia afferre licebat* . Et hoc ſtatutum gravi pæna facitum fuiſſe, ait Idem ib. המקדיש עצים פסולים למזבח בעיא היא במנחות פ״ח ולא אפשיטא אם דומי' לבעל מום בבהמה ולוקה או אינן כבעל מום ואינו לוקה לפיכך אינו לוקה אבל מכי' אותו מכות מרדות : *De eo, qui ligna illegitima ad aram affert , quæritur in Menach. cap. 8. neque definitur*, an idem peccet, quod *qui victimam vitioſam offert, & flagro novies & tricies cædendus ſit?* an non ? *Ea propter flagro non cæditur, ſed verbera rebellionis patitur* . Cæterum omnia ligna idonea erant, dum nova eſſent, חוץ משל זית

ושל

ושל נפן *præter vitiginea & oleosa*, Tamid. II. §.3. Causas dant, unam משום ישוב ארץ ישראל quia cum Arbores istæ fructus ferunt, *damnum inferatur habitatoribus terræ Sanctæ* Alteram משום, דקטמי *quia cito nimis in cineres rediguntur*. Tertiam habes in Pesikta : מפני שהיי' וחשמ' קריבי' על גבי המזבח הצילו הפירו' את האילנות מיכן שהבן הטוב מציל אביו מדינה של גיהנ' וכן מצאנו באברהם אבינו שהציל את תרח שנ' ואתה תבוא אל אבותיך בשלו' מלמד : שבישרו שיש לאביו חלק לעולם הבא *Quia Vinum & oleum super ara offeruntur. Ita fructus liberant arbores ; Hinc constat, quod filius bonus liberare possit Patrem suum e judicio Gebennæ : Et sic de Abrahamo legimus, quod eripuerit Tharacum, q. d. e.* Gen. XV. 15. Et venies ad patres tuos in pace. *Eo docemur, nunciasse Deum* Abrahamo, *quod pater ipsius sit vitæ futuræ compos*. Frequentissime autem utebantur במורביות של תאנה ושל אגוז ושל עץ שמן *ramis fici ἀκάρπȣ, Jugulandis, & Pinis* : l. c. Ita interpretatur Bartenora. Quin & עצי ארזים וארנים וברושים *lignis cedrinis, orneis, & abiegnis*. Par. III. 8. Addit R. Eliefer של מייש של אלון של דקל מייש של חרוב ושל שקמא Ligna arboris, *quercus, Palmæ* sterilis, *Siliquæ, & Sycomori*. Gemara Tam. fol. 63. b. Hæc Hebræi de lignis Sacris tradunt ; unde constat ægre admissas esse arbores, quæ fructus darent. Apud Gentes quoque ligna una Ignibus sanctis apta fuisse, inepta alia, dudum observarunt Eruditi, quanquam non ex iisdem unde Hebræi causis de arboribus arbitratæ esse videantur. *Nam Ignem istum ex olea, lauro, & quercu corticis crassioris, aut cujus caudex cavus fungosusque esset accendere, vel numinibus adolere nefas erat ; suspecta enim erant ligna illa tanquam diri & mali ominis*. Plinius H. N. l. XVI. c. 6. Strabo lib. XV. paulo ante finem de Persarum sacrificiis scribens ait : *Præcipue Igni & aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes, adempto cortice & arvina superinjecta, deinde infuso oleo, succendunt, non inspirantes, sed ventilantes*. Et : *Postea carnibus super myrto laurove impositis, eas Magi comburunt subtilibus virgis* ; Hæ idem esse videntur, quod Hebræorum אליתא, qua de re ante. Pausanias lib. I. pag. 313. *Ex alba duntaxat populo, neque ex alia arbore ad usum Olympicorum sacrorum ligna cædi patruius est Eleis ritus* ; Addit : *Ipsum etiam Herculem arbitror, cum Jovi Olympio sacra fecit, non aliis quam ex albo populo lignis victimarum femora cremasse*. Sic Josides, *licet ex omni ligno incendat aras, spinas tamen asparagi aut stramina in sacrificiis cremare ; nefas habeat*, Gyraldus Syntagm. 17. ex Plutarcho in Theseo. Sed, quod maxime ad rem nostram facit, Plutarchus de EI apud DELPHOS observat, ad *Ignem perpetuum de omnibus lignis solam uri abietem*, cum ait : ἐπὶ τȣ̃ πυρὸς τȣ̃ ἀθανάτȣ τὸ καίεσθαι μόνον αὐτόθι τ̃ ξύλων ἐλάτην. Saubertus de sacrif. p. 359. narrat, *ad ligna colligenda certos apud Gentiles constitutos fuisse homines, lignatores dictos, quibus mercedis loco victimæ collum de sacrificio Jovis olympii cederet*. Non valde abhorret istud institutum sive a Gibeonitis in Templo primo, sive a more, quem e secundo nunc exponam. Saltem inde palam est, ligna non ab iis, qui victimas sacrabant, simul donata, sed publica opera ante collecta esse. Quod Hebræi sollicite observarunt. Baal Schilte noster l. s. c. המתנדב עולה לא יביא עצים ואש עמה דכתיב על העצים אשר על האש אשר על המזבח מה מזבח משל ציבור אף עצים ואש משל ציבור דברי ר' אליעזר בר' שמעו' רבי אמר מה מזבח שלא נשתמש בוהדיוט אף עצים שלא נשתמש בהם הדיוט : *Qui holocausto rem divinam facit, ligna & ignem cum eo afferre nequit : Q. s. e.* Levit. I. 8. Super illa ligna, quæ fuerint apposita igni, qui est super altare illud. *Sicuti altare a cœtu struitur ; ita etiam ligna ignisque ab eo procurari debent, ita censente R. Eliefer F. S. Sed Rabbi ait ; sicut ad aram non adhibetur res vulgari usui destinata, ita & in ligna non adhibentur vulgaria.*

Ea propter a certis populi familiis ea copia conferri debebant, quæ ad omnia sacrificia sufficeret. Origo est Nehem. X. 35. *Sortes conjecimus Sacerdotes, Levitæ, & populus* (Israëlis, non Nethinæorum, ut Junius putat) *pro oblatione lignorum, ad offerendum ea in domum Dei juxta familias paternas nostras, temporibus condictis de anno in annum*. In Taanith Cap. IV. §. 5. sors ista octo familias contigisse dicitur, quæ deinde novem diversis anni diebus [una enim bis attulit] ligna adduxerint. Prophetæ autem id tum serio inculcaverunt, ut in posterum quotannis, (sive haberet lignile ligna, sive non,) lignarentur & Ignibus sacris materiam præberent. Quod illæ ita in se susceperunt, ut postmodum unaquæque finito sibi die non sine ingenti lætitia se promissis exolveret, & festum celebraret eum diem, quo ligna offerret. Memorat etiam Josephus lignationis festum, sed a Magi-

stris

ſtris aliquatenus diffidens. Videtur enim id officii populo univerſo adſcribere & ad unum ſolum tempus adſtringere, cum noſtri familias quaſdam ſorte lectas cum Nehemia aſſerant, & novem diverſa tempora ſignent. Sic autem Joſephus de Bello lib. II. cap. 31. *Deinceps vero*, inquit, *adveniente ea feſtivitate*, *quæ* *ξυλοφορίων* *dicitur*, *in qua mos omnibus eſt grandem lignorum materiem convehere ad templum &c.* Supereſt, ut in lignile, quo ingens ea lignorum vis condebatur inquiramus. Equidem obvium eſt in Atrio mulierum conclave, ſitum in angulo ejus Orientali aquilonari, quod Schekalim VI. 1. דיר העצים *lignile* dicitur, qui ut adnotat Bartenora שם היו אוצרים כל עצי המערכה *omnia ligna quæ ad pyram pertinebant eo reponebantur*, ideo nimirum, *ut Sacerdotes*, *quos vitium a Miniſterio arcet ligna vermibus infecta reſecarent*, *quoniam lignum*, *in quo vermis erat*, *aræ adhiberi nequiret*, Middoth l. II. §. 5. Joma fol. 16. a. ubi לשכת העצים *Conclave lignorum* dicitur. Hæc, inquam, conſtant & multis jam dicta ſunt. Verum duo reſtant heic inquirenda: Unum eſt, an hoc *Conclave atrii mul.* incredibilem illam lignorum multitudinem, ſimul ac octo populi claſſes ante memoratæ eam in Templo exhibuiſſent, acceperit? Diu, quid ſtatuerem, ambiguus hæſi, nam Conclave iſtud huic rei nec aptum ſatis nec ſufficiens fuiſſe, & Rabbini conticuiſſe omnes videbantur: Donec commodum R. Abraham me dubitatione ſolvit Schilte Cap. 25. Verba, quia prolixiora ſunt, latina ſiſtam: *Hoc Conclave* in atrio mulierum *non eſt lignile*, *in quo omnia ligna condebantur*, *quibus per anni integri decurſum altaris rogis opus erat*, *quæque a familiis populi donabantur juxta Taanith* §. 5. *Sed in Conclavi iſto ea tantum ligna ponebantur*, *quæ tres altaris ſtrues in ſingulos dies poſtulabant*: *atque iſti Sacerdotes proxime*, *ante ſtrues inde compoſitas*, *ea ibi vermibus purgabant & finiebant*. Aliud autem Conclave in *Monte domus* & quidem decimum idem Auctor oſtendit, שהיו נותנים שם כל העצים שהיו צריכי למשך שנה או שהיו מתנדבי' בני דוד בן יהודה וחבריה': *In quo omnia ligna condebant*, *quibus per annum unum integrum opus erat*, *oblata a filiis Davidis filii Judæ & ſociis*. Alterum eſt, an ex Conclavi iſto ſtatim in aram, an prius in conclave aliud & dein in aram delata fuerint? Nam in atrio proprie dicto a Magiſtris, aliud conſtituitur Conclave, quod לשכת העץ *Conclave ligni* vocatur, quod D. Ligthfootius non ſemel ſic dictum eſſe affirmat, *quia poſtquam Sacerdotes aliquo vitio polluti ſecaverant lignum non vermiculatum in conclavi ejuſdem nominis*, *quod erat in angulo atrii mulierum*, *afferebant id quod exiſtimabant aptum altari in hoc Conclave*, *ut vicinius eſſet & paratum ad devehendum ad altare*, *cum neceſſe erat*. *Deſcript. Templi Cap. XXV. & Miniſt. in fine*. Pulchre, ſi vere. Verum enim vero iſta longe aliter putamus. In *Conclavi* hoc *ligni*, quod alias *Conclave Sacerdotis maximi & Conclave* *παρέδρων* פרהדרין dicitur, Sacerdos M. ſeptem dies, quibus ante Jom Cippurim ſecubabat, exigere, Joma I. aliis temporibus negotia ſacra expedire, imo Sacerdotes primarios in Concilium congregare ſolebat, ſi vera Lightfootus ibidem tradit. Hoc autem dignitati atque excellentiæ Pontificis conveniat, in vile lignorum receptaculum compingi, & ibi Senatum ſuum cogere? Quid quod nihil penitus juvet, ligna e Conclavi atrii *Mulierum* depromta heic denuo deponere. Nimirum appellatio Virum Eruditiſſimum commovit. Sed hujus cauſa multo diverſam tradunt Magiſtri. Sunt qui Conclave e lapidibus conſtructum fuiſſe autumant. Sed malo e ligno factum ſtatuere, quia לשכת העץ *conclave ligneum* interpretari valde proclive eſt; poſſit autem dari hujus rei ratio, a Pontifice incola deſumta, quam R. Jom T. allegat כהי שלא תזוח דעתו עליו: *ut ne ſuperbiat*, ſed ingentem honorem ſuum conſideratione humilis domicilii temperet. Sicut & in Joma fol. 19. traditur מטריחין עליו מדרום עצפון ומצפון לדרום כדי שלא תזוח דעתו עליו להתנאות בכתר כהונה: *Cogunt illum a meridionali parte in aquilonem ire*, *& ex hac in illam*, *ne mentem ejus ſuparbia ſubeat ob coronam Sacerdotii*. Sed quidquid de eo ſit. Ligni vocari potuit, vel ut Baal Schilte cap. X. 25. opinatur, שהיו שם תיבות או ארמאריאי בלעז לכנוז את בגדי זהב ומפני שהיו התיבות האלה של עץ אולי נקראת לשכת העץ: *Quia ibi arcæ erant*, *quas armaria vulgo dicunt*, *ad condendas veſtes aureas*, *& quia arcæ iſtæ ligneæ erant*, *forte* Conclave ligni *dicitur*; vel quod mihi magis ridet, quia cum Sacerdos Juncem rufam combuſturus ſeptem quoque diebus ſeparandus eſſet, differentia Sacerdotum ſeparatorum oſtendenda fuit etiam in Conclavibus, ubi degebant, Jam vero hic in בית אבן *Conclave lapideum* abibat. Commode ergo Pontificis noſtri habitaculum *Conclave ligneum* nuncuparunt, utque inter utrumque eſſet oppoſi-

positio eo clarius elucesceret. Pertinet huc quod Tosaphot in Cap. I. Joma habent להכי לא היו מפרישין כ״ג לפני יה״כ במקום לפרשתו לפרה דהואיל ונקראת בית האבן להיכרא שכל מעשיה באבני׳ ואי מפרישין שם כ״ג לפני יה״כ אז לא ה״ל היכרא לפרה : *Ideo Pontifex ante Diem Cippurim non secedit in locum, ubi Sacerdos ante Junicem cremendam degit, quia is locus domus lapidea dicitur, ut cuncti cognoscant, omnia quæ facit, vasis lapideis facere. Sed si Pontifex ante diem Cippurim etiam illuc abiret, non posset cognosci*, omnia quæ facit Sacerdos Junicis, vasis lapideis fieri. Unde concludo: Si Junicis Sacerdos in *domum lapideam* secedit, ut constet ipsum nihil agere posse, nisi in vasis lapideis, Conclave, in quod Pontifex ante Jom Cippurim se recipit, recte *ligni* appellatur, ut doceatur, illum non solum in vasis lapideis, sed vasis ligneis & quibuscunque aliis negotia sua peragere posse.

X. Tandem ad cinerem, hujusque remotionem venimus, quæ præcipitur Levit. VI. 3. 4. *Indutus sacerdos vestimento suo lineo & femoralibus lineis superindutis carni sua tollet cinerem, ubi consumpserit Ignis holocaustum in isto altari: & ponet ipsum secus ipsum altare*, & 4. *Deinde nudans se vestibus suis induet vestes alias, efferetque cinerem ipsum extra Castra in locum mundum*. Versu 3. תרומת הדשן *ablationem carbonum* aliquot, & v. 4. הוצאת הדשן *delationem reliqui cineris* extra Templum, quæ multis modis discrepant, injungi credunt. Illa pars עבודה *cultus* erat, eoque sorte prima, non quidem in *Conclavi Gazith* sed in *Beth Hammokad* tribuebatur, Joma Cap. II. §. 1. Hæc vero neque in *Cultus* loco deputabatur, neque sorte distribuebatur, sed Sacerdotibus, quicunque voluissent, dummodo integri & a vitio immunes essent, relinquebatur. De vestibus, quæ in utraque Decineratione sumi deberent, contendunt Magistri. Omnes per בגדים אחרים בגדי׳ *vestes alias* v. 4. intelligunt פחותים vestes equidem sacras sed *viliores*, & tantum non laceras, Sed alii iis Sacerdotem החורם, qui altare *carbonibus quibusdam* levabat, induunt. Neque si rem spectes admodum male! nam cinerem auferre, utcunque sacrum esse videtur, nec tamen tam honorificum decorumque, quam victimis aut libaminibus operari. Commutandæ igitur vestes erant, quia כדתני דבי רבי ישמאעל בגדים שבשל בהם קדרה לרבו אל ימזוג בהם כוס לרבו : *prout Schola R. Ismaelis tradidit: In iis vestibus, quibus quis Carnes Magistro suo coxit, ei poculum miscere convenit*. Alii vero, quos inter Raschi & Ramban sunt rectius, Textum secuti, id de Sacerdotibus, qui cinerem extra castra deferunt, accipiunt, atque his vestes *alias* h. e. abjectas, priori vero consuetas adscribunt. Porro תרומת הדשן, *ablationis carbonum* aliquot ordo ritusque hic est: Singulis diebus, postquam aurora illucescere occepit; In festis autem ab initio שליש אמצעי הלילה *trientis medii noctis* h. e. horæ Judæis quintæ; Et in die Expiationis mox a noctis medio, is qui hoc officium sortitus erat corpus lotus & vestes, quæ conveniebant, indutus, manus pedesque e labro abluebat; secus vas sacrum contingere nefas erat. Dein ad aram se conferebat & acerra argentea, quæ (non *ad latus occidentale altaris*, ut Vir Doctus ait, sed) in angulo inter aram & clivum ad hujus latus occidentale reposita erat, accepta in verticem aræ ascendebat, ubi prunas hinc inde dimovebat, paucasque ex iis, quæ in medio igni sitæ & quam maxime exustæ erant, ut in cinerem mox abituræ esse viderentur, capiebat. Quo facto terram repetebat, & inde faciem ad aquilonem conversus [non *usque ad latus orientale graduum*, ut idem habet, sed] juxta latus Clivi orientale ad decem fere cubitos versus aram ambulabat, ibique prunas ex altari allatas, in pavimentum tribus palmis a Clivo in loco ab ara XX. Cubb. semoto, in quem Avium sordes, Cineresque Lychnuchi & aræ auræ projiciebantur, junctim deponebat. Si quæras an heic cineres in ævum manserit, an alio hinc tralatæ fuerint? Paratum est ingens miraculum Joma fol. 21. a אמר אביי מוראה ונוצה ודישון המזבח הפנימי ודישון המנורה נבלעים במקומן : *Abai dixit: Ingluvies & sordes avium, & cineres tum aræ Interioris tum Lychnuchi in loco suo* a terra *absorbebantur*. Equidem Carbonum nostrorum mentionem non facit miraculi artifex, sed plerisque Rabbinis subintelliguntur, ut Raschio in Joma Cap. I. Alii eos miraculosæ occultationis participes non censent, sed aliam iis dictant e Cerithut fol. 6. שמו מלמר שטעונין גניזה דאסור להנות מתרומת הדשן : De Carbonibus dictum est Levit. VI. 3. Et ponet: *Quo docemur, necessum esse, ut abscondantur, quia ex iis utilitatem quamcumque percipere nefas est*. Sed heus Lector, quid tibi de mira ista, & uti videtur, inutili *Carbonum delatione* videtur? Tradidi, prout eam a Magistris edoctus sum. Nunc vellem de scopo ejus

ejus ex eorundem mente differere. Sed omnes facto hic fine quiescunt, de quo etiam Baal Schilte noster conqueritur; unus Ritba ad Cap. I. Joma ora refolvit, & quoniam, inquit, quas Sacerdos capiebat prunas non ex lignis, fed ex victimis fuerunt, quod lex iftis verbis juffit Levit. VI. 3. *Cinerem, ubi confumferit ignis holocauftum*; atque licet ignem undiquaque concepiffent, tamen adhuc aliquatenus membra retulerunt, Optimus Maximus pro infinita fua in Ifraelis Gentem benevolentia fignificare voluit: כי עולותינו אשר הקרבנו על המזבח עלו לפניו לרצון ולא מאס בה׳ ולכן קודם שיהיו לאפר המושלך אחרי דישון המזבח חוץ לעזרה׳ גזר שבעוד שיהיו האברים נשרפין בגחלתן יקברו במקום קדוש לעד׳ כי יריח לעולם ברחמיו בריח ניחוחינו: *Quod hoftiæ, quas in altari obtulimus, in confpectum ejus veniant, quodque iis delectetur, neque eas rejiciat*. Eoque *ante quam in cinerem extra Atrium poft altaris purgationem abjiciendum, abirent membra, dum adhuc in prunis ardent, in loco Sancto in perpetuum fepeliri juffit, ut femper* εὐωδίαν *noftram odoraretur*.

XI. Huic תרומת הדש׳ *Prunarum remotioni* fuccedit הוצאת הדש׳ *Cineris elatio*, quam Judæi דישו׳ *decinerationem* proprie dicunt. Ea ita habet. Simul ac Sacerdos cum prunis de altari defcendit, Sacerdotes alii, qui præfto funt, forte non lecti, ad manus pedefque lavandos feftinabant. Hac enim lege in altare & fpatium, quod inter hoc & veftibulum erat, admittebantur. Ita captis fufcinis & fcopis altaris culmen petebant, holocauftorum membra & profegmina victimarum aliarum, quæ ab igne non penitus confumta erant, in latera altaris fepofituri, aut fi hæc ea non caperent בסובב על הכבש ut Mifchna habet Tamid II. 1. h. e. על הכבש או על הסובב Gem. Joma fol. 45. a. *in Clivum aut in Cingulum* delaturi. Quo facto cinerem fcopis ex omnibus aræ partibus converrebant, & in medio aræ in unum cumulum coacervabant, qui תפוח *pomum* a forma vocatur (*l*). Pomi cinerei enim artifices hi Sacerdotes erant, non prior ille, qui prunas abftulit, quod femel iterumque male affirmat D. Sheringhamius ad Joma II. 1. male inde colligens, חרם fignificare *cinerem in cumulum congeffit*. Porro acervum iftum non quidem integrum tollebant, fed inde vas aliquod ingens, quod פסכתר ψυκτῆρα vocant, & *lethek* h. e. ἡμίκορον, feu afini onus capiebat, cinere implebant & in terram deportabant, ut quicunque vellent Sacerdotes, dummodo ἄμωμοι, ex eo tantum quantum liberet extra Urbem in locum a ventis fecurum deferrent. Cæterum femper modicam cineris copiam in ara relinquebant, Rabbini enim ubicunque hac de re loquuntur, hac vel fimili phrafi eam exponunt: גורפי׳ מ׳ הערימה *Auferunt de cumulo* partem. Maimonides quidem in Tam. II. 2. talia commentatur, quæ fuadere poffent, totum penitus ex ara remotum fuiffe, ait enim: גורפי׳ מ׳ הכרי ההוא ומוציאי׳ אל׳ שפך הדש׳ עד שמבערי׳ האבר מ׳ המזב׳: *De cumulo ifto auferunt & in cineris locum deferunt, donec altare cinere purgetur*. Verum hæc reftricte funt accipienda, tanquam dicat, Pomum eo modo imminuendum effe, ut omnes cineres ex altari in illud transferri poffint, ne facris rogis qualemcunque noxam dent. Secus fi intellexit, Maimonidi opponimus Maimonidem ex *Jad Chafaka*, ubi potioris multo eft auctoritatis. Non enim ibi valde infrequens eft in recantandis, quæ in Commentariis ftatuerat. Dicit autem Hilk. Temidin. Cap. II. §. 7. ftruem paulo poft cinerem ablatum compofitam, cinerem adhuc contigiffe, *Segmentorum*, inquit, *extrema interiora attingebant cinerem in medio altari cumulatum, quod pomum vulgo nominatur*. Præterea haud raro poft תרומת הדש׳ altari nihil cineris auferebatur, & tum דשו׳ *decineratio* in fola pomi confectione conftitit. Nam in feftis cinerem congeftum in ara relinquebant, quanquam incredibilis ejus vis, quæ in Mifchna per גוזמא h. e. Hyperbolen quandoque ad coros CCC. afcendiffe dicitur, ob victimarum multitudinem effet, quoniam aræ decori erat & ornamento, oftendebatque, qua pietate in Deum fuum ferrentur Ifraelitæ. Nec etiam fingulis diebus reliquis cinerem in Pefactar removere oportuit. Rafchi Levit. VI. 4. הדשן הצבור בתפוח כשהוא רבה ואי׳ מקום למערכה מוציאו משם ואי׳ זה חובה לכל יום אלא התרומה חובה לכל יום: *Cinis in pomum collectus, cum multus eft, & locum rogorum occupat, inde auferendus eft. Haud vero id debitum eft, cui fatis fingulis diebus facere teneamur, quemadmodum prunarum ablatio eft*. Cui quidem confuetudini non diffimilis eft ea gentilium, qua cinerem ut plurimum in aris relinquebant, donec nova facrificia earum purgationem poftularent.

CAPUT SEPTIMUM.

Legis Exodi XX. *ult. ratio est reverentia, quæ sacris debetur*. §. 1. *Viri Docti hypothesis de ararum altitudine ibi vetita examinatur*. §. 2. *De Pyramidibus. Altarium altitudo consueta*. Ezech. XLIII. 17. *explicatur*. §. 3. *De significatu vocis* כבש. *De Clivo Junicis rufæ*. §. 4. *Clivus Altari ad Meridiem situs fuit*. §. 5. *De latitudine Clivi. De longitudine ejus. Quo pacto* xxx. *Cubitorum fuerit?* §. 6. *Ratio datur, cur Clivus Aram non contigerit*. §. 7. *De* רבובה *in Clivo. De Ararum profanarum scalis*. §. 8. *De ponticulis aræ parvis. De eorum longitudine*. §. 9. *Unus eorum ad fundamentum aræ abiit*. §. 10. *An in Aram currere licuerit: De modo in aram ascendendi*. §. 11.

I.

Omnibus aræ partibus ob oculos positis, nunc ad rationem eam conscendendi oratio sese convertit. Vetuerat Deus Sacerdotes in aram gradi per מעלות *ἀναβατμίδας*, דרגי' *scalas*, quoniam qui has scandit, crura nimium divaricat, & super iis verenda sua revelat, quod si ad aram fieret, cum maxima ejus ignominia conjunctum foret. Exod. XX. 26. *Neque ascendito per gradus altare meum, ut non detegantur pudenda tua ad illud*. Mechilta in h. l. מכא' אמרו עשר כבש למזב' פירו' שלא יעשה מהרגות שגורמים לגילוי ערוה מחמת הרחבת הפסיעו' : *Hinc colligunt, clivum aræ faciendum esse, quia S. E. non esse scalas faciendas, quæ nudationem verendorum efficere aptæ sunt, ob passuum dilatationem*. Causam instituti plerique a diversitate derivant, quam Deus sacris suis intercedere voluit cum cultu Baal Peoris, cujus veneratio Rabbinis in eo consistebat, quod פותרים לפניו פי טבעת *quod coram eo anum aperirent*, alvumque excernerent, Raschi Num. XXV. 3. Sed, quod alii jam observarunt, religio ista adeo turpis & absona est, ut nemo hominum sibi persuadere possit, Deorum quemquam ea delectari, cum alii ciborum deliciis & thure Sabæo capi solerent. Neque rectius sentiunt, qui Hieronymo obsecuti, Baal Peorem pro Priapo habent. Nam sacra, quæ recens Græcorum & Latinorum luxuries commenta est, Orientalibus antiquis Astrorum cultui deditis tribui non debent. Quod moneo, ne de alia detectione pudenda in istis sacris cogites. Utrumque commentum enixa est appellatio, nam פער Chaldaice *egerere* est, Hebraice *aperire*. Verum longe satius est cum Theodoreto commentario in Psalmum CVI. 28. nomen repetere a loco, in quo apud Moabitas Baal colebatur. Nam *Pehor*, aut *Pegor* tractus Montanus appellatur Num. XXIII. 28. Deuter. XXXIV. 5. Nimirum quia Baal, quem Solem esse constat, multis Gentibus Deus erat communis, singulari aliquo nomine sive aliunde petito suum a reliquis distinguere debebant Moabitæ, id quod apud Græcos & Latinos de Jove factum cæterisque Diis esse novimus: Unde Jovem Capitolinum, Olympium, Feretrium, Elicium, &c. habemus. Quapropter nullus dubito, quin Deo *scalas* vetandi satis causæ esse potuerit ipsa verecundia & reverentia, cum quibus coram Deo comparendum, resque divinæ tractandæ sunt. De quo etiam Gentes tam sollicitæ fuerunt, ut ideo caput in Sacris velari juberent; Ταπεινῦντες ἑαυτὲς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς. *Humiliantes se per capitis occultationem*, inquit Plutarchus, & Virgilius de eodem ritu Æn. III.

> *Hac casti maneant in religione nepotes.*

Sed magis ad rem nostram facit, quod Martialis lib. III. Epig. 24. Haruspici, cui id quod nostra lex fieri vetat, accidit, petulanter illudit:

> *Ipse super virides aras luctantia pronus*
> *Dum resecat cultro colla, premitque manu,*
> *Ingens iratis apparuit Hernia sacris.*

Ubi ipsa *sacra irata* dicit, quod ea spectaculum turpe offenderit. Huc pertinet etiam quod procul loca sacra, & præcipue aras corporis saccatum humorem reddi voluerint. Plutarchus. Χρυσίππος ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ φύσεως λέγει, καλῶς μὲν ἀπαγορεύειν τὸν Ἡσίοδον εἰς ποταμὲς ἢ κρήνας ὀρεῖν· ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνεκτέον εἶναι τῦτο τῦ πρὸς βωμὸν ὀρεῖν, ἢ ἀφίδρυμα Θεῦ. Μὴ γὰρ εἶναι πρὸς λόγον, εἰ κύνες καὶ ὄνοι τῦτο ποιῦσι καὶ παιδάρια νήπια, μηδεμίαν ἐπιστροφὴν, μηδ᾽ ἐπιλογισμὸν ἔχοντα περὶ τῶν τοιύτων. *Chrysippus quinto de Natura ait, pulcre probibere Hesiodum, nequis mejat in fluvium, aut fontem: ac magis etiam abstinendum esse ad aram aut statuam numinis. Nec enim referre, si canes aut asini, hoc faciant, vel infantes, quia talia neutiquam attendunt, vel ad animum revocant*. Et Judæorum ipsorum etiam non adeo illaudatum institutum erat incredibili cum sollicitudine cavere, ne quid inverecunde adver-

adverſus res divinas agerent. Hinc inter Orientem & Occidentem aut alvum exonerare, aut ſomnum capere interdixerunt, quin etiam ei, qui citra Zophin urinam mittit, vel ad aquilonem vel ad auſtrum ſeſe, non ad locum ſanctum convertere præceperunt, ne ſanctuarium, quod ad Occidentem ſitum erat, quomodocunque contemtim habere videretur. Maim. Hilk. Beth. Cap. VII. §. *9*. Alia transeo. Illud vero monendum reſtat, nihil rationi illi, quam Deus ipſe allegat, officere ſemoralia, quibus induti Sacerdotes omne periculum partes, quæ honeſte nominari non poſſunt, detegendi evaſerint. Nam duo remedia uni malo parare nihil prohibet. Et aſcenſus per *ſcalas* ſua natura id incommodi habet, quod partes iſtas revelare potens ſit. Unde Hebræi, החרבת הפסיעות קרוב לגלוי ערוה היא : *Dilatatio graduum proxima eſt pudendorum retectioni*. Reddit Jarchi a Midraſch etiam hanc rationem, quod ea paſſuum divaricatio fiat in aræ contemtum, cum verbis mox citatis hæc ſubjungit ואתה נוהג בם מנהג בזיון : Hanc enim ei mentem fuiſſe arbitror, non quam Cl. Cartvvrigtus conjicit, *ex iſta pedum divaricatione dum per gradus aſcenditur, Sacerdotem conſuetum fore, ut ad iſtum modum incedat, atque inde eventurum, ubi non indutus eſſet iſtis femoralibus, ut nuditas ipſius retegatur*. De his Raſchi non cogitaſſe, ſed id quod dixi intendiſſe, demonſtrat קו *argumentum a minori ad majus*, quod mox nectit, & *quod ſi*, inquit, *lapidibus iſtis, qui ſenſu carent, eoque ſe contemni neſciunt*, ne contemnerentur, *ideo proſpexit Deus, quia utilitatem aliquam præſtant, quanto magis vult, ut a contemtim habendo fratres abſtineamus, qui ad Imaginem conditoris ſui factus eſt & contemtum ſui intelligit*.

II. Ita legis rationem Deum ipſum ſecuti produximus, ſane ita evidentem, facilemque repertu, ut dimirandum ſit, Viros Eruditos in ea perquirenda ſe tanto opere fatigaſſe & ſæpe fruſtra. Idem ille, adverſus quem veras Cornuum altaris cauſas aſſeruimus, iterum nobis negotium faceſſit, nam prolixe oſtendere conatur, *Deum eo animo hanc legem tradidiſſe, non ut gradus omnes, ſed gradus multos, altos, pompæ non uſui deſervientes, in altaris ſui ſtructura prohiberet*. Obſervat *noluiſſe Deum, ut Iſraelitæ Gentilium ritu ſacrificarent in Excelſis, h. e. altaribus ad quorum verticem nonniſi gradibus altis ſcandebatur*, quo Pyramides Ægyptiacas referendas eſſe vult. Dein hoc pacto Moſi conciliari putat Ezechielem XLIII. 17. illum enim gradus multos vetare, hunc paucos concedere. Præterea quod niſi hic excelſa prohiberi ſtatuamus, nullibi in Lege vetita fuerint. Et quæ ſunt alia, ſed quæ nobis magis, quam ipſi commodant. Nos obſervationes aliquas ſubjiciemus, quibus palam fiat, Lege noſtra non altaribus ſublimibus, ſed gradibus proprie dictis interdici. Primo id evincit lex ipſa & legis ratio. Lex ipſa, ולא תעלה במעלות על מזבחי ita compoſita eſt, ut gradus non multos, ſed omnes penitus prohibeat. Neque ſolida cauſa dari poteſt, quamobrem Deus verbis non dilucidis, ſed obſcuris Excelſa vetare voluerit. Verbis inquam obſcuris, nam interdictum, *Et non aſcendes per gradus ſuper altare meum*, nullum nexum habet cum Excelſis ſeu altaribus ſublimibus; Non enim excelſum ſtatim eſt altare, quod gradus habet, nam ii in altari humili, & Deo probato, largiente id V. D. eſſe poſſunt. Et Excelſum etiam altiſſimum conſiſtere poteſt ſine gradibus, cum in horum locum ſubſtructiones, fabricæ, כבש *clivus*, aggeri ſeu pons adhiberi queant. Ita per Legem hanc Excelſa ſtare poſſint, dum gradibus careant. Ratio vero: *Ne retegantur pudenda tua ad illud*, æque in graduum atque in Altaris excelſi interdictum quadrat. Nam Vir Doctus diffiteri nequit, non tam ab altitudine, quam a gradibus pudendorum detegendorum periculum eſſe. Nam ſacerdotes, eo ipſo quod per gradus, etiamſi paucos, aſcendebant, pedes explicabant, paſſuſque magnos faciebant, unde veſtium ſuarum alas quodammodo attollere, vel vento liberiori exponere cogebantur. Deinde gentiles, quibus Deus leges ſuas oppoſuiſſe ſtatuitur, non ſolum altaria excelſa, ſed & aras humiles amarunt. Certum enim eſſe exiſtimo quandoquidem *Altare* ex *ara* & *alto* compoſitum eſt; *aram* focum depreſſum & qui ſupra humum ſe parum tollat, ſignificare; Sic in Græcorum uſu non ſolum *βωμὸς* fuerunt, ſed & *ἐσχάραι*, quæ vox ex Hebræorum אש *igne* & ארעא facta eſſe poſſet, ut ita *locum humilem igni ſacro* deſtinatum notaret. Sed de hoc quicquid ſit, *ἀναμφισβήτητον* eſt, in profanorum ſacris aras modicæ altitudinis, *μέγαρα*, *βόθρους*, foſſas, tam frequentes fuiſſe, quam *βωμοὺς* & altaria. Quid ergo cauſæ eſt, quod Deus hæc potius, quam illa abominatus ſit, & a religione Hebræorum procul eſſe voluerit? Porro gratis V. D. exiſtimat excelſa

excelsa Hebr. במות Græcis ὑψηλά, quæ Deo adeo invisa fuerunt, altaria fuisse ad magnam altitudinem sublata. Cum tamen abunde doceri queat, ea id nominis meruisse, quod in montibus, collibusque aliisque locis strui solerent. Scriptura id non semel ostendit v. c. Ezech. XX. 28. *Cum introduxissem eos in terram, aspexerunt omne solum excelsum, & omnem arborem densis ramis, ubi sacrificarunt sacrificia sua* --- Hinc excelsa, nam additur. v. 29. *Dixi ad eos: quid est excelsum quo itis vos? Et est vocatum nomen ejus* במה excelsum *ad diem hanc*. Unde recte Sanctius: *Excelsa per metonymiam pro aris atque delubris adhibentur, quia in excelsis collibus ac rupibus delubra atque aræ excitabantur*. Sunt tamen qui aliam במה originem statuunt: Inter quos Abarbanel, in Proph. f. 183. 1. a. הנה הבמה לא תקרא כן אלא להיות מיוחדת אל הגבוה כי היא מלשון גובה ולא מפני שהיא על כל גבעה רמה ועל כל עץ עבו' נקרא כן אלא מפני שהיה יורד עליה אש מן השמים כי זהו הגובה והרוממות שלה: *Ecce* excelsum *non* ita *vocatur, nisi quia Altissimo sacrum est, nam vox altitudinis notionem habet*. Conf. Deut. XXXII. 13. *Non vero, quia super omni colle alto, & ad omnem arborem densam constituebatur, ita vocabatur; sed quia super illud Ignis e Cœlo descendit, nam hæc est excellentia & sublimitas ejus*. Alii ex citato Ezech. loco colligunt, dici בא מה *quid venit?* Q. D. Quis ad Excelsa vestra venit? vos sane & sacrificia vestra! sed non, quod maxime oportuit, Deus & gratiæ ejus Symbolum. Verum id quod primo dixi, mihi maxime probatur. Tum quia scriptura infinities excelsa in montibus fuisse inculcat. 2. Par. XXI. 11. *Et fecit* Jehoram *excelsa in montibus Juda*. 1. Reg. XI. 7. *Tunc ædificavit Salomon excelsum in eo monte*, &c. tum quia, ut Doct. Vossius in Maim. ע״ז c. I. §. 2. loquitur, altaria veterum fuere במות *excelsa seu montium vertices*; quos Diis propiores eoque sanctiores crediderunt. Moris reliquias apud Persas Templis & aris destitutos habemus, de quibus Herodotus: *Solent*: ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες *altissimis montium conscensis, Jovi sacra facere*. Hinc lucorum origo. Pausan. in Boeticis & alibi passim morem illum inculcat, ἐυτρέπισται δὲ σφίσιν ἐπὶ κορυφῆ τοῦ ὄρους βωμὸς *Parata est ibi montis vertice ara*. Idem sic aras in locis sublimibus struendi amor movisse priscos videtur, ut aras in ædium tectis excitare solerent. Habes 2. Reg. XXIII. 12. *Et altaria, quæ erant super tectum Cœnaculi Achazi, quæ fecerant Reges Judæ*. Sic Jer. XXIX. 13. *Omnis domus, super quarum tecta toti Exercitum Cœlorum adoleverint*. Vide & Zeph. I. 5. Observarunt id etiam Talmudici, nam Sebh. fol. 117. a. aram privatam vocant במה שבראש גגו *excelsum in tecto* constructum. Quam in rem apprime idonea fuere ædes veterum, quæ non in culmen desinebant, sed loco tecti pavimentum planum habebant. Videtur vero postea במה in nomen aræ impiæ transiisse, ubicunque extructæ, Jer. VII. 31. &c.

III. Præterea videndum nobis est, in quantam altitudinem aræ surrexerint. Vir Doctus putat profanas plerumque Hebraicas multum superasse. Cujus sententiæ præcipuum præsidium est Pyramis Ægyptiorum una, hodienum superstes, quam ille altare arbitratur fuisse. Ad quæ reponimus 1. Quanquam religionis causa structa fuisset, nihil tamen V. D. juvatur. Nam Deus lege hac ad eam respexisse non potuit, quoniam non opus fuit, ut Deus Israelitas a Pyramidibus conficiendis abstistinerent, quippe Israelitæ abundabant montibus, quorum defectu coacti Ægyptii arte montes excitarunt, ut in iis, uti reliquæ gentes in montibus naturalibus, sacra facerent. Kircherus a V. D. allegatus. *Cum Ægyptus humilis esset & montibus careret loco montium adinvenerunt Excelsa illa Pyramidum seu obeliscorum, quos proprio nomine appellabant Deorum Columnas seu aras*. 2. Pyramides vero in altarium loco fuisse, uti dubitanter affirmat, sic aliis ægre persuadebit Vir Doctissimus. Certe Herodoti locus qui adducitur e Lib. II. 125. ἐποιήθη δὲ αὕτη ἡ πυραμὶς ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρώσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι, *Fuit autem extructa hæc Pyramis in speciem graduum, quos nonnulli scalas, quidam autem arulas* (sic vertit V. D.) *vocant*; ad rem minime facit. Nam βωμίδας notare *gradus* satis certum est, sicut & βωμὸς non solum aram significat, sed & basin gradumque. Eustathius Iliad. θ. βωμοὶ οὐ μόνον ἐφ' ὧν ἤθυον ἀλλὰ καὶ κτίσματα ἁπλῶς καὶ ἀνάστημα, ἐφ' οὗ ἐστι βῆναί τε καὶ τεθῆναι. Hinc etiam apud Hesychium: βωμίσκοι sunt ἀελθμοὶ ἄνισοι Ubi me si audias, legendum βαθμοί. Et βωμοῖς βαθμοῖς, & βωμοῖσι βαθμοῖσι. De loco Lucani a V. D. citato.

Votaque Pyramidum celsas solvuntur
ad aras,

quid dicam non habeo. Neque enim eum in Pharsalia, quanquam diligenter inqui-

inquisiverim, reperire potui. Sed de hoc quicquid fiat Auctores uno fere ore tradunt Pyramides sepulturas Regum fuisse, quæ ab altaribus bene multum differunt. Plinius cum primis non religionem Regum, sed ineptam eorum ambitionem Pyramidibus originem dedisse tradit L. XXXV. H. N. c. 12. *Dicantur obiter & Pyramides in eadem Ægypto, Regum pecunia otiosa & stulta ostentatio, quippe cum faciendi eas causa a plerisque traditur, ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs otiosa esset.* Accedit 3. quod Pyramides plerumque in locis vastis, atque ab urbibus remotis ædificatæ fuerint, cum altarium ratio contra postulet, ut obvia sint & a quibuscunque & facili negotio frequentari possint. Alia taceo, quandoquidem etiam ipse V. D. Pyramides aras fuisse pro certo non asserit, neque summam controversiæ a Pyramidibus pendere vult. Verum si a Pyramidibus discesseris communes gentium aras non offendes, Hebraicas valde excessisse. Mosaica quidem altitudine æquavit cubitos III. Sed Templi primi Cub. X. & secundi si Josepho fides Cub. XV. Imo Israelitæ quidam ad Jordanem statuerunt Jos. XXII. 10. מזבח גדול למראה: LXX. *βωμὸν μέγαν τοῦ ἰδεῖν*; & Vulgato: *altare infinitæ magnitudinis*. Cum his si componas Profana altaria, non eam inter ea diversitatem comperies, quantam quidem Viri Docti hypothesis postularet. Certe voces *βωμοῦ* & *altaris*, ad quas provocatur, plerumque ab altaribus sumuntur Salomonico non altioribus. Imo quod ante diximus, aras dici במות, quia in locis sublimioribus statutæ fuerunt, id ad *βωμὸν* extendere ausimus. Nam במה *βωμῷ* originem dedit. Id quod invertit Sanctius in Ezech. XX. 39. במה *deductum est*, inquit, *a Græca voce βῆμα, quod altare etiam valet seu suggestum, aut tribunal, quod excelsum est*. Sed male! בימה enim & במה multum discrepant, notantibus id etiam Hebræis, qui probe במה vocem Hebræam, בימה *βῆμα* Græcam esse noverunt. Quæ Vir Doctus addit tanti non sunt, ut nos morari possint. Excelsa directe & per se vetari non opus fuit, quandoquidem Deus cultum suum Tabernaculo & Templo adligavit. Levit. XVII. 3. 4. & excelsa gentium destrui jussit Lev. XXVI. 3. & cum primis Deut. XII. 5. Neque vero Deus excelsa per omnia Mosis ævo tollere potuit, quoniam postea non semel in iis sacra administrare fas fuit, quod Cap. II. th. 3. ostendimus. Quod V. D. etiam Magistrorum & Josephi consensum jactat, in eo frontem tantum non ponit. Nam nihil iis magis adversum, quam Mosen Ex. XX. ult. gradus aliquos concedere; unde clivum in eorum loco constituerunt. Tandem fatendum est, circa Ezechielis verba ומלתהו פנות קדים: *Et gradus respiciunt orientem*: Interpretibus id negotii facessi, ut a paucis expediri potuerit. Sed in V. D. sententiam discedere nondum adigimur, sunt enim nobis multa alia, quibus Ezechielem Mosemque conciliare datur: Unum est, quod ut Sanctius quoque existimat, in ara Ezechielis gradus reapse fuerint, haud vero in Mosaica, aut Templi priore, aut Serubabelica seu posteriore. Multa enim sunt in universo illo Templo & in altari ipso, quæ a Salomonis & Serubabelis operibus multum dissident. Quæ singulatim persequi nunc non est meum. Alterum est, quod Ezechielis hoc effatum haud *ἀτόπως* non ad altare, sed ad gradus referatur, quibus ex mulierum in Israelis atrium ascendebatur, nam duplicis עזרה; quam Cap. IV. §. 5. notavi, a quibusdam non ad aræ fundamentum & Cingulum, sed ad atrium referri; descriptio novissime præcessit. Ita sentit Paraphrastes Chaldæus. Tertium denique est, Vocem מעלות vel *βαθμίδας gradus*, uti Exod. XX. ult. notare, vel locum quemcunque acclivem, & sursum ascendentem, non solum מעלה masculinum ut Jos. X. 10. דרך מעלה בית חורון: *via qua ascenditur Beth Choronem*; & XVIII. 17. נכח מעלה ארומים *e regione ascensus Adumim*: Sed & מעלה femininum: Esr. VII. 9. המעלה מבבל *ascensus e Babylonia*. Neque V. D. elabitur, cum ait, in numero singulari ascensum quemcunque, sed in numero multitudinis gradus, qui numerari possint, signari. Nam id falsi convincunt scripturæ multa dicta. Amos IX. 6. הבונה בשמים מעלותיו LXX. *ὁ οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν αὐτοῦ*. Sic Ezech. XI. 5. מעלות רוחכם *quod in mentes vestras ascendit*. Hac notione etiam vocem Ezechiel adhibere videtur loco nostro. Unde Abarbanel in h. l. הנה ראה הנביא כאן מעלות למזבח אולי שהיו עשוית כמין כביש׳: *Ecce Propheta hic vidit ascensum altaris, qui forte collis similis fuit*. Sic nihil Ezechielis מעלות differunt a Magistrorum כבש *clivo*.

IV. Hebræi igitur, ut Dei præscripto obsequerentur, & Sacerdotibus cum in aram aditum præberent, qui cum *εὐλαβείᾳ* & verecundia, quam sacris debemus, conveniret, non scalas, non gradus, sed pontem, collem æquum, planum,

num, & acclivem fecerunt qui fensim Sacerdotem in altare tolleret (*p*), Josepho etiam teste de Bello lib. V. 14. al. lib. VI. 8. Ἀπὸ μεσημβρίας ἐπ' αὐτὸν ἄνοδος ἠρέμα προσάντης ὑπτίαστο : *A meridie ascensus in eam clementer arduus resupinabatur*. Eum כבש appellarunt. Vox ista πολύσημος est. Inter alia pontem signat, super quo in naves grandiores conscenditur, aut inde in Terram descenditur. Schabbath Cap. XVI. §. 8. *Si Gentilis* die Sabbathi, *sibi* כבש *pontem fecerit in eo e navi in terram descensurus, Israelitæ etiam eo uti licet; sed si propter Israelitam, nefas est*. Parem huic significatum in loco illustri Para Cap. III. §. 6. habet, quem quia a multis equidem allegatus, sed sæpe male conversus est, interpretari lubet. Sic autem habet וכבש היו עושיז מהר הבית להר המשחה כיפין על גבו כיפי' וכיפה כנגד האוטם מפני קבר התהום שבו כהן שורף את הפרה מסעדיה יוצאין להר המשחה : H. E. *Ponte a Monte domus ad montem olivarum ita faciebant, ut fornices fornicibus super impositæ, & fornices e regione columnæ collocatæ essent* (male D. Sheringhamius : lapides super lapides & lapis super columnam) *ob sepulcrum abyssi* (minus bene alius : quod profunda interjaceret abyssus) *Nam in eo Sacerdos Junicem rufam combusturus, Junix ipsa & omnes qui ei operaturi erant*, vel *quæcunque ad hoc negotium requirebantur, in montem olivarum*, ubi comburenda erat, *exibant*. Liceat mihi paraphrasin, qua res in apricum producatur, addere. Quia in cremenda Junice omnibus artibus viribusque Immunditiès ex Mortuis contracta arcenda fuit, verendum autem, ne qua cadavera in via consueta condita essent, quæ Sacerdotem, hominesque alios ei operaturos polluerent; pons qui eos e Templo in montem olearum transferret, struendus fuit, sed & hic multa cum sollicitudine. Quod si enim v. c. pontem una solum fornix duabus columnis nixa portasset, non omni discrimine contrahendæ immunditiei soluti fuissent, quoniam cadavera columnis subjecta polluere potuissent omnes, qui ponti, ubi columnam illam contigisset, institissent, juxta Oholoth Cap. VII. Idcirco multas fornices sibi invicem super imposuerunt, & quidem כיפה כנגד כיפה, ut semper fornicis superioris crura non curibus, sed mediis duarum inferiorum arcubus incumberent, atque ubique fornicum columnis cavitas quædam subjiceretur. Hæc die isto כבש in transcursu dicta sunto. In hunc fere sensum etiam nobis כבש sumitur, quanquam ab illo Junicis haud parum etiam differat. Nam noster solidus fartusque, & ex ea unde ara, materie, lapidibus, pice, plumbo, & rebus similibus structus erat, per quem veluti monticulum paulatim assurgentem ad ambulacrum suum Sacerdotes ascenderent.

V. Claudebat aræ latus meridionale. Causas more nostro dabimus ex Sebh. fol. 62. b. præfati, non ægre ferendos esse errores, qui in Massech. Sebhachim explicanda committuntur. Menda enim & Gemaram & Glossam adeo perverterunt, & difficultatibus obsitas reddiderunt, ut quod Amstelodami accidisse accepi, Judæos in suis ipsorum Collegiis a Codice isto tractando abstinere valeant. Quod etiam hoc ipso loco usu venit. Una autem ratio est: מנא הני מילי אמר רב הונא אמר קרא ושחט אותו על ירך המזבח צפונה שיהא ירך בצפו' ופניו בדרום אימא ירך בצפון ופניו בצפון אמר רבא רמי גברא אאפי' א״ל אביי אדרבה תריץ ואותיב גברא א״ל רבוע כתיב דמרבע ריבוע מי כתיב מרובע ולטעמיך מי כתב רבוץ רבוע כתיב דמשמע הכי ומשמע הכי : *Unde probatur, Clivum in meridie fuisse constituendum? R. Hunna dixit, quia scriptura habet* : Et mactabit eum ad latus altaris septentrionem versus, Levit. I. 11. Hinc constat, quod *femur* (pedes) *in septentrione sit, facies autem*, quam clivus facit, *in meridie*, altare enim simile est homini in terra jacenti. *Objici possit*, & femur faciem *ad eandem plagam esse conversa*, ut in homine sedente fieri videmus. *Sed respondet Raba, omnino aram cum homine cubante comparari. At regerit Abai, modo contrario exponi posse, & aram componi cum sedente. Probat ergo assertum suum Raba* eo, quod altare Exodi XXVII. 1. dicitur רבוע a רבע *jacere*. Verum si reponas; *id quadratum significare*, respondet Raba : si hoc tantum scriptura indicare voluisset, *dicere debuisset* מרובע. Si iterum objicias & inquias Rabæ : *Juxta sensa tua*, רבוץ *cubans* scribendum fuisset : Solvit id Raba, dicendo : *Scriptum est* רבוע, *ut uterque significatus* & quadrati & jacentis *simul obtinere queant*. Altera ibidem habetur : ותנא מייתי לה מהכא דתניא ר' יהודה אומר ומעלותיהו פנו' קדים כל פונות שאתה פונה לא יהו אלא דרך ימין *Doctor aliquis id hinc monstravit, quod in Baraitha traditur : R. Juda ait Ezech.* XLIII. 17. *Et* e gradibus respicitur in orientem : Ergo : *Quoriescunque nos in sacris vertimur, nonnisi ad dextram verti debemus* : quod dictum infra demonstramus. Ergo clivus in meridie situs

esse

esse debuit, quia si eum in alia plaga statuamus, Sacerdos qui ex eo in aram discessit, non ad orientem abire potuisset, simul ad dextram conversus. Porro Clivus עד כנגד המערכה *usque ad focum* pertingebat, & inter Cornua desinebat, quippe ibi ad altitudinem palmorum LIII. h. e. novem Cubitorum פחות שתות minus palmo elatus. Quod omnes qui de כבש mentionem faciunt, uno ore testantur. Ut frustra sit D. Capellus, qui ad verba Maimonidis *: Ascensus altitudo fuit IX. cubitorum minus sexta parte*; ita invenuste adnotat : *Hic error est in numero legendumque septem cubitos minus duobus palmis. Nam altare ad pedem usque craticulæ, quæ locus foci dicitur, altum erat* 40. *palmos*. (Imo hic error est D. Capelle ! Scribendum enim erat 53. palmos.) *Jam*; pergit, VII. *Cubiti sex palmorum conficiunt* 42. *palmos*. שבוש ! Attende, Lector, quod Clivus non pedem loci pyræ, sed summum contigerit, quodque nec 35. nec 40. sed 53. palmos a terra abfuerit. Ligthfootus heic gravius hallucinatur, quanquàm altitudinem Clivi a Rabbinis signatam penitus dissimulet. Ait enim : *Superius ascendenti, cum ad circuitus altitudinem pervenerat, Agger se ingerebat, qua in Circuitum ire poterat, si essent sanguine victimæ aspergenda altaris cornua*. Heic infelix Clivi magni, cum ponticulo uno, qui a Clivo ad Cingulum ibat confusio est, quam auget, cum addit : *Supra circuitum, aggerem, aut ascensum similem fuisse non invenio, non quod Sacerdotes perpetuo occasionem non haberent in crepidinem summam ascendendi* &c. Fabulæ ! Nam clivum summum altaris verticem attigisse, jam monstravimus & necesse omnino fuit, si Sacerdotem in Ambulacrum Sacerdotum deducere debuit.

VI. Latitudo clivi, qua ab oriente in occidentem patebat, cubitos XVI. complectebatur, ita ut medius inter Cornua aræ meridionalia esset, ab utroque quinque cubitis semotus. Longitudo vero ejus ab Austro in Septentrionem ad Cubitos XXXII. extensa fuit : ארכו׳ שלשים ושתי׳ אמה inquit Mischna Middoth Cap. III. §. 3. Quibus si duo & triginta cubita, quæ aræ omnes tribuunt, jungas, necessum esse videtur, Aram & Clivum simul sumpta Cubitos LXIV. longitudine sua occupasse. Verum cave fallaris הכב׳ והמזבח ששים ושתים *Clivus : & ara Cubita* LXII. *tenebant* Midd. Cap. V. §. 1. Sed de duobus cubitis reliquis quid factum est? an ab ara auferendi sunt, an a Clivo ! Nodus hic est vindice dignus. Sed levi negotio resolvitur, observando, quod Clivus habere posset Cubita XXXII. si ipsum ad foci locum, ceu partem altaris contractissimam producas, & tum altari nonnisi XXX. relinquas : sed & XXX. si eum eo usque reputes, ubi *fundamentum* aræ inciperc debuit ; & sic ara provehitur ad XXXII. Audiamus Gemaram Sebhachim fol. 62. b. תנן התם הכבש והמזבח ששים ושתים הני שיתין וארבעה הוו נמצא פורח אמ על יסוד ואמה על סובב : *Tradidere ibi in Mischna : Clivus & altare longa sunt Cubitos* LXII. *Atqui Cubitos* LXIV. *reperies*, si longitudinem Clivi & aræ, quæ alibi traditur, conjungas. Resp. Caput Clivi in altaris longitudine computatur, nam *cubiti duo supremi a Clivo avolant : unus ob fundamentum, & alter ob Cingulum*, & illi ab his absorbentur. Non dissimilia in hoc negotio tradit Cel. Ligthf. Descr. T. Cap. XXXV. Sed id vehementer displicet, quod huic solutioni parum confisus, confestim aliam substituat, inde desumtam, *quod forte duos cubitos primos ascensus, quippe planiores non supputent*. Ea vero nauci est, & Magistris invitis cogitata. Sed id magis ingratum est, quod contemtis, quæ modo dixerat, Judæos afferat aliquando Clivo & aræ cubitos LXIV. tribuere, ut tota atrii amplitudo ad Cubitos CXXXVII. assurgat ; serio vellem ubi id fecerint docuisset. Nam neminem eorum ita frontis expertem vel novi, vel credo, qui Mischnæ tam aperte repugnet. Numerant autem illi Cubitos quidem atrii CXXXV. & altaris clivique LXII. Accedit quod Gemara computum istum adversus objectionem defendat. Ut mihi dubium non sit, quin Cl. Ligthfooto memoriæ lapsum heic perpessus sit. Tandem animus est hæc omnia confirmare verbis Maimonidis Hilk Beth Habb. Cap. II. §. 13. ex versione, qua sæpe me uti lubens profiteor, Doct. Compiegne. *Ad meridiem altaris erat ædificatus collis. Is in longitudine patebat duos & triginta cubitos & sedecim in latitudinem : nempe* אוכל *occupabat in terræ solo spatium triginta cubitorum ad altaris latus : tum etiam supra basin spatium unius cubiti procedebat : procedebat & alterius cubiti spatium supra gyrum*. Præ postremis malim : *Nam clivus unum cubitum propter fundamentum*, quod adesse debebat, *& alterum propter circuitum amittebat*. Conferre nunc lubet Capellum, qui loco nuper citato, *Ascensus*, inquit, *longus* 30. *Cubitos* [*dicendum*, pergit, 30. *Cubitos quomodo alicubi* &c.] *latus* 16. ואוכל

pro-

producebatur ad 34. *ex altaris latere*. ופורח Crescebat *enim ex eo cubitum unum super ipsius basin & alium item cubitum super Cingulum*. Hoc ne vertere est?

VII. Porro Clivus aram ipsam non contingebat, sed pauculo spatio ab eo separabatur, ut Sacerdos, qui in Clivo stans prosegmina strui imponit, ea projicere censeri posset. Res Sebh. fol. 62. b. ita explicatur שאל רבי שמעון בן יוסי בן לקוניא את רבי יוסי אומר היה ר׳ שמעון ב׳ אויר יש בין כבש למזבח אמר לו ואתה אי אתה אומר כן והלא כבר נאמר ועשית עולותיך הבשר ודם מה דם בזריקה אף בשר בזריקה אמר לו (זורק) שאני אומר עומד בצד מערב׳ וזורק כשהוא זורק למערכה דליקה הוא זורק או למערכה שאינה דליקה הוא זורק אומר למערכה דליקה הוא זורק התם משום דלא אפשר רב פפא אמר בי דם מה דם אויר קרקע מפסיקו אף בשר אויר קרקע מפסיקי : *R. Simeon Ben Jose Nepos Lekunia quæsivit ex R. Jose, De eo quod R. Simeon b. Jochai spatium aliquod clivum ab altari separare dixit*, quid videtur? Respondit R. Jose : *Tunc hæc quæris? cum noveris dictum esse* Deut. XII. 27. Et facies in holocaustis tuis carnem *ut* sanguinem. Unde constat? *uti sanguis in altare projicitur*, cum a Sacerdote in pavimento stante per interjectum intervallum in illud spargitur, *ita etiam Carnem* in struem *conjici debere* a Sacerdote, inde per spatium aliquod separato. *Excepit R. Simeon, putare se, quod Sacerdos in altari ad latus struis stare possit*, & in eam *projicere prosegmina*. Sed respondit R. Jose. *Cum ita projicit, an in struem ardentem projicit, an antequam succendatur? Concedes mihi, in ardentem conjici*. Atqui hic projectio necessaria est, *ita ut aliter facere* non possit, neque ibi ulla monitione, aut præcepto opus est. Unde concludere oportet, aliam ab hac esse projectionem, quam innuit Scriptura l. c. *Rabb Papa idem clarius docuit*, cum dixit; *Sicut in sanguine spatium vacuum a fundo usque* Sacerdotem *spargentem ab ara separat, ita etiam circa carnem spatium vacuum a fundo usque* Sacerdotem projicientem ab ara separare debet. In his vernis cæspitavit D. Capellus, qui nescio pro pacto pro זריקה legit צריקים & vertit : *ad apponendum aræ in lancibus membra victimarum*. Cæterum idem victimarum partes cremandas in aram conjiciendi mos etiam gentibus observatus esse videtur, & *Porricere*, h. e. [ut plerique credunt] *porro jacere* dicebatur : Unde Macrobius Lib. III. Saturn. c. I. Virgilium laudat quod voce sacrificantibus solenni dixerit,

--- *Extat salsos*
Porriciam in fluctus.

& addit : *Sicut Veranius ex libro primo Pictoris ita dissertationem uujus verbi executus est : Exta porriciunto, Dis danto in altaria, aramve, focumve, eove quo exta dari debebant*. Alibi etiam vox ea occurrit. Ex qua id saltem constat, victimas quodam *jactu* aris impositas esse, sicut & Græci ajunt : *ὀλοχύτας προβάλοντο Molas projiciebant*.

VIII. Post hæc in latere Clivi Occidentali reconditorium erat, quod Mischna Middoth Cap. III. §. 3. רבובה appellat, cum ait ורבובה היתה לו במערבו ששם היו נותנים פסולי חטאת העוף : *Et fenestra fuit in latere Clivi Occidentali, in qua aves vitiosas reposuerunt*. Cum quo compone quod habes Pesach. f. 34. a. לול קטון היה בין כבש למזבח במערב של כבש ששם היו זורקים פסולי חטא׳ העוף ותעבור צורתן ויוצאים לבית השריפ׳ : *Fenestra parva fuit inter Clivum & Aram ad Occidentalem illius partem, in qua condiderunt aves piaculares vitiosas, ut transiret forma earum, eæque in locum combustionis exire possent*. In libris multis, inter quos & Maimonidis sunt, legitur רבובה. Unde Doctissimus Compiegne *genu* vertit. Sed id mihi minus probatur. Nam Magistri vocem a נבוב *cavo* derivant, נ transeunte in ר. Quod quia insolens Hebræis est, id emollivit Jom Tobh, רבובה componendo ex ארובה & נבוב *fenestra*. Quidquid sit, vocibus his רבובה & ארובה significatus communis est. Nam omnes רבובה affirmant fuisse כחלון *fenestræ instar*, cavitatem cubitum altam latamque. Haud equidem per universam aggeris latitudinem ducta erat, uti fenestra, quæ lucem transmittit per parietem totum. Nam cui rei ista Cubitorum XVI. magnitudo commodet? Neque sic in Occidente magis sita fuisse dici possit, quam in Oriente. Verum in eo, quod diximus, latere lapides quidam ibi, ubi ara & clivus conjungebantur, deerat quorum loco רבובה *reconditorium* fuit, quod Ben Maimon & Raschi non male גומא *foveam* vocant. Ibi aves, quæ *pro peccato* offerendæ fuerant, & נפסלו *vitium contraxerunt*, tamdiu condebantur, donec forma illarum corrupta & immutata esset, h. e. per pernoctationem in earum victimarum classem venirent, quæ נותר *reliquiæ* dicuntur, & per moram post mactationem aræ in idoneæ redduntur, ut in atrio flamma absumi possent. Cappellus de רבובה hæc commentatur : *In eam con-*

conjiciebantur immundæ partes (intellige pennas, ingluviem, & inteſtina &c.) *avicularum pro peccato oblatarum*, interim dum aves igne abſumerentur. Tandem hanc aram conſcendendi rationem an apud gentiles aliqua ſimilis exſcripſerit videndum eſt. Equidem id non aſſerere auſim. Sunt tamen hujus quædam umbræ. Herodotus de Scythis lib. IV. *Tria latera aræ prærupta ſunt, quartum acclive, per quod aſcendatur*. Simile quid, inquit Grotius in Exod. XX. in Jure Pontificio Romanorum obſervat Servius in l. IV. Æn. *Apud veteres ſcalas plus tribus gradibus, niſi Græcas ſcandere non licebat, ne ulla pars pedum ejus crurumque ſubter conſpiceretur, eoque nec pluribus, ſed tribus, ut aſcendendo duplices niſus non paterentur extolli veſtem, aut nudare crura, nam ideo & Græcæ ſcalæ dicuntur, quia ita fabricantur, ut omni ex parte tabularum clauſæ ſint, ne adſpectum ad Corporis aliquam partem admittant*. Idem in h. l. animadvertit Junius ex A. Gellio l. X. c. 15.

IX. Ita res de Clivo majore comparata eſt. Nunc minores (q. r) oculis ſubjiciendi ſunt e Sebh. fol 62. b. אמר רב יהודה שני כבשים קטנים יוצאים מן הכבש שבהם פונים ליסוד ולסובב ומובדלים מן המזבח מלא נימא משום שנ' סביב ורבי אבהו אמר רבוע ואיצטריך למיכתב סביב ואיצטריך למיכתב רבוע דאי כתב רחמנא סביב הוה אמינא דעגיל מעגל וכתב רחמנא רבוע ואי כתב רחמנא רבוע הוה אמינא דאריך וקטי' וכתב רחמנא סביב : *Rabb Juda ait : Duo pontes parvi exibant e clivo, in quorum uno ad fundamentum, in altero ad Cingulum abibant, atque ſeparati erant ab ara latum unguem*, quia de altari dictum eſt Levit. I. 5. Circumquaque. *Rabbi Abbu dicit*: *q. d. e.* Exodi XXVII. 1. quadratum. Ille locus enim poſtulat, ut quis filo altare circundare poſſit, quod fieri nequiret, ſi pontes ei juncti eſſent. Hic autem, ut altare ſit quadratum, ſed longitudo ejus latitudinem longe excederet, ubi pontes & ara unum corpus continuum eſſent. Et quamquam unum idemque doceant ambo dicta, neutrum tamen fruſtra ſcriptum eſt, *ſed neceſſe fuit dici* circumquaque; *& neceſſe fuit dici* quadratum. *Nam ſi Deus tantum circumquaque dixiſſet, credi potuiſſet, altare rotundum eſſe*, idcirco *addit Deus* quadratum. *Si vero* tantum quadratum *dixiſſet*, credi potuiſſet, *altare longius eſſe quam latum. Idcirco addidit Deus* circumquaque, ut omnia ipſius latera ſint æqualia. Ponticulorum horum ille, qui ad fundamentum ducebat [r], ad Occidentem ſitus erat; alter qui ad Cingulum [q], ad Orientem. Quapropter ille ad angulum Notozephirinum, hic ad Euroauſtralem tendebat. Uſus eornm præcipuus ex eis, quæ ſupra de fundamento & Cingulo dixi, repetendus eſt. Ponticulo ad Cingulum pergebant Sacerdotes, tum quia ave holocauſtum facturi, tum qui ſanguine *ſacrificiorum pro peccato comedendorum* cornua tincturi erant. Utrique enim ſua in Cingulo conſiſtentes peragere debebant. Atque ponticulo altero ad fundamentum etiam utebantur Sacerdotes ſacrificiis his pro peccato operati, nam poſtquam altare in Cingulo circumierant, & id ſanguinis, quod par erat, cornibus inſperſerant, per clivum magnum deſcendebant & parvo illo ponte ad fundamentum tranſibant, cum ſanguinis reliquiis fundamentum meridionale inundaturi. Id quod Jarchi ad Sebh. l. c. his verbis docet הפונה ליסוד יוצא למערבו להוליך בו שירים של חטאת שיורד מן המזבח פונה לשמאלו ליסוד דרומי ומתחיל לצאת בשפולו של כבש רחוק מן המזבח כדי שיהא נוע לשפע ולירד ליסוד : *Ponticulus, qui ad fundamentum abit, ad Occidentem prodit, ut in eo reliquiæ ſanguinis expiatorii deferri poſſint, nam qui* in iſto officio *de ara deſcendit, per ſiniſtram clivi ad fundamentum meridionale deſcendit. Et quidem incipit Ponticulus in Clivi declivitate procul ab ara, ut lenis ſit deſcenſus ei, qui ad fundamentum deſcendit*. Conſtat ex hoc loco, quod ponticuli non fuerint paris cum clivo longitudinis, utpote quæ ibi ubi clivus h. e. trigeſimo ab altari cubito, nequaquam initium ſumebant, ſed e Clivo, poſtquam jam ad multos cubitos provectus fuit, prodibant. Secus ac ſupra notatus Judæis *in deſcriptione Templi* lib. III. c. 12. exiſtimavit, ubi inepte ita diſſerit; והשנים כבשים קטנים אשר כל אחד מהמה מתחיל לעלות באלכסון מתחתית הכבש הגדול עד הגיעם לסובב כל אחד' הוא מאחת ושלושים אמות ארכו וגובה חמש אמות וחמשה טפחים ומשבעה אמות וטבח ברחבו מלמעלה מכנגר הסובב *Duo ponticuli ſunt, quorum uterque per obliquum ab initio Clivi magni aſcendere incipit, donec ad Cingulum perveniat. Uterque cubitos* XXXI. *& Cubitos* V. *& totidem palmos altus, latuſque cubitos ſeptem & palmum unum, cum ad Cingulum pervenit*. De latitudine nihil diſputo, utpote incerta. De altitudine mox dicam. Nunc longitudinem explodere oportet. Raſchi ſane loco, quem interprotati ſumus, non eandem utrique ponticulo longitudinem eſſe evidenter innuit,

nuit, cum uni *procul ab ara* principium tribuit de altero vero tacet. Unde proclive est colligere, illum hoc esse longiorem. Idem ponticulum ad fundamentum ita describit, ut illum Clivo magno fere medio annexum, & ad fundamentum non acclivem seu ascendentem, sed declivem & descendentem constituat. Nimirum Sacerdos ex ara rediens ad finem clivi discedebat, ut in ponticulum transiret, quod Judæus noster male fingit, sed in clivo aliquot cubitos emensus confestim in ponticulo ad basin abire poterat. Confer in ara depicta r. Accedit quod Gemara ait: שני כבשים קטני' יוצאים מ' הכב' : *Duo ponticuli* exeunt *e majore clivo*. Qui vero ex eo exire dici possent, si toti propter aut juxta eum jacuissent, cum forte eum ne contigissent quidem? Mischna etiam dicere amat עלה בכבש פנה לסובב *Ascendit per Clivum & convertitur ad Cingulum* per pontem parvum. Ergo aliquandiu magnum ante scandere debuerat, quam in parvum discedere potuit. Ita constat, falsissimum esse, quod *ponticulus uterque cubitos* XXXI. *longus fuerit*. Constat etiam, longe diversissimam constitutionem fuisse ponticulorum, & Clivi. Nunc occurrendum est objectioni, quam quis ex Sebh. fol. 63. a. nectere posset, ubi Gemara, prout nunc legitur, omnium eandem rationem fuisse docet, cum ait: כל כבשי כבשים ג' אמות לאמה חוץ מכבשים של מזבח שהיה ג' אמות ומחצה ואצבע ושליש אצבע Observan' quod dicitur כבשים של מזבח *Clivi* & pontes *aræ*. Sed insigni mendo. Rescribendum enim, quod & Raschi & Tosephoth notant, כבשו של מזב' *Clivus* magnus *aræ*. Nam ponticuli huc nullo modo pertinent. Sensus est: *In omnibus Clivis* (scalis) *loco unius cubiti fuere Cubiti tres*: h. e. Clivus v. c. qui cubitum unum altus esse debuit, longus fuit cubitos tres. *Sed in Clivo magno aræ loco unius Cubiti fuere Cubiti 3. Palmi* 3. *Digitus* 1. & $\frac{1}{3}$ Oportebat videlicet, ut Clivus iste, in quo Sacerdotes victimarum membris bene onerati ascendebant, lenius acclivis esset, quam vero reliqui. Unde cum juxta vulgarem Clivorum rationem tantum ad Cubitos 27. produci debuisset, ad Cubitos XXXII. productus est.

X. Jam quæstio, de duobus ponticulis, quæ Tosephot, R. Jom Tobh & Magistros alios mirum in modum exercuit, operam nostram vel ideo meretur, quod Viris inter Christianos doctis vel latuit penitus, vel saltem præterita est. Cum Judæo, quem thesi præcedenti confutavimus, plerique Judæi moderni ponticulum illum in occidentali aræ latere ad fundamentum auferunt, & in ejus loco ibi alium ad Cingulum substituunt, existimantes, quemadmodum ponticulus Sacerdotem sacrificio pro peccato operam daturum ab oriente ad Cingulum deferebat, ita datum fuisse alium, in quo ab occidente e Cingulo in clivum transire posset. Verum enim vero nondum me moveruur, ut fidem ipsis adjungerem; obstant enim antiquiores & quorum major est auctoritas. Hi in Gemara loco citato rationem ponticulorum ita definiverunt, ut clarissime assererent, unum ad Cingulum, alterum vero ad fundamentum ivisse. Et Raschi ad Sebh. fol. 64. a. confidentissime affirmat: לצד המערב אין לו כבש קטן לפנות לסובב : *Ad latus aræ occidentale sacerdotes non habebant ponticulum, in quo ad Cingulum se conferrent*. Firmat id Mischna, quæ cum de sacerdote ad latus Orientale ituro dicere consuevit, עלה בכבש פנה לסובב *Ascendit per Clivum, & abivit ad Cingulum* per ponticulum, de sacerdote ad latus occidentale discessuro morem loquendi immutat & dicit in Succa Cap. IV. §. 9. עלה בכבש ופנה לשמאול *Ascendit per Clivum & abivit ad sinistram*, nimirum in altaris vertice: Certo signo in ista altaris parte, ponticulum ad Cingulum non extitisse. Assentiuntur Rambam Hilk. Bet. Cap. II. §. 14. Baal Schilte Cap. XXVII. R. Jom Tobh ad Sebh. Cap. VI. §. 3. aliique. Neque eos, qui a me dissident, aliud moratur, quam quod sacerdotem, qui sanguinem חטאות Cornibus aræ inspergebat, & in Cingulo ab angulo orientali meridionali per latera Orientale, septentrionale, & occidentale ad angulum meridionalem occidentalem deveniebat, hinc descendere non potuisse putant, nisi per ponticulum, qui ad occidentem aræ e Cingulo ad Clivum tenderet. Nam saltu e Cingulo in fundamentum aut pavimentum cubitis quinque aut sex humilius se præcipitare & nefas & stolidum fuisset; retro autem ire & Cingulum totum remetiri adque angulum meridionalem orientalem reverti id vetitum credunt in Mischna Sebh. Cap. VI. §. 3. ubi tribus tantum, inter quos Sacerdos noster non comparet, vestigia, quibus venerant, remetiri conceditur. העולים למזבח עולין דרך ימי' ומקיפין ויורדי' דרך שמאל חוץ מן העולה לשלשה דברים אלו שהיו עולים וחוזרים לעקב *Omnes qui in aram ascendebant, ad dextram ab Oriente ascen-*

debant, ad dextram ab Oriente ascendebant, & altari circumito ad sinistram ab occidente *descendebant, exceptis tribus istis*, de quibus mox agam, *qui aram conscendebant*, & ibi, ubi venerant, *redibant*. Hoc urgent Baale Tosephoth Sebh. fol. 64. a. sed simul valde fluctuantur. אם כ׳ כשהיה נות׳ ד׳ מתנות שבחטאת ותנ׳ לסובב גבי חטאת וכשהיה מגיע לקר׳ דרומית מערבית היה צריך לחזיר על עקיבו ולכך נר׳ דהיה שם כבש אבל קשה דלא חשיב ליה לעיל גבי שני כבשים קטנים יוצאי מ׳ הכבש : *Si Raschii*, inquit, *sententia vera sit, tum Sacerdos, qui sanguinem quatuor Cornibus illevit, idque, ut Mischna tradit, in Cingulo, atque ad Cornu Meridionale occidentale pervenit, iis vestigiis, quibus illuc venit, redire debuisset*. Quod quia credi non potest, *ponticulus ibi ad Cingulum statuendus esse videtur; veruntamen huic nostræ opinioni valde adversatur, quod Gemara fol. 62. b. cum de ponticulis agit, ejus meminit*; Credo! Cæterum, o Boni! pace vestra dixerim, Sacerdoti omnino per Cingulum retrogrediendum & ad Cornu Orientale Meridionale revertendum fuisse, ut hinc per ponticulum unum in Clivum, & ex eo per ponticulum alterum ad fundamentum meridionale descendere posset. Neque quidquam obstat Mischna Sebh. VI. 3. Nam ut rectissime Raschi ad Succ. fol. 48. a. semel iterumque advertit, ea non de omnibus etiam in cingulum aræ euntibus sed de iis, qui in aræ verticem contendunt agit: Raschi enim ita commentatur ad Mischnam istam ibi citatam כשהוא עולה לראש המזבח פונה לקרן דרומית מזרחית דהיינו לימין : *Cum Sacerdos in aræ verticem ascendit, ad Cornu Orientale meridionale sese convertit, hoc enim est ad dextram suam*; & mox de tribus, qui excipiuntur: כשהן בראש המזבח פונין לקרן דרומי׳ מערבי׳ : *Cum sunt in altaris vertice, ad Cornu Occidentale Meridionale sese vertunt*, hoc enim est ad sinistram. Ne vero Raschium, qui heic τῇ ὑποθέσει δουλεύειν videri possit, contemnas, ipsius expositionem argumentis confirmabo, doceboque, Mischnam de iis qui in Cingulum abeunt, intelligi non posse. 1. Quia tres, quos Mischna ibi a communi regula separat, in aræ summum contendisse, apud omnes extra controversiæ aleam positum est. Oportet autem, ut exceptioni regula conveniat. 2. Sacerdos qui holocaustum avis ad Cornu Orientale Meridionale in Cingulo confecit, statim ara non ambita, ea qua venit via de ara descendebat. Sebh. C. VI. §. 5. Quod Mischnæ, nisi juxta sententiam meam capiatur, vehementer repugnat. 3. Necessum fuit, eos qui aræ caput petebant doceri, qua ratione ascendere deberent, quoniam iis, qui ad Cingulum tendebant, eam etiam Cap. cit. §. 3. & Cap. V. §. 3. præscripsit. Eam jam tradam.

XI. R. Ismael in Mechilta Jethro existimat Sacerdotibus non licuisse nisi pedetentim & presso gradu Clivum scandere & ponendo semper עקב בצר גודל *Calcem pedis juxta alterius pollicem*. Sed in hanc sententiam, quanquam valde cum veneratione Aræ conveniat, olim discessum non est. Tradunt enim Joma Cap. III. §. 1. בראשונה כל מי שרוצה לתרום את המזבח תורם בזמ׳ שהם מרובים רצין ועלין וכל הקודם את חברו לתוך ארבע אמות זכה : Vertit Sheringhamius: *In principio quisquis altare expurgare voluerit, expurgabat. Quando plures erant, currebant & ascendebant per gradus; qui autem socium suum quatuor cubitis ante verterat, cum ad medium pervenisset, is huic muneri designabatur*. Verba posteriora ἐν παρόδῳ emendo: *per clivum; qui autem ante socium suum quatuor supremos clivi cubitos*, qui Aræ vertici proximi sunt, *attingebat, is huic muneri designabatur*. Ita R. Salomon exponit: כל הקודם בהם לכנוס לתוך ארבע אמות עליונות של כבש הסמוכות לראש המזבח זכה לתרום וזהו גורלם : Neque aliter explicari posse, satis monstrat insolubilis nodus, quam de his quatuor cubitis Gemara nectit: בעי׳ רב פפא ד׳ אמות שאמרו בהדיה אמה יסוד ואמה סובב או דילמא בר מאמה יסוד ואמה סובב תיקו *Rabb Papa quæsivit: an sub quatuor cubitis* illis etiam duo Cubiti *contineantur, quibus Clivus locum fundamenti & Cingulum supergreditur? An vero duo illi Clivi cubiti huc non pertineant? Sed respondere nemo potuit*. Id vero magni interfuit, quo clivi latere quis ascenderet descenderetque. Communiter Sacerdotes in ea parte, quam ad dextram habebant, ascendebant, & in ea descendebant, quæ ascendentibus ad sinistram fuerat. Sebh. VI. 3. h. e. בכל יום כהנים עולים במזרח של כבש ויורדים במערבו : *Omni die Sacerdotes clivum ascendebant ad Orientem & descendebant ad occidentem*: Ille namque dextra appellatur, hic sinistra Joma Cap. IV. §. 5. Obsequuti autem sunt regulæ, quæ infinities inculcatur כל פונות שאתה פונה לא יהיו אלא דרך ימין למזרח : *Quotiescunque deflectendum est, ad dextram deflectendum est, ad quam hic Oriens est*. Unum Exemplum aliun-

aliunde afferam : כל הנכנסים להר הבית נכנסים דרך ימין ומקיפין ויוצאים דרך שמאל : *Omnes qui montem domus ingrediuntur, ad extram ingrediuntur, & circumeunt, exeuntque ad sinistram*. Schilte Cap. III. Ritus hujus vestigium monstrat Remi bar Ezechiel Joma fol. 58. b. & Sebh. 62. b. in eo, quod 2. Par. v. 3. de Mari Salomonis legitur : *stabat super duodecim boves, tres respicientes ad aquilonem, & tres respicientes ad occasum, & tres respicientes ad Meridiem & tres respicientes ad orientem*. R. Salomon autem ita exponit : מקרא זה מונה והולך דרך ימין המקיף את הים ובא מצפון למערב לדרום ומדרום למזרח דרך ימין מקיפה . *Versus iste narrando per latus dextrum procedit. Nam qui mare circumit*, & ut scriptura vult, a *Septentrione ad Occidentem, hinc ad Meridiem, hinc ad Orientem abit, is ad dextram conversus, illud ambit*. Et hæc regula de omnibus, qui se in Templo cultui operantes convertebant, obtinuit. Mirare interea, quisquis hoc legis in Ethnicorum sacris adoraturos etiam dextrorsum se convertisse Ovid. Fast. III.. v. 283.

> *Atque aliquis modo trux visa jam vertitur ara,*
> *Vinaque dat tepidis, salsaque farra focis.*

Vertitur ad dextram, juxta legem, quam Plutarchus in Numa, de quo Ovidius loquitur, refert. Plautus in Curculione:

> *Quo me vertam nescio.*
> P. *Si Deos salutas dextrorsum censeo.*

Et Pythagoræ lex expressa : *Per dextram Templa ingredior, per sinistram exito*. Ad quam Gyraldus ait : *Hinc nostri a dextra in sinistram dein a sinistra ad dextram convertuntur in Missa*, Sed ad lineas redimus & in gradum nostrum. Ad dextram ascendebant, quotquot ad *ambulacrum Sacerdotum* pergebant, ut aram cinere purgarent, strues componerent, victimas imponerent, ambustas converterent &c. & ut in summa dicam plerique omnes. Hi dein aram totam circumibant, & per occidentem, qui ad sinistram clivo & ascendentibus situs erat, ex ea redibant. Sebh. Cap. XI. §. 3. Quos regula non tangit, numerare facile est, oppido enim pauci sunt. Pontifex Max. in die Cippurim per medium Clivum & ascendebat, & descendebat, ut se honorem & potestatem, quam ut filius familias, uti non semel appellatur, merebatur, habere probaret. Joma l. c. Reliquos exhibet Mischna Sebh. Cap. VI. §. 2. *In tribus negotiis Sacerdotes ad sinistram aram conscendunt, & ibi iterum descendunt*; Nimirum in ניסוך המים וניסוך היין ועולת העוף כשהיה רבה במזרח *Libatione vini, libatione aquæ, & holocausto avis*, quod in Cornu Occidentali Meridionali fit, & quidem tum demum *cum angulum Orientalem meridionalem, quo proprie illud pertinet jam Sacerdotes alii in Cingulo occuparant*, ut aliis ibi consistendi nullum locum relinquerent. Hæc tria in vertice altaris conficiuntur, uti ex parte supra demonstravi. De holocausto autem avis clara sunt Raschii verba Sebh. 64. a. הוא עומד בראש המזבח ולא בסובב שכשהיא נעשית במזרח עומד בסוב' לפי שיש לו כבש קטן במזרח לפנות ממנו לסובב אבל לצד המערב אין לו לפנות לסובב : *Sacerdos, qui ad Cornu occidentale meridionale holocaustum avis facit, in altaris summo stat, non vero in Cingulo. Nam cum in Oriente facit, stat in Cingulo, quia ponticulum ibi habet, qui eum in Cingulum deducat. Sed ad latus occidentale nullum habet, quo ad Cingulum abeat*. Et Cornu istud post Orientale Meridionale loco Cinerum, in quem avium partes ara indignæ conjiciendæ sunt, propinquissimum est. Porro libationes in Cornu Occidentali Meridionali peraguntur juxta Sebh. VI. 2. nam, quod supra jam monui, שתין *cavitas libaminibus destinata* in isto loco constituta erat : Nunc facilis intellectu est ratio, quamobrem Sacerdotes tribus istis operam daturi ara non circuita ad Cornu, quo contendunt, statim pergant, quanquam id contra legem communem fiat : Sebh. fol. 64. a. סכי' שמא יתעשנו ועולת עוף שמא תמות בעשן *Periculum est, ne libamina, si circa focum ardentem ferantur, fumo corrumpantur & avis fumo enecetur*. Ut ergo hoc caveatur, ad Cornu Occidentale meridionale confestim festinandum est.

CAPUT OCTAVUM.

Ea quæ aræ assita fuerunt enumerantur. An ea quæ in atrii latere septentrionali fuerunt, etiam in meridionali fuerint? §. 1. *De columnis humilibus. De Mensis. De earum Situ, & de usu*. §. 2. *De Annulis. De eorum origine. De percussione in sacrificiis*. §. 3. *De ligatione an in sacris Gentilium ac Hebræorum obtinuerit?* §. 5.

I.

Superest, ut altari jam perspecto, quædam subjiciamus, quæ ad latera in usus suos habuit. Missis autem iis quæ ad orientem & occidentem adsita fuerunt, ea præcipue lustrabimus,

quæ ad Auſtrum & Septentrionem. Conſtituunt autem Rabbini aram inter & Septentrionalem atrii parietem Annulos, Menſas & Columnas. De quibus paulo curatius diſſerere, forte non abs re erit. Situs explicatur Midd. V. 2. Annuli ab ara diſſiti fuerunt Cubitos VIII. Occuparunt Cubitos XXIV. Addit Miſchna : ab Annulis ad Menſas fuere cubiti IV. & a Menſis ad Columnas etiam Cub. IV. Maimonides Hilk Beth. Cap. V. §. 14. in loco horum bis IV. ait : *Octo cubitos patebat ſpatium menſarum*. Ingenioſe Miſchnam explicans : *ab annulis ad medium Menſarum Cubiti IV. & totidem a Menſarum medio ad Columnas*. Qua in re Raſchio longe felicior fuit, qui præter octo Cubitos, quos Miſchna memorat, adhuc quatuor Menſarum loco tribuit. Columnæ habuerunt juxta Maimon. Cubitos XII. & dimidium, & juxta Raſchi Cub. X. & ſemiſſem. Ab his ad Parietem Borealem interceſſerunt Cubiti VIII. Sic ſpatium ab Ara ad Septentrionalem parietem emenſi reperimus, Maimonidem ei tribuere Cubitos LX. & ſemiſſem, Raſchium vero Cubitos LXII. & dimidium. Quibus ſi addas LXII. Cubitos, quos ara ſibi clivuſque vindicabant, ad ſummam Cubb. CXXXV. in quos patuit atrium, ſuperſunt Cubiti X. & ſemiſſis, vel XII. & ſemiſſis, inter clivum & murum Auſtralem collocandi, quorum ſpatium nimis anguſtum eſt, quam pro Annulis, Menſis, & Columnis, quos Cl. Ligthfootus Deſcr. Templi Cap. XXXVI. etiam heic conſtituit. Certe qui dicta ipſius l. c. cum his noſtris componet, nullo negotio deprehendet, Virum Doctum in iſto Capite ſæpe a Miſchna & Gemara diſſidere. Ut alia prætercam, id demiror, qua ratione non ſolum invitis auctoribus noſtris ſpatium illud inter atrii murum auſtralem & aræ clivum ad XXV. Cubitos producat, ſed & in iſto latere omnia, quæ ad Septentrionem erant, annulos Menſas &c. reducat, in quo omnibus & antiquis & recentioribus Magiſtris, e quibus hic ſolis ſapiendum eſſe putem, quam maxime repugnat. Nititur autem in his conjectura hac, quod Sacrificia קדשי׳ קלים *minus ſacra*, quæ Rabbini in toto atrio mactari poſſe docent, præcipue ad Auſtrale altaris latus reſtricta eſſe velit, uti ſacrificia קדשי קדשים *Sacerrima* ad Septentrionale. Sed reclamant Auctores, qui lateri Auſtrali nihil eximium tribuunt, ſed potius Septentrionali, nam quanquam in toto atrio etiam pone templum immolari poſſe ſtatuant, præprimis Septentrionem memorant & commendant. Sebh. fol. 55. a. citant Levit. III. ubi de Euchariſticis, quæ inter minus ſacra ſunt, ſermo eſt, v. 2. *Mactato ad portam tentorii conventus* & v. 8. *Jugulato coram tentorio Conventus* : & v. 19. *Jugulato coram tentorio conventus*. Ad hæc ita commentantur, להכשיר את כל הרוחות ובקרשי׳ קלי׳ קו״לצפון ומה קרשי׳ קרשי׳ שלא הוכשרו בכל הרוחות הוכשרו בצפון קרשי׳ קלי׳ שהוכשרו בכל הרוחות אינו דין שהוכשרו בצפון ר״א אומר לא נאמר הכתוב אלא להכשיר צפון שיכול והלא דין הוא ומה קרשי׳ קלים שהוכשרו בכל הרוחו׳ לא הוכשר מקומן אצל קרשי קרשי׳ קרשי׳ שלא הוכשרו אלא בצפון אינו דין שלא הוכשר מקומן אצל קרשי׳ קלי׳ ת״ל אוהל מוער : Scripta hæc ſunt, *ut omnis atrii partes* aptas eſſe conſtaret, ut ibi *Sacra minora* immolentur. De parte Septentrionali autem nihil Scriptura monet, qui eam huic rei idoneam eſſe hoc argumento colligi poteſt : *Quod ſi ſacra ſacerrima, quæ in toto atrio cædi nefas eſt, ad ſeptentrionem tamen immolari debent, annon Sacra minora, quæ ubique cædi queunt, ibi immolari poſſe neceſſum eſt. Sed R. Elieſer : Omnino Lex diſerte latus Septentrionale ſacris minoribus conceſſit, & merito quidem, quia juſtum eſſe videtur, ut inde exularent, nam ſicuti ſacrorum leviorum, quæ ubique mactari fas eſt, locus non aptus eſt ſacrificiis ſacerrimis; jure ſacrificiorum ſanctiſſimorum, quæ ad Septentrionem tantum cædenda ſunt, locus ſacris minoribus negandus eſſe videtur. Ea propter, ut hoc reprimeret Deus, ter idem repetiit, & ſignanter dixit* : coram tentorio conventus.

II. *Columnæ* autem fuerunt octo, lapideæ, (Baal Schilte Cedrinas exiſtimat) humiles, unde ננסין dicuntur. Iis incubuerunt trabes Cedrinæ, quadratæ, quare רביעין & רביעית appellantur, niſi mavelis Miſchnam, alioſque רביעית *unius numero* pluribus imponere, ut innuant, columnas duas unam ſemper trabem portaſſe. Raſchi in Midd. III. רביעי׳ של ארז על גבי שני העמודים ארבע קורו׳ על ח׳ עמודים : *Una trabs duobus columnis impoſita fuit, ita ut quatuor trabes incubuerint columnis* VIII. In Maimonidis commentario ad Tamid עצים עגולות *ligna rotunda* vocantur, quod me non capere, lubens profiteor. Obſervat Jom T. trabes מונחים לא קבועים *impoſitas fuiſſe, non affixas*. Sed his infixi erant unci ferrei & quidem ſingulis tres horum ordines, quorum unus altero, & hic tertio altior fuit, ut victimæ magnæ, mediæ, & parvæ de iis commode ſuſpen-

suspendi possent. Est etiam qui monet, uncos ad Orientem, ad Septentrionem, & ad Meridiem respexisse, nullos ad Occidentem, quia ad hoc consistentes tergum sanctuario obvertere debuissent, quod in crimine deputabatur. Mensæ etiam octo (non una, ut quidam) fuere marmoreæ, & columnis humilores. Mischna non semel ait, שולחנות של שיש בין העמודים *mensas marmoreas inter columnas* sitas fuisse, cum tamen utrasque Midd. V. 2. e se invicem bene semoveat. Vir Doctus id explicat, subintelligendo לבית מבטחיי׳ *& inter lanienam*, ut Mensæ inter columnas & lanienam mediæ constituantur. Sed vereor ut hoc possibile sit, nam in lanienæ loco ipsæ etiam columnæ fuerunt. Mischna: בית המבטחיי׳ היה לצפונו של מזב׳ ועליו ח׳ עמודי׳: *Laniena in Septentrione altari erat, & in ea columnæ* VIII. & Maimonides de loco Columnarum dicit: *Laniena patebat cubitos duodecim & semissem*. Melius R. Ascher intelligendum putat בין המזבח *Inter altare*. Nam hoc inter & columnas mensas constitutas fuisse, nemo credo ambigit. Sed forte optime conjecit, qui mensas ita *inter columnas* collocavit, ut illarum unam semper spatio opponeret, quod inter columnas duas interfuit. Interea quicquid de hoc fiat, certum puto columnis mensas valde propinquas, neque quatuor cubitis a se divisas fuisse: quod Mischna Midd. V. 1. Maimonidis expositione adjuta confirmat: Ita quidem, ut saltem mensæ propiores aliquæ majores, victimas ut boves sustinere possent, de columnis pendentes. Nam hic earum usus fuit. Sufficiat locus unus ex Tosephot Joma fol. 16. אע״ג דדתנ׳ בסוף מדות מ׳ השולחנות לננסים ארבע אפ״ה קרי להו בי׳ העמודים ואע״פ שרחוקים ד״א לא היתה בהמה נגררת בארץ שבהמה גדול ומגיע לשלחנות כדאיתא בבראשית רבא דכשמר כיבים כבשי התמיד על הגמלים היו נגררין בארץ: *Quanquam in Middoth Cap. V. §. 2. dicant, a Columnis ad Mensas cubitos quatuor intercedere*, tamen Tamid. III. §. 5. & Midd. III. §. 5. *Mensas inter columnas collocant. Et licet eæ quatuor cubitis distiterint, victima tamen* de columnis suspensa *pavimento non incubuit, quia animalia grandia fuerunt, & ad mensas usque pertigerunt: sicuti in Bereschith Rabba traditur, quod, si agnos sacrificium jugis camelis imponerent, ad terram pertigerint*. Difficultatem, quam Tosephot ex Midd. V. 2. cudunt Maimonides jam sustulit, eoque sententiam hanc magis confirmavit. Hoc modo autem jacentibus victimis tergora diripiebant, juxta iteratam traditionem Midd. & Tam. l. c. בהן תולין ומפשיטין על שלחנות של שיש De uncis *pendunt animantes, & pelle exuunt super mensis marmoreis*. Quod commodissime perfici potuit, si is utrarumque situs fuit, quem Hebræorum non nemo conjectavit apud Jom. T. in Midd. l. c. נראה שלא היו העמודי׳ וכן השלחנות מסודרות זה אצל זה ארבע שורות של שתים שתים מסודרים זה אחר זה אלא כל דממזרח למערב עמודי׳ ח׳ שלחנות ח׳ *Vero simile est, Columnas (eadem Mensarum ratio est) unam juxta alteram non ita dispositas fuisse, ut quatuor series, quarum quælibet columnas duas haberet, sibi invicem succederent; sed omnes Columnas (ita & Mensas) in una serie ab Oriente & Occidentem collocatas fuisse*. Sed hic situs dubius est. Nam plerique duas utramque series, quarum quælibet quatuor haberet, statuunt. Ut una series columnarum uni seriei Mensarum conjuncta fuerit. Atque hæ grandibus animantibus pelle nudandis adhibitæ esse videntur; Minores vero victimæ sine mensis deglubi potuerunt, modo penderent. Quapropter harum columnas a mensis multum semotas fuisse nihil prohibet. Atque mihi dubium non est, quin Midd. V. 2. hanc ipsam ob causam duos Mensarum ordines clare insinuentur. Alter mensarum usus fuit, שמדיחין הקרבים שלשה פעמים במעוטה על שלחנות quod *ter adminimum super mensis istis victimarum intestina abluerent*, Tamid IV. 2. quod totidem verbis Maimonides in Hilk. Maase Cap. VI. §. 6. transtulit. Sed vero *intestina in Conclavi lavantium purgari*, alibi traditur. Midd. V. §. 3. Unde Tosephot in Jom c. 1. לשכת המדיחין ששם היו מדיחין קרבי קדשין בשר קדשים מדיחין על שלחנות אבל קרבי קדשין שיש בהן פרש ומאיסי מדיחין אותם בלשכת המדיחין: *Carnem quidem abluunt super mensis, sed intestina, quæ sordibus referta sunt, in Conclavi lavantium mundant*. Utrumque probe! Nam per intestina, quæ in Conclavi lavabantur, stomachus intelligi potest, qui ibi purgabatur כל צרכו *plene*, ut lotione alia opus non habuerit, Tam. l. c. Reliqua intestina vero prima quidem vice in Conclavi ablui solebant, quo stercora obiter auferrentur, sed dein accuratius ter in mensis nostris mundabantur, ut nihil, quod fœdaret superesset. Ita R. Jom Tobh in Tosephot. Porro mensas etiam aliis adhibitas esse docet Ben-Maimon Hilk Beth. C. V. 14. *In mensis disponebantur victimarum artus & lavabatur caro jamjam coquenda*. Præter

has

has octo aliæ duæ mensæ ad clivi latus Occidentale erant, una lapidea, altera argentea. In illam segmina, in qua hostia secta erat, deponebantur, usque dum igni admoverentur. Poterant equidem has mensas omnes ex auro conficere aut argento, דהא אין עניות במקום עשירות, *quoniam in Dei æde, nihil inopiam, omnia opulentiam sapere & decere debent*. Lapidem tamen adhibuerunt, quia frigore suo fætorem carni defendit, sicque eam diu integram servat. Aurum vero & argentum calore suo putorem excitant. Neque etiam frequens alias miraculum, quod carnes nunquam fœtere passum est, a Deo hic expectare voluerunt, Argenteam vero onerabant כלי שרת *Vasis ministerii* aureis & argenteis, quæ singulis diebus ad sacrificium juge promebant. Assurgebant ea ad numerum trium & nonaginta. Talm. Hierosl. in Chag. תניך כלי השרת היא של צ״ג כנגר שלשה ותשעים אזכרות שבנבואת חגי זכריה ומלאכי : *Numerus vasorum sacrorum est XCIII. secundum numerum Nominum Divinorum, quæ in Haggæo, Zacharia & Malachia exprimuntur*. Ita Rabbini, quos videre contigit, omnes, præter unum R. Jom Tobh, qui mendum in eo esse animadvertit, quod Zachariæ etiam mentio injiciatur, quum is solus plus centies Nomina Dei alleget, sed in duobus reliquis tot fere reperias, quod Magistri numerant.

III. Annulorum hæc ratio fuit: Olim Hebræi hostiis maxime majoribus antequam eas mactarunt, caput inter cornua incidere solebant, & sanguine in oculos delapso, visum iis intercipere, quo animos perderent &

Placido vultu sacra & admotas manus

paterentur. Alii narrant animantes percussas esse stipitibus, donec caderent. Qui hoc peragebant, vocabantur נוקפים, Maaser Scheni in f. & Sota Cap. V. §. 10. Diversi, quos dixi, modi Sota 48. a describuntur. מאי נוקפים אמר רב יהודה אמר שמואל שהיו משרטים לעגל בי׳ קרניו כדי שיפול דם בעיניו במתניתא תנא שהיו חובטים במקלות כדרך שעושין אותו לפני ע״ז : Vertit ὁ πάνυ Wagenseilius: *Qui nam sunt illi sacrificantes? Autore R. Samuele docet R. Judas, eam quondam in templo Hierosolymitano obtinuisse consuetudinem, ut Sacerdotes immolaturi vitulo pellem, quæ inter cornua ejus est, inciderent. ---- In Mischna traditur, receptum quoque fuisse, ut victimæ mactandæ fustibus in fronte, quoad mitescerent, cæderentur, quod idem vanæ superstitionis sacrificuli facere solebant*. Raschii observatio est, victima sive incideretur, sive verberaretur, semper humi cecidisse. Expositores vocem נוקפים modo exponunt per משרטים *incidentes*, quod habetur Levit. XXI. 5. modo per מכים *verberantes*, quod obvium est. Et נקף utroque significatu occurrit Jes. X. 34. וניקף סבכי יער בברזל *Et concidet perplexa silva ferro*. Et in Cholin. 7. b. אין אדם נוקף אצבעו מלמטה אלא אם כן מכריזין עליו מלמעלה שנ׳ מה׳ מצעדי גבר כוננו ואדם מהיבין דרכו א״ר אלעזר דם ניקוף מרצה כדם עולה אמר רבא בגודל ימין ובניקוף שני : *Homo si percutit in terra digitum suum, nunquam non proclamant id in cælo*, q. d. e. Ps. XXXVII. 23. & Prov. XX. 24. A Jehova gressus viri statuuntur, & homo qui intelliget viam suam? *R. Eleasar ait: sanguis percussionis expiat, ut sanguis holocausti. Raba dixit, id obtinere circa pollicem dextrum, qui altera vice percutitur, antequam prius vulnus fuit sanatum*. Hæc admonere non possunt de eo quod, ut eruditi observant, gentes hostias prius quam jugularent, in eum etiam finem, in quem Hebræi percutiebant, quod vel malleo vel re simili perficere solebant. Homerus Odyss. γ.

Ἤλασεν ἄγχι στὰς πέλεκυς δ᾽ ἀπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους λῦσεν δὲ βοὸς μένος - - -

Percussit hostiam prope stans, securis autem abscidit nervos cervicales, solvit autem bovis robur. Sed magis nos juvat, quod gentes victimas stipitibus verberarunt, hujus enim ritus Gemara ipsa l. c. mentionem injicit. Dionys. Halicarn. lib. VII. Antiq. οἱ μὲν ἑστῶτος ἔτι τοῦ θύματος σκυτάλῃ τοὺς κροτάφους ἔπαιον, *Hi quidem stantem etiamnum hostiam vecte feriebant in tempora*. Homerus Odyss. XIV.

Κόψε δ᾽ ἀνασχόμενος δρυὸς σχίζῃ, ἣν λίπε κείων.

Cæcidit attollens stipitem quercus, quem reliquit, cum movisset &c.

Morem hunc in Cappadocia receptum fuisse tradit Strabo lib. XV. ut non securi, sed stipite velut malleo verberarentur. Adde superioribus Ovid. Lib. I. Fast. 720.

Albaque percussa victima fronte cadat.

Et Sveton. lib. 4. c. 33. *Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu elato alto malleo, cultrarium mactavit*. Hæc in transcursu. Victimas incisura compescendi consuetudo ad Jochananem Pontificem apud Hebræos duravit qui eam abolevit, quod hostiis integritatem adimeret & tantum non מום *vitium* induceret. Sota l. c. איהו ובטיל אתא

משום

משום דמיחזי כי מומא *venit Jochanan & sustulit incisionem, quia vitio similis esse videbatur*. Et post pauca, qui percussionem fuisse statuunt, tradunt אמר להם עד מתי אתם מאכילים נבלות למזבח נבילות הא שחיט להו אלא טריפות שמא ניקב קרום של מוח : *Dixit illis Jochanan : Quamdiu morticina altari consumenda dabitis?* An dicere potuit *morticina*, *cum ipsi ea cæderent? Non! sed discerpta, quoniam fieri potuit ut pellicula cerebri læderetur*. In hujus loco constituit idem annulos, quibus victimas innecterent edomarentque : sed ii diversimode ab Hebræis nobis exhibentur. Maim. ad Sotam l.c. נתן שלשלאות של ברזל תקועות בארץ והיו מכניסים בהם רגלי הקרבן : *Catenas ferreas terræ infixas confici jussit, quibus pedes victimarum coercerentur*. Alii, ut Bartenora ad Midd. III. היו קבועות ברצפה עשויות כמין קשת שהיו מכניסין בהן הבהמה בשעת שחיטה ונועצים ראש הטבעת בארץ : *Annuli una parte terræ annexi erant, facti instar arcus*, non integri sed dimidii, *quibus Colla hostiarum, dum mactarentur, indebant, atque tum* alteram partem *annuli etiam terræ infigebant*. Ita Rabbini plerique omnes sentiunt, nec immerito. Cum Maimonide enim pugnat, tum id, quod ipsius annulorum usus parum a *ligatione* differat, quam tamen a sacris suis alienam voluere Hebræi, tum quod Mischna in fine Succa de Ephemeria Bilgæ multata dicit טבעתה קבועה *annulus ejus* utraque parte *infixus est*, ut eo uti nequiret : cum reliquarum annuli una parte aperti essent. Sed in Maimonidis annulis hoc usu venire nequit. Unde & ipse in h. l. alios annulos, de quibus hostias deglubendas in pariete suspenderent, comminiscitur. Firmat nos Talmud Hier. apud laudatissimum Wagenseilium רחבות מלמט' צרות מלמעלן : *inferne ampli, superne angusti*. Verum de isto Maimonidis errore בד׳ plura ad Massechet Succa dicturi sumus. Nunc pergimus : Annuli fuere XXIV. juxta Ephemeriarum numerum, ut una quælibet annulum proprium haberet, ubi victimas quaslibet cæderet. Excipe sacrificia jugia, nam peculiares iis annulos, ubi necessario immolanda erant, designavit Mischna Tam. IV. 1. Porro sex vel ut alii volunt quatuor ordinibus dispositi, & spatium Cubitorum XXIV. latitudine sua complexi fuerunt; altari ad latus septentrionale adsiti, quoniam maxime sacrificiis sanctissimis, in quibus ad septentionem mactatio peragi debuit, commodabant. Quod Rabbini omnes sexcenties inculcant. Audi Maimonidem : Sacrorum sacerrimorum שחיטת' בצפון לפיכך הטבעות קבועות בצפון *Mactatio in septentrione est, idcirco annuli ibi fixi erant*. Ita Doctissimus Maimonidis interpres nullam causam habuit asserendi, *victimas minus sanctas*, in annulis mactari, *sanctiores vero alio loco*, h. e. in septentrionali atrii parte. Maimonides quidem, in toto atrii spatio septentrionali, a pariete boreali ad aram, & a pariete vestibuli ad parietem atrii orientalem extenso, victimas sanctas cædi posse monet. Hilk. Beth. Cap. II. §. 15. 16. Verum eas nequaquam excludit annulis, quos paulo ante spatio isti incluserat, & frequentissimum omnes victissimas jugulandi locum esse affirmaverat.

IV. Quæ de Annulis disserui, probe perpensa vero mihi simillimum faciunt, Ligationem hostiarum, dum jugularentur, proprie dictam, qua non caput solum, sed & pedes funibus constringerentur, in Hebræorum sacris nunquam receptam fuisse. Olim quidem, magis ab ea remoti fuerunt, quam postquam annulos adoptarant. Quid enim victmas vel ictu vel vulnere dejici opus fuit, si vincula eas coercerent, & elabendi periculum averterent. Apud gentiles sane non aliam ob causam percuti ante mactationem oportuit, quam quia, ut mox docebo, vinculis omnibus solutæ essent. Annulorum autem iustitutum eo pertinuit, ut ligationem caverent, averterentque. Bartenora ad Midd. III. 5. התקי' יוחנ' כ״ג כ״ד טבעות לפי שלא היו כופתים את התמיד : *Jochanan P. M. annulos fieri voluit, quia victimam jugem ligare nefas erat*. Et sane dum qualicunque ratione hostiam vincire licuisset, annulis haud ægre caruissent. Audiamus Mischnam Tam. IV. 1. לא היו כופתים את הטלא אלא מעקדים אותו מי שזכו אוחזים בו וכן היתה עקידתה : H. E. juxta Bartenoram : *In agno non vinciunt* duos pedes anteriores simul, & simul duos posteriores; *Sed anteriorem cum posteriore colligant*, ut in Isaaco factum est. *Et qui officium*, partes *victimæ in aram deferendi nacti sunt eam tenent. Atque hæc fuit ligatio*. Cave autem עקידה tibi imponat. Ea enim non de *ligatione*, quæ de funibus, sed de detentione, quæ manibus fit, capienda est, uti Mischna מעקדים per אוחזים exponit, & non aliam ligationem licitam esse addit. Baal Schilte in Magen Harischon : ומי שזכו באברים אוחזים בטלה ועקדוהו בידיה' בלבד : *Qui partium delationem sortiti sunt, agnum*, cum mactatur, *tenent*, & id *solis manibus* effi-

efficiunt, quod מעקרים significat. Addo verba R. Jom. Tobh, quæ universum negotium illustrant, ad Tam. l. c. מ״ש הר״ב שלא היו כופתים את התמיד קשיא לי דהא עוקדים אותו יד ורגל ולא ממעטים אלא שלא יהא כפות שתי ידיו לעצמן ושתי רגליו לעצמן כמ״ש בד״פ ול׳ המפרש לעיל לא היו כופתים את הטלה בשעת שחיטה ד׳ רגלים יחד ע״כ והרמב״ם פי׳ מעקדים אותו שאוחזים ידיו ורגליו בידיהם בלבד וכ״כ בחבורו ספ״ק מה״ת וכן נראה ממה דתנן מי שזכו באברי׳ אוחזים בו : H. e. *Quod R. Bartenora scribit*, Agnum non fuisse vinctum, *difficile mihi est captu, nam ecce anterioribus & posterioribus pedibus constringitur, nec quicquam vetatur, quam anteriores pedes simul colligari, & simul posteriores, uti ab initio capitis Bartenora docuit. Et sensus Mischnæ explicatus est :* Agnum non vinciunt *cum jugulatur* h. e. *quatuor pedibus simul constrictis. Verum enim vero Rambam vocem* מעקדים *ita explicat :* Homines pedes utrosque agni manibus suis solis tenent. *Sic in Hilk. Temid. Cap. I. in f. Atque hoc ex eo firmatur, quod in Mischna extat : Qui partes agni nacti sunt deferendas, eum tenent* manibus, non funibus. Hinc constat, Magistros ligationem omnem rejicere, arbitrantes, cohibitionem animantium, quæ annulis aut manibus fiebat, ligationem dicendam non esse, quippe quæ כפוי *coercitio* sit, non vero כפות *vinctio*. Fatendum interim est, Isaacum vere vinctum fuisse, cum ad aram staret hostia, & expectaret manum cervice prona. Genes. XXII. 10. ויעקר את יצחק בנו : *Colligavit Isaacum filium suum*. Quod Jonathan cum ea ipsa voce commutat, quam Mischna de vetita ligatione adhibet, cum ait וכפת בריה ית יצחק. Verum si Hebræos antiquissimos audimus, Isaacus non ex sacrificiorum lege constrictus est, sed metu, ne patri se opponeret. Targum Hierosolymitanum Isaacum sic loquentem introducit : אבא כפות ידי יאות דלא בשעת צערי אפרכס ואערבבה יתך וישתכח קורבנך פסיל ואדחי לגומא דחבלא לעלמא דאתי׳ *Pater ! liga manus meas probe, ut ne tempore doloris mei commovear & perturbem te, & deprehendatur oblatio tua illegitima, & expellar in foveam corruptionis seculi futuri*. Et Jalkut in l. c. אמר יצחק לאברהם אביו אבי קשרני וקשור שתי ידי ושתי רגלי בשביל פשיעותא ואמצא מחלל כבר את אביך קשר שתי ידיו ושתי רגליו וכו׳. *Dixit Isaacus Abrahamo patri suo : Mi pater ! liga me & liga utramque manum meam & pedem meum, ut* effugiam *prævaricationem neque reperiar violare* præceptum : *Honora patrem tuum. Ligavit igitur ambas manus pedesque ejus* &c. Hactenus ad ligationem hostiarum apud Hebræos quæ pertinent

--- -- *Omnia ferre sub auras*
Laboravimus. Non minoris operæ nec precii nunc est, in eam apud Gentiles inquirere. Scinduntur enim in contravia Viri Eruditi. Nobis certum est, victimas fuisse solutas omni vinculo, cum jugularentur. Ingens enim nummorum Consensus id demonstrat. Neque aliter Victimæ ab ara, quod frequens fuit, aufugere potuissent. Et constanter id tradit Servius; v. g. ad Æn. lib. II.

Eripui letho (fateor) me & vincula rupi.

Atqui solutæ, inquit, *sunt hostiæ, cum piaculum sit in sacrificio aliquid esse religatum*. Citatque illud Æn. lib. 4.

Unum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
Testatur moritura Deos.

Ubi Idem Servius, *quia*, inquit, *ut supra diximus, in sacris nihil solet esse præligatum*. Interim multa sunt, quæ his adversari videntur. Isidorus lib. Etymol. VI. 19. *Victimam a quibusdam dictam esse, quod vincta ad aras ducebatur*. Juven. Sat. XII. Init.

Sed procul extensum petulans quatit hostia funem
Tarpejo servata Jovi.

Ammianus lib. XXIV. c. 24. *Decimus Taurus, qui diffractis vinculis elapsus ægre reductus est, mactatus ominosa signa monstravit*. Verum Servius hos scrupulos dudum exemit, cum ad Æn. II. l. c. scripsit, *victimas ipso tempore sacrificii minime ligaoas esse oportere, sed* antea : Scilicet, cum ducerentur, ligabantur ; solvendæ, cum mactarentur. Huc quidam verba Virgilii rapuit Æneid. V.

Treis Eryci vitulos & tempestatibus agnam,
Cædere deinde jubet, solvique ex ordine funes.

Perquam ridicule ! Hi enim funes navium sunt, unde mox de Ænea in altum mare provecto subjicit Poeta:

Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ,
Stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos
Porricit in fluctus.

CA-

CAPUT NONUM.

De Ara quædam adduntur. De Aræ necessariis. De Ejus ornatu, & dignitate. §. 1. *Ara sanctificat sibi imposita.* §. 2. *In ara aliquando hostiæ jugulantur.* §. 3. *Comburuntur in ea holocausta, ante in clivo posita.* §. 4. *Gentilium holocausta.* §. 5. *In aliis sacrificiis Hebræi sacrabant* אימורים. *Gentes τὰς μηρὰς & Extra* §. 6. *Fertorum duo genera, ambo gentibus frequentia. In iis, quæ per se offerebantur, observare est* קמיצה׳ הגשה׳ תנופה. §. 7. *Salis & Thuris usus.* §. 8. *Memoranda quorumdam fertorum inunctio.* §. 9.

I.

Nunc antequam ad usum aræ calamum proferamus, animadvertere placet, Deum magni aram fecisse, & præ cæteris Religionis organis æstumatam inviolabilemque voluisse. Nefas erat quidquam adversus datas de ea leges immutare. Miscebimus in hujus rei demonstrationem quæ S. Literæ docent, iis quæ tradunt Magistri. Hi Succa fol. 49. a. & Sebh. 62. a. tradunt: תר׳ קרן וכבש ויסוד וריבוע מעכבין מידת ארכו ומידת רחבו ומידת קומתו אין מעכרון Tr. Mag. *Cornua, clivus, fundamentum, & forma quadrata adeo Aræ necessaria sunt, ut sine illis legitima esse non possit. Longitudo autem ejus, latitudo & altitudo variare possunt*, nec Ara inde vitium contrahit; si nimirum Aræ Mosaicæ saltem mensuras æquet; nam tradunt ib. ובלבד שלא יפחתנו ממזבח שעשה משה : *dummodo ara, quam Moses fecit, non sit minor*, de qua legere est Exod. XXVII. 1, 2, 3. Rationem autem differentiæ, cur aliis ara magis, aliis minus opus habeat, ita reddunt, מנהני מילי אמר רב הונה אמר קרא המזבח כל מקום שנ׳ המזבח לעכב : *unde nobis constat*, quod sine iis, quas dixisti, rebus Ara consistere nequeat? *Respondet Rabb Hunna*; Quia cum de iis Scriptura loquitur, *addit mentionem Altaris. Nam cuicunque rei Scriptura* vocem *Altaris jungit, eopse innuit, illa Altare carere non posse.* Jam autem de Cornibus dicitur: קרנות המזבח Lev. IV. 30. de Clivo אל פני המזבח Lev. VI. 7. nam clivus aræ facies est, de fundamento יסוד המזבח Lev. IV. 30. & de forma quadrata רבוע יהיה המזבח Exodi XXVII. 1. Sic vero etiam Exodi XXVII. 5. legimus: *Et penes rete æneum* תחת כרכוב המזבח *infra*. Ubi ex regula data כרכוב ita Altari tribuitur, ut ab eo abesse nequeat. Quapropter inquirunt Rabbini, quid כרכוב significet. Supra jam opinionem magis receptam retuli, nunc etiam alteram audire juvat: תניא איזהו כרכוב רבי אומר זה כיור ר׳ יוסי בר יהודה אומר זה סובב : *Quid nam per* כרכוב *notatur? Rabbi ait, esse ornamenta, R. Jose b. I. putat, esse Cingulum*. De Cingulo quantum satis fuit, supra dixi. De כיור addo, vocem hic non de Labro accipiendam esse, sed de ornatu, nam Raschi in Glossa rem clare ita exponit: הנ׳ דמעכבי לרבי אם לא עשה ציורים של פרחי וציצים וקלעים סביב למזבח : *Sic etiam ex Rabbi opinione ara legitima non est, nisi figuras florum rerumque similium circumquaque in ea fecerint.* Atque de hac Rabbi sententia quicquid fiat, inde tamen probabile fit, non omni ornatu Aram destitutam fuisse. Sed pergimus. Ad Aræ dignitatem facit, quod Deus universum sui cultum Altaris structione exprimit Jesai. XIX. 20. *In die illo erit Altare Domino in medio terræ Ægypti*. Eo pertinet etiam, quod aras multiplicari ægerrime tulerit, qua de re supra dixi. Hinc Achazum Aram ad formam Damascenæ structam Templo intulisse, ut impietatis Achazianæ compendium exhiberet, narravit Spiritus Sanctus 11. Reg. XVI. 10. Imo inter gravissima scelera deputatum est, si quoquo modo ab Aræ legibus discederetur. Sic Jesaias facinoribus Apostatarum adnumerat, quod על הלבנים adolerent, h. e. Aris lateritiis uterentur. Jes. LXV. 3. Nimirum Deus in Altari Templi lapides impolitos signanter poposcit, non lateres, non aliud Exodi XX. 23. Quod etiam Josephus lib. IV. Antiq. c. 8. observat, ubi Mosen ita loquentem inducit: *Urbs sacra sit una in regione Chananæa, & Templum in ea sit unum & altare unum ex lapidibus non politis, sed collectitiis constructum, qui inducti tectorio decoram & mundam speciem præ se ferant.* Quanquam etiam Rabbinico fermento de ara Salomonis penitus lapidea hic tactus fuerit. Referri huc etiam possit Ezech. XX. 39. *Nomen sanctitatis meæ ne profanate amplius donis vestris* ובגלוליכם, quod vulgo reddunt, *& Diis stercoreis vestris*. Grotius vero, *& per marmora vestra*: explicatque, *aras marmoreas exemplo Gentium fabricatas*. Sed id in medio relinquo. Tandem miracula subjungere placet, quibus aram suam continuo a Deo exornatam fuisse, sive narrant, sive fingunt Hebræi,

bræi. Iis quisque pro ingenio addat vel demat fidem. Mihi ut non omnia vera, sic nec omnia mendacia esse videntur. Sic autem habent Pirke Avoth Cap. V. §. 5. לא הפילה אשה מריח בשר הקודש ולא הסריח בשר הקודש מעולם ולא נרא׳ זבוב בבית המטבחי׳ ולא כבו גשמים אש של עצי המערכה ולא נצחה הרוח את עמוד העשן וכו׳ : Reliqua nihil ad nos. Sic autem adducta verto : *Nunquam ob odorem carnis Sanctæ mulier passa est abortum*, cujus periculum erat, quia etsi prægnans carnis hujus desiderio teneretur, ei negabatur. *Neque caro sancta unquam fœtorem contraxit*, quanquam etiam in æstate in alterum tertiumque diem servata. *Neque in laniena* sacra sub dio constituta *visa est Musca*. *Neque imbres Ignem* aræ utut subdialis perpetuo *ardentem unquam extinxerunt*. *Neque venti* licet vehementissimi essent, & viribus junctis undique *columnam fumi* peterent, eam *vicerunt*, h. e. turbarunt, aut e loco suo commoverunt, nam ita idem narratur Joma fol. 21. a. ועשן המערכה אפילו כל הרוחות שבעולם באות ומנשבות בו אין מזיזות אותו ממקומו: Emollitur tamen audax dictum a Maimonide, qui singulari Dei favore serenum tranquillumque aerem, cum sacra fierent, fuisse autumat, ait enim in notis : בעת ההקרבה היה אויר נח : Abarbanel in Nachalath Avot fol. 73. a. addit fumum si probe in cœlum festinaret, signum fuisse, quod Deus sacrificia grata acceptaque habuerit, nam miraculum illud, inquit, contigit, לפי שהיו בודקים אם היה הקרבן עולה לרצון שלם בהיות עמוד הענן עולה למעלה ביושר מתמר ועולה ולא היה נוטה לצדדים וזה היה סימן טוב להם לפי שהעשן הוא מלחלוחית הדבר הנשרף וכשה אש רפה יעלה העשן עב וינטה לצדדין מחמת כברו אבל כשהאש חזק לא ישאר מן הלחות כי אם מעט מזער ולקלותו יעלה למעלה בשוה : *Quoniam argumentum ceperunt, quod plene litatum esset, si columna fumi sursum recte palmæ instar ascenderet; ita ut ad latera non deflecteret. Atque hoc ipsis signum bonum erat: quia fumus ex humoribus rei, quæ comburitur, oritur, atque igne remisso, densus ascendit, declinatque ad latera ob gravitatem suam; sed igne valido, in re, quæ uritur nonnisi parum admodum humiditatis relinquitur, quæ pro levitate sua integra atque cita ad æthera abit.* Notam etiam gentibus καπνομαντέια fuit, sed ea hujus loci non est. Unum addo miraculum, de quo jam ante aliquid monui. Id Joma l. c. iis, quæ jam attuli, enumeratis ita describitur ותו ליכא והתני ר׳ שמעיה בקלובו שברי כלי חרש נבלעין במקומן ואמר אביי מוראה ונוצה ודישון מזבח הפנימי ודישו׳ המנורה נבלעי׳ במקומ׳ : *An aliud nullum accidit? Atqui vero R. Schemaja Clubonensis tradidit : Fragmenta vasorum testaceorum a terra absorbebantur in loco suo. Idem Abai de ingluvie, pluma & cinere aræ aureæ, & Lychnuchi docuit.*

II. Perspectis Aræ partibus, & aliis, quæ ad eam pertinere videbantur, nunc de usu, quem in re divina habuit, disserere convenit, haud tamen ante, quam de sanctitate ejus aliquid dixerimus, per quam non solum in se sanctissima est, sed & omnia, quæ eam contingunt, sanctificat. Ita enim Moses Exodi XXIX. 37. loquitur : *Sic esto illud altare res sancta sanctorum, quicquid tetigerit altare illud, sanctum esto.* Servator etiam summam altaris sanctitatem adversum Pharisæos, qui eam male imminuerant, acriter defendit, Matth. XXIII. 19. *Fatui ac cæci : utrum enim majus est munus an altare, quod sanctificat munus?* Digni sane isti homines gravissima reprehensione fuerunt, quod Sacramentum per oblationes factum sacrum magis putarent, quam quod per altare juraretur; vel eo nomine, quia victimas ab ara sanctitatem contrahere, ipsi ultro fassi fuisse videntur. Ita enim nepotes statuunt Sebh. IX. I. המזבח מקדש הראוי לו : *Altare sanctificat id, quod sibi convenit.* Theologi nostri, inter quos Cel. Cloppenburgius in Cap. IV. Spicilegii Scholæ sacrificiorum, sanctificandi vim non *aræ per se* tribuunt, *sed tantum altari una cum igne sacro, absque quo si esset*, inquit illi, *Altare profanatum erat, adeoque nihil poterat* sanctificare. Magistri autem Mosis dictato, qui ad ignem respicere non videtur, nixi sanctificationem aræ ipsi adscribunt, eamque eo præcipue spectare volunt, quod res, quæ aræ imponi solent, etiam quæ נפסלו *vitium ceperunt*, ubi semel in aram illatæ sunt, inde referri nequeant, sed necessario absumi debeant. Unde si Holocaustum v. c. in summo altari jugularetur, aut si simul ac jugulatum inferius erat, in summum altare tolleretur, ibi corio exui oportebat, & in partes dissecari : sola intestina demittebantur & lavabantur inferius, rursusque in altare tollebantur : reliqua inde deferre nefas fuit, excepto corio, quod sacerdotibus dabatur, neque erat ראוי לו ei debitum. Ita in aliis sacrificiis, quæ prolixe tradit Ben Maimon Hilk. Pesule Cap. III. fere toto. Ubi etiam victimas temeratas, si semel

aram

aram ascenderint, ibi adoleri docet. Nos pauca Bartenoræ verba ad Sebh. l. c. damus *Quidcunque:* inquit, *igne in ara comburi solet, quamquam vitiatum sit, si in aram ascenderit, ab ea sanctificatur & in escam ei cedit, neque postquam in eam ascendit, inde descendere potest.* Aliud autem de sanguine & libamine, si vitiosa sint, statuendum est: hæc enim ex ara referri, quia igne non consumuntur, R. Josua l. c. arbitratur, cui plerique omnes plaudunt. Rationem dant e Levitico VI. 1. *Ipsum* holocaustum *est, quod ascendit in adustionem, quæ fit in altari.* Quæ Raschi ita Sebh. fol. 83. a. enarrat דבר שהוא למוקד ועולה הוי בהוייתו יהא ולא ירד : *Res, quæ comburi potest, postquam ascendit, in statu, quo est manebit, neque recipi poterit.* Ubi cumprimis vocem היא *ipsum*, urgent. Hanc aræ Sanctitatem Rabbini ad clivum extendunt ibi §. 7. *Uti altare*, inquiunt, *id, quod ei convenit, sanctificat, ita etiam Clivus :* inducti argumento sibi per quam familiari, a vocula את, quæ illis semper significationem ampliat, desumto. Sebh. fol. 87. a. כבש מניין תל את המזבח : *De Clivo quod dicitur, unde constat? Quia* Exadi XXIX. 36. dicitur. Et inunges אותו' h. e. את המנבח *altare*. Hinc palam est, quod Ara ex divino instituto res, quas contingit, suas faciat, & communi hominum potestati subtractas Deo offerat, dedicetque. Hoc enim sanctificare est. Atque hæc causa est, quamobrem criminis rei ad aram confugere soliti fuerint, impunitatem inde consecuturi. Nam qui eam prehendebat, se se Deo totos debebant, supraque hominum vim constituebant, utpote qui ita Deo sacri sanctique evaderent; juxta perspicuum Mosis edictum, quod ex Exodi XXIX. 37. ante allegavimus. Etiam apud gentes aras non aliam ob rem Asyla fuisse, quam quod qui illas amplectebatur, Deo sacraretur, ex earum scriptoribus clarum est. Nam supplicem talem Deus liberare dicebatur, ut apud Senecam Herc. Fur. v. 503. Lycus Megaram occisurus ait:

> *Complectere aras, nullus eripiet Deus*
> *Te mihi.*

Et qui fugibat, sese Deo totum dicabat. Herodotus l. 23. p. m. 57 de Ægypto. *Erat in eo littore Herculis templum, quod nunc quoque est, ad quod si quis cujuscunque hominis servus confugiens, capiat sacras notas,* SE SE DEO TRADENS, *eum nefas est tangere.* Sed de his mox plura. Cæterum ab eadem hac, quam aræ tenentibus impertirentur, sanctitate derivandum est, quod eas cum sacrificarent, orarent, & jurarent, complecterentur. De sacrificantibus & orantibus docet id Macrobius lib. 3. Saturn. c. 2. *Multivariam enim legimus, quod litare sola non possit oratio, nisi & is qui Deos precatur etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro divinarum libro quinto dicit, aras primum ansas dictas, quod esset necessarium, a sacrificantibus eas teneri.* Horatius Lib. II. Od. 18.

> *Immunis Aram si tetigit manus.*

Seneca Herc. Fur. v. 875.

> *Thebis læta est dies,*
> *Aras tangite supplices,*
> *Pingues cædite victimas.*

Virgilius lib. IV. Æneid.

> *Talibus orantem dictis arasque tenentem.*
> *Audiit omnipotens.*

Et de Jurantibus præter alios multos iterum Virgilius lib. XII. Æneid.

> *Tango aras, mediosque ignes & numina testor.*

Juvenalis Sat. III.

> --- *Jures licet* & *Samothracum*
> *Et nostrorum aras.*

Et XIII.

> *Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.*

Vet. Schol. *sine ullo timore pejerant.* Cicero pro Flacco *: Is si aram tenens juraret, crederet nemo.* Thomas Demsterus ad Ros. Antiq. Rom. l. I. c. 13. existimat, *etiam morituros aras Deorum amplecti jussos esse.* Sed vereor, ut solide. Nam quæ adducit Auctorum loca, id non docent. Adducit e Senecæ Herc. Fur. v. 503. & 504. quos ante exscripsimus. Sed in iis potius Lycus id velle videtur, non aras ultimum vitæ præsidium, Megaræ mortem defensuras esse, se enim nulla religione ab illius cæde absterreri posse; tanquam dicat, complectere aras, h. e. *licet complectaris aras &c.* Reliqua quæ affert, ad Iphigeniam & Sinonem pertinent, qui ut hostiæ aris admoti sunt. Itaque nihil ad Bacchum.

III. Equidem Levitici lib. I. jussit Deus victimas sanctiores ad latus Aræ aquilonare, minus vero sanctas in atrio ubique permisit jugulari. Verum utriusque generis hostias super ara ipsa cædi fas fuit. Illustre exemplum in Isaaco habemus, quem pater ante altari & strui imposuit, quam cultro adoriretur. Genes. XXII. 9. *Postea colligans artubus Isaacum filium suum, imposuit eum altari supra ipsa ligna. Et immittens Abraham manum suam accepit cultrum &c.*

Convenit etiam ratio, qua Junix rufa mactanda fuit. Para Cap. III. §. 9. *Vaccam in montem olivarum adductam fune junceo ligebant, & super strue lignorum magna*, quæ speciem turris præ se ferebat, *ponebant. Capite ejus ad Austrum, & facie ad occasum conversis. Sacerdos dein ad orientem stabat, ad occidentem respiciens. Mactabat dextra, sinistra vero sanguinem excipiebat.* Pariter & Judæi docent, in aræ vertice mactare, perinde esse atque ad latus ejus. Ex Sebh. Cap. IV. §. 1. & Gem. fol. 58. 1. id ita exponit Baal Schilte Cap. LVII. העולה ששחטה בראש המזבח וכן שאר קרשי קרשים ששחט׳ שם כאילו שחט׳ בצפו׳ שנ׳ וזבחת עליו את עולותיך ואת שלמיך מלמד שכל המזבח ראוי לשחיטת העולה והשלמים : *Cum quis holocaustum ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, aut victimas Sanctiores cædat, idem est, ac si in septentrione jugularet.* Q. S. E. Ex. xx. 24. Et sacrificabis super *altari* holocausta tua & pacifica tua. *Ubi docemur, quod totum altare aptum fuerit, in quo holocausta & pacifica mactarentur.* Ita mactatio victimæ etiam ad aram ex antiquo ritu pertinuisse videtur. Cur autem Deus postea ad latus Altaris eam fieri voluerit, causa esse potest multitudo sacrificiorum, quorum urenda ara sæpe non capiebat, multo minus hostias cum hominibus eis operantibus continere potuisset. Vel etiam, quod ara hostiarum sordibus nimium fuisset inquinanda. Interim Deus ab ara, ut jam dixi, jugulationem non longe semovit. Et observant Judæi, mactationem altari ita arcto nexu conjunctam fuisse, ut si hoc vel levissimum vitium contraxisset, illa fieri nequiret, & facta, frustra esset. Nam si illi ruptura, vel incisura contigisset etiam tanta, quanta cultrum mactatorium vitiosum facit, tum victimæ omnes (etiam altari adhuc integro) mactatæ, quarum sanguis nondum aspersus fuit, penitus temerabantur. Sebh. fol. 59. a. מניי׳ למזבח שנפגם שכל הקרשים שנשחטו שם פסולים שנ׳ וזבחת עליו את עולותיך ואת שלמיך וכי עליו אתה זובח אלא כשהוא שלם ולא כשהוא חסר : *Unde probas, quod altari labem adepto victimæ ibi mactatæ vitiosæ sint?* R. Q. S. E. Exodi xx. 24. Et sacrificabis super *altari* holocausta tua & pacifica tua. *Nam quandoquidem super eo mactari non moris fuit, inde discimus sacrificia facienda esse, cum id integrum est, non autem, cum defectu laborat.* Sic etiam quamdiu altare vitio profanatum esset, neque victimarum, quibus oportebat, carnibus, sive in atrio, sive Hierosolymis vesci licebat. Sebach. fol. 60. a. מזבח שנפגם אי׳ אוכלים בנינו שירי מנחה שנ׳ ואכלוה מצות אצל המזבח וכי אצל המזבח אכלוה אלא בזמ׳ שהוא שלם ולא בזמ׳ שהוא חסר אשכח׳ שירי מנחה קרשי׳ מנל׳ תלמוד לומר קרשי קרשים : *Unde constat, ob altare vitiosum reliquias fertorum non comedendas esse?* R. Q. S. E. Lev. x. 12. Et comedite illud absque fermento juxta altare. Quid *vero, an juxta altare fertis vesci oportuit?* annon totum atrium ad id idoneum fuit? Omnino. Id circo *scriptura eo docere vult, ea comedenda esse, cum altare incolume est, non vero, cum ruptura aliqua turpatum. Ita de reliquiis fertorum id demonstrasti. Sed de victimis sanctissimis, quomodo idem ostendis?* R. *Ex eo quod signanter* l. c. *additum est*; Nam sanctum sanctorum est. De Victimis minus sanctis Gemara etiam prolixe ibi disputat: sed ne fastidium pariam, mavolo Maimonidis verba Hilk. Pesule Cap. III. in fine. *Eadem ratio erat sacrificiorum minus sanctorum, quæ non comedebantur in urbe Hierosolyma, cum fuerat infractum altare, donec reædificaretur.* Disce hinc quam arctus inter carnes victimarum, & altare nexus sit, ut Paulus merito 1. Cor. x. 18. in causa Idolothytorum ad hoc Israelis statum provocare potuerit, cum ait: *Videte Israelem secundum carnem. Nonne qui edunt Victimas, participes sunt altaris?* Unde etiam Cap. IX. 13. dixerat, *eos qui altari* παρεδρεύουσι *assident, cum altari participare.* Hæc quoniam ad Aræ nostræ dignitatem, & quam in sacrificiis habuit, virtutem commendandam facere videbantur, ex Hebræorum legibus afferre placuit. Nunc Gentium aras verbo tangere animus est, atque an etiam in iis hostiæ aliquando cæsæ sint, videre. Sane notum est, quod bestias ad vel prope aras feriebant. Unde Virg. Æn. I. v. 338.

> *Multa ibi ante aras nostra cadet hostia dextra.*

& II. v. 20.

> *Sollennes taurum ingentem mactavit ad aras.*

& VIII. v. 70.

> *Ante aras terram cæsi stravere juvenci.*

Hæc apprime cum Hebræis conveniunt. Sed an gentes aliquando hostias aris ante imposuerint, quam mactarent, difficilioris indaginis est. Verumtamen Nummi varii, quorum unum ex Oudanio Tab. 114. exhibui, numero 5. signatum, de eo nos dubitare vix patiuntur, nam aut pessime fallor, aut animantes adhuc viventes & a popis mox ado-

adoriendas repræsentant. Huc facit Virgil. Buc. I. v. 7.

- - - - *Illius aram*
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Ubi Servius *imbuere* per *perfundere* exponit. & Æn. XII. v. 213.

- - - - *Tum rite sacratas*
In flammam jugulant pecudes.

Nonnus Dionysiac. XLVII. ad fin.

- - - Ἐφοινίσσοντο δὲ βωμοὶ
Σφαζομένων στοιχηδὸν ἐπασσυτέρων ἀπὸ ταύρων.

Cruentabantur vero altaria mactatis ordine continuo succedentibus tauris.

Hinc toties apud Græcos occurrit : ἐπὶ βωμῶν ἔθυον, ἐπὶ βωμὸν ἄγειν &c.

III. Frequentissimum autem fuit, quod ara sacro incanduit igne, quo אישים absumebantur, quæ vel ex rebus vivis erant vel ex inanimis. Illæ זבחים *hostiæ* appellantur, suntque septem generum, vel holocausta, vel pro peccato, vel pro reatu, vel pacificæ, vel paschales, vel primogenitæ, vel per decimas lectæ. Holocaustum in partes multas secari debebat, atque si agnus aut capra esset a Sacerdotibus octo, si aries ab undecim, si bos a viginti & quatuor ad aræ clivum deferri. Id quod de holocaustis publicis intelligi oportet, nam holocaustis privatorum tales leges dictæ non sunt, juxta Maim. Hilk. Maase Cap. VI. §. 19. Hæc indubia sunt. At de clivi parte, in qua primo deponerentur, difficillima est disputatio, ob Mischnam Shekalim Cap. VIII. §. 8. quæ de ea re dilucide agit quidem, sed diversis dilectionibus ita distorta est, ut lectorem multo incertiorem dimittat, quam ante fuerat. Nos Maimonidem, Bartenoram, Jom Tobh, alios linquentes Baal Schilte nostrum sequimur, qui Cap. 57. ita rem definit : *Victimæ* תמיד *juges infra medium Clivi* h. e. Cubitorum XVI. *ponebantur in parte ejus Orientali. Victimæ* מוספי' addititiæ, ut in Sabbatho &c. *infra medium Clivi ponebantur ad Occidentem ; Victimæ* vero ר"ח *Neomeniales ponebantur in Cingulo versus Orientem, ut inde omnibus constaret, Calendas esse.* Atque hanc sententiam firmare possumus e Gemara Succa fol. 54. b. חלבי תמיד של שחר ניתני' מחצי כבש ולמטה למזרח של מוספי' ניתני' מחצי כבש ולמטה למערב של ראש חרש ניתני' תחת כרכוב המזב' ולמטה : Sensus ex dictis patet : nisi forte moram injiciant verba postrema, *Victimæ Neomeniales ponuntur infra ambitum altaris.* Animadvertendum vero est, ea commode Cingulum notare. Baal Schilte quidem כרכוב pro *Cingulo* ipso capit, atque מתחת כרכוב המזב exponit per על כרכיב המזב' ולמטה שהוא חמזב *super ambitum h. e. Cingolum*. Quod oppido durum est. Ergo per כרכוב cornuum locum intelligere præstat, juxta Talmud Hierosolymitanum ad Mischnam citatam איזו כרכוב המזב' אמה בקר' לקר' מקום הילוך רגלי הכהנים : *Ambitus altaris est cubiti spatium inter Cornuum interjectum, & Ambulacrum Sacerdotum*. Infra hunc ambitum autem nihil occurrit, ubi victimæ disponi potuerint, nisi Cingulum. Atque hoc utut ex alia causa probat etiam Bartenora. Nisi malis cum Jarchio ἐκ κοινῦ כבש repetere, explicareque, quod Victimæ Neomeniales positæ fuerint, בכבש סמוך לכרכוב המזבח למטה הימנו מעט דהיינו בחצי העליו' של כבש : *In clivi ea parte, quæ ambitu Altaris paululum est humilior. Atque hæc est in parte clivi dimidia superiore*. Intelligit autem Raschi quinque cubitos & quod excedit in Clivo, incipientes ubi clivus sex, & desinentes ubi quatuor & dimidium cubitos altus fuit. Victimas ita collocatas, Sacerdotes sale condiebant. Quo facto in Conclave Gazith ad lectionem *Audi Israel* & preces fundendas discedebant, mox redituri & victimas in aræ summum sublaturi. Unde ante omnia ניד *Nervum*, qualem Jacobo luctanti *luxatum* fuisse credunt, in Cinerem, qui in aræ medio erat, projiciebant. Postea זורק כל האברים על האש שנ' הבשר והדם כשם שהדם בזריקה כך כל הבשר בזריקה ואחר שזורקן חוזר ועורך אותן על האש שנ' וערך הכהן אותם : *Omnes victimæ partes in Ignem conjicit Sacerdos*; Q. D. E. Caro & sanguis Deut. XII. 27. *Uti sanguis in aram projicitur, ita & Caro omnis projicienda est. Tandem postquam ita conjecit, redit atque ordine concinno eas disponit*. Q. D. E. Levit. I. 8. Et disponet ea Sacerdos. Schilte Cap. 62. Ex holocaustis nihil ab igne immune erat, nisi quod eo indignum, ut pellis, & sordes. Unde ossa omnia igni tradita esse constat. Sebhach. IX. 5. הצמר שבראשי כשבים והשער שבזקן תישים והעצמות והגידי' והקרנים והטלפים בזמן שחם מחוברי' יעלו שנ' והקטיר הכהן את הכל המזבחה פרשו לא יעלו שנ' ולשתית עולותיך הבשר והדם : *Lana ex capite agnorum, & ex hircorum barba villus, & ossa, & nervi, & cornua, & ungulæ; si partibus victimæ, quibus per naturam conjuncta essent, inhærebant, adolebantur*. Q. D. E. Levit. I. 9. Et adolebit Sacerdos omnia in altari. *Quod si autem ab iis separata essent, non offereban-*

rebantur. Q. D. E. Deuter. XII. 27. Oblationes tuas carnem & ſanguinem. Hinc cavere datur errorem Doct. Sauberti, qui *de Sacrificiis* p. 493. *Oſſa*, inquit, *hoſtiarum nulla comburebantur, præter agni Paſchalis*. Provocat equidem ad Cel. Hottingerum de Jure Hebræor. lege 139. Verum ibi nihil ſententiam Sauberti juvat. Ita enim ille ex R. Levi loquitur: *Nulla oſſa carnium ſacrarum, in quibus non eſt medulla, combuſtionis lege adſtringuntur, exceptis oſſibus Paſchalibus*. Quæ non de victimis in ara, ſed carnibus ſacris alibi comburendis agunt.

V. Gentiles etiam holocautomata ſua, quæ tota in ara exurerent habuiſſe, licet id aliqui negaſſe videantur, oſtendere facile fuerit. Docet ipſa holocauſti vox, quæ ſacrificium notat, quod totum igne conſumitur, auctore Iſidoro; Eſt enim ὅλον καυςόν *totum exuſtum*. Ita Xenophon Cyropæd. lib. VIII. ait: ἔθυσαν τῷ Διῒ καὶ ὠλοκαύτωσαν τὸς ταύρους, *Jovi tauros mactatos totos combuſſerunt. Deinde Soli* ὠλοκαύτωσαν τὸς ἵππους *totos item equos combuſſerunt*. Licet in eo Gentilium holocauſta ab Hebraicis diſcrepaverint, quod illa in partes non fuerint ſecta. Fuere tamen & apud Hebræos ſacrificia expiatoria, ubi victima integra etiam cum pelle combureretur, verum id non in ara fiebat, ſed extra caſtra. Levit. V. 11. Herodotus in Polymnia: *Hoc tempore immolabat, litabatque Eumilcas, in magna pyra*, σώματα ὅλα καταγίζων, *integra ſacrans Corpora*. Virgilius lib. VI. Æneid. 253.

> *Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.*

Ubi Servius: *Solida viſcera holocauſtum ſignificant*. Sic & Lucianus de Sacrif. p. m. 357. Ἐν πᾶσι δὲ πῦρ ἀνακαύσας ἐπέθηκε φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα, καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὸ πρόβατον. *Poſt omnia incenſo igni capram cum ipſa pelle portatam, cumque lana ovem imponit*. Alia tranſeo. Fuit & aliud holocauſtorum genus gentibus frequens, quod quadantenus ad Hebræorum ſacrificia Expiatoria atque Pacifica accedebat, ab Euſtathio tamen recte ad holocauſtum refertur. Hoc in ſacro partes victimæ quaſdam igni dabant integras, reliquarum vero omnium primitias; Tenebant id Græci & Romani, quanquam cum aliqua differitate. De illis audi Poetam Iliad. I.

> Μηρούς τ' ἐξέταμον κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν
> Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

Femora recidebant, contegebantque adipe, duplicia facientes, ſuper hac autem particulas crudas reponebant. Quæ verba ut & ritus ipſe belle exponuntur ab Euſtathio: Καὶ οὕτω μὲν, τὸς μηροὺς ὡς τι τίμιον ὠλοκαύτουν, ἐξαιροῦντες ἀπὸ τῶν ἄλλων τοῦ ζώου μερῶν, διὰ τὸ συντελεῖν τοῖς ζώοις βαδίζειν τε καὶ ἐς γένεσιν τῇ προέσει τοῦ σπέρματος, τῶν δὲ λοιπῶν τοῦ ζώου μελῶν μικρά τινα ἐκτέμνοντες, οἷον τινας ἀπαρχὰς τοῦ ὅλου ζώου, ἐπετίθουν αὐτὰ τοῖς διπτύχοις, καὶ τοῦτο ὠμοτεθεῖν ἐκάλουν, τὸ τοῖς μηροῖς ὠμὰ πάντοθεν ἀκροτελεύζοντας κρεάτων ἐπιτιθέναι τμήματα, ὡς δοκεῖν τοὺς παλαιοὺς, ὅλα οὕτω τὰ μέρη τοῦ ἱερείου καρποῦσθαι: *Atque ita quidem femora, ut pretioſum quod exuſſerunt, ſeligentes ea a reliquis animalis partibus, quia in animalibus faciunt & ad itionem & ad generationem, ejectione ſeminis. Ex reliquis autem animalis partibus paucula quædam reſecantes, veluti primitias totius animalis, impoſuerunt ea* pinguedini *duplicatæ, & hoc* ὠμοτεθεῖν *dixerunt: h. e. femoribus cruda ubique carnium imponere ſegmenta*, quæ *ab extremis* partium animalis *reſecarant; ita ut antiqui crediderint, hoc modo tota victimæ membra offerri*. De Romanis Dionyſius Halicarn. lib. VII. p. 478. Μετὰ τοῦτο δείραντές τε, ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐξ ἑκάστου σπλάγχνου καὶ παντὸς ἄλλου μέλους: ἃ ἀλφίτοις ζέας ἀναδεύσαντες προσέφερον τοῖς θύουσιν ἐπὶ κανῶν; οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιτιθέντες ὑφῆπτον. *Poſt hæc excoriatam membratim dividentes, primitias ex omnibus viſceribus, atque ex omnibus aliis membris capiebant, quas farris farina involventes offerebant in caniſtris ſacerdotibus, qui eas aris impoſitas totas excuſſerunt*.

VI. Hebræi ubi ſacrificia pro peccato, aut pro reatu, aut pacifica offerebant, aræ reddebant אימורים *ablegmina*, quæ e bobus & capris pauciora erant, plura in ovibus. Id quod recte Ben Maimon docet Hilk. Maaſe Hakk. Cap. I. in fine. אלו הן האימורים של שור או של עז החלב אשר על הקרב ובכללו חלב שעל גבי הקיבה ושתי כליות בחלב שעליהם עם החלב אשר על הכסלים ויותרת הכבד ונוטל מן הכבד מעט עם היותרת ואם היה קרבן ממין הכבשים מוסיף על אלו האליה תמימה עם החוליות מן השדרה עד מקום הכליות שנ' לעומת העצה יסירנה: *E bove & capra hæc ſunt* comburenda: *Adeps qui inteſtina tegit, quo comprehenditur adeps qui eſt ſupra ventriculum, & duo renes cum adipe ſuo, & adipe, qui eſt ad ilia: Item reticulum;* [aliis trapeza] *hepatis, quocum hepatis particula aufertur: Quod ſi de genere agnorum ſit, additur cauda cum vertebris aliquot e ſpina dorſi uſque ad renum locum, Dictum enim* eſt Levit. III. 9. Contra ſpatium dorſi auferet

ret eam. Gentes & hoc sacrificiorum genus exscripserunt. Servius ad Æneid. III. *Sunt autem hæ animales hostiæ quæ tantum immolantur, & caro Sacerdotibus proficit. Alibi tantum sanguinem in aras fundi significat. Ut*, sanguinis & sacri pateris. *Alibi* PARTEM *Corporis, ut*, Extaque salsos Porriciam in fluctus. *Alibi integras victimas*. Et solida imponit &c. Hinc toties sacrificia peracta legimus extis combustis, quæ quanquam non omnes & solas eas partes, quas Hebræi adoluerunt, contineant, continent tamen earum aliquas. Virgilius Georg. Lib. II. v. 194.

> *Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.*

Florus Lib. IV. c. 12. memorat *votum, ut cæsorum extis ducum litarent*. Hinc exta prosecari dicuntur. Livius l. V. *Qui ejus hostiæ exta prosecuisset ei victoriam dari*. Et quod propius ad Hebræos accedit, omenti fuit frequens usus. Catullus

> *Gratus ut accepto veneretur Carmine Divos.*
> *Omenum in flammam pingue calefaciens.*

Persius II.

> *Tot tibi cum in flammas junicum omenta liquescant.*

Nec minus iterum observari meretur Græcorum ritus, jam ante adductus, quo præcipue sacros esse voluerunt μηρὺς, quorum ipsa appellatio nescio quam cum voce אימורים cognationem habere videtur. Sane ut Hebræi partes adolendas אימורים appellare solent, ita apud Græcos nihil frequentius, quam easdem μηρὺς, μηρία dicere. Unde apud Homerum toties ad sacrificium notandum usurpatur, πίονα μηρία καίειν *pinguia femora comburere*. Sic apud Theocritum Idyll. XVII.

> Πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ἐπὶ μηρία καίει.
> *Multa vero pinguefacta boum femora comburit.*

& Bacchilidem:

> Δαιδαλέων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσιν αἴθεται βοῶν
> ξανθῇ φλογὶ μηρία - - -
> *Artificiosis in aris Diis boum femora flava exuruntur flamma.*

Hunc morem ut Græcis receptum, ita iis peculiarem fuisse observavit Feithius de Antiqq. Homer. l. I. c. 10. inductus loco Pausaniæ in Atticis: Τὺς μὲν μηρὺς κατὰ νόμον ἐκτεμὼν τ̃ ἑλλήνων ἐς αὐτὺς καιομένυς ὁρᾷ· *Femora Græcorum ritu succisa, dum torrentur, intuetur*. Vidimus equidem quam rationem dederit Eustathius, ob quam femora Diis præ ceteris animantium membris dedicata fuerint. Sed neque incongrua est conjectura, quam Doct. Fabricius in Dissert. de Κακοζηλία Gentilium attulit, Cæremoniam istam a Judæis aut eorum patre Jacobo derivandam esse, cujus femur Angelus tetigisse & tantum non sacrasse narratur Gen. XXXII. 25. In cujus rei memoriam ut Israelitæ *nervo defectus, qui est supra acetabulum femoris* ab Angelo contactum, perpetim abstinuere, ita & gentes femora ipsa hanc ob causam Deo præ aliis partibus accepta sacraque esse voluere. Hæc cogitata non parum firmat is, quem supra diximus, ritus, quo Judæi nervum illum in altare flagrans conjiciebant, singulari religione, quam gentiles femorum ipsorum adolitione imitari potuerunt.

VII. Oblationes ex inanimis seu מנחות *ferta* duplicis sunt generis. Alia enim מנחות נסכים *ferta libaminum* vocantur, quæ per modum appendicis victimis quibusdam, ut holocaustis, & pacificis omnibus, ut & leprosi victimis pro peccato & reatu adjungebantur. Constabant e similagine facta e tritico eximio, mistæ oleo, & conditæ sale Exodi XXIX. 40. Maim. Hilk. Maase Hakk. Cap. II. §. 1. Augebantur etiam vino, de quo mox dicemus. Totas flamma sacra prædabatur, neque sacerdotibus quidquam relinquebat. Hæc ferta penitus exscripserunt Gentilium ὐλαὶ, *molæ salsæ, far pium, salsæ fruges* &c. quæ non solum victimæ ad aram stanti, quod vulgo notum est, invergebant sed & igni ipsi ingerebant & victimæ mactatæ. Servius ad Æn. II.

> - - - *Mihi sacra parari*
> *Et salsæ fruges.*

Sal & far, inquit, *quod dicitur mola salsa, qua & frons victimæ & foci aspergebantur, & cultri*. Eustathius Odyss. γ. ὐλαὶ κριθαὶ μιςαὶ ἁλῶν, ἃς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς πρὸ τῆς ἱερυργίας. ὐλαὶ *sunt hordea mixta sale, quæ aræ antequam sacra peragerentur, infundebant*. Sed clarius rem explicant de Græcis Homerus Odyss. XIV.

> Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε καλύψας ἀλφίτυ ἀκτῇ.
> *Frustula in ignem conjiciebat polline puro contecta.*

Et de Romanis Dionysius Halicarnass. cum l. VII. meminit, ἀπαρχὰς ἀλφίτοις ζέας ἀναδεῖσθαι, *ablegmina farris farina involvi*. Olei mentionem non minus obviam habemus. Herod. l. II. p. m. 36. Victimam *adolent multum vini oleique infundentes*: & Virg. lib. VI. Æn. v. 254.

Pin-

Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

Erant vero Hebræis & alia ferta, quæ aliis sacrificiis non addebantur, sed separatim per se offerebantur: Facta omnia e similagine triticea, exceptis ferto mulieris suspectæ Num. v. 5. & manipulo agitationis in Paschate Levit. XXIII. 10. 16. Hæc enim hordeacea erant. Sale condiebantur omnia, thus & oleum adjuncta habebant pleraque, sed vinum nullum; prout fere etiam gentilibus aliquando liba vino destituebantur. Pausan. in Atticis: Πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου Διός ἐστὶ βωμὸς ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδὲν, πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσι. *In vestibulo Jovis supremi ara est, ad quam victimas non cædunt, sed liba duntaxat apponunt, ac vino quo minus utantur religione probibentur.* Ex quo loco simul constat, ferta etiam sine victimis Deo sacrata in Gentium usu fuisse. Quod porro firmare lubet. Plinius de Numa lib. XVIII. H. N. c. 2. *Numa instituit, Deos fruge colere, & mola salsa supplicare.* Explicat institutum dilucidius Dionysius Halicarnass. cum, *Pomplius*, inquit, *jussit unumquemque circumscribere fundos suos, sacrosque finibus apponere lapides, lapidesque ipsos sacravit Jovi terminali* &c. *sacrificabantque non animatum aliquid, neque enim pium est cruentare lapides, sed pultes, liba & alias quasdam fructuum primitias.* Sed Numa antiquior Æneas apud Virgilium lib. V. Æn. v. 744.

- - - - *Canæ penetralia Vestæ*
Farre pio & plena supplex veneratur acerra.

Et antiquissimus Atheniensium Rex Cecrops apud Pausaniam in Arcadicis, πέμματα ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσι, ἔτι καὶ ἐς ὑμᾶς ἀθηναῖοι *Liba* tantum *patria* (*Pelanos etiamnum Attici vocant*) *ut ad Aram porriceretur, sanxit.* Sed & posteriore ævo idem mos obtinuit. Ovid. lib. I. Fast.

- - - - *Cum cereale Sacerdos*
Imponit libum, farraque mixta sale.

Horatius lib. III. Carm. 23.

Mollibit aversos Penates Farre pio & saliente mica.

Sed progredimur. Ferta hæc sua Judæi in duo genera iterum dispescunt; Unum ab Ecclesia sacrabatur continebatque Manipulum agitationis Paschalem duos panes Pentecostales, & panes propositionis. Alterum vero a privatis afferebatur, sive jussis sive sponte sua. Jussi ferta sua dedicabant, homo piaculi reus, cujus res angusta aliud pro peccato sacrificium non patiebatur. Levit. V. 15. dein Mulier in adulterii suspicionem adducta. Num. V. 25. 26. porro Sacerdotum quisque, cum primum sacra peragere aggrederetur; & tandem Sacerdos M. pro se singulis diebus. Sponte aut ex voto donari poterant fertum similaginis, fertum sartaginis, fertum laganorum, & fertum certi in furno cocti panificii. Levit. II. toto. Prolixe hæc describit Maimon. Hilk. Maase Hakk. Capp. XII. & XIII. & ex eo Doct. Outramus de Sacrificiis lib. I. c. 8. Nos ea heic spectabimus solum, quæ ad scopum nostrum contendunt. Eorum alia tota ab igne immunia sacerdotibus cedebant, ut panes Pentecostales, panes propositionis; alia tota in ara exurebantur, ut ferta Sacerdotum; alia denique partem igni imponebantur, partem Sacerdotibus tribuebantur, ut Manipulus Paschalis, fertum mulieris suspectæ, & pro peccato, item ferta sponte aut voto sacrata. Ea quæ Sacerdotibus debebantur, & alia quædam, Deo dicabantur per agitationem sacram, qua movebantur huc & illuc, ac sursum deorsumque. Juxta Raschi Exod. XXIX. 24. qui תנופה ita exponit מוליך ומביא למי שד׳ רוחות העולם שלו ותנופה מבטלת ומעכבת פורעניות ורוחות רעות מעלה ומוריד למי שהשמי׳ והארץ שלו ומעכבת טללי׳ רעים *Sacerdos propellit & reducit ad quatuor mundi plagas, ob Eum, cujus eæ sunt. Atque hæc agitatio avertit tollitque calamitates & ventos malos. Item elevat & deprimit in honorem ejus, qui cœlo terræque dominatur. Atque elevatio rores noxios aufert.* Et hæc agitatio in Orientali plaga peragi debuit. Maim. Hilk. Maase Hakk. Cap. IX. §. 6. Quod Baal Schilte Cap. 69. accipit pro גם במזרח של המזבח שבמזרחו יכול להניף וכל שכן במערבי דקרו׳ יותר להיכל *Etiam ad Orientem aræ; nam ad Orientem agitari poterant, sed & multo magis ad Occidentem, ubi Templum propius erat.* Ferta vero comburenda non agitari debebant, sed altari admoveri, Lev. II. 10. quod הגשה *admotionem* vocant. Excipe tamen manipulum & fertum mulieris suspectæ, quæ ad utrumque tenebantur. Admotio autem describitur Sebh. fol. 63. a. כיצד הגישה בקרן מערבית דרומית כנגד חודה של קרן ודיו ר״א אומר יכול יגישנה למערבו של קרן או לדרומו של קרן *Hoc pacto* fit admotio: *Admovetur* fertum *cornui Notozephyrino contra acumen cornu, fertum autem ipsum aram tangere non opus est, dum vas quo contineatur, admoveatur.* [Hæc vocis ודיו vis est, quam non cepit Vir Doctus, qui red-

reddit : quod ſane ſufficiebat] *R. Elieſer ait : Sacerdoti licet, vel ad Occidentale, vel ad Meridionale latus Cornu illius admovere*. Verum R. Elieſeris opinio plauſum Magiſtrorum non meruit. Maimonides Hilk. Maaaſe Hakkorb. Cap. XII. §. 6. porro addit : כל המנחות הקריבות לנבי המזבח טעונות הגשה במערב כנגד חורה של קרן דרומית מערבית : *Omnia ferta, quæ in ara offerri debent ad admotionem in occidente tenentur contra cornu Notozephyrinum*. Sic optime ſe habet, ſed in verſione D. Compiegne : *Oportebat ad altaris latus aquilonare admoveri contra acumen cornu meridiei occidentique intermedii* : ἀσύγκλωσα συγκλῶθεσθαι, nemo non perſpicit. Qua ratione enim Sacerdos ad aquilonem conſtitutus fertum Cornui Notozephyrino conjungere potuit? Error autem ſi in Maimonidis exemplari ſit, quo Doct. Interpres eſt uſus, irrepſiſſe videtur ex verbis Gemaræ l. c. מהחטאת טעונה צפון אף מנחה טעונה צפון : *Ut victimæ piacularis ſacrificium in ſeptentrione peragi debuit, ita etiam oblatio ferti*. Sed hunc looum משובש atque fædo mendo turpatum eſſe recte obſervat & demonſtrat Raſchi, utut fere ignoretur, quo pacto reſtituendus ſit. Interea abſonam eſſe hanc lectionem abunde patet, quod ferto cum aquilone nihil rei eſt. Nam ferti admotionem alibi fieri jam docuimus. Neque ad Aquilonem facta eſt קמיצה, quæ tertia eſt circa ferta ceremonia, qua e fertis omnibus, quorum pars aræ, pars ſacer. dotibus cedebat, plenitudo pugilli eximebatur. *Complicabat* nimirum *Sacerdos digitos ad volam manus, atque portionem ferti apprehendebat*, quam in vaſe ſacro reponebat, atque poſt in ignem conjiciebat, reliquum ferti tenente in uſus ſuos ſacerdote, Maimon. l. c. Cap. XIII. §. 3. Hæc exemtio ferti pugillaris fieri potuit in omni loco atrii, etiam Iſraelis, Miſchna Sebh. VI. 1. המנחות היו נקמצות בכל מקו' העזרה : Si plura de iſto ritu cupis, audi Miſchnam Menachoth lib. 2. כיצד הוא עושה פושט את אצבעותיו על פס ידו : *Exemtio iſta quomoda fit?* Sacerdos *digitos ſuos in volam manus extendit*, non omnes, ſed tantum tres, pollice & minimo id abradentibus, quod inter illos non probe concluditur. Sic enim Bartenora id exponit : הכניס צרי אצבעותיו בקמח ומכניס הקמח לתוך ידו ומוחק באצבע קטנה שלא יצא הקמח חוץ לקמיצה ומוחק בגודל שלא יצא הקמח חוץ לאצבע : *Latera digitorum ſuorum farinæ imponit, ſicque manu farinam capit; Digito parvo autem eam abradit, ne e pugillo exeat; ſic & pollice eam abradit, ne e digitis decidat*. Hanc ceremoniam unam ex difficillimis eſſe, docent Rabbini, quoniam vix, & non ſine magna difficultate juſtam farinæ copiam, quæque non major eſſet, quam oportebat, nec minor, capi potuiſſe credunt. Atque hoc ipſo nomine Maimonides, qui in comm. in h. l. rem elevat, vapulat per Bartenoram.

VIII. Fertis ſal & thus adjungi, ante audivimus. Sal vero multum uſum ſacris Hebraicis præſtitit. Schilte Hagibb. cap. 76. מצות עשה היא וחובה רבה עלינו למלוח כל הקרבנות שיעלו על מזבח ה' לרצון. *Præcepto affirmativo & debito magno tenemur omnia ſacrificia, quæ aræ Dei admoventur, ad beneplacitum ſalire*. Levit. II. 13. *Cum omni oblatione tua offerto ſalem*. Sic Menachoth f. 20. a. אמר ר' שמעון נאמר מלח ברית אלהיך ונאמר ברית מלח עולם היא בשם שא״א לקרבנות בלא כהונה כך אין אפשר לקרבנו' בלא מלח *R. Simeon dixit : Levit. II. 13. ſ. e.* ſal fœderis Dei tui : *& Num. XVIII. 19. ſ. e.* fœdus ſalis ſæculi. Unde colligo : *Uti ſacrificia ſine ſacerdotio fieri nequeunt, ita nec ſine ſale*. Neque in ſaliendis victimis ſolum, ſed & alibi ſal commodavit. Ben Maimon Hilk. Iſſure Ham. Cap. xv. §. 13. *Tribus in locis ſal diſtribuebatur : In Conclavi ſalis, in colle, atque in ſummo altari. In conclavi ſalis* [lege Happarva Middoth V. 3.] *ſaliebantur victimarum pelles : In colle membra victimarum : Et in ſummo altari ſaliebatur id, quod e ferro oblato ſacerdos pugillo tollebat, & thus, eaque fertorum genera, quæ igni conſumebantur, & holocauſtum ex avi*. Porro ſale conſpergebatur ara & cumprimis collis aut clivus, *ut ne in eo conciderent ſacerdotes, dum ad rogum ligna*, aut alia *ferrent*. Maimon. Hilk. Tem. VI. §. 3. Nam quanquam tam neceſſe eſſet, ut Sacerdotes mero pede in pavimento ſtarent, ut ſi quidquam inter pedem ejus & pavimentum intercederet, operatio ejus nulla eſſet, tamen ſal in clivo ſpargere licuit, *quoniam ambulatio iſta per ſe ipſam nullum erat divinum miniſterium*, ut loquitur Maimonides l. proxime citato. Cetera ſal ab iis, qui ſacra offerebant, ſimul afferri non debuit, ſed perinde ac ligna ab Eccleſia conferri. Unde in atrio interiore Conclave fuit, in quo ſal conderetur, Midd. l. c. Poſſit vero diſquiri, quo nam potiſſimum inter tot ſalium genera in ſacris uſi ſint Hebræi; qua in re opinionem ſuam operoſe probat R. Abraham in

Schilte Gibborim Cap. 76. ubi postquam sal in *fossile*, *cœleste*, (גפרית Genes. XIX. 24:) *&* *manufactum* distinxisset, & erudite descripsisset, tandem subjicit : ועתה אם נעיין במיני המלח לא נמצא ממן הנו׳ בעד הקרבנות אלא המלח הנעשה ממימי הים שהוא בצד מה טבעי ולא כל וכל מלאכותי : *Et nunc si probe salium genera consideremus, nullum sacrificiis & fertis magis idoneum reperiemus, quam sal ex aquis marinis confectum, quod aliquo modo naturale est, sed non omni modo, uti nec per omnia arte humana confectum*. Rationes, quæ ipsum in hanc sententiam induxerunt, sunt sequentes 1. Qui sal fossile in terra Israelis non reperitur, Deus autem quæ obvia & comparatu facilia sunt, in sacris suis adhiberi voluit. 2. Mare, quod in terra sancta fuit, ים המלח cum ה demonstrante, *Mare hujus salis* appellatur, quod sal in usum præstantissimum h. e. ad sacra adhibitum innuit : secus nullam causam esse putat, quamobrem hanc appellationem mereatur, quia & maria reliqua sal producunt. 3. Valde aptum est saliendis carnibus, neque eas corrumpit, uti sal Sodomæum, h. e. sulphur ob nimiam חרות *acrimoniam*. 4. Neque dolorem inferre potuit nudis Sacerdotum pedibus, ut idem sulphur. 5. E granis quæ commode in carnes & clivum spargi possunt, constat, cum salis alia genera vel pulveris instar tenuia sint, vel e frustis lapides magnos æmulantibus constent. 6. Crepat ustum, ob pauculum humorem, qui in eo superest, & sonum emittit, quæ flagranti valde decorum fuit, unde etiam ligna oleosa ei quam maxime admovebantur. Hæc ille. Extat hanc in rem locus in Menachot f. 21. a. qui recte explicatus auctorem nostrum juvare potest : המלח יכול במי׳ מלח ת״ל לא תשבית מלח הבא מלח שאינה שובתת ואיזו זו מלח סרומית מניי׳ שאם לא מצא מלח סרומית שמביא מלח איסתרונקית ת״ל תקריב כל׳ שהוא תקריב מכל מקום תקרי׳ אפילי בשבת תקרי׳ אפילי בטומאה : Cum dicitur Levit. II. 13. Salies, *forte intelligas victimas etiam aqua salsa saliri posse : Idcirco signanter additur*, Non cessare facies. *Hoc enim notat sal, quod ex humore fit, qui non cessat* sive in hyeme sive in æstate; vel qui non *agit Sabbathum*, *h. e.* e quo diebus Sabbathi & profanis perinde conficitur sal, *atque hoc est sal sodomæum*, h. e. שהים משליכה לאנפה *quod e mari in littus projicitur*; Ita Raschi exponit sal Sodomæum, atque adeo alio sensu id accipit, ac Baal Schilte. *Unde autem constat, quod eo deficiente sal ex loco, qui Isteronkith* dicitur (Ita Aruch; Raschi illud pro sale terrestri habet; B. Schil. vero a Græcorum ὑςέρω derivat, explicatque sal, quod prius quidem sal non fuit, sed hominum arte conficitur, uti sal marinum) *adhibere liceat?* Resp. Quia l. c. *adjungitur* : offeres. *Quo significatur, sal quantulumcumque, etiam ex omni loco, etiam Sabbatho, & etiam in immunditie adhiberi*. Tu vero, Lector, an Talmudistæ cum B. Schilte recte conjecerint judica. Haud scio an monere opus sit, etiam Gentiles sali in sacris multum tribuisse, adeo frequenter id ab auctoribus inculcatur, unde Homerus sal θεῖον appellare putatur, & Plato in Timæo θεοφιλές. Sic & Plinius l. XXXI. H. N. c. 7. *Maxima*, inquit, *in sacris intelligitur salis auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa*. Et perpetua ista salis & farris aut molæ conjunctio liquido evincit, gentes ferta sine sale aræ imponere non consuevisse, quemadmodum & apud Hebræos, *salis omissio in ferto impedit illud offerri*; Maim. H. Issure Ham. Cap. V. §. 12. De Thure supra jam animadvertimus quod plerisque fertis, quæ בפני עצמן *per se*, aliis sacrificiis non juncta, afferrentur, adjungendum fuerit. Neque eo carebant ulla, nisi panes Pentecostales, & ferta hominis peccatoris, & mulieris in suspicionem vocatæ. Præ ceteris autem memorandum est thus, quod Panibus propositionis apponebatur, juxta Legem Levit. XXIV. 6. Nimirum panum horum duæ series erant in mensa sancta constitutæ, inter quas vasa collocabantur, בזיכים *Acerræ* dicta, quæ pugillum thuris continebant. Manebant istæ acerræ per Hebdomadam a Sabbatho ad Sabbathum una cum panibus coram Domino, atque altero hoc Sabbatho ad Aram Exteriorem deferebantur, in qua tum duo isti Thuris pugilli adolebantur. Menach. c. XI. §. 7. יצאו ונתנו על השלח׳ של׳ זהב שהיה באולם הקטירו הבזיכים והחלו׳ מתחלקות לכהנים : Sacerdotes, qui die Sabbathi hunc in finem Templum ante ingressi erant, egrediebantur, & panes acceptos *in mensa aurea, quæ in vestibulo erat, deponebant adolebantque acerras, & panes inter se dividebant* Ephemeriæ, ea quæ ex officio discedebat, & ea quæ accedebat. Jam etiam Thuris in sacris Ethnicorum adolitionem receptam fuisse, notius est, quam ut moneri debeat. Audiamus Virgil. Georg. l. IV. v. 279.

- - *Panchæis adolescunt ignibus aræ*.

&

& Bucol. VIII. v. 65.

Verbenasque adole pinguies & mascula thura.

& Æneid. l. IV. v. 453.

- - *Thuricremis cum dona imponeret aris.*

Juvenalis Sat. IX.

O parvi nostrique lares, quos thure minuto,
Aut farre, aut tenui soleo exornare corona.

Et quæ sunt alia sine numero. Interim quam frequens posteriori ævo thus, tam infrequens prisco & Heroico fuit; Nam Virorum Doctorum observatio est, tum temporis penitus in sacris fuisse incognitum ex Plinio H. N. l. XIII. c. I. *Iliacis temporibus Thure non supplicabatur.*

IX. Tandem ad oleum pergimus. Hoc apud Hebræos thure magis commune fuit; nam eo nulla ferta destituebantur, nisi Panes propositionis & Pentecostes, item ferta mulieris suspectæ & hominis piaculum debentis. Erat autem ex olei generibus non aliud idoneum, quam olivarum, unde Rabbini id non semel שמ' זית definite appellant, neque hoc qualecunque demum poscunt, sed eximium. Hinc inter alia Menach. Cap. VIII. §. 3. lege אי' מביאים אנפיקנו' (ר"ל אומפאכינו') ואם הביא פסול אי' מביאי' מ' הגרגרים שנשרו במים ולא מ' הכבושי' ולא מ' השלוקי' ואם הביא פסול: Non afferre licet *oleum* ὀμφακινὸν h. e. ex olivis immaturis expressum, *aut ex baccis, aqua maceratis, vel conditis, vel coctis. Si quis autem tale offerat, vitiat oblationem suam.* Inter omnia vero, quibus oleum adesse oportuit, eminent רקיקים *Lagana*, quæ oleo non miscenda ut alia, sed inungenda erant Levit. II. 4. Qua ratione vero id fieret, docet Mischna Menach. VI. §. 3. החלות טעונות בלילה הרקיקי' משוחי' כיצד מושח' כמי' כי: *Placentæ oleo misceri debent, sed lagana ungi: unguntur vero ad formam* כי Chi. Hæc Mischna, Gemara addit fol. 75. a. מאי כמי' כי אמר רב כהנא כמי' כי יווני *Rabb Cahana* verba, *ad formam* Chi, *explicuit*: *ad formam literæ Græcæ* Chi. Commentatores mirum heic cæcutiunt, & forte volentes: nam cum literam Græcam innui certum sit, quidni X. quæ כי *Chi* dicitur, significari statuamus? Sed Rabbini recentiores literam istam sanguine viperino magis vitant. Bartenora ad l. c. ita loquitur, כיצד מושחין כמין כי יונית שהיא כמי' ט' שלנו כהפרש גודל מ' האצבע כזה כ *Unguntur ad forman Græci Chi, quod nostro* ט *simile est, & pollicem a digitis reliquis extensum refert, uti fere* כ. Verum hæc tam inepta sunt, quam quæ maxime. Nec enim, observante etiam R. Jom Tobh, ulla est Græcis litera quæ cum ט Hebræorum conveniat, nisi forte υ; meretur autem veniam bonus Vir, quia Linguæ Græcæ penitus ignarus fuit, quod ex ipsis his verbis colligit Baal Schilte. Nec Maimonides meliora tradit, cum in h. l. ait: כמי כף יונית שהיא כן *ut Caph Græcum quod ita est;* supple ex Schilte Gibborim כמו הצורה של כף שלנו הפוכה כזאת כ: *Ut Hebræorum Caph inversum* כ. Quis enim obsecro talem apud Græcos characterem novit? Nec felicius rem explicuit ipse Baal Schilte Græce doctus, nam Cap. 68. reliquis confutatis ita fatur: ילפי דעתי (והוא האמת) לא היתה המשיחה נעשת כצורת כי היינו כצורת האות הכ"ב שלהם אלא כמי' כף: *Sentio ego [& vere quidem] unctionem non factam esse ad formam literæ* X. *quæ Græcis est vicesima secunda, sed ad formam* K. aut κ. Tuam fidem vero, Abrahame, serio ne agis an ludis? Tu ne Magistris tuis ita aperte repugnare audes? Chi illi dicunt, tu vero Kappa. Verum omnino unctio facta est ad formam X, quidquid etiam Raschi, Tosephot, aliique tricentur. Provocat equidem Abrahamus ad locum illustrem Horajoth Cap. III. fol. 12. a. ת"ר כיצד מושחין את המלכים כמי' נזר ואת הכהנים כמי' כי מאי כמי' כי אמר רב מנשיא בר ארא כמי' כף יוני: Tr. M. *Reges unguntur ad formam coronæ, sed Sacerdotes ad formam literæ Chi*: *Chi vero* auctore R. M. F. A. *est Græcorum Caph*. Sed heic Græcorum Caph nequaquam K. est, sed X. Nempe Caph Hebræorum cum dagessatum est τῷ K. respondet, sed sine dages τῷ X. quod R. Abraham ipse non semel inculcat. Unde non adeo male Raschi dicit: בלשונינו קורי' לכף שלה' כי: *Lingua nostra Græcorum Caph dicimus Chi*. Saltem X. notari non diffitetur. Tandem Rabbinorum כי esse Græcorum X. probare mihi videtur Kelim XX. 7. ubi de storeis, quæ immunditiei obnoxiæ sint, quæ secus, disputant, supponuntque eas, quæ idoneæ sunt, ut in iis cubetur pollutionis esse capaces, מחצלת שעשה לה קנים לארכה טהורה וחכמי' אומרי' עד שיעשה כמי' כי: *Storea, in qua quis juxta ejus longitudinem baculos posuit, munda est*, quia tum non apta est, in qua quis cubet. *Sed Sap. ajunt*, etiam tum immundam esse, *nisi quis baculos illos in formam Chi disposuerit.* Sane aut fallor vehementer, aut commodissime formam lite-

literæ X. intelligimus, quandoquidem tum vel maxime homo prohibetur, quo minus in ea cubet, nam ut R. Bartenora habet הקנים מזיקים לשוכ׳ *baculi dolore cubantem afficiunt*. Cæterum caussam Lector cur Judæi literam X. ita fugiant, Servatoris nostri crucem, literæ X. similem esse puto, quam, quia abominantur, neque olim in sacris suis quacumque demum ratione adumbratam autem expressam fuisse, pati dociles sunt, maxime quoniam Raschi in Exodi XXIX. 36. observat, altare Mosis, & vasa reliqua ad formam X. inuncta fuisse, ait enim כל המשוחה כמין כי *Omnis unctio ad formam χ. fit*. Quo cum instituto haud male conferas, quod Ezech. IX. 4. Deus piorum frontes insigniri jussit signo תיו h. e. ex Eruditissimorum Virorum sententia, ultimæ Alphabethi, quod nunc Samaritanum dicimus, literæ, quam in forma Græci X. ab Auctore Meor Enaim exhiberi, mihi pro benignissimo suo in me animo ostendit Celeberrimus hujus Acad. Professor, D. JACOBUS TRIGLANDIUS, Vir in quantum Eruditio, virtus & bene merendi studium laudari possunt, laudandus, & Sanctiorum literarum grande Decus.

CAPUT DECIMUM.

Aræ affundebatur sanguis, ut & aris gentium. §. 1. *Vinum in ara libabatur; Ritus libationis exponitur. Cantus Musici.* §. 2. *Ara asylum fuit duobus hominum generibus. Leges hac de re traduntur.* §. 3. Ἀσυλία *Aræ nostræ cum ea confertur, quæ in aris profanis fuit.* §. 4.

I.

PRæterea Aram nostram sanguis plerarumque omnium inundavit victimarum, qua de re, ubi de partibus Aræ diximus, jam disseruimus, quæ nunc uni intuitui subjicienda sunt. Aliter avium sanguis aliter pecudum aræ affunditur. Aves aræ ipsi admoventur, dum interimuntur, ideoque sanguis in eam exprimitur, in holocaustis quidem a Sacerdote in Cingulo consistet; in piaculis vero, dum in pavimento stat, sanguinem in fundamentum extorquet. Pecudum cruore pari ratione Sacerdos modo in terra manentes inficiunt. Illud fit in sacrificiis piacularibus, quæ comedi possunt, nam horum sanguis quatuor altari cornibus illinitur: quanquam quod ejus reliquum est, in fundamentum meridionale effundatur a Sacerdote, qui e Cingulo rediit. Sed sanguinem victimarum piacularium comburendarum, (post aspersionem in ara aurata factam) relictum fundamentum occidentale haurit. In terra manentes Sacerdotes sanguinem sacrificiorum pacificorum, & pro reatu, & holocaustorum primum duobus angulis decussatim oppositis ita circumfundunt, ut ad quatuor aræ latera pertingat, atque dein eum, qui superest, fundamento meridionali infundunt. Tandem agni Paschalis, pecudis primogenitæ & per decimas lectæ sanguinem uni altaris angulo fundamentum habenti, in terra itidem consistentes affundunt. Atque hæc sanguinis ad aram aspersio cæremoniarum in sacrificiis princeps est, Judæis judicibus, & maxime sacrificalis. Juxta tritissimum eorum effatum אי׳ כפרה אלא בדם שנ׳ כי הדם הוא בנפ׳ יכפר: *Non est expiatio nisi per sanguinem* aræ aspersum. *Q. D. E.* Nam sanguis animam expiabit. Levit. VII. 11. Sed, quod teneto, per sanguinem in morte effusum, Barten. ad Sebh. VIII. §. 7. דם שהנפש יוצאה בו מכפרת ושאי׳ הנפש יוצאה בו אינו מכפרת: Sed & Gentiles, quia sanguinem sanctissimum habuerunt, ritum sanguinem in aras fundendi in sacra sua cooptarunt. Unde Græci *αἱμάσσειν βωμοὺς* pro *ἱεροποιεῖν* dixere. Servius ad Æn. III. *Alibi tantum sanguinem in aras fundi significat* Virgilius, ut

Sanguinis & sacri pateris.

Lucianus de Sacrificiis p. 355. Τὸ *αἷμα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον ὥσπερ αἱ μυῖαι*, Dii *Muscarum in morem affusum aris sanguinem bibentes*, & explicatius p. 35. Sacerdos est *τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων*, *Sanguinem altari circumfundens*; ut Deus suos facere jussit Levit. I. 5. Seneca in Hippolyto v. 498.

- - - Non cruor largus pias
Inundat aras.

& Troad. v. 1106.

- - - Non Busiridis
Puerilis aras sanguis aspersit feri.

& in Herc. Fur. v. 920.

Utinam cruorem capitis invisi Deis
Libare possem, gratior nullus liquor
Tinxisset aras.

Hunc in finem sanguinem pateris tam sollicite exceperunt: Eustathius Odyss. III. Ἀττικοὶ δὲ *σφάγιον τὸ τοιοῦτον ἀγγεῖον ἐκάλουν, εἰς ὃ πρῶτον αἷμα δεχόμενοι τῷ βωμῷ ἐπέχεον*. *Attici σφάγιον dixere vas illud, quo sanguinem primum excipiebant, atque super aram effundebant*. Persæ totum Dei cultum in eo constituebant, ut pecudes sanguine privarent, eumque in aras vel quæ ipsis in ararum loco erant effunderent. Gentes aliæ Diis inferis

feris foſſam juxta focum conficiebant, & ſanguinem in eas ex inciſis hoſtiis fluere ſinebant. Ovid. l. VII. Metamorph.

- - - Egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultroſque in guttura velleris atri,
Conjicit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.

Seneca in Oedipo v. 565.

- - - Irrigat ſanguis focos,
Solidaſque urit pecudes, & multo ſpecum
Saturat cruore.

Alii pro *irrigat ſanguis focos*, legunt *ſanguinem libat focis*.

II. Porro Ara noſtra libamina bibebat tum vini, tum aquæ. Hujus cæremonia in Maſſechet Succa exponitur. Illius vero ratio jam docenda eſt. Vinum autem eximium eſſe debuit: Menach. VIII. 6. אין מביאי׳ איליוסט׳ ואם הביא כשר אי׳ מביאים יש׳ דברי ר׳ חכמי מכשירי׳ אי׳ מביאים לא מתוק ולא מעוש׳ ולא מבוש׳ ואם הביא פסול אי׳ מביאי׳ מן הדליות אלא מ׳ הרגלית ומ׳ הכרמי׳ העבודים: *Vinum ex uvis nimium a ſole excoctis & edulcatis expreſſum non eſt afferendum, ſi tamen afferatur, bene habet. Vinum vetus Rabbi libari vetat, ſed permittunt ſapientes. Neque vinum nimium dulce* (aut muſtum) *neque fumo infeſtum, neque coctum adhibendum eſt. Quod ſi vero adhibeatur, vitioſum eſt. Neque libandum eſt Vinum e vitibus de perticis ſuſpenſis confectum, ſed e vitibus humilibus* in terraque jacentibus, *atque e vineis cultis*. Quod autem Rabbi vinum vetus ara arcet, id intelligi vult de eo, cujus rubedo jam per ætatem eſt imminuta, ratio enim ejus in Gemara fol. 87. a. hæc redditur, quod nonniſi vinum bene rubrum in pretio habitum ſit, quod e Prov. XXIII. 31. colligit. Hinc tuto cum Baal Schilte colligas, vinum album in libatione non fuiſſe receptum. Sicut etiam apud profanos maximus vini rubri in ſacris uſus fuit, unde totiens apud Homerum reperitur, οἶνον αἴθοπα λείβειν. Vinum ferto additum, quod ante notavimus, omnibus holocauſtis, victimis ſalutaribus, & Leproſi pro reatu & pro peccato jungebatur. Alius vero ferta offerendi modus erat, alius vinum. Nam illas

- - - - Flamma prædatur dapes.

Vinum nequaquam. Libabatur equidem, poſtquam ignis jam carnem comprehenderat, quod ordo quo ſacrificium Juge peragebatur, docet. Sic & apud profanos. Homerus Iliad. I.

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε.

Urebat in ſtrue Senex, atque ſuperfundebat vinum nigricans. & XI.

- - - - ἔχε δὲ χρύσειον ἄλεισον
Σπένδων αἴθοπα οἶνον ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσι.

Habebat aureum poculum libans vinum nigricans in ſacra ardentia. Sic Herodot. l. II. p. 26. *Victimam adolent multum vini infundentes*. Verum in eo Hebræorum libatio a profana multum diſcrepabat, quod a gentibus vinum in medias flammas fundebatur; quod ex locis citatis apparet, & Virgil. lib. IV. Georg.

Ter liquido ardentem perfundit nectare veſtam al. *flammam*.

Ovid. Metam. XIII. 636.

Thure dato flammis, vinoque in thura profuſo.

Sed apud Hebræos neque igni neque hoſtiæ vinum invergi ſolebat, quod explicate monet Ben Maimon. Hilk. Maaſe H. Cap. II. §. 1. Quanquam quidam id aſſerere viſus eſt. Magiſtri interim vehementer diſſident de libationis ritu. Quidam enim vinum in fundamentum Aræ effuſum fuiſſe credunt, & ſi quæ ſympula eum in uſum altare habuerit, ea circa aræ medium hæſiſſe. Unde conſequitur, ſacerdotem libatorem non in ſummo Aræ ſed in Cingulo conſtitiſſe. Ita Maimon. l. c. יתנסך היין על׳ המזבח ואין נותנין אותו על׳ האש אלא מגביה ידו ויוצק על היסו׳ והוא יורד לשיתי׳: *Vinum in altari libatur, neque in ignem funditur, ſed qui libat manum tollit, atque ſuper fundamentum effundit, in Schittin iturum*. Sic R. Abraham in Magen Hariſchon ושני ספלים של׳ כסף היו בקר׳ מערבית דרומית למעלה מחצי המזבח: *Duo ſympula argentea ad Cornu Notozephyrinum fuerunt ſupra dimidiam Aræ altitudinem*. Alibi habet: למעלה מחצי הכבש: *ſupra medium Clivi*. Verum iſta ſe mihi nulla ratione probant: Nam ſympula in Aræ vertice ante ſolide conſtituimus. Dein libationem ſupra aram non in Cingulo fuiſſe multis demonſtravimus. Tandem fundamentum non vino ſed ſanguini hauriendo deſtinatum fuiſſe, & conſtat, & ubi de Schittin egimus, docuimus. Verum & alia aliis Rabbinis ſententia eſt, qui Libationem ita deſcribunt: Sacerdos qui per ſiniſtrum clivi latus ad aræ verticem aſcendit, ad Cornu Notozephyrinum ſibi propinquiſſimum convertitur; Ibi Vinum, quod in Vaſe tenet, manu elata in illud e ſympulis,

quod

quod Vino destinatum est, fundit. Sympulum vinum ore, quo late patet, acceptum per nasum exilem seu rostrum perforatum transmittit, in aræ tectum. Unde per foramen in media ara apertum in Cavitatem ingentem, quæ sub ara latet, deducitur. Vin' testimonia? Accipe! Maimonides ita vapulat a Rabad l. c. לא היה יוצק על היסוד אלא בספל של יי׳ שהיה בקר׳ מערבית דרומית עם ספל של מים של ניסוך המים בחג : *Qui libat vinum non effundit ad altaris fundamenta, sed in sympulum vinarium, quod in Cornu Notozephyrino erat cum sympulo aquæ, quæ in festo Tabernaculorum libari solet*. Clarius Bartenora ad Succa Cap. IV. §. 9. והכהן מערה בפי הספלים והנסכים מקלחים ויורדים דרך החוטמים על גג המזבח ובמזבח היה נקב שבו היין והמים יורדים לשיתין של מזב׳ שהן חמוקים וחלולי׳ מאד : *Sacerdos ita libat: Liquores in os patens sympulorum effundit, per quæ illi transeunt, & per nares effluunt in tectum aræ, ubi foramen est, per quod aqua & vinum in Aræ Cavitatem descendunt valde amplam & profundam*. Et clarissime Raschi Exod. XXIX. 40. ונסך לספלים כמו ששנינו במס׳ סוכה שני ספלים של כסף היו ברא׳ המזבח ומנוקבים כמין שני חוטמים דקים נותן היי׳ לתוכו והוא מקלח ויוצא דרך החוטם ונופל על גג המזבח ומשם יורד לשיתים במזב׳ כי׳ עולמים ובמזב׳ הנחש׳ יורד מן המזב׳ לארץ : *Libatio fit in sympula, sicut discimus e Massechet Succa, duo sympula argentea fuisse in altaris Vertice, perforata instar duarum narium exilium. Vinum funditur in sympulum, hoc illud transmittit, & per nasum ejicit supra tectum altaris; unde per altare in Foveam subterraneam dilabebatur stante Templo Secundo. Sed cum altare æneum esset* in Tabernaculo, & Templo primo in terram defluebat. Hæc constans plerorumque Magistrorum sententia est, ex Mischna 9. Cap. IV. Mass. Succa, quam alibi plenius בד״ explicaturi sumus. Nunc monere superest, in Hebræorum sacrificiis cantus Musicos non fuisse ante auditos, quam cum Vinum libaretur. Tosephot in initium Cap. VI. Berachot: אין אומרי׳ שירה על שום אכילת המזב׳ כגו׳ זריק׳ דמי׳ וניסוך המים כי אם על היין : *Non canitur super ulla consumtione, quæ in ara fit, V. C. sanguinis aspersione, aut aquæ libatione, sed super solo Vino*. Gemara Erachin fol. 11. a. אמר ר׳ יוחנ׳ מני׳ שאי׳ אומרי׳ שירה אלא על היי׳ שנ׳ ותאמר להם הגפ׳ החדלתי את תירושי המשמח אלהי׳ ואנשי׳ אם אנשים משמח אלהים במה משמח מכא׳ שאי׳ אומרים שירה אלא על היי׳ : *R. Joch. dixit: Constat nobis, quod non nisi ad Vinum libatum canatur, ex eo, quod dicitur* Jud. IX. 13. Et dixit eis vitis: Cogererne desistere cum musto meo, quod lætificat Deum & homines? Certum equidem est, *Vinum homines lætitia perfundere, Deum autem quomodo? Nimirum colligimus hinc, nonnisi Vino libato concentus Musicos audiri*. Apud gentes quoque præcipue canebatur ad Vini libationem: unde Spondaulæ celebre Tibicinum genus *ἀπὸ σπονδῶν a libationibus* Deorum dicti, inter quas tibias inflabant, Salm. ad Fl. Vopisci Carinum Cap. XL. Et apud Ægyptios libare proprium erat Hymnorum decantatoris, Porphyrius IV. 9. de Abstin. An. λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ. Sic Virg. Georg. l. II. v. 132.

Hic laticis, qualem pateris libamus
& auro
Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus
ad aras &c.

III. Tandem Altere nostrum *φεύξιμον* fuit, & criminis reis perfugium. Quod satis constat ex Exodi XXI. 14. *Cum quis arrogaverit contra proximum suum occidere eum astu, etiam ab altari meo rapito eum ad mortem*. Ergo homines ad aram confugerunt & ab ea liberi impunitique præstiti sunt. Quamobrem Adonias & Joabus ultimum supplicium meriti in Cornibus Aræ apprehensis salutem quæsiverunt, 1. Reg. I. 50. & II. 28. Nec multum abludit, quod Jojada P. M. Athaliam in domo' Domini occidi vetuit. 2. Reg. XI. 15. Hinc Maimonides Hilk. Rotzeach Cap. V. scribit: המזבח קולט שנ׳ בהורג בזדו׳ מעם מזבחי תקחנו למות מכלל שההורג בשגגה אינו נהרג במזב׳ לפיכך ההורג בשגגה וקלטו המזבח והרגו שם גואל הדם הרי זה נהרג עליו כמו שהרגו בתוך עיר מקלט : *Altare verum erat asylum Q. D. E. de Homicida volontario*: Ab ara mea rapietis eum ad mortem. *Unde consequitur, eum qui ex errore alium interimit, ad aram occidi non posse. Idcirco si is, qui alium ex errore interfecit, atque ad aram confugit, a vindice sanguinis ibi interimatur, hic capite id luit, non secus ac si illum in urbe refugii occidisset*. Magistros autem si audiamus, diversis reorum generibus diverso modo opem Altare tulit. Unum genus constituunt מחויבי גלות *rei Exilii* h. e. quibus Urbes in Asyla institutæ tutelam præstarent, quales sunt ההורגים נפש בשגגה *qui hominem per errorem occiderunt*, Maccoth Cap. II. §. 1. Videamus autem ordine, quod nam altare securitatem dederit, & qua ratione, & quibus hominibus.

nibus. Homines, ut hinc incipiamus, non alios servasse Rabbinis creditur, quam Sacerdotes. Nam de Sacerdote legem citatam accipiunt. Targum Ussielidi adscriptum אפילו כהנא הוא ומשמש על גבי מדבחי: *Etiamsi Sacerdos sit, atque super altari meo ministret*. Et Hierosolymitanum: אפילו הוא כהנא רבא דקאי ומשמש קדמוי: *Licet sit Sacerdos maximus, atque stet & coram me & ministret*. Hinc ex opposito colligunt Sacerdotes solos in ara ἀσύλους fuisse, & quidem eo ipso tempore cum sacris operarentur, Maimon. l. c. אין קולט אלא כהן ועבודה בידו: *Non liberat nisi Sacerdotem cum ipso actu ministrat*. Nec halii, nec hi alias impunitatem inde habent. Altare porro non aliter eripuit supplices, quam si supremum Aræ verticem conscenderent. Secus nihil profuit, vel סמוך *conjunctum* Aræ esse, vel cornua prehendere. Quod ex ipsis Dei verbis concludere norunt Joma f. 85. a. נענה ר' עקיבא ואמר מעם מזבחי תקחנו למות מעם מזבחי ולא מעל מזבחי: *Respondit R. Akibba & dixit*: S. E. Ab Altari meo rapietis eum ad mortem. Hinc constat, reum *cum apud Altare est rapi posse, sed non, cum supra illud est*. Fateor R. Akibbam heic primario de Sacerdote vere fonte loqui; & velle, quod nocens ad mortem rapi quidem queat, cum apud altare est, cultumque sacrum peragere cogitat, sed nequaquam cum supra altare est, & rem divinam reapse facit. Unde Raschi signanter ait in l. c. אם היה כהן ורוצה לעבוד עבודה תקחנו למיות: *Si Sacerdos fuerit, atque cultui divino operari VOLUERIT, rapietis eum ad Occidendum*. Verum istud Akibhæ dictum etiam hnc quam maxime facit, quoniam si Sacerdos nocens ab aræ vertice abduci nequit, multo minus avelli poterit insons. Firmari hoc possit ex eo, quod Adonias (utut is ad alterum supplicum genus pertineat) supra altare fuit, nam postquam in gratiam a Salomone receptus esset, *descendere eum fecerunt* מעל *desuper* h. e. *ex altari* 1. Reg. I. 53. Id docet, quod utrumque & in tectum aræ ascendere, & cornua tenere utile fuerit supplicibus. Tandem privilegium hoc soli Templi aræ vindicant. Maim. l. c. אין קולט אלא מזבח בית עולמים בלבד: *Non eripit nisi tectum altaris Templi solius*. Hinc manifestum esse putant, Joabum suo merito periisse, quandoquidem in eas, quas diximus leges, omnes peccavit. Maccoth. fol. 12. a. אמר רב יהודה אמר רב שתי טעיות טעה יואב באותה שעה דכתיב וינס יואב אל אוהל ה' ויחזק בקרנו' המזב' טעה שאינו קולט אלא בגגו והוא תפס בקרנותיו טעה שאינו קולט אלא מזבח בית עולמים והוא תפס במזבח של שילה אביי אומר בהא נמי מיטעא טעה שאינו קולט אלא כהן ועבודה בידו והוא זר היה: *R. Juda nomine Rabb dixit: Duos errores Joabus erravit, cum*, ut 1. Reg. II. 28. *scriptum est*, ad tentorium Domini confugit, & cornua altaris prehendit. *Unus est, quod cum altare non liberet, nisi eum qui in ipsius vertice est, ille solum cornua prehendit. Alter est, quod cum nullum altare eripiat nisi altare Templi, ille ad aram Silunticam confugit*. Raschi pro מזבח של שילה *ara Siluntica*, legit מזב' של במה *aram Excelsi*, quam a Davide apud Arcam structam fuisse censet. *Abai dixit: In eo etiam valde erravit Joabus, quod cum altare nonnisi Sacerdotem salvum faciat, dum sacris operam* dat, ipse ad illud fugerit, *quum peregrinus esset*. Id addendum est, quod qui ad aram modo legitimo se recepit, non diu in ea morari potuit, sed confestim publico cum Conducto in Urbem ἄσυλον discedere debuit, Maimonid. l. c. מי שקלטו המזבח אי' מניחי' אותו שם אלא מוסרים לו שומרים ומגלי' אותו לעיר מקלטו: *Quem ara liberavit, in ea non relinquebatur, sed additis custodibus in Urbem refugii, uti ibi exularet, deducebatur*. Sed de uno supplicum genere satis dictum esto! Alterum fuit eorum, qui cum se reos nossent, metuebant, ne Reges ipsos pro jure regio, aut Synedrium singulari ex causa, v. c. cum nimium multis grassantibus sceleribus exemplo opus est, vita mulctarent. Etiam hos tutos fecit Altare ut in Adonia videmus, & Maimonides testatur l. c. מי שפחד מן המלך שלא יהרגנו בדי' המלכות או מב"ד שלא יהרגיהו בהוראת שעה וברח למזבח ונסמך לו ואפילו היה זר נצל ואי' לוקחי' אותו מעם המזבח: *Qui sibi timebat a Rege, ne ab eo pro regia potestate, aut a Synedrio, ne ab eo ob temporis*, quod supplicium postulat, *necessitatem interficeretur, atque idcirco ad aram fugiebat, eique innitebatur, quanquam peregrinus esset, ecce is letho eripiebatur, neque unquam ab ara avelli poterat*. Verum qui ob præviam sceleris dehortationem, atque testium legitimorum præsentiam a Synedrio morte puniri meruit, in ara nullum habebat præsidium, sed rapiebatur ad supplicium, quod ex ante dictis, & Joabo quoque palam est. Denique addam locum e Jalkut in Exodi XXI. מעם מזבחי תקחנו למות למות ולא לידו' לא ללקות ולא לגלות S. E. Ab altari meo rapietis eum ad mortem. Constat ergo *ad mortem* inde

abdu-

abduci reum, *non vero in judicium*, *neque ad flagellum*, *neque ad exilium*.

IV. Nunc quomodo gentes profanæ Ἀσυλίαν etiam ad suas aras transtulerint, videre oportet. Neque dubium mihi est, quin ab Hebræis aut gentibus vicinis exemplum rei acceperint. Conveniunt enim utrorumque mores in quam plurimis. Imo si Alexandro ab Alex. lib. III. cap. 20. credamus, Asylum, *ad quod confugientes a pœna tuti erant*, *primus aperuit Cadmus*, *dum Thebas conderet*: Cadmum autem nemo ignorat, pleraque sua instituta ex Hebræorum disciplina desumpsisse. Videamus vero convenientiam. 1. Apud Hebræos nullis asyla patebant, nisi in extremo discrimine constitutis, quibus imminebat vindex sanguinis, aliique necem minantes. In Gentibus etiam ad Aram fugere supremus mortem evadendi conatus erat. Florus lib. II. c. 12. *Absens victus fugit in maria insulamque Samothracem*, *fretus celebri religione*, *quasi Templa & aræ possent defendere*, *quem nec sui montes*, *nec arma potuissent*. Ovidius lib. II. de Ponto Eleg. 8.

> *Vos eritis nostræ portus & ara fugæ*,
> *Vos ego complectar Geticis si cingor ab armis*.

Vox Ara restituta est a Ciofanio, cum ante legeretur Aura. Sic miseri Herculis cognati liberique, ab Eurystheo diligentissime ad necem quæsiti tandem inquiunt, apud Euripidem Heraclid. v. 31.

> Πάσης δὲ χώρας ἑλλάδος τητώμενοι,
> Μαραθῶνα, καὶ σύγκληρον ἐλθόντες χθόνα,
> Ἱκέται καθεζόμεσθα Θεῶν

Ex omni vero profligati Græcia venientes ad Marathonem & terram ejusdem ditionis, *supplices sedemus ad aras* (in aris) *Deorum*. Et Herculis pater Amphitruo cum nuru & nepotibus ob Lyci injurias Jovis Servatoris in ara considens, ait Hercul. Fur. v. 53.

> - - - Ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
> Δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.

Etenim exclusi e domo sedemus, *ob desperationem salutis*.

II. Hebræi Asyla primario aperuerunt insontibus, & qui cæde se inscii collutularunt, iis qui volentes peccarunt excesse jussis. Dein etiam criminis vere rei, sed postquam mentem mutatam professi & supplices facti fuerunt, ad aram confugere potuerunt, ut in Adonia videmus. Philo, περὶ φυγάδων, *Impius*, inquit, τοῖς μόνοις ἱκέταις πρὸς σωτηρίαν καὶ ἀσφάλειαν καταφυγῆς τοῦ βωμοῦ στερόμενος, *destitutus est confugio ad aram*, *quod solis supplicibus salutiferum est*. Apud gentes in Asylorum institutione præcipue eorum, qui sine suo scelere in vitæ periculum adducti fuerant, ratio habebatur. Thucydides: Τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴ ἐστιν ὁ βωμός. *Delictis non voluntariis refugium sunt aræ*. Copreus Argivus apud Eurip. Heracl. v. 262. Demophonti *malos etiam per aram* ἀσύλους *fieri*, dicenti, respondet:

> Ταῦτ' οὐ δοκήσει τοῖς Μυκηναίοις ἴσως.

Hæc non videbuntur pariter Mycenæis. Sic Cæstius apud Tacitum Ann. lib. III. c. 36. disseruit, *principes instar Deorum esse*, *sed neque a Diis nisi justas supplicum preces audiri*, *neque quenquam in Capitolium*, *aliaque Urbis templa perfugere*, *ut eo subsidio ad flagitia utatur*. Hinc maxime ad aras perfugium fuit servis. Plutarchus de Superstitione, ἔστι δούλῳ φύξιμος βωμός. *Servis perfugium est ara*. Euripides Supplicum v. 267.

> - - - Ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν,
> Δοῦλοι δὲ βωμοὺς Θεῶν

Habet enim refugium, *fera quidem petram*, *servi vero aras Deorum*. His accenseo bello in potestatem aliorum redactos, quos non scelus, sed fors morti obnoxios fecit, ut in Priamo videmus, qui capto Ilio, victus ad aram Διὸς ἑρκείου ab Uxore jam eam tenente vocatur, apud Virg. lib. II. Æn.

> *Huc tandem concede*: *hæc ara tuebitur omnes*.

Porro aræ vehementer commodarunt obæratis, sæpissime fortuna, non scelere infelicibus, uti constat ex Plutarcho de vitandis usuris: Ἡ μὲν γὰρ Ἄρτεμις ἡ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς χρεώσταις, ὅταν καταφύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει, καὶ ἄδειαν ἀπὸ τῶν δανείων. *Diana enim Ephesia debitores*, *cum in Templo ipsius confugiunt*, *inviolatos & tutos præstat contra creditores*. Tandem etiam ipsis sceleratis Asyla patuerunt, dum facti essent supplices. Euripides Heraclid. v. 260.

> Κο. Δεῦρ', ὡς ἔοικε, τοῖς κακοῖς φευκτέον.
> Δη. Ἅπασι κοινὸν ῥῦμα Δαιμόνων ἕδρα.

Co. Ergo huc, *ut videtur*, *malis fugiendum est*. *Dem. Omnibus est commune perfugium Ara Deorum*. Notavit hæc tria supplicum genera Tacitus lib. III. Ann. c. 60. *Complebantur templa pessimis servitiorum*, *eodem subsidio obærati adversus creditores*, *& suspecti capitalium criminum receptabantur*. Tandem apud Euripidem Asylorum Jus ita eleganter describitur, ut verba cedro digna omittere, delictum putem Jon. v. 1212.

> Δεινόν γε, θνητοῖς τοὺς νόμους ὡς οὐ καλῶς

Ἔθη-

Ἔθηκεν ὁ Θεός, οὐδ' ἀπὸ γνώμης σοφῆς:
Τοὺς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν
Ἀλλ' ἐξελαύνειν· οὐδὲ γὰρ ψαύειν καλὸν
Θεῶν πονηρὰν χεῖρα, τοῖσι δ' ἐνδίκοις
Ἱερὰ καθίζειν, ὅστις ἠδικεῖτ', ἐχρῆν.

Mirum certe est, quod hominibus non recte leges posuerit Deus, neque sapienti consilio: Injustos enim ad aram sedere non conveniebat, sed depelli inde. Neque enim honestum est attrectari Deos manu injusta, sed justos ad sacras Aras *sedere oportebat, quicunque injuria afficeretur*. Apud gentes igitur, perinde ac apud Hebræos, soli sine crimine infelices ἀσυλίας digni habebantur. Si vero aliquando scelerati ea se tueri conarentur, supplicia aliquandiu differre poterant, quod in Joabo, Pausania, aliisque videmus, non vero effugere omnino. Nam III. Deus homines facinorosos, qui impudenter aras occuparent, ab Hebræis inde abripi & ad pœnas trahi jussit Exod. l. s. c. Quod etiam strenue in Joabo executus est Salomon. Gentes autem, utut majore in aras religione (aut superstitione potius) ducti fuerint, tamen neque ab isto Hebræorum instituto valde alieni fuerunt. Sane pro flagitio, imo sacrilegio habuerunt, supplices ad aram interimere, aut inde vi abstrahere. Xenophon. Orat. de Agesilao: ἱκέτας δὲ θεῶν οὐδὲ ἐχθροὺς ἐβιάζετο, νομίζων ἄλογον εἶναι, τοὺς μὲν ἐξ ἱερῶν κλέπτοντας ἱεροσύλους καλεῖν, τοὺς δὲ βωμῶν ἱκέτας ἀποσπῶντας εὐσεβεῖς ἡγεῖσθαι. *Quod si qui Diis essent supplices, eos non violabat, ne si hostes quidem essent, quia absurdum esse duceret, eos, qui e fanis aliquid furto subtraherent, sacrilegos appellare, qui autem supplices ab ara avellunt, pro religiosis habere*. Apud Euripidem Heracl. v. 79. ait Jolaus.

Ὅδ', ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεοὺς
Ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.

Iste, hospites, me, contemnens tuos Deos,
Trahit violenter e vestibulo aræ Jovis.

Quam in rem ante v. 73. habes:

Πόλει τ' ὄνειδος, καὶ θεῶν ἀτιμία.

Urbis hoc probrum est & Deorum ignominia.

Et mox v. 105.

Πότνια γὰρ δίκα τάδ' οὐ πείσεται,

Veneranda enim Dice hæc non patietur. Verum enim vero alius improbos, qui ad aram fugerunt, compescendi modus fuit. Nam ni ab ara discederent, valvis obstructis, aut igne injecto perire cogebantur. De valvis exemplum habemus in Pausania, de quo Thucydides l. I. p. 89. postquam in Minervæ fanum intrasset, & (quanquam hujus non ille, sed alii meminerint) ut ad asylum fugisset, porro narrat: Μετὰ τοῦτο τοῦτε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν, καὶ ἀπολαβόντες εἴσω ἀπῳκοδόμησαν, προσκαθεζόμενοί τε, ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. *Tum denudato tecto ædiculæ abstructis januis, illum intus agentem & interius reductum custodientes, atque obsidentes, fame expugnaverunt*. De Igne non est illustrius Exemplum, quam in Megara apud Tragædos in Hercule furente, Euripidem v. 240. Cum *Lycus* ait:

Βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα,
Ἐμπίπρατ' αὐτῶν, καὶ πυροῦτε σώματα
Πάντων -- -- --

Circum aram cumulantes utrimque constructa ligna, Incendite & cremate corpora Ipsorum Omnium, qui ad aram confugerunt. Apud Senecam vero v. 505.

Congerite Sylvas, templa Supplicibus suis
Injecta flagrent.

Unde Scholiastes in Eur. ἔθος ἦν τοῖς ἐς βωμὸν καταφεύγουσι πῦρ προσφέρειν. Ignominiosissimum autem habebatur, igne isto extingui, quod colligo ex Eurip. l. c. 284.

Ἡμᾶς δ' ἐπειδὴ δεῖ θανεῖν, θνήσκειν χρεὼν
Μὴ πυρὶ καταξανθέντας, ἐχθροῖσιν γέλως
Διδόντας οὐ μοὶ τοῦ θανεῖν μεῖζον κακόν.

Nos autem quando mori necesse est, mori convenit Non igne consumtos, & hostibus risum Moventes: Quod mihi videtur morte ipsa majus malum. Ecce tibi crudelem hominum pietatem. Homines vi abripere, vetat religio; sed licet igne eos pellere, aut diris modis excruciare. IV. Apud Hebræos ἀσυλία in suprema altaris parte residebat. Nam in ea sita fuerunt Cornua a Joabo & Adonia prehensa. Et constans Magistrorum sententia est אין קולט אלא בגג של מזבח: *Nemo liberatur nisi tecto Altaris*. Et quod præcipuum est, frustra fuit, qui ad latera stans id vel contingeret, vel ei inniteretur, sed aram ipsam conscendere debebat, uti supra vidimus. Mirum quam sollicite hoc observarint Gentes: quoties enim homines ad aram confugisse narrant, toties fere *in ara eos consedisse* observant. Apud Cornelium Nepotem in Vitis, Argilius Pausaniæ amicus resignatæ epistolæ reus *in Neptuni fanum confugit, quod Tenari est & violari nefas Græci putant, eo ille index confugit, in ara consedit*. Deinde: *Quem cum supplicem Dei videret in ara sedentem*. Virgilius lib. II. Æneid. de Hecuba Priamum in ara collocante v. 524.

-- -- -- *Recepit*
Ad ſeſe & ſacra longævum in ſede
locavit.
& mox de Helena, v. 524.
Abdiderat ſeſe, atque aris inviſa
ſedebat.
Sic v. 550. de Pyſrro
-- -- -- *Altaria ad ipſa ſedentem*
Traxit -- -- --

Ita legunt Viri Docti, cum alii pro *ſedentem* habent *frementem*. Hinc Eutipides hanc in ara ſeſſionem continuo inculcat Suppl. v. 93. video

Μητέρα γεραιὰν βωμίον ἐφημένην,
Matrem anum in ara ſedentem. Et Herc. Fur. v. 239.

-- -- -- Ζεὺς ἐφ᾽ ᾧ σὺ βώμιος
Θακεῖς -- -- --
Jupiter, in cujus ara tu ſedes. It. ib. v. 48.

Βωμὸν καθίζω τόν σωτῆρος Διός,
In ara hac Jovis ſervatoris ſedeo. Et Apollonius Rhodius

Τοὶ δὲ ἀνεῳ καὶ ἄναυδοι ἐφ᾽ ἑςίας ἀΐξαντες
Ἵζανον. -- -- --
Illi autem ſine ſonitu & ſine voce ſuper aram proſilientes ſedebant. Plura hanc in rem eaque reconditæ Eruditionis obſervata vide, ſodes, apud Virum Maximum, Ezechielem Spanhemium laudatæ Diſſert. de Veſta & Prytanibus Græcorum Sect. VIII.

CAPUT UNDECIMUM.

Altare Chriſtianorum Chriſtus. Aras externas olim non habuerunt Chriſtiani. Quod demonſtratur. §. 1. *Chriſtiani quinque res Altaris nomine inſigniverunt. Inter quas etiam eſt menſa Eucharistica, quamquam altare verum non fuerit*. §. 2. *Quando aræ veræ inceperint. Non ſimul ac alicubi receptæ fuerunt, ubique invaluerunt*. §. 3. *Mos Chriſtianis ritus Gentilium cooptandi. Menſas ſacras Martyrum ſepulcris imponebant. Locus Apoc*. VI. 9. *explicatur*. §. 4.

I.

HActenus Judæorum & Gentilium aras ea, qua datum eſt, diligentia contemplati, nunc ad aras Chriſtianorum pedem proferimus. Nam etiam nos ἔχομεν θυσιαστήριον *altare* Hebr. XIII. 10. Id vero aliis aliud eſt. Romano Catholici enim heic aram ſuam, in qua Chriſtum hodie reperiſſe ſe putant, ideo valde infelices : nam umbram tenent & nubem pro Corpore. Ara namque veteribus data eſt, ut Chriſtum ſignificaret & depingeret. Nobis ara externa Chriſtum, quem jam ipſum habemus, obſcurat & adimit; tum enim Chriſtum pro altari noſtro ſolum non habemus, neque ea prout oportet per fidem utimur. Cum tamen nihil niſi Chriſtus aræ inſtar nos ſanctificet, Deo εὐπροσδέκτους reddat, atque ad Deum Patrem ſuum adducat. Et quid multa? Chriſtum eſſe aram noſtram Paulus ipſe l. c. abunde oſtendit, tum quod ait: *Habemus altare, ex quo non habent jus edendi ii, qui in Tabernaculo miniſtrant*, h. e. non ſolum Judæi prorſus infideles, ſed etiam qui Chriſtum profeſſi Veteres Leges cum N. T. inſtitutis commiſtas volebant. His autem non tam aræ externæ, h. e. S. Cœnæ externam, quam Aræ divinæ h. e. Chriſti internam communionem negavit; Tum quod mox v. 15. *Per ipſum*, inquit, *aſſidue offeramus Deo ſacrificium laudis*; Ubi Chriſto manifeſto tribuit, quod aræ proprium eſt. Sic Irenæus lib. IV. c. 43. Chriſtum habet pro ara noſtra. * Neque vero prima Chriſtianorum Eccleſia aliud altare habuit, ac Chri-

* Quis in Eccleſiaſticis antiquitatibus vel mediocriter verſatus ita ineptit, ſicut hic Cramerus noſter, qui veri nominis altaria, ac ſacrificia primævis Chriſtianis ignota fuiſſe nugatur? De Pauli Apoſtoli ſenſu varia eſt Interpretum ſententia; non minimum tamen urget Cramerum aliquorum priſcorum Patrum locupletiſſima teſtificatio, qui Apoſtoli verba de vero altari, ac ſacrificio intellexerunt; non enim ita expoſuiſſent, niſi altare, ac ſacrificium ſolemni quodam ritu in Eccleſia frequentarentur. Quam item præpoſtere Apoſtoli verba ad Cor. 10. 21. interpretatur Cramerus vel ipſo Auguſtino teſte lib. 6. c. adver. legit, & Proph. comprobatur, ubi S. Doctor ex Apoſtoli verbis veri nominis ſacrificium eſſe in Eccleſia Chriſti deducit. Quæ vero de menſa addit Cramerus puerilia ſunt, & Theologo viro prorſus indigna; cum Hebræorum more menſa non ſemel pro altari accipitur, ita Iſa. 65. 15. Malach. 17. nec mirum cum menſa eſt quædam altaris inſeparabilis conſecutio; nam menſæ nonniſi id, quod ſuper altare prius oblatum fuerit apponi ſolet. Vide ſolertiſſimum Pauli interpretem Guil. Eſtium in Epiſt. ad Corinthios. cap. 10.

Nec minus in Eccleſiaſticis antiquitatibus imperitum ſe prodit Cramerus, dum ex clariſſimis priſcorum ſæculorum Scriptoribus templa, altaria, ac ſacrificia primævis Chriſtianis defuiſſe contendit. Loca quædam habuiſſe Chriſtianos ubi ſua peragerent ſacra, ac ſacrificia tam verum, & conſtans eſt, ut indubiam rem diſputando dubiam reddere videatur Cramerus. Hujus rei teſtes locupletiſſimi extant Dionyſ. Alex. apud Euſebium lib. 7. cap. 22. Arnob. lib. 4. Ammian. Marcel. Scriptor licet Ethnicus lib. 15. qui omnes teſtantur Chriſtianos ædes habuiſſe ſacras, & ſacra celebraſſe. Nec mirum ſi Origenes, & Arnobius Chriſtianos templis caruiſſe ultro concedunt; cum templorum appellatio priſcis Chriſtianis nimis erat inviſa; ut probe teſtatur Hieronymus Epiſt. 13. ad Riparium Præsbyterum, & Rufinus Hiſt. Eccl. lib. 11. cap. 3. tradit gentiles quamplurimos ad Chriſtum converſos templum in Eccleſiam convertiſſe; Obſervare etiam juvat Valeriani reſcriptum apud Vopiſcum cap. 20. Et Origenes

Christum Servatorem suum; probe gnara, sibi inutile, Christo adversum, & N. T. felicitate indignum esse, aras lapideas in usum revocari. Et quo propior Christi ætati fuit, eo pressius Magistri sui institutioni tum ubique tum præcipue in Cœnæ sacræ administratione adhærere laboravit. At vero Christus non aram sed mensam portatilem cœnæ emortuali adhibuit. Observante id etiam Chrysostomo hom. 60. ad pop. Ant. *Non erat illa mensa tunc ex argento, nec aureus calix, ex quo sanguinem proprium Christus dedit Discipulis suis*. Imo nec convenit δεῖπνον aræ. Ara enim Deo sacrata est, victimarumque sanguini hauriendo, carbonibusque adolendis idonea, non vero hominibus cibo potuque reficiendis. Hinc Apostolus in Mensa sacra cœnam celebrari vult 1. Cor. XI. 21. *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum*. Ubi mensam pro ara accipere, insanire est. Agit enim de Epulis sacrificalibus, quæ non in Ara capiebantur, sed procul ab ea in mensa proprie sic dicta. Uti enim olim carnes victimæ, postquam in altari oblata esset, sacerdotibus cedebant alibi comedendæ: ita & Christus nobis Carnem suam per Spiritum æternum Deo oblatam tradit in cibum, in sacra Cœna capiendum, a qua ara valde aliena est. Quid quod primam ætatem Templa & ædes publicæ destituerint, quemadmodum tum alii, tum qui omnium loco mihi est, Vir ob magna, de re literaria, & si hoc addere fas sit, de mea quoque, merita, laudibus nostris longe major, Celeberrimus hujus Academiæ Professor, D. *Johannes a Marck* peculiari Dissertatione, demonstrarunt. Jam aras fixas ante fuisse, quam Templa conderentur, ab omni verisimilitudine quam maxime abhorret, maxime quoniam a Patribus ubique componuntur. Et Sæculis II. III. & IV. frequens illa Gentibus accusatio, Christianos aris veris caruisse, extra omnem controversiam ponit Origenes lib. IV. contra Celsum: *Objicit nobis Celsus, quod non habeamus imagines, aut aras, aut templa*. Apud Minutium Felicem in Octavio Cæcilius Christianis objicit: *Cur nullas aras habent? templa nulla? nulla nota simulacra? Arnobius* l. VI. contra gentes, *Accusatis*, inquit, *nos, quod nec templa habeamus, nec imagines, nec aras*. Quid vero ad hæc Patres? Mirum ni calumniatores istos in ædes sacras inducunt iisque ostensis aris mendacia impudentissima exprobrant. Sed alia omnia agunt Viri Sancti. Fatentur culpam, si culpa sit, lubentes, & sibi cum aris vitæ expertibus nihil rei esse semel iterumque testatur aperte Origenes l. VII. contra Celsum. *Celsus & Aras & simulacra & delubra, nos ait defugere, quo minus fundentur: Quandoquidem invisibilis nostræ hujus & inexplicabilis communionis fidem & charitatis factionem esse existimat &c. Et* Octavius clare fatetur: *Delubra & aras non habemus*. Imo Lactantius adhuc l. 1. de falsa Religione c. 2. gentes accusat, quod aras haberent: *Quid sibi templa, quid aræ volunt? quid denique ipsa simulacra?* Equidem Tertullianus mentionem fecisse aliquibus creditur ararum lib. de Pœnitentia cap. 9. cum de suæ ætatis Christianis ait: *Mugire dies, noctesque ad Dominum Deum tuum, Presbyteris advolvi, & aris Dei adgeniculari*. Sed locum mendo turpatum esse, post alios docuit Vir Summus Fridericus Spanhemius, Grande Præsidium nostrum; Quapropter recte legit Rigaltius, *& caris Dei adgeniculari* h. e. fidelibus reliquis, aut ut Tertullianus prædixerat; Presbyteris. Nam tum in sacris Christianorum ara in usu non fuit. Et obvia est ad caros Dei adgeniculatio, unde teterrima illa calumnia Christianis impacta, quod Antistitum suorum Genitalia colerent. Minutius Felix in Octavio; *Alii eos ferunt ipsius Antistitis, ac Sacerdotis colere Genitalia, & quasi parentis sui adorare naturam: nescio an falsa: certe occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio*.

genes licet contra Celsum templa, ac altaria sensu jam mox exposito negasse videatur, tamen luculentissime constat ex tractatu 28. in Matthæum Hom. 10. Jesu Nave ubi de ornatu Ecclesiarum, & altarium disserte loquitur; his tamen locis, & etiam alibi nullum Origenes relinquit ambigendi locum de sua doctrina circa Christianorum templa, & altaria, & sacrificia. Et ubi Origenes cæterique primævæ antiquitatis Patres altaria ac sacrificia negare videntur, atque in solis precibus Christianorum sacrificium, & oblationem contineri tradunt, ibi non solum precum sacrificium agnoscunt, sed sacrificium nostrum Ethnico opponunt, in quo ut ait Tertul. *Reprobi bovis sanguis immolabatur; hæc enim dæmoniorum pabula sunt*. Jure etiam merito nos pura prece Deo sacrificare dicimus, cum sacrificium nostrum incruentum solis precibus, & invocationibus perficitur. Accedit insuper quod juxta priscorum temporum disciplinam de sacris sacræ mensæ misteriis nihil prorsus Ethnicis, vel ipsis etiam Cathecumenis SS. Patres manifestabant sed sacratiora misteria alto involvebant silentio. Quid igitur mirum si Origenes, Arnobius, & alii in dispuationibus contra gentes in solis precibus sacrificium posuerint? aliam tamen ac plane diversam rationem differendi inire videntur dum ad initiatos, & Fideles verba faciunt, ut videre est in Origenis tract. 28. in Matt. & alibi. Quomodo vero postea Christianorum Ecclesiæ in templa creverint sub Constantino Imperatore, qui scire desiderat adeat Cardinalem Bona lib. 1. cap. 19. rerum liturgicarum. Qui plura desiderat, legat Arnaldi tractatum Tom. IV. de Traditione, ubi fuse hæc propugnantur.

II. Verum quidem est, etiam ab antiquissimis Patribus altaria non raro memorari; Verum nequaquam proprie sic dicta, sed per metephoram. Nam quinque res illis hoc nomine venire solent. Ante omnia altare appellant Christum, de quo jam dixi. Deinde Ecclesiam seu universos fideles simul. Ignatius Epist. ad Trallenses : ὁ ἐντὸς τῦ θυσιαςηρίυ ὤν καθαρός ἐςι, διὸ καὶ ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις. *Qui intra altare* h. e. Ecclesiam *est, purus est. Igitur & obedit Episcopo & Presbyteris*. Et ad Ephesios : Ἐὰν μήτις ἐντὸς ᾖ θυσιαςηρίυ ὑςερεῖται τῦ ἄρτυ τῦ θεῦ. *Nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei.* Confer Vedelium in notis. Tertio altare ipsis est unusquisque fidelis, Clemens Alex. l. c. βωμὸν δ' ἀληθῶς ἁγνὸν τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς θυμίαμα τὴν ὁσίαν εὐχὴν, λέγυσιν ἡμῖν ἀπιςήσυσι. *Aram autem vere castam esse justam animam, & preces sanctas esse suffitum illius, dicentibus nobis non credent*. Sic & Epist. ad Tarsenses : τὰς ἐν σεμνότητι χήρας (τιμᾶτε) ὡς θυσιαςήριον θεῦ. *Viduas graves (honorate) ut altaria Dei*. Quarto altare fidelium conventum seu loco uno congregationem significat, maxime ob preces ibi fusas, quas Athenagoras in Apol., de quo Laudatissimus Fautor meus, Celeb. F. Spanhemius me monuit, vocavit θυσίαν μεγίςην. Ita manifeste Clemens Alex. lib. 7. Strom. Ἐςὶ γῦν τὸ παρ' ἡμῖν θυσιαςήριον τὸ ἐπίγειον, τὸ ἄθροισμα τῶν ταῖς εὐχαῖς ἀνακειμένων μίαν ὥσπερ ἔχον φωνὴν τὴν κοινὴν καὶ μίαν γνώμην. *Est ergo hic apud nos altare terrestre* (oppositum Christo altari cœlesti) *congregatio eorum, qui incumbunt orationibus, qui velut unam vocem habent communem & unam mentem*. Sic apud Ignatium ad Magnesios, quanquam verba ex Const. Clem. l. 9. c. 59. 60. huc translata fuisse verosimile sit : πάντες ὡς εἷς εἰς τὸν Ναὸν θεῦ συντρέχετε, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαςήριον. *Omnes velut unus in templo Dei concurrite, velut ad unum altare*. Atque huc mihi etiam pertinere videtur, quod dicit Ignatius Epist. ad Philadelphum ἓν θυσιαςήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ εἷς ἐπίσκοπος. *Unum est altare toti Ecclesiæ & unus Episcopus*. Ita illis inculcat, cujus & Magnesios monuit : πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ προσευχῇ ἅμα συνέχεσθε. *Omnes ad orandum in idem loci convenite*. Quodsi tamen cum Viris Doctis ultimo hoc loco per θυσιαςήριον mensam Eucharisticam intelligere mavelis, non valde repugno. Nam, quæ quinta Altaris notatio est, sepe prisci mensam Eucharisticam designat. Tertullianus de oratione : *Nonne solennior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? Accepto corpore Domini, & reservato* &c. Cyprianus Epist. 64. *Audet sibi adhuc Sacerdotium, quod prodidit, vindicare, quasi post aras Diaboli accedere ad altare Dei fas sit*. Verum enim vero altare hoc κατὰ μεταφορὰν dici, & mensam propie fuisse, satis constat ex infinitis Patrum etiam sequiorum dictis V. c. Augustinus Epist. LIX. *In Celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod est in mensa Domini, incipiat benedici*, & Chrysostomus hom. VIII. ad Rom. *Vereamini igitur, Vereamini mensam eam, cujus omnes participes sumus, Christum propter nos trucidatum, sacrificium eidem mensæ superpositum*. Sequitur. *Frater tuus est -- -- ad eandem tecum Mensam vocatus est*. Et utroque antiquior Eusebius H. E. l. VII. c. 9. Καὶ τραπέζῃ παραςάντα. *Et qui adstitisset mensæ*. Amant vero hanc mensam, in qua S. Cœna administrabatur, dicere altare, non unam ob causam. Nam in ea in Eucharistiæ aliosque usus munera sua eleemosynasque offerebant, quæ Paulo Auctore Heb. XIII. 16. sacrificiorum nomine veniunt. Sic meminit Theodoretus lib. v. c. 8. *mensæ, ad quam in Mediolanensi Ecclesia munera* fuere oblata. Dein quia in Sacra Cœna, quam in ista mensa celebrabant, multas effundebant preces, sacrificii nomine a veteribus insigniri solitas. Euseb. de vita Const. M. lib. IV. cap. 45. οἱ δὲ μὴ διὰ τύτων χωρεῖν οἷοίτε, θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυςικαῖς ἱερυργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης -- -- ἱκετηρίυς εὐχὰς τῷ θεῷ προσαναφέροντες. *Qui vero ad hæc aspirare non poterant, incruentis sacrificiis & mysticis oblationibus Deum placabant pro pace communi -- -- preces Deo suppliciter offerentes*. Tandem, quia Eucharistiam ipsam sacrificium dicere, veteribus solenne est; Mensa tamen fuit; Augustinus Tract. XXVI. in Evang. Joh. dicit, *sacramentorum corporis & sanguinis Christi in Dominica mensa præparari, & de mensa Dominica sumi*. Ne vero mensam pro altari proprie sumpto a Patribus accipi credas, animadverte, mensas illas fuisse ligneas & portatiles. Ligneas fuisse constat ex Athanasio in Epist. ad solit. ubi de Arrianis, *Subsellia*, inquit, *thronum, mensam ligneam, tabulas Ecclesiæ, & cætera, quæ poterant foras elata combusserunt*. Hinc & altare ligneum pro mensa ista dixit Augustinus Epist. L. nequitiam memorans Donatistarum in Maximianum Episcopum : *stantem ad altare irruentes horrendo impetu & furore crudeli*,

li, fustibus, & hujuscemodi telis, lignis denique ejusdem altaris effractis, immaniter ceciderunt. Lapides autem non ligna idoneam aris materiam esse, vel hodierna Romano-Catholicorum praxis ostendit. Portatiles illas aras fuisse, docet idem Augustinus in Quæstionibus V. & N. Test. quæst. 101. *Officium est Diaconi portare altare*.

III. Interim non est inficiandum, mensas istas in aliquibus Ecclesiis mature in vera altaria, utut sacrificium, quod hodie crepatur, Missæ incognitum indictumque penitus fuerit, degenerasse. Nam circa tempora Constantini M. opulentia ab eo in Ecclesiam inducta uti Templis splendidis, ita & altaribus originem dedisse videtur. Eusebius Orat. de laudibus Const. referente Casalio de Vet. Christ. ritibus cap. 33. *Etsi B. Sylvester in Consecratione altaris Principis Apostolorum decreverit, ut deinceps nonnisi ex lapide altaria ædificarentur: Tamen Basilicæ Lateranensis Altare fuit e ligno erectum. Nam cum a Sancto Petro usque ad Sylvestrum propter persecutionem necessitas compulisset sive in Cryptas, sive in cœmeteria, sive in Ædes Piorum; super illo altari ligneo ad arcæ similitudinem concavo sacra faciebant*. Verum quæ nostra est infelicitas dictum istud neque in Doctissimi Valesii, neque in ulla alia Editione reperire datum est. Ut non dubium mihi sit, quin ex auctore sequiore desumtum Eusebio mala fide tribuerit Casalius. Vide interim apud Hospinianum l. mox cit. eandem fabulam ex hominibus recentissimis allegantem. Neque tamen inficior, post Constantini tempora in Ecclesiis aliquibus, & ut vero est simile, in majoribus aras lapideas locum reperisse. Gregor. Nyss. lib. de S. Baptismo: *Altare hoc Sanctum, cui assistimus, lapis est natura communis, nihil aliud differens ab aliis crustis lapideis, ex quibus parietes nostri exstruuntur, & pavimenta inornantur, nisi quod Dei cultui consecratum & dedicatum est*. Nequaquam vero ubique terrarum inoleverunt. Multæ enim Ecclesiæ prisco ritu Mensas ligneas servarunt. Quod satis superque ex SS. Patrum dictis ante recitatis constat, & multis ostendit Hospinianus de Origine Templ. l. 1. c. 6. producto inter alia loco Sozomeni lib. VIII. c. 7. ubi narrat, *Eutropium summum Cubicularium Imperatoris, ob quoddam facinus admissum, ex aula profugum ad sacram mensam in templo supplicem jacuisse*.

IV. Neque tamen aræ in mensarum loco adhibitæ temere damnandæ sunt, dum superstitio omnis absit & in sacrificium non adhibeatur. Condonandum enim id est Christianis illis, qui cum antea religionis proram puppimque in sacrificiis arisque constituissent, recens conversi illorum non statim dememinisse poterant. Neque crimen fuit, in sacrificiis improprie dictis altari vero uti, utut abstinere præstitisset. Sed ita illi ætati mos fuit, gentilium ritus immutare emollireque, & Christianorum civitate donare. Quod in iisdem etiam altaribus factum esse videmus, cum Martyrum ossa sub altari, sive id mensa fuerit, sive ara vera, condebant. Augustinus aut quisquis sermonum de Sanctis auctor est, Serm. II. *Recte sub altari justorum animæ requiescunt, quia super altari Domini corpus offertur*. Hieronymus in Vigil. *Male ergo facit Romanus Pontifex, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem pulvisculum offert Domino sacrificia*. Nam etiam apud Gentes vel in sepulchris vel certe ad sepulchra extruebantur aræ, quod Hieronymus Magius in Miscellaneis satis ostendit. Docent id Virgilius lib. III.

> *Libabat Cineri Andromache, manesque vocabat,*
> *Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,*
> *Et geminas causam lacrymis sacraverat aras*.

Sic lib. V.

> *Amplexus placide tumulum, lapsusque per aras*.

Anchisis videlicet, ad cujus tumulum sacra fecit Æneas. Hoc tamen nihil impedit, quo minus in isto ritu dictis quibusdam sacris se obsequi putarent. Nam, quia altare est symbolum Christi, in eo hac ratione utcunque *vita Sanctorum abscondita* dici potuit; Coloss. III. 3. Sed magis respexerunt veteres ad Apoc. VI. 9. *Vidi sub altari animas eorum, qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter testimonium quod tuebantur. Clamabant autem voce magna, dicentes: Usque quo Domine, qui sanctus es & verax, non judicas & vindicas sanguinem nostrum de iis, qui sunt in terra?* Unde Augustinus aut alius Sermon. de Sanctis l. cit. *Videte quem locum martyres apud homines mereantur, qui apud Deum sub altari meruerunt*. Et infra. *Nec immerito illic justi vindictam sanguinis postulant, ubi etiam pro peccatoribus sanguis effunditur*. Cæterum, quia ad locum istum Apocalypseos delati sumus, cum luce impertiri

opor-

oportet : neque enim dubium mhi est, quin Johannes in eo ritus Altaris Hebraici spectarit. Supra monuimus, victimarum ad aram mactatarum sanguinem, qui ab aspersione in aram facta supererat, in fundamentum aræ occidentale & meridionale infusum fuisse, ut ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου *infra altare* deflueret. Id Apostolus heic examussim exscripsit. Nam fideles ὡς πρόβατα σφαγῆς juxta Altare jugulatos, eorumque animas, quibus in animantibus sanguis respondet, sub Altari collocatas esse memorat. Id quod multa luce perfundit Philo cum lib. περὶ φυγάδων de altaris sanctitate agens ait : Ἀμώμων ἱερέων λέγω δὲ ψυχῶν ἀσινῶν καὶ κεκαθαρμένων τὸ θυσιαστήριον ἀνάπλεών ἐστι. *Altare plenum est immaculatis victimis, animabus, inquam, purificatis & innocentibus*. Dic Lector, an quid Johannis menti convenientius dici potuit? Nimirum Sanctorum passiones sanguisque propter Sermonem Dei effusus sunt ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ, *reliquiæ passionum Christi* Colos. I. 24. & sanguinis, quem ipse ad nos redimendos effudit. Nihil quidem sanguis fidelium ad peccatorum expiationem facit, sicut & sanguinis reliquiæ, quas in ara Hebræorum basis hausit, nihil ad expiationem facit, sicut & sanguinis reliquiæ, quas in ara Hebræorum basis hausit, nihil ad expiationem typicam, quam totam absolverat aspersio : Sed tamen ut Christi sacrificio plenissima sua constet integritas, sanguinis sui effusionem non detrectare, sed ὑστερήματα Passionum Christi in carne sua ἀνταναπληροῦν *vicissim adimplere* tenentur sancti. Nam αἱματεκχυσία Christi non tantum non tollit, sed commendat & postulat, ut nos sanguinem nostrum in obsequio Dei lubentes tradamus. Uti etiam sanguis victimarum reliquus olim De jussu ad perfectum sacrificiorum complementum aræ infundendus fuit. Et quo pretiosum istum dilectorum suorum sanguinem condit Deus? ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου, *sub* Christo *altari* nostro. *Sub cujus oculis & præsidio tutæ agant ; hinc emphatice* ἐσφαγμέναι *sub altari, participes ita ejus sacrificii, quod in Ara crucis oblatum, & sanctificatæ, non tam sua, quam Christi oblatione ; uti altare est, quod sanctificat oblatum, & quodcunque illud attingebat*, Exodi XXIX. 37. Ita vim phraseos ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου, quia efficacioribus non licuit, explicui verbis, quæ mihi Vir maximus, D. FRIDERICUS SPANHEMIUS, hujus Acad. Professor Primarius, Sæculi nostri gloria, nostrarumque, quod grata mens fateri cogit, magnum Præsidium rerum suppeditavit.

CAPUT DUODECIMUM.

De ara superiore ex sententia Judæorum. Christus aræ Hebræorum similis est per omnia. Lapis est. Mater fuit virgo. Quadratus quomodo Christus fuerit? §. 1. *Deitas Christi altaris vicem præstitit erga humanitatem, quæ fuit holocaustum* §. 2. *Et sacrificium expiatorium. Ab hac sententia Judæi antiqui non fuere valde alieni* §. 3. *Fuit & sacrificium pacificum*. §. 4. *Jugulatio victimarum ad Christum refertur. Annuli & Columnæ ad Crucem referuntur. Jugulatio est actus sacrificialis. Et Christi mors* θυσία. §. 5. *Aspersionis sanguinis Mysterium exponitur. Cur aræ circumfusus? Cur cornibus illitus?* §. 6. *Crematio victimæ non ad repræsentationem Christi gloriosam, sed ad passiones referenda est*. §. 7. *Christus etiam nostrum altare est. Sanctificat sacrificia nostra, quæ varia sunt. Ad eum confugiendum est*. §. 8.

I.

TAndem Altaris Mysterium ex Vet. & Nov. Testam. Scripturis proferendum est. Frustra enim heic sit, alios auctores sollicitare, inque auxilium advocare. Nisi forte Hebræos veteres aliquatenus nobis viam præivisse velis, cum v.c. Men. f. 26. a. tradunt, אמר רב גידל אמר רב מזבח בנוי למעלה ומיכאל שר הגדול עומד ומקריב עליו קרבן *Rabb Giddele referente, dixit Rabb : Altare supra extat, ad quod Michael Princeps maximus stat, offerens in eo sacrificia*. Vix hæc concoquere possunt Judæi sequiores, nam ut habetur in Caphtor Upherek pag. 112. b. קשה איך שייך הקרבנות למעלה שאין חוטאים והקרבנות באות על העונות ואשמות בני אדם : *Difficile est, quomodo sacrificia cœlitibus conveniant, qui non peccant, sacrificia autem ob peccata & delicta hominum offeruntur*. Non male. Proclive enim est ex his concessis colligere, Michaelem, Angelum, qui est ἴσα Θεῷ & Dominus Exercituum, pro peccatis nostris sacrificium facere in ara vere ἐπουρανίῳ. Simili fere ratione Christum S. N. describit Johannes Apoc. VIII. 3. Ἄλλος ἄγγελος ἦλθε καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν. Quo notatur, Christum aræ suffitus instar, sanctificare & suffitu meriti sui imbuere preces Sanctorum, ut *oratio* eorum

coram Deo ut suffitus statuatur, Psalm. CXLI. 2. Vel hinc manifestum est Altaria Hebræorum Christum designasse, quod jam supra ostendi. Et sane tam secundum deitatem suam, quam secundum humanitatem, modo eminentissimo ea omnia adimplevit & adhuc adimplet, quæ ara holocaustorum, de qua sola hic nobis sermo est, adumbravit. Per Deitatem enim sacrificium Christi ipsius vi sacrificali, & pretio infinito auctum fuit, sicut etiam oblationes nostræ per naturam ejus utramque ut Mediatoris gratæ acceptæque fiunt Deo Patri nostro. Ut vero ordine recto procedat tractatio, Divinam nostram Aram spectabimus tum in se consideratam, tum in ordine ad sacrificia & quidem primo suum in cruce peractum, dein in ordine ad oblationes nnstras. Hebræorum Ara e lapide constitit integro & impolito. Lapidis & Petræ nomine Christus ubique venit 1. Cor. X. 4. Matth. XVI. 18. & XXI. 42. Altare a Jesaia V. 2. Judæos si audiamus, dicitur מגדל *turris*. Nam verborum Jesaiæ: *Et plantavit in vinea vitem generosam, & extruxit turrim in ea, nc etiam torcular excidit in ea*; ita explicant Succa fol. 49. a. ויטעהו שורק זה בית המקדש ויבן מגדל בתוכו זה מזבח וגם יקב חצב בו אלו השיתין: Cum Propheta ait: Et plantavit in ea vitem generosam, T*emplum* intelligit. Et extruxit turrim in ea, *Altare*: Et etiam excidit torcular, *cavitatem sub ara latentem*. Raschi caussam hanc reddit quia altare עשוי במין מגדל עז *extructum fuit, ut turris robusta*. Ipsa autem appellatio Servatori nostro competit, Prov. XVIII. 10. מגדל עז *Turris robusta est nomen Jehovæ, quo accurrens Justus in edito locatur*, tutus, non secus, ac in altari, qui homicidium inscius commisit. Christus porro lapis integer est, & *rupes*, *cujus opus est perfectum*, *Deus justus & rectus* Deut. XXII. 4. omnisque labis tam expers, quam altare esse oportebat, nam est ἄμωμος καὶ ἄσπιλος 1. Petr. I. 19. ὅσιος, ἄκακος, καὶ ἀμίαντος Hebr. VII. 26. Si enim vitio vel minimo turpatus fuisset, sacrificium ipsius frustra futurum, neque nobis expiandis idoneum fuisset. Hunc in finem *effossus ac excisus*, [h. e. generatus est, Esai. LI. 1.] מן הבתולה *e Virgine* muliere, quam vir nunquam cognoverat, ut lapides aræ e terra *Virgine*, ubi nemo foderat. Neque quicquam in nobis vel virium est, vel operæ, ad Altare istud divinum condendum, excitandumque. *Deus enim solus erexit cornu salutis nobis* Luc. I. 69. *Ecce ego sculpturus sum sculpturam* lapidis hujus dicit *Jehova*. Zach. III. 9. *Jehova eum formavit inde ab utero. Constituit eum in lucem gentium, ut sit salus ipsius*. Jes. XLIX. 5. 6. Et adeo quidem ut Integritati & Justitiæ, qua Christus nos salvos facit adjungere nihil prorsus potis simus. Psal. XVI. 2. *Bonum meum non pervenit ad te*. Imo uti aram ferro ut eo exornetur tangere nefas fuit, ita pro violatione sui & scelere habet, si hanc perfectionem ipsius operibus nostris augere & conjungere ad salutem promerendam tentemus, quia is nobis *est factus sapientia, justitia, sanctificatio & redemtio* 1. Cor. I. 30. & quid multa? *omnia in nobis est Christus* Coloss. III. 11. Quanquam ut Hebræorum Altare, ita & Christianorum nec speciem habere nec decus splendoremque iis videatur, qui illud ex externis metiuntur. Neque enim carnem e cœlo attulit, sed e muliere humili ac abjecta assumsit. *Impolita* ea fuit in Servi formam infirmitatibus, calamitatibus, ignominiaque circumdata, & tantum non obruta. Unde *ædificantes lapidem istum spreverunt, qui caput anguli evasit* Ps. CXVIII. 22. uti enim Ara vetus a Deo & a populo fideli maximi fiebat, & pro principe cultus organo habebatur; Ita & Christus *gloriosus semper fuit in oculis Jehovæ* Jes. XLIX. 6. imo unicus, in quo εὐδόκησε Matth. III. 17. Et fideles continuo & enixis oculis sollicitisque eum contuentur, nec unquam pectore suo labi patiuntur. *Nam ecce ille lapis est, quem pono coram Jehosua*, repræsentante Israelem & omnium temporum fideles omnes quoad mentem affectumque suum, *apponens lapidi unico septem oculos*; quod eodem modo multi interpretantur, *Zach.* III. 9. Nec sine caussa Judæi dicere amant, altare esse omnibus Templi reliqui partibus sanctius, venerabiliusque. Id ratione eximia verum deprehendimus in Jesu, Sancto Israelis, והיה למקדש *Et erit in Sanctuarium, & in lapidem allisionis*, &c. Jes. VIII. 14. Pater ipse, sanctificavit, & misit Joh. X. 36. Christi Deitas, quæ modo peculiari aram refert, πνεῦμα ἁγιωσύνης dicitur Rom. I. 4. Is est τὸ ἅγιον Luc. I. 35. & ὁ ἁγιάζων Heb. II. 11. Ara Hebræorum fuit τετράγωνος. Quod illustri Cupero notante Obs. l. 1. c. 11. de homine *robustum formaque decorum; & bonum veracemque* notat. Illud docet Svet. in Vespas. *Statura fuit quadrata compactis firmisque membris*. Damascius apud Svidam: σεμνὸς δὲ ἦν, καὶ εὐσχήμων τὰ πάντα καὶ τε-

τρά-

τράγωνος κὴ ἄνευ ψόγυ τετυγμένος. Vertit Vir laudatissimus : *Gravis autem erat & quoad omnia decenti corporis habitu & quadratus; & sine vituperatione compositus*. Hoc Simonides, χερσὶ κὴ ποσὶ νόωτε τετράγωνος, *Manibus pedibus, menteque quadratus*. Hæc omnia vero in Christum apprime convenire nemo est, qui nescit. Ara antiqua fundamento instructa fuit, quod in aris maxime postulabatur. De Christo id perpetuo inculcatur, esse fundamentum Ecclesiæ, lapidem angularem, & petram cui Ecclesia inædificatur & quæ sunt alia. Cumprimis huc pertinet Jesaiæ XXVIII. 16. ubi S. Vates ad aram alludere vero mihi simile est : *Ita ait Dominus Jehova : Ecce ego fundavi lapidem in Sione; lapidem probatum, angularem, pretiosum, fundationem fundatissimam; qui credit, non præfestinabit*. Esai. XXVIII. 16. Cornua altaris prisci designant potentiam, & majestatem in Christo, qui nos Deo reconciliavit. Nam cornu Regni symbolum est Dan. VII. 24. pro robore sumitur 1. Sam II. 1. & 10. & pro splendore Hab. III. 4. Christus etiam potens est hostes nostros profligare, quod per cornu sæpe notatur. Unde Christus ipse Cornu appellatur. Luc. I. 69. Psalm. LXXXII. 17. Quod Ara olim sub dio sita fuit & prope templum, docuit, Christum equidem in conspectu omnium hominum constitutum publice passiones mortemque subiturum esse, neque quenquam aditu ad eum exclusum iri, unde signum populorum dicitur Es. VII. 10. ita tamen, ut eo fruatur Ecclesia sola, domus Dei Viventis, & qui ad hanc pertinet. Deinde, Christum quæ agit patiturque, agere patique Deo vidente, h. e. providente, ordinante & approbante Act. II. 23. eum in finem, ut Ecclesiam, quæ Templum Dei est, expiet, nobisque in illam introeundi jus sacrificio suo acquirat.

II. Quandoquidem Altare majus victima esse debet, in Christo, qui & altare est & victima, Deitas illius vicem præstiterit oportet, nam humanitas victima fuit. Unde προσφορὰ τȣ̃ σώματος *oblatio corporis* Hebr. X. 10. dicitur. Sane Deitas altaris ritu humanam Christi naturam sanctificavit, Matth. XXIII. 19. h. e. vi expiatoria instruxit, & ad infinitum excellentissimum pretium evexit. Itaque uti sub V. T. animal non aliter veri nominis victima fieri potuit, quam in ara oblatum, ita neque Christi sacrificium ad redemtionem nostri a Deo Judice accipi potuisset, nisi per Deitatem ipsam oblatum & valore immenso instructum fuisset. Hebr. IX. 14. *Quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum se ipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit* &c. Habuit autem hoc Christi sacrificium Holocausti rationem, & Piacularis, & Pacifici, ut omnibus numeris absolutum ac consummatum esset. Holocaustum antiquissimum Sacrificiorum Genus, totum Deo in signum subjectionis & obedientiæ, ut Philo Περὶ ζώων τ̃ εἰς θυσίας, ait : Τὼ μὲν ȣ̃ν κατὰ θεὸν δὶ αὐτὸν μόνον γινομένω, προσήκεσαν ὁ νόμος ἀπένειμε θυσίαν τ̃ ὁλόκαυτον ὁλοκλήρω κὴ παντελȣ̃, μηδὲν ἐπιφερομένης τῆς θνητῆς φιλαυτίας ὁλόκληρον κὴ παντελη Vertit Interpres : *Primo illi generi Sacrificiorum, quod solum Dei honorem sibi proponit, lex apte holocautoma tribuit, quando victima integra igne absumitur, humana cupiditate nihil inde sibi usurpante*. Certum etiam est ea expiasse; nam ante Legem latam alia sacrificia, quæ expiarent non fuerunt, quoniam nec Sacrificia חטאות nec אשמות, sed sola holocausta & forte Pacifica obtinuisse videntur Gen. VIII. 10. & XXII. 13. Exodi X. 25. Hinc Jobus Liberos suos holocaustis lustravit Job. I. 5. Imo a Mose ipso fieri dicuntur לכפר *ad expiandum* eum, qui offert Levit. I. 4. Judæi id docent : עולה כפרת על עשה ועל לאו הנתק לעשה : *Holocaustum expiat* peccata commissa *adversus præcepta affirmativa & negativa, quæ affirmativis innexa sunt*, ut est Lex de non occidenda matre cum pullis, quam qui transgrediebatur, neque alteram de ea dimittenda observare poterat, Barten. in Erach. C. III. §. 5. Hinc videmus holocaustum perfectissimum fuisse sacrificiorum genus, & Messiæ oblationi exprimendæ valde idoneum. Quam causam esse arbitror, quamobrem Deus Sacrificium Juge holocausto peragi voluerit. Nam Christus verum est & consummatissimum holocaustum; totus enim & animam & corpus excruciatus ab iraque Dei ustus fuit, seque etiam eo modo Legi omni per omnia subjectum esse ostendit. Quo ipso nos piavit, reconciliavitque in perpetuum Deo. Sic cum holocausto Christum contulit Paulus Eph. V. 2. *Tradidit se ipsum pro nobis* προσφορὰν κὴ θυσίαν *Deo in odorem bonæ fragrantiæ*. Et clarius Hebr. X. 11. ubi Christum unam victimam offerentem componit cum Sacerdote, qui καθ' ἡμέραν ἕςηκε λειτȣργῶν, *quotidie stetit sacrafaciens*. Accedat quod Vir summus Samuel Bochartus habet Hieroz. l. III. c. 13. *Sed & holocausta, quæ hebraice* ὑψώσεις *dicebantur, quia sursum attolleban-*

bantur, *significabant fore*, *ut Christus pro peccatis sese offerens exaltaretur in Cruce*.

III. Jam & sacrificia piacularia, quæ *pro peccato* & *pro reatu* dicimus, peculiari ratione significarunt Christi oblationem. Nam facta est εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτιῶν Heb. XI. 26. & ὑπὲρ ἁμαρτιῶν Heb. X. 12. Imo Christus ipse ideo ἁμαρτία חטאת & אשם vocatur 2. Cor. V. ult. Jes. LIII. 10. Et phrases vim expiantem his sacrificiis tribuentes vel ipsæ, vel eis efficaciores de Sacrificio Christi adhibentur. V. C. Quod Levit. IV. 20. de illis dicitur : וכפר עליהם הכהן ונסלח להם : *Et expiabit eos Sacerdos & remittetur eis* : Paulus de Christo ita enunciat : *Qui cum per se ipsum peccatorum nostrorum* καθαρισμὸν *expiationem fecisset* Heb. I. 3. & II. 17. Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. *Ad expianda peccata populi*. Sic Eph. I. 7. *In quo habemus redemtionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum*. Magistri sacrificia expiantia explicant : כיון שהחוטא ראוי שיהיה דמו נשפך כדם הקרבן ושיהיה גופו נשרף כגוף הקרבן והקב״ה לוקח קרבנו ממנו תמורתו וכיפרו הנה חסד גמור אשר גמלהו הש׳ ברחמיו וברוב חסדיו לקח נפש הבהמה תחת נפשו ויתכפר בה : *Cum peccator ipse dignus sit cujus sanguis effundatur*, *ut victimæ*, *corpusque comburatur*, *ut victimæ* : *Deus b. d. autem victimam ab eo*, *ut rem vicariam &* λύτρον *ejus accipit*; *ingens benignitas est*, *qua Deus hominem prosequitur*. *Pro misericordia enim sua & ingenti bonitate animam victimæ pro anima illius admittit*; *ut per illam expietur*. Sic Bechai in Levit. I. Idem de Christo prædicat Scriptura. *Dolore afficitur ex defectionibus nostris -- -- Jehova facit*, *ut incurrat in eum pœna omnium nostrum*. Jes. LIII. 5. 6. *Filius hominis -- -- venit*, *ut animam suam* λύτρον ἀντὶ πολλῶν impendat. Viden' כופר in λύτρῳ & תמורה in ἀντί. Matth. XX. 28. Et : *Christus nos redemit ab execratione Legis factus pro nobis execratio*. En Christum ustum vice nostra ! Gal. III. 13. Porro Judæi in solenni ante Victimam oblatam deprecatione inter alia dicere solebant : זו כפרתי : *Hæc sit expiatio mea*. Qua formula etiam omnia mala, quæ sibi imminebant, in hostiæ capite devovebant: uti cum alicujus, quem salvum felicemque esse volebant, res adversas sibi imprecabantur, dicentes אנו כפרתך *Simus expiatio tua*. Christus pari modo כפרתנו *expiatio nostra* factus est. 1. Joh. II. 10. *Misit filium suum* ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν. Et haud scio annon in N. T. ἀπολύτρωσις idem sit quod כפרה, quemadmodum etiam כופר & λύτρον conveniunt : sic enim commodissime ἀπολύτρωσις absolute Coll. I. 14. & ἀπολύτρωσις τῶν παραβάσεων Heb. IX. 13. dici potest. Hinc Paulus Rom. III. 24. *Justificamur gratis*, *per gratiam ejus per* ἀπολύτρωσιν *factam in Christo Jesu*. Quid autem sit, כפרה ἀπολύτρωσιν alicui esse, docent Judæi; V. c. Barten. Sanh. II. 1. אנו כפרתך בנו תתכפר אתה ואנו תחתיך לכל הראוי לבא עליך : *Nos simus tibi expiatio* : h. e. Volumus, *ut tu per nos expieris*, liberque ab adversis sis, *atque ut in locum tuum substituamur ad ferenda mala omnia*, *quæ te manent*. Neque vero Judæi antiqui alieni fuerunt ab ista doctrina, Messiam victimæ instar peccata populi sui expiaturum esse : quod impræsentiarum modis firmabo. Unus est, quod Isaaco identidem expiationem tribuunt, sine dubio, quia in V. T. typus illustrior evidentiorque sacrificii Servatoris nostri non fuit, Isaaco a Patre suo immolando. Unde etiam Abrahamus *diem Christi vidit* Joh. VIII. 56. cumprimis in Isaaco, hujusque mactatione a Deo præcepta. Sic autem Judæi de Isaaco in Targum Hierosolymiano Genes. XXII. 15. ubi Abraham precatur, כדיהוין בנוי היצחק עללין לשעת אננקי תהוי מדכר להון עקידתיה דיצחק אבוהון ושרי ושביק לחוביהון ופרוק יתהון מכל אננקי דעתידי׳ דריא למיקם מ׳ בתריה למהוי אמרין בטור בית מקדשיה די״י קריב אברה׳ ית יצחק בריה וכו׳ : *Cum posteri Isaaci in tempus necessitatis incident*, *esto iis memor ligationis Isaaci patris eorum*, *atque ob eam remitte ac condona iis debita*, & *libera eos ab omnibus necessitatibus ætatum futurarum postea*, *ut dicant : In monte Domus Sanctæ Dei Abraham filium suum obtulit &c.* Sic etiam Jalkut in Gen. XXII. Abrahamum rogantem inducit : כבשתי רחמי לעשות רצונך יהי רצו׳ מלפניך בשעה שיהא בניו של יצחק באי׳ לידי עבירות תהיה זוכר להם העקידה הזאת ותמלא עליהם רחמים *Coercui* ςοργὼ *meam*, *ut jussui tuo morem gererem*; *Nunc placeat Tibi*, *eo tempore*, *quo Isaaco geniti peccatis se inquinabunt*, *hujus mei officii præstiti recordari*, *atque mosericordiam in ipsos amplam exercere*. Midrasch apud Raschi in l. c. עקידה זו למלוח לישראל בכל שנה ולהצילם מ׳ הפורענות כרי שיאמר היום בכל דורות הבאים בהר י״י יראה אפרו של יצחק צבור ועומד לכפרה : *Ligatio hæc facit ad impetrandam Israeli remissionem peccatorum singulis annis*, *atque ad liberandum eum e calamitatibus*, *ut die Cippurim in omnibus ætatibus venturis dicatur* : *In Monte Domini videtur pulvis Isaaci collectus*,

ac permanens ad expiationem. Accedat Baal Schilte Cap. VI. והוא יתברך בחסדו הגדול יזכור לנו עקידת יצחק וברחמו יכפר' עון : *Et Deus bd. pro benignitate sua maxima ligationem Isaaci nobis imputet, & pro misericordia sua iniquitates nostras expiet*. Imo affirmare ausim, Judæos in cunctis precibus suis ad hoc ligationis Isaaci meritum non secus provocare, quam nos ad obedientiam mortemque Servatoris nostri. Quæ antiquæ κατηχήσεως λείψανα sunt, utut perversa. Verum ad Messiam ipsum nos convertamus, atque an ei expiationem Rabbini veteres adscripserint, videamus. Sane locus est solis radiis scriptus in libro antiquo Pesikta allegatus in Jalkut Jes. LX. Unde multorum Mysteriorum dogmatumque vestigia, v. c. Consilii sponsionis, dignitatis Messiæ Divinæ, passionum a Judæis patiendarum, Redemtionis ad Patres V. V. T. sese extendentis, fidei in illum, adventus illius templo stante, &c. deprehendes.

אמרה כנסת ישראל לפני הקב״ה רבונו של עולם בשביל תורה שנתת לי שנקראת מקור חיים אני עתידה להתענג באורך מהו באורך נראה אור זה אורו של משיח שנ׳ וירא אלהים את האור כי טוב מלמד שצפה הקדוש ב״ה בדורו של משיח ובמעשיו קוד׳ שנברא העולם וגנזו למשיח ולדורו תחת כסא הכבוד שלו אמר שטן לפני הקב״ה רבונו של עולם אור שנגנז תחת כסא הכבוד שלך למי א״ל למי שהוא עתיד להחזירך ולהכלימך בבושת פנים א״ל רבונו של עולם הראהו לי א״ל בוא וראה אותו וכיון שראה אותו נזדעזע ונפל על פניו אמר בודאי זהו משיח שעתיד להפיל לי ולכל האומות בגיהנם שנ׳ בלע המות לנצח ומחה יי׳ אלהים דמעה מעל כל פנים באותה שעה התרגשו האומות אמרו לפניו רבונו של עולם מי הוא זה שאנו נופלים בידו מה שמו ומה טיבו א״ל הקב״ה אפרים משיח צדקי שמו ומגביה קומתו וקומת דורו ומאיר עיני ישראל ומושיע עמו ואין כל אומה ולשון יכולה לעמוד בו שנ׳ לא ישיא אויב בו ובן עולה לא יעננו וכל אויביו וצריו׳ מתבהלים ובורחים מלפניו שנ׳ וכתותי מפניו צריו ואף׳ נהרות פוסקים בים שנ׳ ושמתי׳ בים ידו ובנהרות ימינו התחיל הקב״ה מתנה עמו כשבראו א״ל הללו שגנוזים אצלך עונותיהם עתידים להכניסך בעול ברזל ועושים אותך כעגל הזה שכהו עיניו ומשנקים את רוחך בעול ובעונותיהם של אלו עתיד לשונך להדבק בחכך רצונך בכך אמר משיח לפני הקב״ה רבונו של עולם שמא אותו צער שנות רבים הם א״ל הקב״ה חייך וחיי ראשך שבוע גזרתי עליך אם נפשך עצבה אני טורדן מעכשו אמר לפניו רבונו של עולם בגילת לבי

Ecclesia Israelitica dixit coram Deo b.d. Mundi Arbiter, ob legem, quam mihi dedisti, fons vitæ appellatam futurum est, ut me Luce tua oblectem. Hæc lux autem videtur esse Lux Christi, q. d. e. Gen. I. 4. viditque Deus lucem illam esse bonam; *quo docemur, quod Deus b. d. ad Sæculum Christi, & opera ejus respexerit, antequam mundus crearetur, & quod lucem illam Christo & Sæculo ejus sub throno suo gloriæ condiderit. Satanas dixit coram Deo b. d. Mundi Arbiter, Lux quam sub throno tuo gloriæ condidisti, cujus est? Respondit: Illius qui te repressurus est, & pudore suffusum daturus. Regessit* Sanatas: *Ostende mihi eum. Respondit* Deus: *Veni & vide eum. Postquam autem eum* Satanas *vidit, contremuit ceciditque in faciem suam, dixitque: Revera hic est Christus, qui me & nationes omnes in gehennam conjecturus est; q. d. e.* Jesaiæ XXV. 8. Absorbebit ipsam mortem in Victoriam, & asterget Dominus Deus lacrymas ab omnibus faciebus. *Ea hora nationes commotæ, dixerunt coram Deo b. d. Quis ille est, cujus manu cademus, quod est nomen ejus & quæ conditio? Respondit Deus b. d. Ephraim Christus Justitia mea vocatur, atque ille staturam suam & staturam Sæcul. sui exaltabit, oculosque Israelis illuminabit, & populum suum salvabit, neque natio ulla aut lingua ei resistere poterit, q. d. c.* Ps. XIC. 3. Non aget exactorem inimicus contra eum, & deditus iniquitati non affliget eum. *Et omnes inimici ejus & hostes consternabuntur fugientque coram eo, q. s. e. ib. v.* 24. Sed contundam a facie ejus hostes ejus. *Etiam fluvii a fluxu suo cessabunt, sicut mare*, q. d. e. ib. v. 26. Nam imponam mari manum ejus & fluminibus dextram ejus. Porro *Deus b. d. pactum cum Christo iniit, cum faceret eum, dicens: Istorum, qui apud te reconditi sunt, peccata te in Jugum ferreum inductura sunt, & redactura in statum similem ei, in quo est vitulus, cujus oculi caligant; at-*

ובשמחת לבי אני שקבל עלי על מנת שלא יאבד אחד מישראל ולא חיים בלבר יושעו בימי אלא אף אותם שגנוזים בעפר ולא מתים בלבר יושעו בימי אלא אף אותם מתים שמתו מימות אדם הראשון עד עכשיו ולא אלו בלבד אלא אף נפלים יושעו בימי ולא נפלים כלבד אלא אף למי שעלתה על דעתך להבראות ולא נבראו בכך אני רוצה בכך אנו מקבל אמרו שבוע שבן דוד בא בו מביאין קורות של ברזל ונותנים לו על צוארו עד שנכפף קומתו והוא צועק ובוכה ועולה קולו למרום אמר לפניו רבונו של עולם כמה יהא כחי כמה יהיה רוחי וכמה יהא נשמתי וכמה יהא איברי לא בשר ודם אני על אותה שעה היה דוד בוכה ואומר יבש כחרש כחי באותה שעה אמר לו הקבה אפרים משיח צדקי כבר קבלת עליך מששת ימי בראשית עכשיו יהא צער שלך כצער שלי שמיום שעלה נבוכדנאצר הרשע והחריב את ביתי ושרף את היכלי והגליתי את בני לבין אומו העולם חייך וחיי ראשך לא נבנסתי לכסא שלי ואם אין אתה מאמין ראה חטל שעל ראשי שנ׳ שראשי נמלא טל באותה שעה אמר לפניו רבונו של עולם עכשיו יתישבה דעתי עלי כי דיו לעבד שיהיה כרבו:

שנו רבותינו בשעה שמלך המשיח בא ועומד על גג בי׳ מקד׳ והוא משמיע להם לישראל אומר ענוים הגיע זמן גאולתכם ואם אתם מאמינים ראו באורי שזורח עליכם שנ׳ קומי אורי כי בא אורך וכבוד

que jugo isto spiritum tuum suffocabunt; imo propter peccata illorum futurum est, ut lingua tua adhæreat palato tuo. An tu in conditione hac acquiescis? Respondit Christus b. d. Mundi Arbiter, forte calamitas ista multos annos durabit. Respondit Deus b. d. Per vitam tuam & per vitam capitis tui hebdomadam unam *in decreto meo tibi fixi, quod si vero animus tuus ideo dolet, confestim exterminabo eos. Respondit vero* Christus : *Mundi Arbiter, Cum gaudio cordis mei, magnaque lætitia,* quæ poscis, *in me suscipio, ea conditione, utnon unus ex Israele pereat; neque viventes solum salventur in diebus meis, sed & qui in pulvere conditi sunt; neque mortui solum serventur in diebus meis, sed & omnes illi, qui a diebus Adami primi & deinceps mortui sunt; neque isti tantum, sed & fœtus abortivi in diebus meis salventur; neque fœtus abortivi solum, sed & illi, quos creare decrevisti, nondumque decrevisti, nondumque existunt: Sic tibi astipulor, hac conditione stipulationem tuam accepto. Dixerunt* Rabbini : *In illa hebdomade, in qua filius Davidis venit, trabes ferreas afferent, quas collo ipsius imponent, donec statura ejus incurvetur; Atque ille clamabit lacrymabiturque, ita ut vox ejus in cœlum ascendat. Dicetque* Christus *Deo :* M. A. *qualis erit vis mea, qualis spiritus meus, qualis anima mea, & qualia membra mea, annon ego caro & sanguis sum? (Atque propter istam horam David ploravit dixitque :* Exaruit veluti testa vis me.) *Respondebit autem Deus b. d. Christo : Ephraim Christe Justitia mea, tu hoc jam a mundi creatione in te suscepisti; Ex hoc tempore afflictio tua similis erit dolori meo, nam ex quo Nebucadnezar impius ascendit, domumque meam vastavit, & templum meum excussit, atque ego filios meos in Captivitatem inter gentes abduxi, per vitam tuam, & per vitam capitis tui, in solium meum non sum ingressus, quodsi id credere non vis, aspice rorem, qui est in capite meo; q. d. e.* Nam caput meum rore plenum est. *In ea hora dicet ei* Christus : M. A. *Deinceps acquiescit animus meus, quia sufficit servo, ut sit sicut dominus suus.*

Et post pauca.

Tradidere Magistri nostri : Eo tempore, quo Rex Christus veniet, supra tectum templi stabit, & Israelem inclamabit, dicendo : Mansueti, advenit tempus redemptionis vestræ, & quodsi credatis, contemplamini lucem meam, quæ super vos exoritur; q. d. e. Jesaia LX. 1. Surge, luce, quandoquidem advenit lux

יי׳ עליך זרח ועליכם בלבד זרח שנ׳ כי
הנה החשך יכסה ארץ באותה שעה
מבהיק הקב״ה אורו של המשיח ושל
ישראל והולכי׳ כלם לאורו של מלך
המשיח ושל ישראל שנ׳ והלכו גוי׳ לאורך
ומלכי׳ לנוגה זרחך ובאים ומלחכים עפר
מתחת רגליו של מלך המשיח שנ׳ ועפר
רגליך ילחכו ובאים כלם ונופלים על
פניהם לפני המשיח ולפני ישראל ואומרים
נהיה לך ולישראל לעבדים וכל אחד
מישראל אלפים ות״ת עבדים יהיו לו שנ׳
בימים ההם אשר יחזיקו עשרה אנשים
מכל לשונות הגוים והחזיקו בכנף איש
יהודי לאמור נלכה עמכ׳ כי שמענו אלהים
עמכם שנו רבותינו עתידין אבות העולם
לעמוד בניסן ואומרי׳ לו אפרים משיח
צדקנו אף על פי שאנו אבותיך אתה טוב
ממנו שסבלת עונות בנינו ועברו עליך
ומדות קשות ורעות מה שלא עברו
על הראשונים ועל האחרונים והיית
שחוק ולעג באומותת בשביל ישראל
וישבת בחשך ואפלה ועיניך לא ראו אור
וצפד עורך על עצמך וגופך היה יבש
כעץ ועיניך חשכו מצום וכחך יבש כחרש
וכל אלו ספני עונות בנינו רצונך יהנו
בנינו מטובה זו שהשפיע הקב״ה לישראל
שמא בשביל צער שציערת עליה׳ ביותר
וחבשוך בבית האסורי׳ אין דעתך נוחה
מהם אמר להם אבות העולם כל מה
שעשיתי לא עשיתי אלא בשבילכם ובשביל
בניכם שיהנו מטובה זו שהשפיע הקב״ה
לישראל אומרי׳ לו אבות העולם אפרי׳
משיח צדקנו תנוח דעתך שהתנחת דעת
קונך ודעתנו אמר רבי שמעון בן פזי
באותה שעה מגביה הק׳ ב״ה עד שמי
שמים ופורש עליו מזיו כבודו מפני אומות
העולם מפני פרסיי הרשעים אומרים

tua, & gloria Jehovæ super te orta est; *Et super vos solos orta est, nam* ib. v. 2. *subjicitur*. Nam ecce tenebræ operiunt terram. *Tum promicare faciet Deus b. d. lucem Christi & Israelis, & omnes in luce Christi & Israelis ambulabunt*; q. d. e. ib. v. 3. Ut accedant gentes ad lucem tuam, & reges ad splendorem exortum tibi. *Et lingent pulverem subter pedes Regis Christi* q. d. e. Jesaiæ IX. 23. pulveremque pedum tuorum lingent. *Et venient omnes & procident in faciem suam coram Rege Christo & coram Israele, dicentes: Erimus Tibi & Israeli in servos, atque quilibet Israelita habebit MMDCCC. servos*; q. d. e. Zach. VIII. 23. Erit diebus illis, cum prehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, prehendent inquam alam viri Judæi; dicendo, ituri sumus vobiscum, quia audimus Deum esse vobiscum. *Tr. Magno. Futurum est, ut patres mundi*, h. e. tres Patriarchæ, *in mense Nisan consistant, Christoque dicant: Ephraim Christe Justitia nostra, quanquam nos patres tui simus, tu tamen nobis præstantior es, quoniam peccata filiorum nostrorum portasti, atque super te afflictiones malæ gravesque transierunt, & tales quidem, quales neque priores neque posteriores sustinuerunt, ac risus ludibriumque gentibus eropter Israelem fuisti, sedistique in tenebris & caligine, neque oculis tuis lucem vidisti; & contracta est cutis tua super te, corpus tuum exaruit ligni instar, oculi tui caligarunt præ inedia, visque tua exaruit sicut testa; atque hæc omnia propter peccata filiorum nostrorum tulisti, fac, obsecramus, benigne, ut filii nostri percipiant bona, quæ Deus* b. d. *Israeli abundanter largitus est; timemus enim, ne ob dolores, quibus vehementissimis illorum causa obnoxius fuisti, & quod in carcerem te* conjecerunt, *ligaruntque, animus tuus in eos minus sit propensus. Respondet Christus: Patres mundi, omnia quæ feci, non feci nisi propter vos, & propter filios vestros, ut fruerentur bonis, quæ Deus b. d. abundanter Israeli largitus est. Regesserunt ei Patres Mundi: Ephraim Christe Justitia nostra, acquiescat nunc animus tuus, nam mentem possessoris tui, & mentem nostram acquiescere fecisti.* R. Simeon b. p. dixit: *Illo tempore Deus b. d. Messiam in cœlum cœlorum exaltabit, & super eum splendorem gloriæ suæ ob nattones Mundi expandet, & ob Persas. Dicetur autem Christo: Ephraim Christe Justitia nostra, judicem te in istos præsta, & fac illis, quæ animo tuo videbun-*

לו אפרי׳ משיח צדקנו הוי דיין על אלו
ועשה בהם מה שנפשך חפצה שאלמלא
רחמי׳ שנברו עליך ביותר כבר אבדוך מן
מעולם כרגע אחד וגו׳ שנ׳ הבן יקיר לי
אפרי׳ וגו׳ למה רחם ארחמנו שני
פעמים אלא רחם בשעה שהיה חבוש
בבית האסורים שבכל יום ויום היו מחרקי׳
שיניהם ומרמזי׳ בעיניהם ומנענעים
בראשיהם ומפטירים בשפותיתם שנ׳
כל רואי ילעינו לי יפטירו בשפה יניעו
ראש וכל המומור ארחמנו בשעה שהוא
יוצא מבית האסורי׳ שלא מלכות אחת
ושתי מלכיות באים עליו אלא מאה
וארבעים מלכיות מקיפין אותו ואומר לו
הקב״ה אפרי׳ משיח צדקי אל תירא מהם
כי כל אלה ברוח שפתיך ימותו שנ׳ ברוח
שפתיו ימות רשע מיד הקב״ה עושה
לו למשיח שבע חופות של אבנים טובות
ומרגליות ואזמרגדי׳ וכל חופה וחופ׳
נמשכין מתוכה ארבע נהרות של יין וחלב
ודבש ואפרסמון טהור ומחבקו הקב״ה בפני
הצדיקי׳ דמכניסו לחופה ורואין אותו כל
הצדיקי:

buntur, nam si te divinus *amor tam valide non tueretur, exterminassent te e mundo unico momento*, q. d. e. Jerem. XXXI. 20. An filius charus mihi est Ephraim? an natus summæ oblectationis, &c. miserendo miserebor. *Cur bis miserationis mentio fit? Nimirum quod dicitur* miserendo, *pertinet ad tempus*, quo Christus *in carcere vinctus fuit, quia omnibus illis diebus frendebant dentibus, innuebant oculis, & mussitabant labiis suis*, q. d. e. Psalm. XII. 8. Omnes videntes me subsannant me, diducunt labium, movent caput. *Et sic totus Psalmus* de Christo capiendus est. *Quod vero dicitur* miserebor, *pertinet ad tempus, quo Christus e carcere exiit, tum enim non unum regnum aut duo eum oppugnarunt*, sed *regna CXL. eum circumsederunt. Tum dixit Deus b. d. Christo: Ephraim Christe Justitia mea : ne tibi ab istis timeas, nam omnes isti* hostes tui *spiritu labiorum tuorum morientur*, q. d. e. Esai. XI. 4. Et per spiritum labiorum ejus peribit impius. *Confestim Deus* b. d. *faciet Christo septem thalamos e gemmis, margaritis, & smaragdis, atque ex uno quoque thalamo fluent* IV. *fluvii, vini, lactis, mellis, & balsami puri, atque amplexabitur Deus* b. d. *Christum coram Justis, inducetque in thalamum, omnibus eum justis videntibus*.

IV. Tandem Christi Sacrificium etiam ex שלמים *pacificis, aut salutaribus* fuit. Nam Philo de animalibus idoneis sacrificio ait, κατὰ τὴν μετουσίαν τῶν ἀγαθῶν ὀρέξας θυσίαν, ἣν ὠνόμασε σωτήριον. Sacrificium unum *definivit, quo quærantur bona, appellavitque salutare*. Mirum quam hæc Christi sacrificio conveniant, quod unum nobis τὴν μετουσίαν ἀγαθῶν, *communionem bonorum* omnium, quæ animas nostras beatas reddunt, impetravit. Rom. VIII. 32. *Qui filio proprio non pepercit, sed eum pro nobis omnibus tradidit, qui non etiam eum eo omnia nobis gratificabitur?* Magistros, si de שלמים consulamus, Christo valde convenienter ἐτυμολογοῦσι. Jalkut in Levit. III. 1. א״ר יהודה המביא שלמים מביא שלום לעולם *R. Jebuda dixit : qui sacrificia offert pacifica, pacem in mundum inducit*. Sane Christi sacrificium aptius describere non possis. Eo enim pacem nobis cum Deo conciliavit, Gentesque cum Israele, ut unam Ecclesiam constituerent, uniit. Eph. II. 14. 14. 15. 16. *Nunc in Christo Jesu -- -- -- propinqui facti estis, per sanguinem Christi. Ipse enim pax nostra est, qui utraque fecit unum -- -- -- Inimicitiis, lege mandatorum, in tribus per carnem suam abolitis -- -- -- faciens pacem. Et utrosque in uno corpore reconciliaret Deo per crucem, peremtis inimicitiis per eam*. Est & alia τῶν שלמים ratio, Jalkut l. c. שלמים שדכל משולמים בהם הדם והאמירים למזבח חזה ושוק לכהנים העור והבשר לבעלים: *Pacifica appellantur, quia per ea omnibus amica concordia est*, quoniam inde aliquid percipiant, *Altare quidem sanguinem, & prosegmina, Sacerdotes pectus & armum, possessores vero cutim & carnes*. Etiam nobis est cum sacrificio Christi communio, & per illud cum altari. Accepit equidem Deus sanguinem meritumque Servatoris. At nos *Carnem Christi comedimus*, cum in eum credimus, quo fit ut unum cum Christo fiamus, *ipseque in nobis maneat & nos in ipso*. Joh. VI. 56. Huc quoque pertinet, quod in plerisque sacrificiis piacularibus caro Sacerdotibus cederet, nam & nos *Sacerdotes* sumus Apoc. I. 6. quorum dignitas præcipue in eo consistit, quod carne sacrificali, qua peccata nostra obliterata sunt, vescendi fruendique jus habemus.

V. Sacrificiorum generibus ad Christum relatis, nunc actus sacrificales ad eun-

eundem applicare oportet. Fuere autem qui ad Aram pertinerent tres: Jugulatio, Sanguinis aſperſio, & Crematio. Occidebantur Victimæ juxta altare annulis ferreis caput innexæ. Annulos haud inepte crucis, de qua Servator pependit, imaginem dixeris. Illi enim hoſtiis, hæc Chriſto locus inſtrumentumque mortis fuerunt, neque tamen aræ Sanctificantis vicem præſtiterunt. Perpende rem diligentius, multam crucem inter & annulos comperies convenientiam. Uti non annuli, ſic nec crux ſola mortem non acceleraſſent. Annulis cum victima alligabatur, pedes omnes violenter continebantur; Sic cruci manus pedeſque affigebantur. Annulis innexa hoſtia expanſa jacebat. Quod etiam in Chriſto pendente obtinuit. Alia taceo. Unam deſiderare poſſis crucis formam! Sed eam compenſarint columnis marmoreis impoſitæ trabes, uncis ferreis inſtructæ annuliſque quam proxime aſſitæ, de quibus hoſtiæ excoriandæ ſuſpendebantur. Hic enim crucis imaginem habes evidentem. Attende, ſis, Lector ad lignum tranſverſum, cui hoſtiæ manus clavis affigebantur pectore nudo & patente, atque & hic Chriſti Crucem deprehendes, poſt Viros Eruditos alios, in quorum omnium loco laudandus nobis eſt Vir Celeberrimus Campegius Vitringa, qui hanc inter Columnas iſtas & Chriſti Crucem congruentiam luculenter perſecutus eſt. Obſerv. Sacr. l. 2. 13. Neque ſine numine factum eſſe credo, quod, uti unanimi voce Hebræi docent, השחיטה כשרה בזר: *Mactatio etiam a peregrino, non-ſacerdote, peragi potuit.* Sic enim & Chriſtus ab impiis, qui latrones, non Sacerdotes fuere, occiſus eſt. Nihilominus tamen mactatio actus vere ſacrificalis fuit, in quo vel æque vel magis ſacrificii ratio ſita fuit, atque in ſanguinis aſperſione. Quod perperam negant Sociniſtæ. Crellius de ſatisfactione Cap. X. §. 14. *Potiſſima expiandi vis, quam illa ſacrificia ex Dei voluntate habebant, non in mactatione pecudis, ſed in illatione ſanguinis in Sancta & aſperſione coram Deo conſiſtebat. Mors autem Chriſti cum mactatione victimæ conferenda eſt, quæ non fuit ipſa revera oblatio, ſed ejus initium, & neceſſarius ad eum aditus.* Pulchre in rem ſuam. Videamus autem an vere, & quidem primo de typo, dein de Chriſto. Jugulatio victimæ, utut in ara perfici non ſoleret, ab ea tamen ſanctificabatur, quia in ipſa fieri cenſebatur, quod ſupra ex Exod. XX. 24. docui. Et quæ, obſecro, ſacrificiorum cauſa eſt? Sive ſpiritum S. ſive Judæos ſive Ethnicos Judices habeamus, pronunciabunt omnes, pro vita hominis rei ſubſtitui vitam animantis. Sanguis pro anima habetur, atque hunc, inquit Deus Levit. XVII. 11. *deſtinavi pro vobis in altari, ad expiationem faciendam pro animis veſtris.* Sic Abarbanel in Levit. I. ראוי שישפך דם המקריב וישרף גופו על חטאתו לולי חסד השם שלקח ממנו בתמורה וכופר הקרבן ההוא שהיה דמו תחת דמו נפשו תחת נפשו: *Conveniens erat, ut hominis offerentis ſanguis funderetur, corpuſque cremaretur ob peccatum, abſque benignitate Dei fuiſſet, quæ ab eo in commutationem & λύτρον victimam accepit; ut hujus ſanguis loco ſanguinis illius, hujuſque anima loco animæ illius eſſet.* Sic etiam profani: Porphyrius de Abſtin. l. IV. §. 15. ὑπὸ τινὸς καιροῦ πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθολογοῦνται ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους, *Tempore aliquo anima exigente primum victimam mactatam fuiſſe referunt.* Hæc cœlo, dum ſudum eſt, clarius faciunt, in ſacrificio primum præcipuumque eſſe hoſtiæ jugulationem; homo enim, cujus vicem ea ſubit, mortem commeruit. Accedit, quod Deus Sacrificium inſtiterit piaculare, quod neque aſperſione, neque combuſtione, ſed ſola mactatione abſolvebatur. Quapropter mortem victimæ peccatum expiare neceſſum eſt. Eſt id vitulæ decollatæ ob cædem auctore incognito patratam Deut. XXI. ubi Sacerdotes precari jubentur v. 8. *Expia populum tuum Iſraelem, quem redemiſti Jehova, & ne impone reatum ſanguinis innoxii in medio populi tui Iſraelis. Sic,* addit Moſes, נכפר *expiabitur illis reatus ſanguinis.* Chriſti autem mortem ſacrificii ipſius partem præcipuam, eaque propter oblationem fuiſſe S. Literæ frequenter inculcant. Quo pertinent omnia illa dicta, quæ τὴν ἀπολύτρωσιν, τὸν ἁγιασμὸν, τὸν καθαρισμὸν, τὴν ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας morti adſcribunt, atque prius peracta eſſe indicant, quam Chriſtus lucidas cœli ſedes inierit Hebr. I. 3. & IX. 26. 1. Pet. I. 18. 19. Eph. 1. 7. Apoc. V. 9. 12. & alibi. Cumprimis Socini fraudes tollit Paulus Eph. V. 2. *Tradidit ſe ipſum pro nobis* προσφορὰν καὶ θυσίαν *Deo.* Ubi merito utrumque nomen conjungit, ut tum oblationem Chriſtum fuiſſe doceat, cum factus eſt θυσία, quæ omnibus Græcorum Latinorumque libris teſtibus tum fit, cum hoſtia morti datur. Pariter Socinum enecat, quod cum Hebr. IX. 12. Chriſtum Sanctuarium cœleſte ingreſſum eſſe oſtendit, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑρόμενον *poſtquam*

redem-

redemtionem æternam reperiſſet, eopſe in paſſionibus eam quærendam eſſe innuit. Et clarius Ib. v. 67. 27. 28. id evincit; nam Chriſtus, inquit, διὰ τῆς θυσίας αὐτῦ πεφανέρωται; ſive in mundo, ſive coram Deo manifeſtatus ſit, θυσία ſemper manifeſtationem præceſſit. Quando autem Chriſtus θυσία factus ſit, evidenter docet, cum ſubjicit: *ſicut ſtatutum eſt hominibus, ut ſemel moriantur* – – – *ita & Chriſtus ſemel oblatus eſt, ut multorum peccata tolleret*. Nimirum vel cæcus eſt, vel a Socino faſcinatus, qui non pervidet, Chriſtum in morte ſua oblatum eſſe, heic affirmari. Addo quod Hebr. X. 5. — 12. Chriſtus *in mundum veniſſe* dicitur, ut *voluntatem Dei faceret*. v. 7. h. e. *corpus ſibi aptatum offerret Deo*. v. 10. Quomodo? Per mortem! Nam θυσίαν eſt. v. 12. & *ſemel* facta v. 10. Quod de repræſentatione, quæ in Cœlis ſemper fit, accipi nequit.

VI. Jugulationem excipit ſanguinis aſperſio olim in Sacrificiis *pro peccato* comburendis ad Cornua auræ auratæ, in comedendis in Cornubus aræ holocauſti, in reliquis ad hujus aræ angulos parieteſque circumquaque facta. Miſſa ara aurata, in cauſam, quamobrem ſanguis aræ exteriori aſperſus fuerit, inquirere lubet. Ritui iſti expiationem Judæi præcipue adſcribunt, haud tamen morte victimæ excluſa, quippe ſanguinem eum expiare ſtatuunt, ut ſupra adnotavimus, qui in morte fuit effuſus. Nimirum Sanguine aram imbuere nihil aliud fuit, quam Deo cæremonia ſolenni dare & dedicare hoſtiæ animam vitamve, cujus vehiculum eſt ſanguis, ut ita omnibus palam fieret, Deum victimam in hominis expiationem accipere, gratamque habere. Ego *dedi vobis Sanguinem in altari ad expiationem faciendam* Levit. XVII. 11. Sic Deus Chriſti ſanguinem pro nobis ἀντίλυτρον ad remiſſionem peccatorum placidus, ſed non ante admiſit, quam Redemtoris Deitati aſperſus, h. e. cum ea conjunctus & ad immenſam illam, quam habere debuit, dignitatem evectus fuit. Nunc patet, merito ſanguinis in ara aſperſioni expiationem tribui, quia Chriſtus fruſtra cæſus, uſtus, & mortuus eſſet, niſi ſanguinem ejus Ara Deitatis Deo judici exhibuiſſet, & ſua ſanctitate pretioque inſtruxiſſet. Porro quod ſanguis סביב *circumquaque* aræ affundendus fuit, docuit, Deo omni ex parte ſatis factum in modo conſummatiſſimo. Nihil in Deo eſt, quod ille non penitus placaverit, ſalutique noſtræ propitium reddiderit; Nam Deitas Chriſti ſanguinem modo non tenui & ſuperficiario, quod *circumquaque*, h. e. efficaciſſime & pleniſſime ſanctificavit, ut ſanguis Filii Dei, Deique ipſius evaderet. Adde quod per circumfuſionem iſtam ſanguinis notari potuerit fore, ut ſanguis Chriſti ibi, ubi Deitas Chriſti eſt, h. e. ad quatuor mundi plagas per ejus potentiam diffundatur, & fidelium conſcientiis ad æternam illorum beatitudinem aſpergatur: Quod Chriſti beneficium, ſi tranquillitatem inde in fideli orientem ſpectemus, præcipuum eſt, nam tum demum expiatio ratione noſtri in effectum deducitur. Tandem in eo, quod ſanguis in ſacrificiis expiatoriis Cornibus illinebatur, magnum eſt myſterium. Nam eo ritu noſcimus, in Chriſto, qui peccata noſtra piavit, juncta eſſe meritum, & potentiam ſervandi; illud enim ſanguine, hæc cornibus notabatur. Conſtat ita, eum vitam, ad quam illo nobis jus peperit, hac reapſe conferre, ut nobis nihil ſupereret agendum, quam obſequioſa fide ad tantum Servatorem confugere, bonitatem amplecti, potentiamque revereri. Hoc pacto Chriſtus meruit appellari קרן ישע, κέρας σωτηρίας, *cornu ſalutis* Pſalm. XVIII. 3. Luc. l. 69. Nam, inquit, Joh. X. 15. *Vitam meam pono pro ovibus*. Viden' meritum? & v. 18. *Et ego vitam æternam do illis, neque peribunt in æternum, neque rapiet eas aliquis e manu mea*. Viden' potentiam.

VII. Ex his manifeſtum eſt, turpiter peccare, qui ritus hujus ſanguinem aſpergendi complementum in Chriſto jam glorificato conſtituunt, quo in loco etiam eos habeo, qui Cremationem, de qua nunc agendum eſt, ad repræſentationem Chriſti in Cœlo factam reſtringunt. Hæc ſi ita ſe habeant εὐαγγέλια θύειν Socini ſoboles debet, nam manibus pedibuſque id facit, ut nobis hæc perſuadeat. Sed ἄπαγε fraudes! Combuſtionem, ut de aſperſione, quæ illa prior eſt, nihil dicam, Chriſtum in terra patientem reſpicere, extra controverſiam conſtituit Apoſtolus Heb. XIII. 11. 12. cum Victimarum piacularium extra Caſtra cremationem, cui per omnia aliarum victimarum in ara adolitio convenit, ad Chriſtum extra Urbem cruci affixum refert. Huc etiam pertinet, quod adolitionem iſtam ut vere ſacrificalem, quæ ad eſſentiam oblationis, non ſecus ac aſperſio mactatioque facit, exhibet Moſes, dum eam in omnibus ſacrificiorum generibus ריח ניחוח *odorem gratum* Deo peragi jubet Levit. I. 3. & III. 5. &

IV.

IV. 31. Sic Paulus Chriſtum, *ſe Deo* εἰς ὀσμὴν εὐωδίας obtuliſſe vult, cum in morte θυσία καὶ προσφορὰ fieret Epheſ. V. 2. Accedit quod Magiſtri, ut ſupra in Bechai & Abarbanele vidimus, etiam in combuſtione ſubrogationem agnoſcant pœneque rationem: manifeſto argumento, quod etiam in Chriſto ad paſſiones pertineat, non ad gloriam. Ramban in Lev. I. ראוי לו שישפך דמו שישרף גופו לולי חסד הבורא שלקח ממנו תמורה וכפר הקרבן הזה: *Dignus eſſet homo, cujus ſanguis funderetur corpuſque exureretur, niſi benigniſſimus Creator ab eo pro re vicaria & λύτρῳ victimam accepiſſet.* Significavit vero cæremonia iſta, Meſſiam ab Ira Dei acerrime uſtum iri. Ea enim eſt Ignis, *quo homo conſumitur, & æſtus, quo conturbatur.* Pſ. XC. 7. *imo ignis accenſus eſt ira Dei, qui ardet uſque ad imum ſepulcrum.* Deut. XXII. 23. Non quidem poſt mortem ſed vivus tum in cruce tum ante tulit Iram Dei, ut holocauſtum totus in corpore animaque Pſ. LXIX. 10. Sed & ſacrificiorum piacularium & Pacificorum inſtar cor h. e. anima intolerabilibus flammis excurciata eſt. Unde illud ἀδημονεῖν & ἐκθαμβεῖσθαι. Pſal. XXII. 15. *Eſt cor meum ſimile ceræ, liquefit in viſceribus meis.*

VIII. Nunc ad Chriſtum, qua altare noſtrum exhibendum progredimur. De altari ſuo habent Judæi in Peſikta מזבח מזיז עונות ומחבב את ישראל לאביהם שבשמי׳: *Altare amovet peccata, & acceptum reddit Iſraelem Deo.* Quod egregie in Chriſtum quadrat. Sic in Sohar fol. 16. ואיהי כבניז אוצר רחבה מלמט׳ וקצרה מלמעלה חה״ד ויבן יי׳ אלקים את הצל׳ אשר לקח מן האדם לאשה: *Altare ut gazophylacium infra latum eſt, & ſupra anguſtum, Q. D. E.* Gen. II. 32. Coſtam autem illam, quam deſumſerat Jehova Deus ex Adamo extruxit in mulierem. Hæc ideo adduco, quia in iis Judæi altare ſuperius theſaurorum reconditorium vocant. Quod iterum in Chriſto vel maxime obtinet. Alia taceo. Porro Is eſt, qui opera noſtra ſanctificat, facitque ut Deo εὐαρεστεῖν queamus, cum ſpiritu ſuo in nobis ea producit, lege format, & obedientia ſua meritoque perficit. Hinc *quicquid egerimus ſermone aut facto, in nomine Domini Jeſu* agendum eſt. Coll. III. 17. Nauſeæ ſunt Deo, etiam bona, quæ non ex fide in Altare noſtrum ei exhibentur. *Fides* enim *ſanctificat* nos Act. XV. 6. Olim Pacifica נדר ונדבה *votiva & voluntaria* obtulerunt, Lev. VII. 6. al. 16. quæ Abarbanel in Lev. חלפה על העתיד *preces pro* bonis *futuris* appellat. Talia nobis δεήσεις καὶ προσευχαὶ 1. Tim. II. 1. quas per Chriſtum Deo dicamus: *Quæcunque petieritis a Patre meo in nomine meo dabit vobis,* Joh. XIV. 23. Fuit & aliud genus pacificorum, על תודה *pro gratiarum actione,* Levit. VII. 2. al. 12. Abarbaneli הודאה על עבר *laus pro bonis acceptis.* Eſt & nobis תודה εὐχαριστία, quam Deo per Chriſtum dicimus, *Per ipſum igitur aſſidue offeramus Deo Sacrificium laudis,* Hebr. XIII. 15. Huc pertinet, quod Deo in victimam ipſi ſacrari dicimur, Pſ. CX. 5. עמך נדבות *populus tuus oblationes ſpontaneæ.* Item, quod beneficentiam in pauperes afflictoſque, θυσίαν εὐ δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ θεῷ Paulus appellat Phil. IV. 8. Oportet namque has *ſpirituales hoſtias, ut acceptæ Deo ſint, offerre per Jeſum Chriſtum* 1. Pet. II. 5. Ferta, quæ olim Deo adolebantur, docent, nobis qui cum ara ſacrificioque Chriſti communionem habemus, *Cibum Dei operandum eſſe, qui manet in æternum* Joh. VI. 27. h. e. ea facienda eſſe, quibus Deus εὐαρεστεῖται. Hebr. XIII. 16. Quod oleum, ſal, & thus addebantur, monemur illo quidem בנפש חפצה *animo lubenti* perpetuoque hilari Deo ſervire; iſto, φρονιμότητι & prudentia quæcunque Deo grata præſtamus, condire; hoc denique, preces στεναγμοὺς, δεήσεις ἱκετηρίας & ἀδιαλείπτως offerre. Hæc prædixit Malachias I. 11. *In omni loco ſuffimentum afferetur nomini meo, & munus purum, quia magnum nomen meum erit in gentibus, ait Jehova Exercituum.* Denique vinum, cum Holocauſtis & Pacificis libatum notavit, Chriſti ſacrificio addi paſſiones Eccleſiæ & μαρτύρια, quæ ob illud non ſine gaudio ſubeunt fideles. *Ego enim jam libor,* inquit Paulus 2. Tim. IV. 6. Ignis vero, quo fides dona ſua adolent, eſt Spiritus Sanctus, qui ea purgat, odore grato imbuit, atque cœlum ut petere poſſint, facit. Is enim ignis eſt, qui ut olim Ignis ſacrificalis de cœlo deſcendit, Divini favoris teſſera pignuſque, in Chriſto ut altari reſidet, per eum accipitur a fidelibus, ſollicite conſervatur, eoſque ac ipſorum ſacrificia ſanctificat. Cætera uti ſacerdotibus per Clivum in altare aſcendendum, atque tum in Ambulacro tum in Cingulo ambulandum fuit; Ita & nos ubi per Chriſtum ſacra Deo acceptaque facere volumus, ad Chriſtum accedere, atque cum eo conjungi debemus, quod per fidem amoremque in eum fieri oportet. His enim ad Chriſtum venire, in eo ſtare, per eum ambulare vivereque ut Sacerdotes Altiſſimi,

mi, denique ad eum, ut asylum confugere possumus, misericordiam auxiliumque accepturi. Hoc enim adumbravit antiquum ad aram perfugium, quod uti Sacerdotibus præcipue, pœnitentibus aut innocuis solis, & tum quidem, cum aræ non obiter sed firmiter juncti cornua complecterentur, tutelam præstitit, ita perquam evidenter eos descripsit, quos Christus salvos beatosque esse vult. Nam hos Deus e mundo hominumque massa sibi selegit, sanctificavit, & constituit סגולה מכל העמי׳ ממלכת כהנים וגוי קדוש: *Peculium ex omnibus Gentibus, regnum Sacerdotum & gentem sanctam*, Exodi XIX. 5. 6. Hi, quandoquidem insontes non sunt, se in extremo mortis æternæ periculo esse cernentes, seriam humilemque male factorum pœnitentiam agunt, sceleribusque suis ex animo deploratis ad Christum, unam spem suam, ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ atque intolerabili onere pressi fugiunt. Hos ille suscipit, procul interim jussis esse profanis, impiisque. Matth. XI. 28. 29. Tum illi se in aram conjiciunt, cornua meritum potentiamque ejus complectuntur, iis firmissime adhærent, & מאמינים *gestandos se* salvandosque *tradunt*, id unice operam dantes, ut in Christo maneant, nec ulla ratione, sive vi, sive fraudibus ab eo divellantur, gnari, extra eum nullam esse salutem, sed φοβερὰν τινα ἐκδοχὴν κρίσεως. Docet hoc eleganter Jesaias XXVII. 5. *Sin*, inquit Deus, יאחז בעוזי *prehendet robur meum, faciet pacem mecum, pacem faciet mecum*, & LXIV. 7. *Nec ullus est, qui invocet nomen tuum, excitans se* להחזיק בך *ad prehendendum te*, ubi observare possis, easdem has voces החזיק & אחז de Cornibus altaris apprehensi adhiberi 1. Reg. I. 51. & II. 28.

ADDENDA.

AD Cap. V. th. 3. pag. 210. post verba; *orientalem & occidentalem*, adde. Imo Hebræi clare per cornua Mundi plagas aliquando significari asserunt. Unde Raschi in Zach. II. 1. 2. quatuor illa Cornua, quæ vidit ibi Zacharias, interpretatur ד׳ רוחות העולם.

Ad Cap. X. th. 4. 323. adde. Ad confugium in aram etiam spectat, quod aliquando mulieres in calamitate gravissima aram occuparent, profusisque cum lacrymis & querimoniis Dei auxilium vindictamque poscerent. Exemplum habes Malach. I. 13. *Atque hoc secundum facitis operiendo lacrymis altare Jehovæ fletu, & exclamatione, adeo ut minime amplius respiciat Deus ad munus*. Nimirum inter illos, qui Deo adversa in matrimoniis patrabant, etiam sacerdotes erant, qui duplici scelere heic se collutulasse innuuntur, quod varii varie enarrant. Mihi unum crimen fuisse videtur, quod alienigenas mulieres ducerent, ut ex Esra constat, alterum vero, quod eo pacto uxores, quas ante habuerant, vehementissime affligerent, sive eas repudiando, sive peregrinas super inducendo. Hoc autem dolore percitæ bonæ fœminæ ad altare pergebant, atque ibi in luctum solutæ Dei iram adversus improbos suos maritos provocabant, haud irrito successu. Abarbanel ut alios transeam ita ad rem nostram loquitur Comm. in Proph. p. 299. a. אתם גורמים לכסות דמעה את המזבח ה׳ בכי ואנקה מהנשים הישראלות הבוכות שמה על עלבונן: *Vos in causa estis, quod altare Domini lacrymis contegatur per fletus & clamores mulierum Israelitidum, quæ ibi propter ignominiam, qua afficiuntur, flebant*. Idem etiam in Gentilium aris a mulieribus fieri consuevit. Propertius El. 4. lib. 1.

Nullas ille suis contemnet fletibus aras.

Lucanus Lib. I.

Hæ lacrymis sparsere Deos, hæ pectore duro
Affligere solo.

& mox.

- - Et nullis defuit aris
Invidiam factura parens:

Alia, quæ huc pertinent apud Bertholdum de Ara vide Cap. XV. §. 4. 5. Illum enim non exscribimus.

Ad Cap. XII. th. 3. p. 340. כשברא verti: *Cum faceret eum*. h. e. *destinaret in Messiam*. Nec muto dictum, quia lectionem eam res ipsas postulare videtur. Quoniam vero Exemplar, quo usus sum, legit כשברחו monendum te Lector putavi, neque huic lectioni me valde repugnare; tum vero vertendum est: *Cum fugissent gentes*.


EXPLICATIO FIGURARUM

1. & 2.

a. F. 1. יסוד *fundamentum* prominens ad occidentem & ſeptentrionem.
a. F. 2. fundamentum ad orientem ſine prominentia.
b. F. 1. & 2. locus, quem fundamenti prominentia, quæ abeſt, occupare deberet.
c. F. 1. & 2. cubitus, tum qui in angulo Notozephyrino & tum qui in Euroboreali, de prominentia fundamenti orientalis & meridionalis, ſolus ſuperſtes erat.
d. F. 1. Duo foramina in fundamenti angulo Notozephyrino.
e. F. 1. & 2. prominentia סובב, *Cinguli*.
E.e. F. 2. Corpus סובב *Cinguli*.
ff. F. 2. חוט סיקרא *filum Sicra*.
g. F. 1. & 2. Quatuor קרנות *Cornua* altaris.
h. F. 1. & 2. ſpatium inter Cornua.
Hh. F. 2. *Corpus* מקום המערכה *loci foci*.
i. F. 1. & 2. הילוך הכהנים *Ambulacrum Sacerdotum*.
k. F. 1. & 2. Duo ſympula cum foramine in altari.
l. F. 1. & 2. תפוח *Pomum* Cinereum in medio altaris.
m. F. 1. & 2. מערכה *ſtrues magna*.
n. F. 1. & 2. מערכה *ſtrues* ſecunda ſeu ſuffitus.
o. F. 1. & 2. מערכה *ſtrues* tertia, ſeu Ignis conſervandi.
p. F. 1. & 2. כבש *Clivus* magnus.
q. F. 1. & 2. כבש קטן *Pons parvus ad Cingulum*.
r. F. 1. כבש קטן *Pons parvus* ad fundamentum.



D A-



DAVID MILN DISSERTATIO DE CORNIBUS ALTARIS EXTERIORIS

PROOEMIUM.

CUM primum animum ad scribendum appuli, id mihi negotii credidi solum dari, B. L. ut placeret quam elaborassem Exercitationem. Evenire autem intellexi, ut vitio dent Autoribus in dissertationibus scribundis operam abutentibus, quod ab aliis non ita dissimili sint argumento factæ atque stylo. Ne igitur & meum vituperent factum atque in eo disputent, continuo tunc ego mecum quod eligerem argumentum nec tritum nimis, nec eruditis ingratum. Cogitanti non incommode se obtulit de Cornibus Altaris exterioris Argumentum, eo selectum a me lubentius, quo partim neminem in hoc dicendi genere totum occupasse animum certior factus, partim haud exiguam Scripturæ partem, variis obsitam difficultatibus sub divum rapi posse edoctus essem. Plurimum me Rabbinorum adjutum monumentis confiteor; horum enim ni manu trivissem volumina, tibi fortassis descriptionem suppeditassem a mente Scripturæ S. & antiquitate satis alienam. Nec curo inanem quorundam scripta Rabbinorum flocci facientium cavillationem, qui mihi vitio vertant, quod divina oracula scriptis jungam Talmudicis, nugis fabulisque scatentibus. Hi velim maledicere porro desinant, ingenium ne noscant suum, & dum me accusant, Lightfootos, Hottingeros, Empereuros, Pfeifferos, Edzardos, Relandos, Dassovios accusent, quos Autores habeo, passim N. T. e scriptis Rabbinorum exponentes. Horum ergo tota via errantium flocci habendum duxi Judicium & Rabbinorum exoptavi æmulari negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam. En igitur primas studiorum philologicorum primitias, quas, cum lucernam non oleant latere maluissem; Oleum tamen me non perdidisse rebar, si vel solis Mæcenatum Promotorumque cal-

calcar ſtudiis meis addentium, & ſpecimen ſtudiorum poſtulantium monitis annuerem. Primam equidem huic cum admoverem labori manum, in animum induxeram quædam de cornibus altaris ſuffitus addere, tum ob materiam argumenti haud diſſimilis, tum ob ſummam utriuſque aræ convenientiam. Verum materia diſſertationis molem excedere videbatur, coactuſque mutare mentem, meditata de Cornibus Altaris Holocauſtorum e Judæorum ſcriptis ob oculos pono, interſperſis haud raro ritibus apud gentiles Hebræis parallelis. Tu vero L. B. fave, æquo adeſto animo, rem cognoſce, ut pernoſcas, ecquid ſpei ſit reliquum.

§. I. Ut a nomine ducam exordium, notandum Vocabulum קרן æque in ſacris ac profanis literis varias ferre ſignificationes; Denotat etenim proprie Cornu ut Gen. XXII. 13. Metaphorice vero denotat (1.) POTENTIAM ut Deut. XXXIII. 17. Pſ. CLVIII. 14. Pſ. CXII. 9. Robur quippe animalium in cornibus ſitum.

> *Sentit enim vim quiſque ſuam, quam poſſit abuti*
> *Cornua nata prius vitulo quam frontibus exſtent,*
> *Illis iratus petit, atque inſenſus inurget.*

ut ait *Lucretius* L. V. p. 690. *Speciatim* vero קרן Regnum validum atque potens ſignificat, cujus Majeſtas Potentia nititur, ut Dan. VII. 7. 8. 24. & VIII. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 1. Sam. II. 10. Pſ. LXXXIX. 18. *R. David Kimchi* idcirco Pſ. LXXXIX. 18. קרן per מלכי ישראל *Reges Iſrael* Pſ. CXXXII. 17. vero per מלכות *Regnum* παραφράζει. Quam ſignificationem quidam exinde eſſe ortam volunt, quod Reges olim oleo fuſo e vaſe cornuto ungi ſolerent. Conf. *R. Moſes ben Maimon.* Hilcos Kele hammikd. cap. I. & Hil. Melach. c. I. §. 8. *Joſeph Voiſin* Obſerv. ad Pug. fidei p. 247. *Johannes Seldenus* L. II. de Succeſſ. in Pontif. cap. IX. *Petr. Cunæus* lib. I. de Rep. Hebr. c. XIV. p. 121. ſeqq. *Balth. Scheidius* de oleo Unctionis P. II. §. 12. *Vvilh. Schickardus* in Jure Reg. Hebr. c. I. Theor. IV. p. 68. *M. Chriſtianus Zoega* Diſſ. de Unct. Sac. Summi c. II. §. III. Cornu etiam gentilibus potentiæ ſymbolum fuiſſe, veterum loquuntur Monumenta. Inde enim natus mos Veteribus fluvios cornutos pingendi, tauroſque mari itemque fluviis immolandi, prout hanc rituum horum reddit rationem *Euripidis Scholiaſtes* ad Oreſtis verſ. 1380. & *Euſtathius* ad Homeri Iliad. φ. v. 237. Aſtarten Phœnicum Reginam taurinum caput, Regium inſigne geſtaſſe e Theologis Phœnicum refert *Euſebius* L. I. Præpar. Evangel. c. ult. ἡ δὲ Αστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν ταύρου, *i. e. bovis caput, capiti ſuo impoſuit Aſtarte regni inſigne.* Ægyptios Iſidis imaginem bubulis cornibus ornatam pinxiſſe teſtatur *Herodotus* L. II. 41. τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα Ἐὸν γυναικήιον βουκερών ἐστι, καθάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. Vid. *Diodorus Siculus* L. I. 11. *Strabo* Geographiæ L. XVII. *Plutarchus* de Iſide & Oſiride T. II. Opp. p. 601. *Laur. Pignorius* Expoſitione Menſæ Iſiacæ p. 30. Et Jovi Ammonio ob potentiam regiam antiquos cornua tribuiſſe *Phæſtus* Auctor eſt:

> Ζεῦ λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε, κέκλυθι μάντι.
> *Jupiter Libyæ Ammon Cornute, audi Vates.*

Nec non *M. Annæus Lucanus* L. X. Pharſaliæ verſ. 514.

> *Ventum erat ad Templum, Lybicis quod gentibus unum*
> *Inculti Garamantes habent: ſtat Corniger illic*
> *Jupiter, ut memorant; ſed non aut fulmina vibrans,*
> *Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.*

Effigiem hujuſmodi apud Megalopolitanos Arcadas obſervat *Pauſanias* L. VIII. Ἄγαλμα Ἄμμωνος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις Ἑρμαῖς εἰκασμένον κέρατα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον κριοῦ. *Ammonis ſimulacrum domum quadratis Mercuriis*, ſeu columnis *fultam referens; Arietis cornua geſtat*. Unde *Ezech. Spanhemius* Diſſert. V. de Uſu Numiſm. antiq. p. 353. obſervat, in denariis aliquot gentium Romanarum, & pluribus numis Ægyptiis ſub Trajano, Hadriano, Antoninis cuſis, occurrere aliquoties Serapidis aut Jovis Ægyptii caput cornu arietino ad Græci Ammonis formam pictum. Alexander M. qui Jovis Ammonis filius dici avebat juxta *Curtium* L. IV. c. VII. arietum induit cornua, juſſitque ſe κερασφόρον ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, *cornibus fingi a ſtatuariis.* Et Cornua triginta cubitorum coronæ loco in pompa Ptolomæi Philadelphi prælatum, refert *Athenæus* Deipnoſ. L. V. fol. 202. Vid. *Car. Paſchalius* De Coronis L. X. c. IV.

§. II. Cum cornua præcipua animalium ſint ornamenta, vocabulum קרן GLORIÆ & HONORIS ſignificationem exinde mutuatur. Ita enim Jobus c.

XVI.

XVI. 15. עללתי בעפר קרני i. e. Kimchio in ספר שרשים sub voce קרן exponente & Chaldæi vestigia premente: *Redactus sum in pulverem splendorem & honorem meum* : & Thren. II. 3. Jeremias גדע בחרי אף כל קרן ישראל *Succidit*, inquit, *in æstu iræ totum cornu Israel*, quæ verba Targum sic interpretatur : קצץ בתקוף רדז ית כל יקריה דישראל : *Amputavit in æstu iræ omnem Israelis gloriam*. Comprobant hæc Rabbini suo in Medrasch Echa Rabbati fol. LXXII. col. III. calculo, Israelitis decem cornua tribuentes, quæ quoniam nobis memoratu digna visa heic subjungimus: גדע בחרי אף כל קרן ישראל עשר קרנות הן קרנו של אברהם קרנו של יצחק קרנו של יוסף קרנו של משה קרנה של תורה קרנה של כהונה קרנה של לויה קרנה של נבואה קרנו של בית המקדש קרנו ישראל ויש אומרום קרנו של משיח קרנו של אברהם שנאמ' כרם היה לידידי בקרן בן שמן קרנו של יצחק שנ' נאחז בסבך בקרניו קרנו של יוסף שנא' וקרני ראם קרניו קרנו של משה דכתיב כי קרן עור פניו קרנה של תורה דכתיב קרנים מידו לו קרנה של כהונה דכתיב קרנו תרום בכבוד קרנה של לוים שנא' כל אלה בנים להימן חוזה המלך בדברי האלהים להרים קרן קרנה של נבואה דכתיב רמה קרני כה קרנו של בית המקדש דכתיב ומקרני רמים עניתני קרנו של ישראל שנאמר וירם קרן לעמו ויש אומרים קרנו של משיח שנאמר ויתן עז למלכו וירם קרן משיחו וכולן היו נתונות בראשן של ישראל וכיון שחטאו ניטלו מהן הדא הוא דכתיב גדע בחרי אף כל קרן ישראל i. e. *Amputavit DEus in ira furoris cornu Israelis. Intelliguntur heic decem cornua, nempe cornu Abrahami, cornu Isaaci, cornu Josephi, cornu Mosis, cornu legis, cornu sacerdotii, cornu Leviticum, cornu Prophetiæ, cornu sanctuarii, cornu Israelis; sunt qui addunt cornu Messiæ. De cornu Abrahami Es. V. 1. Vinea fuit dilecto meo in cornu filii olei. Cornu Isaaci Gen. XXII. 13. Detentus in vepreto cornibus suis. Cornu Josephi Deut. XXXIII. 17. Et Cornu Monocerotis cornu ejus. Cornu Mosis Exod. XXXIV. 29. In modum cornuum radiabat cutis faciei ejus. De cornu legis Habac. III. 4. & duo cornua de manu ejus. De cornu sacerdotii Ps. CXII. 9. Cornu ejus exaltabitur in gloria. De cornu Levitico dicitur 1. Paralip. XXV. 5. Omnes isti filii Heman Prophetæ Regis in verbo DEi ad exaltandum cornu. Cornu Prophetiæ innuitur 1. Sam. II. 1. Exaltatum est cornu meum. Cornu Sanctuarii Ps. XXII. 22. de cornibus unicornium respondisti mihi. Cornu Israelis Ps. CXLVIII. 14. Exaltavit cornu populi sui. Qui vero Messiæ cornu addunt, allegant dictum 1. Sam. II. 10. Nam dabit fortitudinem Regi suo, & exaltabit cornu Messiæ sui. Omnia illa cornua imposita fuerunt capitibus Israelitarum. At postquam peccaverunt, ablata sunt ab illis; secundum id quod dictum est Thren. II. 3. Amputavit in ira furoris omne cornu Israelis.* Gentiles itidem Deorum Dearumque simulacra in signum honoris cornibus ornabant. Pan Pastorum DEus hirtis cornibus ab *Alexand. ab Alexandro* describitur L. IV. Genial. Dier. c. XII. p. 1022. *Panos simulacrum caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, pectore sideribus radiante infima sui parte hispida & caprino pede fuit : altera manu fistulam tenens, altera pedum incurvum.* Et a *Silio Italico* L. XIII. de bello Punico v. *326.* seqq.

> *Pan Jove missus erat servari tecta volente*
> *Trojæ, pendenti similis Pan semper, & imo*
> *Vix ulla inscribens terræ Vestigia cornu.*
> *Dextera lascivit cæsa Tegeatide capra*
> *Verbera læta movens festa per compita cauda*
> *Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus*
> *Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte.*

Bacchus a *Sophocle* apud *Strabonem* L. XV. p. 415. βούκερος, ab *Euripide* in Bacch. Act. I. v. 100. ταυρόκερος θεὸς appellatur, ab *Horatio* vero L. II. Carminum Ode XIX. v. 29. Aureo cornu fingitur decoratus.

> *Te vidit insons Cerberus aureo*
> *Cornu decorum, leniter atterens*
> *Caudam, & recedentis trilingui*
> *Ore pedes tetigitque crura.*

Apollinem cornibus ornatum *Alexander ab Alexandro* refert L. IV. genial. dier. c. XII. p. 1024. Non vero solum Dii sed etiam Deæ gentilium cornibus pingebantur. Juno enim in picturis antiquis radiante capite cornuum instar apparet. Conf. *Jo: Nicolai* de Nimbis Antiquorum cap. III. p. 32. & Venerem cornutam narrat *Alex. ab Alexandro* L. III. c. XII. p. *696.*

§. III. Radiorum lucis & cornuum maxima est similitudo, hinc קרן [3.] etiam pro RADIO usurpatur, ut Habac. III. 4. ונגה כאור תהיה קרנים מידו לו *Splendor tanquam lucis adfuit cornuaque ad latus ejus.* Inde verbum קרן splendorem radiis cornuum ad instar acuminatis emicare deducitur, quamobrem Exod. XXXIV. 29. ומשה לא

ידע

ידע כי קרן עור פניו Interpretibus quibusdam *Hieronymo* nempe *Aquilæ* & *Vulgatæ* significatio hæc verba dedisse videtur. *Hieronymus* enim iu Amos c. VI. T. VI. Opp. f. 81. Aquilam secutus (qui ante Exod. XXXIV. 29. verterat κερατώδης ἦν) vertit : *Moses ignorabat cornutam factam esse cutem faciei suæ*, ita & Vulgata : *Quod cornuta facies ejus*. Hinc error pictorum natus, qui Mosi cornua affingunt, Judæisque risum movent, ubi vident Christianos imperitia linguæ eo delabi, ut credant Mosen Satyro non absimilem fuisse. A Vulgata vero, si Hieronymum & Aquilam excipias, dissentiunt cæteri Interpretes, qui קרן de splendore faciei Mosis luculento interpretantur. Ita enim *Targum Onkelos* ארי סני זיו יקרא דאפוהי *Moses nesciebat tantum faciei suæ splendorem*, nec non *Targum Hierosolymitanum* ארי שבוחי זיויהון דאפי *Quod lucidus esset splendor faciei suæ*. Consentiunt LXX. qui verba Mosis vertunt : ὐκ ᾔδει, ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις. Splendorem enim in facie Mosis cœli instar fuisse, *Aben Ezra* Comment. in h.l. fatetur : ומשה לא ידע כי קרן עור פניו בדרבו אתו הטעם בדבר אתו השם וזה בעבור שנראה הכבוד על פניו על כן הזהירו כזהר הרקיע *Moses nesciebat in modum cornu splendere faciem suam cum loqueretur cum eo.* (scil. Dominus) *Factum hoc, quoniam visa fuit gloria DEi in facie ejus, ideo splendidam fecit eam ad instar splendoris cœli*. Falsam ideo & insulsam *Lippomannus* Comment. in h. l. eorum judicat sententiam, qui cornua in facie Mosis fuisse arbitrantur : *Non inquam, quod* (*Moses*) *in facie cornua habuerit* (*nam ita sentire dementia esset*) *sed quod radii splendoris clari ac fulgidi e facie ejus prodeuntes in modum cornuum emicuerint, sicut & radii a sole derivati speciem cornu præ se ferunt*. Vid. *R. Salomo* ut & *R. Levi ben Gerson* in h. l. Album vero ut ajunt lapillum Paulus illorum adjicit sententiæ, qui censent gravitatem quandam in vultu Mosis solito augustiorem visam. II. Cor. III. 7. enim, εἰ δὲ, inquit, ἡ διακονία τῦ θανάτυ ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὺς ὑὺς Ισραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως ΔΙΑ ΤΗΝ ΔΟΞΑΝ τῦ προσώπυ αὐτῦ. Vestigiis itaque Pauli insistentes verisimiliter asserimus, splendorem faciei Mosis, radios fuisse, coronæ instar vultum ejus regio decore ambientes. Probat sententiam nostram [1.] Proprietas verborum קרן עור פניו quæ hunc fundunt sensum : *Tota Mosis facies cornuum instar radiavit*. Si itaque tota Mosis facies, & vultus latera undiquaque in gyrum radiarunt, radios circulum coronæ similem faciem Mosis ambientem formasse, veritati consentaneum est. Fuit hujus formæ aurea nubes, qua Pallas apud *Homerum* Iliad. Σ. vers. 205. caput Achillis cinxit:

> Ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῖα θεάων
> χρύσεον ἐκ δ' αὐτῦ δαῖε φλόγα παμφανόωσαν

h. e. *Circumquaque caput ejus nubem cinxit diva Dearum auream & ex ipso incendebat flammam undique lucentem*. (2.) Moses Deut. XXXIII. 5. Rex in Jeschurum audit. Unde *Maimonides* in Hilcos Bes Habbechira Cap. VI. §. XI. משה רבינו מלך היה *Moses*, inquit, *Doctor noster Rex fuit*. Et *R. Is. Abarbanel* Procem. in Libr. Judicum fol. XL. col. 1. וכבר העירו חז״ל לזה אמרו ויהי בישורון מלך זה משה *Hoc etiam dudum adverterunt Doctores nostri, nam scriptum est Deut. XXXIII. Erat in Israel Rex: hic Moses est*. Inde fortassis etiam *Philo* ansam arripuit Mosen ἄριστον βασιλέα καὶ νομοθέτην *optimum regem & legislatorem* appellandi. L. II. de Vita Mosis p. 655. Regnandi etiam artes, quas Moses exercuit, exponunt *Clemens Alexandrinus* Strom. Lib. I. p. 346. & *Philo* de Vita Mosis L. II. p. 656. seqq. Nullum autem Diadema, quo DEus regiam ejus majestatem populo significavit, reperimus nisi Δόξαν illam, qua facies ejus tanta radiavit gloria, ut totus exercitus eum intueri fuerit veritus. [3.] Coronarum usum esse antiquissimum inde patet, quod Doctores Talmudici in *Joma* c. VII. fol. LXXII. col. 2. trium coronarum faciant mentionem, quarum primam Aaroni, secundam Davidi, tertiam vero legi tribuunt. Refert hæc *Maimonides* in Hilc. Talm. Thora cap. III. §. I. בשלשה כתרים נכתרו ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות כתר כהונה זכה בה אהרן שנ׳ והיתה לו ולזרעו אחריו ברית כהנת עולם כתר מלכות זכה בו דוד שנ׳ זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי כתר תורה הרי מונח ועומד ומוכן לכל ישראל שנ׳ תורה צוה לנו משה מורשה קהלת יעקב כל מי שירצה יבא ויטול שמא תאמר שאותם הכתרים גדולים מכתר תורה הרי הוא אומר בי מלכים ימלוכו ורוזנים יחקקו צדק בי שרים ישורו h. e. *Tribus coronati sunt coronis Israelitæ, corona legis, corona sacerdotii & corona regni. Coronam sacerdotii meritus est Aaron, quemadmodum dicitur Num. XXV. 13. Erit ei ac semini ejus*

post eum fœdus ſacerdotii perpetui. Corona regni dignus fuit David juxta Pſ. LXXXIX. 36. (Semel juravi per ſanctitatem meam Davidi non mentiar!) Semen ejus in ſeculum fore & ſolium ejus ut Solem coram me. Corona vero legis oblata atque conceſſa eſt omnibus Iſraelitis, dicitur enim Deut. XXXIII. 4. Legem præcepit nobis Moſes in hæreditatem congregationis Jacob; cuicunque eſt animus veniat eamque ſuſcipiat. Ne autem forte putes priores coronas antecellere coronam legis, ecce ipſa loquitur Prov. VIII. 15. Per me reges regnant & dominatores decernunt juſtitiam. Conf. de triplici hac corona *R. Simeon* in Pirke Abhos cap. IV. Miſchna XIII. *R. Iſ. Abarbanel* in Nachalas Abhas f. CXXIX. col. 1. & *Jo: Bened. Carpzovius* notis in *Wilh. Schickardi* Jus Regium Hebr. c. IV. Theor. XII. p. 224. Sunt & emunctioris naſi Critici, qui coronarum originem a gentilium Diis derivant. Uti enim *Pignorio* referente in Menſæ Iſiacæ expoſitione p. 46. antiquitas conſuevit res hominum opinione religioſas & auguſtas quibuſdam veluti notis inſignire per quas iis aliqua dignitas accederet. Ita *Tertulliano* teſte lib. de coron. milit. p. 161. antiquiſſimi Deorum gentilium, Saturnus, Jupiter, Priapus, Iſis primo coronis fuerunt ornati; Unde & *Tertullianus* coronas, quas chriſtianis militibus ethnici præbebant geſtandas prohibuiſſe fertur, quod a Diis gentium originem ſuam habeant. Bachum vero primum coronam ex hedera geſtaſſe, *Plinius* Auctor eſt L. XVI. Hiſt. Nat. c. 4. Nam ille de coronis loquens: *Ferunt*, inquit, *primum omnium Liberum Patrem impoſuiſſe capiti ſuo coronam ex hedera. Poſtea Deorum honori ſacrificantes ſumſere, victimis ſimul coronatis. Noviſſime & in ſacris certaminibus uſurpatæ.* Gentiles ergo Moſaicam doctrinam infinitis obducturi fabulis per Bachum Moſen indigitarunt Moſenque primum coronarum repertorem agnoverunt, quod erudite obſervant *Gerb. Job. Voſſius* L. 1. de Idololatr. c. 30. & ſeqq. *Petr. Dan Huetius* Demonſtrat. Evangel. Propoſ. 4. §. 3. *Ludovicus de Prez* not. in Horatium p. 234. & *Caſp. Calvor.* Diſſ. 3. de radiante Vultu Moſis p. 108. Quodſi itaque Moſes primus omnium coronam geſtavit, nullibi autem mentio fit, eum faſcia alia fuiſſe ornatum, faciem Moſis radios coronæ ſimiles ſparſiſſe merito judicamus. Novam quidem nuperrime de radiante vultu Moſis ſententiam orbi expoſuit erudito Cl. *Herm.* von der Hardt in Ephem. Philol. Diſc. 10. p. 126. ſeqq. exiſtimans Moſis faciem ardore devotionis inflammatam, populum vero non tam e ſplendore faciei Moſaicæ, quam conſcientia mala convictum mala ſibi ominatum eſſe. Verum hanc ſententiam nullam veritatis præ ſe ferre ſpeciem & a mente Sp. S. eſſe alienam erudite oſtendit *Caſp. Calvorius* in Gloria Moſis Diſſ. 3. c. 2. qui & ſerram diſputationis cum *Hermanno* von der Hardt reciprocavit. Plura de facie Moſis cornuta dabunt Judæi in *Sepher Rabbos* in l. c. *R. Salomo* in h. l. *R. Bechai* Comm. in Exod. 34. 29. *R. Levi* in Gur Arieh fol. 117. col. 4. Ezech. *Spanhemius* Diſſ. V. de præſt. & uſu numiſm. p. 369. *Raphael Triquetus du Freſne* in Epiſtola ad Clar. Seguinum Pariſ. 1658. apud I. Gronovium T. 10. Theſ. Græc. Antiq. p. 569. *Ant. Borremanſius* Variar. Lection. c. 19. *Sixtus Senenſis* Biblioth. Sanctæ l. 5. annotat. 116. p. 464. *Chriſtoph. Crineſius* in Babel. p. 126. *Sixt. Amama* Antibarb. Bibl. p. 361. Cæterum & gentibus antiquiſſimis cornua notæ radiorum fuere. Gentiles enim cornua pinxerunt, ſolis radios indicaturi, quia radii Solis ſunt flexiles, & quaſi cornua videntur. Hammonem, quem Deum ſolem Lybyes exiſtimant (Hammon ab Hebræorum חמה deducentes) arietinis pictum cornibus, narrat *Macrobius* L. 1. Saturn. cap. 21. nec non *Geuſius* de victimis humanis Part. 1. p. 87. Et Aſtarti quidam non ob potentiam regiam cornua appoſita fuiſſe exiſtimant, ſed quod veteribus lunam denotaret, ita *Abarbanel* ad Jerem. 7. & 44. *Ger. Jo: Voſſius* l. 2. Theologiæ gentil. cap. 22. *Lucianus* de Dea Syria, t. 2. Opp. p. 677. nec non alii. Conf. Cl. *Dn. Præſidis* Obſerv. MSSæ in Lucianum de Dea Syria Obſerv. 6. Apollo imberbis juvenis radiante pingebatur capite. *Lucianus* de ſacrificiis t. 1. Opp. p. 367. Ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, Παῖδα δὲ ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα *exprimunt autem barbatum Jovem, ſemper vero puerum Apollinem.* Quod etiam *Plutarchus* monuit lib. de EI. Delph. t. 2. Opp. fol. 389. ἀγήρω τε τοῦτον ἀεὶ καὶ νέων, ἐκεῖνον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι. *Atque hunc* (Apollinem) *ſenectutis expertem ac ſemper juvenem, illum autem* (nempe Bachum) *multiplici forma pingunt ac fingunt.* vid. *Callimachi* Hymnus in Apollinem verſ. 36. & 37. Poetæ autem Apollinem perpetuo juvenem finxerunt, quoniam ſemper eundem ætatis vigorem ſol obtinet, neque unquam conſeneſcit, intonſum vero ad deno-

denotandum radiorum solis undiquaque sparsorum copiam. Nam juxta *Tibullum* l. 1. Eleg. 4.

> *Solis æterna est Phœbo Bachoque juventus*
>
> *Et decet intonsus crinis utrumque Deum.*

§. IV. Quarta denique vocis קרן significatio est, quod denotet EXTREMITATEM quamvis sive LOCUM EMINENTIOREM, quia animalia cornua in fronte eminentiori corporis parte gerunt. Ita קרן pro Regione eminentiore usurpatur Jes. 5. 1. כרם היה לידידי בקרן בן שמן *Vinea est dilecto meo in cornu oleoso*. *Abarbanel* Comment. in Jesaiam c. 5. fol. 12. col. 2. בקרן בן שמן ותרגם יונתן בטור רם בארע שמניא רוצה לומר שהיה הכרם ההוא בהר לא בשפלה וקרא מקום הגבהות קרן לפי שהקרן הוא האבר הגבוה מהבעל חי וידוע שארץ ישראל היה גבוה מכל הארצות *Dicit Scripor sacer* בקרן בן שמן *quæ Jonathan interpretatur* בטור רם בארע שמניא *h. e. quod vinea fuerit in monte non vero in valle posita. Locum altum vero cornu nominat, quoniam cornu animalis summum est membrum; constat præterea terram Israel omnibus regionibus fuisse eminentiorem*. *R. Simeon* in Jalkut P. 2. fol. 42. col. 2. e Cod. Siphre כרם היה לידידי בקרן מה שור אין בו גבוה מקרניו אף ארץ ישראל גבוה מכל הארצות *Vinea fuit dilecto meo in cornu. Quæ bovis est ratio? non est ei membrum ullum cornibus excelsius, ita etiam Judæa omnium Regionum fuit altissima*. Unde & קרן per ראש *caput* vertit *R. Dav. Kimchi in* P. 75. 5. Et *Justinus Martyr* in Dialogo cum Triphone extremitates crucis Christi cornua appellat: Ὄρθιον τὸ ἓν ἐςι ξύλον ἀφ' ἧ ἐςι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῆ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἑνὶ ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον. κέρατι παρεξεογμένα τὰ ἄκρα φαίνηται· καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον. ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐςι, ἐπ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ ςαυρούμενοι καὶ βλέπεται. *Rectum est lignum, unde summa pars in cornu sublatum est, quum aliud lignum ei adaptatum fuerit, & utrique tanquam cornua uni isti cornu adjuncta, extremitates apparent. Et quod in medio impactum est instar cornu & ipsum eminet, in quo vehuntur, qui crucis supplicium subeunt, & conspicitur ut cornu illud ipsum quoque cum aliis cornibus conformatum*. Apud Autores profanos pars exercitus prominens cornu vocatur. Thraso apud *Terentium* in Eunuco Act. 4. Scen. 7. *Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum*. *Apulejus* de mundo: *Equites cornibus præsunt*. Conf. *Florum* l. 4. c. 2. Extremitates arcus *Virgilio* dicuntur cornua, ut l. 11. Æneidos v. 772. & 773. Et l. 3. v. 548. & 549. extremitates antennarum dicuntur cornua.

> *Haud mora: continuo perfectis ordine votis*
>
> *Cornua velatarum obvertimus antennarum.*

Ubi cornibus antennarum videntur respondere ἀκροκέραια, quæ antennarum sunt extremitates. Vid. *Jo: Schefferus* de Militia navali Veterum L. 2. C. 5. p. 142. & *Scholiast. Homeri* Iliad. Σ. Hinc veteres fluvios appellarunt cornutos, qui sese diducunt & exonerant in geminas pluresve extremitates sive alveos; Rhenum *Virgilius* L. 9. Æneidos dixit *bicornem*, *Valerius Flaccus* L. 1. v. 106. *elatis cornibus amnem*, & *Pomponius Mela* de S. O. L. 2. c. 4. Italiam in duo dicit findi cornua. Ex his quæ observavimus manifestum est, quam ob causam supremæ aræ partes Exod. 27. 2. c. 37. 2. c. 29. 12. ut & alibi קרנות cornua audiant: quoniam nempe על ראש המזבח. sive *in vertice altaris* fuerunt partes eminentes. Sententiæ huic *Abarbanel* accedit Comment. in Exodum fol. 196. ואמר ועשית קרנותיו על ד' פנותיו להגיד שיעשה ד' קרנות על ארבעה זויותיו ונקראו קרנות מפני שהיו בולטות לצד מעלה כמו קרנות i. e. *Dicit* (DEus ad Mosen) *Parabis cornua ejus in quatuor angulis, ad indicandum, quatuor paranda esse cornua super* [altaris] *quatuor angulis. Dicuntur vero cornua, quia superne e lateribus altaris prominebant & cornuum instar protuberabant*. Quamvis vero non aræ tantum prominentiæ, verum & anguli quivis apud Autores hebræos nomine קרנות veniant, & idem quod זויות denotent, quemadmodum ex *Middos* Cap. 4. Mischna 3. & 5. *Succah* fol. 8. *Cetubbos* fol. 111. *Sanhedrin* fol. 112. colligimus; Per cornua tamen altaris hic angulos non esse intelligendos e delineatione cornuum patebit, quam §. 9. suppeditabimus.

§. V. Tradita vocis notatione ipsum porro ostii lumen tangere & cornua paulo diligentius rimari animus est. Ac primum quidem se offerunt cornua Altaris Mosaici Exod. 17. 2. descripta ועשית קרנותיו על ארבע פנותיו ממנו תהיין קרנותיו וצפית אותו נחשת *Facies etiam illi cornua, super quatuor angulis ejus, ex ipso sunto cornua ejus & obduces illud (altare) ære*, Jubentur hic cornua fieri ממנו i.e. *ex altari*; Unde cornua

nua ex altaris materia fabricata colligimus, eandemque & cornuum & altaris fuisse materiam, licet aliter sentiat *Christ. Noldius* in not. ad Concord. Partic. not. 1642. Primam legem, quam DEUS Mosi de ara holocaustorum exstruenda scripsit Exod. 20. 21 notatam reperimus מזבח אדמה תעשה לי וזבחת עליו את עלותיך ואת שלמיך את צאנך ואת בקרך *Altare terreum facies mihi, ut sacrifices super illo holocausta tua, eucharisteria tua, greges tuos & armenta tua*. Mosis altare cur hic terreum audiat? non eadem est Eruditorum sententia. *Abarbanel* altari nomen hoc impositum existimat, quod DEO non tantum res magni pretii, verum & minoris momenti curæ cordique sint. Ita enim Comment. in Exod. 20. מזבח אדמה תעשה לי ואין זו מצוה אלא הגדת העתיד כלומר עתיד אני לצוותך שתבנה מזבח לשמי ויהיה מעפר האדמה כי רם יי׳ ושפל יראה לא בזהב ובכסף כי אם מאדמה *Altare terreum mihi facies. Non sunt verba hæc præcepti divini, sed quid futurum esset indicant, q. d. Præceptum tibi dabo futuro tempore, ut ædifices nomini meo altare, eritque e pulvere terræ, quamvis enim excelsus sit Jehovah, depressa tamen respicit* [Ps. 137. 6.] *non ergo aureum aut argenteum sed terreum vult altare*. Alii, inter quos *R. Levi ben Gerson*, *R. Mose ben Maimon*, *R. Abraham* in Schilte Haggiborim, f. 22. *Valent. Schindlerus* in Lexic. pentagl. p. 167. ut & *Melchior Leydekkerus* de Republica Hebræorum t. 1. fol. 508. nomina profitentur, altare hoc אדמה sive Ἐπίγειον dici autumant, quod terræ fuerit contiguum. Ita enim *Ralbag* Comment. in Exod. 20. מזבח אדמה תעשה לי ר״ל שיהיה מחובר לקרקע שלא תבנהו על גבי כיפין ולא על גבי עמודים כדי שלא תתן התנשאות ורוממות למה שתעבוד בו השם יתע׳ כי זה הוא יביא לחשוב שתהיה אותם העבודה הנעשית במקדש לתמונה ההיא ואצל המזבח בעזהר תזבח עליו עולותיך ושלמיך *Altare terreum mihi facies, id est cunjunctum solo, ne ædifices illud super eminentiam columnarum, aut super fornicum altitudinem, ne excelsa & loca elata cultu divino sacrarentur, facile quippe cogitare* [*populus*] *potuisset, cultum in Tabernaculo futurum huic similem, in altari hoc in atrio holocausta & eucharisteria tua offeres*. *R. Abraham* Medicus in Schilte Haggibborim fol. 22. col. 4. מזבח אדמה תעשה לי רוצה לומר שיהיה מחובר בארמה ושלא יבנוהו על גבי כיפין או מחילות לא שיהיה של ארמה דוקא *Altare terreum facito mihi id est terræ* contiguum, *ne illud exstruant super fornices aut cavernas non* [*vero dicitur terreum*] *quod e terra exstruendum*. Vid. *Medrasch Mechilta* fol. 27. *R. Simeon* in Jalkut fol. 12. col. 3. *Maimonides* in Beth Habbechirah cap. 1. §. 12. Nititur hæc sententia Traditione Talmudicorum in *Sevachim* f. 61. col. 2. ומאי מזבח ארמה שהוא מחובר בארמה שלא יבננו לא על גבי כיפים ולא על גבי מחילות *Cur Altare* [*Mosis*] *terreum appellatur? Resp. ideo quia nullum fuit terram inter & altare intervallum, neque arcubus aut fornicibus superstructum erat*. Potior tamen mihi videtur, magisque arridet eorum sententia, qui altare Mosis terreum ob materiam dici judicant, quod e terra fuerit conflatum. Ita sentit *R. Salomo* in h. l. מזבח ארמה מחובר בארמה שלא יבננו על גבי עמודים או על גבי כפים דבר אחר שהיה ממלא את חלל מזבח הנחשת ארמה בשעת חנייתן *Altare terreum i. e. terræ junctum, ne illud erigant super columnis aut fornicibus. Alii expositores verbis istis altare terreum indicari volunt, concavum altaris ænei* [*Mosis*] *terra implendum eo tempore, quo* [*Israelitæ in deserto*] *castra metabantur*. Et Comment. in Exod. 27. 5. ומזבח ארמה הוא מזבח הנחשת שהיו ממלאין חללו ארמה במקום חנייתן *Altare terreum est hoc ipsum æneum altare, cujus concavum terra implebatur, cum castra metarentur*. Conf. *Mechilta* in Parascha Jetro fol. 27. col. 4. *R. David Kimchi* in Sepher Schoraschim f. 60. *R. Bechai* & *Aben Ezra* Comment. in h. l. & *Autor* tractatus gallici Histoire du Culte Levit. part. 2. c. 3. Nam præceptum hoc non de loco, sed materia altaris esse intelligendum e phrasi מזבח אדמה colligitur, quæ in sacris literis in simili constructione materiam denotat, ut מזבח נחשת *altare æneum*, 2. Chron. 4. 1. 2. Reg. 16. 5. מזבח זהב *altare aureum*, Exod. 39. Mosen præterea huic morem gessisse præcepto, cum altare holocaustorum exstrui curaret, ex Exod. 27. patet. Mosis enim altare fuit e lignis Schittin atque ære obductum, fuit etiam מזבח אדמה *e terra*: terram enim lignum atque æs circumdabant, & נבוב לוחות *sive cavitas asserum* terra erat referta. *Bechai* in Exod. 27. fol. 113. נבוב לוחות תעשה אותו מרובע היה כי כן כתוב רבוע יהיה והיו הלוחות של עצי שטים לארבעת רבעיו וחלול באמצע והנה בחלל המזבח הזה היו ממלאין אותו ארמה בשעת חנייתן כדי להקריב עליו והוא שכתוב מזבח ארמה תעשה לי *Cavum e tabulis facito illud: quadratum vero erat* (altare) *ita enim Exod.* 27. 1.

legi-

legitur : quadratum erit altare. Tabulæ quoque cedrinæ erant quadratæ & concavæ, cavitas vero altaris terra replebatur, quo tempore castra ponebant, ut in illo offerre possent, & hoc est quod innuitur : Altare terreum facito mihi. Vid. & *Aben Melech* in Exod 27. Gentilibus in more erat positum e cespite aras exstruere. *Lucanus* l. 9. v. 988.

Erexit subitas congestu cespitis aras

Horatius l. 3. Ode 7.

Quid velint flores & acerra thuris
Plena miraris, positusque carbo in
cespite vivo,

Et l. 1. Ode 19.

Hic vivum mihi cespitem hic
Verbenas pueri ponite thuraque.

Sed observaute *Ludov. de Prez* not. in Horatii lib. 1. Od. 19. aræ e cespite exstruebantur in rebus subitis & moram haud ferentibus. Error hinc forte *Grotio* atque *Riveto* natus, qui altare hoc terreum dici, quod e cespite exstructum esset, existimant ; Quorum vestigia & *Joh. Lightfootus* premens Descript. Templi c. 34. t. 1. Opp. p. 630. autumat, optimo jure dubitari posse : Annon hæc (nempe Exod. 20.) Altaria peculiari quapiam & extraordinaria occasione fuerint exstruenda, nempe cum DEUS subito appareret, ut Gideoni Jud. 6. 26. Manoæ cap. 13. 18. Ceu cataphractus vero *Joh. Spencerus* l. 2. de Leg. Hebr. Rit. c. 5. p. 410. defendit, altaria e cespite conflata fuisse ex more iter facientibus recepto, varia adducens argumenta sententiam hanc corroboraturus. Verum memoratis auctoribus contradicunt phrasin מזבח ארמה sequentia : בכל המקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך וברכתיך *Quocunque in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei, veniens ad te benedicam tibi.* Verbis enim hisce DEUS altare terreum ibi erigi, ubi populum ad celebrandum DEI nomen convenire, & benedictionem populo impertiri volebat. At nonnisi in Tabernaculo & Templo gratiosæ præsentiæ signa erant conspicua, commemoratio nominis Divini religiosa fiebat, & populus benedictione divina mactabatur. Ps. 122. 2. 3. 2. Reg. 21. 4. Deut. 12. 5. Ps. 132. 7. Suo sententiam hanc comprabat calculo *R. Salomo* in Exod. 20. 24. בכל מקום אשר אזכיר את שמי אשר אתן לך רשות להזכיר שם המפורש שלו שם אבא אליך וברכתיך מכאן אתה למד שלא נתן רשות להזכיר שם המפורש אלא במקום שהשכינה באה שם וזהו בית הבחירה שם נתן רשות לכהנים להזכיר שם המפורש בנשיאות כפים ולברך את העם *Ubicunque memorari faciam nomen meum i. e. ubicunque dedero tibi facultatem commemorandi nominis mei Jehovah, ibi veniam ad te & benedicam tibi. Hinc collige, DEum non dedisse facultatem commemorandi nomen Jehovah, nisi in loco gratiosa DEI præsentia collustrato. Atque is [locus] est domus electa, ibi dedit DEus facultatem sacerdotibus exprimendi nomen hoc in elevatione manuum ad benedictionem populi.* Quamvis itaque terra materia fuerit altaris holocaustorum, cornuum tamen minime materia dicenda est. Neque enim totum altare e terra conflatum, sed media tantum altaris pars terra repleta fuit.

§. VI. Inserviebant porro fabricandis altaris holocausti cornibus עצי שטים Ligna Schittim, vi legis, quam Deus de altari exstruendo Exod. 27. 1. tulit ועשית את המזבח עצי שטים *Facies altare e lignis Schittim.* Non totum altare, sed asseres solum terram ambientes, e lignis Schittin fuisse, opinatur *R. Is. Abarbanel* in Exod. 27. fol. 197. ואמרו שיהיה המזבח עצי שטים רצה לומר שיהיו דפנות המזבח מעצי שטים לא נגו כי ימלאוהו עפר כמו שאמר מזבח ארמה תעשה לי וזבחת עליו וג׳ *Loquitur* [DEus] *de altari e lignis Schittim* (parando) *seu de lateribus, non vero de tecto altaris. Altare enim pulvere repletum erat, Q. D.* (Exod. 20. 24.) *Altare terreum facies mihi & sacrificabis super illo &c.* Quænam hæc fuerint עצי שטים de eo magna inter Criticos opinionum pugna est. *Edm. Castellus* Lex Heptagl. col. 3734. & *Jac. Golius* Lex. Arab. col. 1225. acaciam sive spinam Arabicam volunt in desertis Sinai uberrime crescentem. *Aquila & Symmachus* per σήττιν, *Theodotion* ἀκάνθας, *LXX.* ξύλα ἄσηπτα, ligna imputribilia, transtulerunt. *Hieronymus* in Esaiæ 41. t. 5. Opp. p. 134. *Sittah*, ait, *est genus arboris nascentis in eremo, spinæ habens similitudinem, unde omnia ligna arcæ & tabernaculi facta sunt instrumenta.* Conf. eundem in Joel. c. 3. t. 6. Opp. p. 56. *Joh. Henr. Ursinus* in Arbor. Bibl. c. 22. p. 316. Deum tabernaculum e spinoso ligno, Templum vero e cedrino condi jussisse putat, ut declararet, se cum populo peregrinantem, superba Regum e cedris spernere palatia. *Jac. Bonfrerius* ad Exod. 25. Scittah arborem nobis plane ignotam fuisse existimat. *Abarbanel* in Exod. fol. 190. עצי שטים הוא ממיני ארזים והם עבים וקלים מאר *Ligna schittim cedri erant species, summæ densitatis & levitatis. Josephus* l. 3. Antiquit. Jud. c. 6. Ξύλον ἰσχυρὸν τὴν φύσιν καὶ σῆψιν παθεῖν οὐ δυνάμενον,

lignum

lignum natura validum & ab omni carie inviolabile. Hæc omnia cedro quam optime convenire, ecquis eat inficias? *Plinio* enim est l. 13. H. N. c. 40. Cedri arbores erant perpetuæ atque immortales. Hinc Numæ libri cedri succo obducti & cedrinis candelis obvoluti, terræ licet infossi, incorrupti tamen tot ævis manserunt, *Plinio* referente, qui lib. 16. cap. 11. *Cedri tantam vim esse*, ait, *ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa diu serventur*. Vid. *H. Salmuth* in not. ad Guid. Pancirol. p. 1. cap. 42. p. 144. Cedri itaque speciem עצי שטים fuisse judico. Cum enim Cedrus odore suavis, tempore æterna, imputribilis & levissima sit, lignum hoc ad cornuum & altaris structuram fuisse adhibitum asserere, nullus dubito, tum ne pondus nimium portantium aggravaret humeros, tum ut altaris usus esset diuturnior. Conf. *R. Levi ben Gerson* in Exod. 25. *R. If. Abarbanel*, *Junius & Tremellius* in h. l. & *Villalpandus* t. 2. Explan. in Ezech. l. 4. c. 48. p. 303. Unde Israelitæ in deserto ligna hæc habuerint? Hebræi inter se non conveniunt. Refert *R. Salomo* e Tanchuma in Exod. 25. 5. & *R. Bechai* in Biur al Hatora fol. 101. col. 1. Jacobum cedros in Ægypto plantasse filiosque suos jussisse, ut ex Ægypto egredientes secum eas educerent. At fabulam hæc redolere optime judicat *R. Aben Ezra* putans, monti Sinai silvam fuisse vicinam lignis hisce refertam, e qua ligna hæc ab Israelitis cæsa sint. Ita enim ille in Exod. 25. יש מקדמונינו שאמרו שיעקב אבינו נטעם וישראל הוציאם ממצרים במצות משה והראיה וכל אשר נמצא אתו כמו התכלת והארגמן ויש לתמוה למה נאמר אשר נמצא אתו לצרכו ואם אמרנו כן יש לתמוה למה הוציאו עצי שטים כי מה צורך יש להם ועוד הנה המצרים חושבים כי לזבוח הם הולכים ואחר כן ישובו ועל כן השאילום ואיך יוציאו קרשים רבים אורך כל אחד מהם עשר אמות גם בריחים והם עברו על מצרים מקום המלוכה ומה היתה תשובה לשואליהם למה יוליכו עצי שטים והם הולכים לזבוח דרך שלשת ימים והנה לא ידענו אם קבלה היתה היא ביד אבותינו שממצרים הוציאום גם אנחנו נסור אל משמעתם ואם סברא היא יש לבקש דרך אחרת ונאמר כי היה סמוך אל הר סיני יער עצי שטים ובבאם שם אמר להם ששם יתעכבו הרבה וכרתו כל היער *Sunt e Doctoribus nostris antiquis, qui dicunt, Jacobum Patrem nostrum plantasse ligna Schittim, Israelitas autem eduxisse ea ex Ægypto mandante Mose*. *Cui firmando* (adducunt) *Exod. 35. 23. Quicquid inventum fuerit apud eum ut hyacinthus & purpura. Sed mirum est, cur dictum sit omne quod inventum fuerit* אתו. *Resp. hoc intelligendum de omnibus rebus unicuique necessariis. Si hoc; mirum est cur extulerint Arbores Sittim. Quid enim quæso lignis his ipsis opus erat? in primis cum putarent Ægyptii, eos sacrificatum ire & postea reversuros; Ideo commodato dederunt res suas. Cur autem educerent tantam asserum copiam, quorum cujusque longitudo X. erat cubitorum imo & vectes, cum transirent Ægyptum sedem regni. Quid respondissent quærentibus: Cur hæc ligna secum ferrent cum irent sacrificatum via trium dierum? Sed ecce hæc ignoramus. Nam si per traditionem acceperunt Patres nostri, ligna Schittim ab Israelitis ex Ægypto adducta, illorum amplecteremur sententiam. Quod si vero conjectura est, alia incedendum nobis est via, dicendumque monti Sinai sylvam fuisse vicinam lignis Schittim consitam, cumque eo venissent, præcepit eis Moses, ut illic commorarentur diutius, hancque sylvam totam exciderunt*. Conf. *Abarbanel* in Perusch al. Hattora f. 190. col. 2. *Gur Arieh* fol. 105. col. 2. *Tostatus* Episcopus Abulensis Comment. in Exod. Part. 2. fol. 12. col. 1. *Conr. Pellicanus* Comm. in Pentateuch. fol. c. col. 1. *Franciscus Ribera* l. 2. de Templo c. 1. p. 99. & *Cartwrightus* in Exod. 25. Patet autem e multis Scripturæ locis, puta nu. 25. 1. 33. 49. Jos. 2. 1. 3. 1. locum quendam Schittim fuisse, in campestribus Moabitarum Israelitarum regioni vicinum, quem cedris refertum fuisse verisimile est. Utrum vero locus ab arboribus sic dictus, an vero arbores a loco? merito cum *Cartwrightho* dubitamus, in priorem tamen proniores sententiam.

§. VII. Præter עצי שטים in cornibus altaris Mosaici considerandum occurrit נחשת sive æs. Cum enim altare totum quidni & cornua ære obducta, dicerem? Sane 70. verba Exod. 27. 2. וצפית אתו נחשת *obduces illud* (altare) *ære*, non tam de altari, quam de cornibus exponunt, *ϗ καλύψεις αὐτὰ χαλκῷ*, *Obduces illa* (cornua) *ære*. Rationem cur altare atque cornua aræ fuerint obducta reddit *R. Salomo* in Exod. 27. 2. לכפר על עזות מצח שנא' ומצחך נחושה [Hoc factum est] *ad expiandam frontis* [Israelitarum] *duritiem*. Q. D. Es. 48. 4. *Frons tua ænea est*. Est & hæc sententia *R. Bechai* in Biur al Hattora f. 113. col. 2. למה מזבח הנחשת מכפר על מצח נחשת שנאמר וגיד ברזל ערפך ומצחך נחושה *Quare altare* (holocaustorum) *fuit*

fuit æneum ? Resp. Quia expiavit frontem æneam [Iſraelitarum] *Dicitur enim Jeſ.* 48. 4. *Nervus ferreus cervix tua fronſque tua ænea.* Genuinam vero & literalem adfert rationem *Abarbanel* in Peruſch al Hattora f. 196. col. 2. ideo nempe altare ære fuiſſe opertum, ne ab igne læderetur ואם היה המזבח מכוסה מעצי שטים היה נשרף ונחשת המזבח כיון שאש תמיד תוקד על המזבח לא תכבה: *Si altare* (holocauſtorum) *ligno Schittim fuiſſet opertum, combuſtum fuiſſet, ideo ære altare fuit* [obductum] *ſiquidem ſemper in altari arſit ignis, neque extinguebatur.* Craſſitudo æris, *Bechai* referente, fuit inſtar denarii aurei, qui pondere noſtros aureos æquat. Vid. *Joh. Leuſdenii* Philol. Hebr. mixt. Diſſ. 29. p. 211. nec non *Edv. Breerevvord* de pond. & pret. Vet. numm. c. 1. Anſam hinc capiunt Judæi gloriandi prodigium aliquod divinitus factum, DEumque modo miraculoſo altare conſervaſſe, ne igne conſumeretur tenui quamvis lamina obductum. *R. Bechai* in Biur al Hattora fol. 113. ומזבח זה נס גדול היה נעשה בענינו שהאש דולקת בו ביום ובלילה ולא היה העץ נשרף ולא היה הנחשת נתך *Maximum fiebat in altari miraculum. Ignis quippe in altari die nocteque ardens lignum non combuſſit nec æs liquefecit.* Unde mox ſubjicit היה משה מתירא שמא ישרוף האש העץ שבמזבח אמר לו הק׳בה משה מה אתה מתירא מי צוה האש לשרוף למד ממך כשנכנסת לתוך ערפל של אש והיית מהלך בין גדודין של אש ולא עוד אלא שהיית בא אצלי שנ׳ ומשה נגש אל הערפל אשר שם האלהים וכבודי אש אוכלה היה שנאמר כי יי׳ אלהיך אש אוכלה הוא ולא נשרפת אף מזבח הנחשת אע׳פי שכתוב בו אש תמיד תוקד על המזבח לא תכבה לא הנחשת נתך ולא העץ נשרף ואם תאמר שצפויו עבה אמר רבי נחמיה עובי דינר היה *Moſes cum altare exſtrueret, timidus dixit : forte comburet ignis lignum altaris. Dixit ergo ei Jehovah : Quid times Moſe? Quis eſt, qui præcipit ligno ut urat? Tuo rem diſce exemplo : Cum ingredereris medium caliginis & ignis, & ambulares inter ignis turmas, imo cum me accederes* (ut dicitur Exod. 20. 18. *Et Moſes acceſſit caliginem, in qua erat DEus*) *cujus gloria eſt ignis conſumens,* [Deut. 4. 24.] *debuiſſes tua opinione comburi, & tamen combuſtus non es? Eadem eſt altaris ratio. Quamvis enim præceperim, ignem perpetuo ardere in altari, nec unquam extingui; Tamen nec æs colliquabitur, nec lignum comburetur. Diceres forte laminam craſſiorem fuiſſe, quam ut poſſet tam facile liquari,* (ut miraculo nullo opus ſit.) Reſp. *R. Nehemia denſitate ſua æquaſſe laminam non niſi unum denarium, refert.* Conf. *Schilte Haggiborim* f. 23. col. 4. Si quæras, an intus extuſque ære obductum fuerit altare? cum *Joh. Lundio* l. 2. der Judiſch. Heiligth. c. 31. p. 174. fateor me accedere ſententiæ Junii & Tremellii ab utraque facie ære obductum fuiſſe altare, imo & cornua, opinantium.

§. VIII. Altaris in Templo exſtructi cornua, æque Moſaici ex ipſa altaris maſſa fabricata fuere. Ut vero indagemus, e quanam formata ſint materia, in materiam e qua altare templi formatum, inquirendum eſt. Quidam altare hoc e ſolido factum ære e II. Paralip. IV. 1. II. Reg. XVI. 14. I. Reg. VIII. 64. ubi מזבח נחשת altare æneum vocatur, cum *Joh. Lightfooto* in Deſcript. Templi Hieroſ. cap. 34. T. I. Opp. p. 630. & *Conſt. L'Empereur* cap. 3. Middos Miſchna I. p. 85. 86. contendunt. Alii vero cum *R. David Kimchi* & *R. Salomone* in 1. Reg. VII. 64. æneum dici volunt, quod altare templi in locum cederet altaris ænei a Moſe exſtructi. Verum hæ ſententiæ æque Rabbinis optimæ notæ, ac rei ipſius contradicunt veritati. Non enim altare hoc æneum dictum tantum ob ſimilem uſum, aut quod in locum altaris Moſaici ex ære confecti ſuccederet, ſed præprimis quod ære eſſet obductum, uti & II. Reg. XVI. 14. Moſis altare æneum dicitur, quamvis e ligno cedrino confectum & ære fuerit obductum, imo altare ſuffitus מזבח זהב altare aureum audit II. Paralip. IV. 19. quamvis auro tantum fuerit obductum. Suffragatur noſtræ ſententiæ *R. Iſ. Abarbanel* in 1. Reg. VIII. 64. ואם היותו מזבח אבנים כמו שצותה התורה הנה קראו מזבח הנחשת לפי שהיה מצופה נחשת כמו שנקרא מזבח הזהב להיותו מצופה זהב h. e. *Quamvis altare hoc lapideum ex decreto legis fuerit, nihilominus æneum dicitur, quia ære fuit obductum, quemadmodum altare ſuffitus auro obductum, aureum vocatur.* Præterea nullibi legitur Ara hæc fuiſſe ex ære ſolido, quemadmodum alia Vaſa, quæ aurea aut ærea dicuntur, ut Candelabrum, Mare æneum &c. 1. Reg. VII. 16. 24. 33. 45. Nullus ergo dubito aſſerere, cornua altaris in templo una cum altari ipſo lapidea fuiſſe, motus inprimis Miſchnæ potiorumque Rabbinorum ſuffragiis. Talmudici in Middos c. 3. Miſchna IV. אחד אבני הכבש ואחד אבני המזבח מבקעת בית כרם וחופרין למטה מהבתולה ומביאים משם אבנים שלמות : *Lapides*

cum

cum ascensus tum altaris fuerunt e convalle Beth Cerem, quos effoderunt e terra inculta atque inde adduxere lapides integros. Mischnæ huic suffragatur *Maimonides* in Hilc. Bes Habbechira c. I. §. XIV. simul innuens unde lapides illi cæsi fuerint ומהיכן היו מביאין אבני מזבח מן בתולת הקרקע חופרין עד שמגיעין למקום הניכר שאינו מקום עבודה ובניין ומוציאין ממנו האבנים או מן הים הגדול ובונין מהן וכן אבני ההיכל והעזרות שלימות היו: *Unde vero adducebant lapides altaris? Resp. terram virginem fodiunt donec ad locum perveniant quem constat, omni cultu & ædificio vacasse. Inde lapides educunt, aut ex Oceano & ex iis altare exstruunt. Ita & lapides templi atque atriorum integri fuere*. Vide *Sevachim* fol. 54. col. I. *R. Abraham* in Schilte Haggiborim c. 27. fol. 23. col. III. *Mechilta* in Exod. XX. fol. 28. col. I. & *Jo: Henr. Hottingerus* de Legg. Jur. Hebr. Leg. XL. p. 53. Iidem Rabbini non solum lapides impolitos & perfectos adhibitos fuisse altari exstruendo asserunt, verum etiam modum ostendunt, quo cornua e massa altaris lapidea parata fuerint. Nimirum utebantur forma cubiti quadrata, quæ lapidibus, calce, pice & plumbo liquefacto replebatur, adducta hac forma ad altaris verticem eam angulo altaris imponebant, & unumquodque cornu formabant. *R. Mose ben Maimon* Hilc. Bes Habbech. cap. 2. §. 16. e Cod. Sevachim fol. 54. col. I. cornuum structuram ita delineat כשבונין המזבח בונין אותו כולו אטום כמין עמיד ואין עושין בו חלל כלל אלא מביא אבנים שלמות גדולות וקטנות ומביא סיד והפרת וקונייא וממחה ושופך לתוך מלבן גדול כמדתו ובונה ועולה ונותן בתוך הבנין גוף של עץ או אבן בקרן דרומית מזרחית כמדת היסוד וכן נותן בתוך כל קרן וקרן עד שישלים הבנין ויסיר הגופים שבתוך הבנין כדי שתשאר קרן דרומית מזרחית בלא יסוד וישארו הקרנות חלולין: *Cum estrueretur altare extruebatur totum obturatum instar columnæ nullo relicto concavo, sed adducebantur lapides integri tam magni quam parvi; deinde calx, pix & plumbum liquefactum infunditur tigillo figuram ejus æquanti & altiora ei inædificantur. Post hæc inditur structuræ quadratum ligneum aut lapideum cornu Euro australi secundum mensuram fundamenti, eodem modo apponitur unicuique cornu,* [massa lignea aut lapidea] *usque dum absolvatur structura* [cornuum.] *Tandem removentur formæ ligneæ in structura hac adhibitæ, ut cornu Euro Australe relinquatur sine fundamento & reliqua cornua excavata*.

§. IX. Sed jubet ordo de figura cornuum disserere, variorumque ex antiquitate Hebræa colligere suffragia I. *Joh. Spencerus* Leg. Hebr. Rit. l. 3 Diss. I. cap. 4. Sect. I. pag. 823. cornua altaris curvaturas fuisse existimat ex ære ad cornuum tauri vel arietis figuram fabricatas. Idque exinde probare allaborat, tum quod prominentes altaris ansulæ eodem cum animalium cornibus nomine, nempe קרנות insigniantur, tum quod Josephus testetur, ansulas altaris cornuum figuram fuisse imitatas, tum denique quod gentilium aræ taurorum aut arietum cornibus decoris ergo exornatæ fuerint. Verum Vir hic græcarum latinarumque literarum apprime gnarus, judicio hoc de cornibus altaris lato satis prodit, se sine causa monumenta antiquaria flocci habere, quæ non minus hic, quam in aliis Judæorum ritibus indagandis consulenda sunt. Neque vero argumenta Viri Cl. tanti sunt ponderis, ut assensum invitis extorqueant. Nam קרן non tantum cornua animalis sed extremitatem quamvis notat, ut §. IV. probatum. Imo cornua Altaris non a figura, sed a robore nominari observat *Anton. Borremansus* in Var. Lect. p. 245. Præterea altaris cornua non ad boum vel arietinorum cornuum figuram ex ære solo fuisse fabricata vel inde patet, quod cornua jubeantur non seorsim altari adglutinari, sed parari ממנו i. e. *ex altaris materia* seu lignis Schittim ære obductis. Qui vero forma hæc cornuum animalium fieri potuit, præcipue in altari Salomonis cum ferrum altari admovere nefas esset? Exod. XX. 25. Nec *Josephus* cornua altaris cornibus animalium similia fuisse perhibet, sed angulos sursum protensos, agnoscit l. 4. de B. Jud. cap. 4. *ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας*, *Ara quadrata stetit angulos in Extremitatum formam protensos habens*, KEPATA enim & apud Græcos Eminentias vocari, *Hesychius* & *Eustathius* Autores sunt. Tandem gentilium aras cornibus animalium, decoris ergo fuisse ornatas, ambabus ut dicunt largior manibus; DEum vero in altari exstruendo gentilium ritus imitatum Spencerianam sapit hypothesin, cum DEus severe satis sacra Gentilium populo suo interdixerit. Eandem nihilominus cum Spencero fovent sententiam *Fortun. Schacchus* in Elæochrism. S. Myroth. II. cap. 47. p. 465. *Herm. Witsius* in icone Miscell. S. præmissa, ut & in T. I. Misc. S. p. 450. Sunt II. alii, qui cornua altaris radios sursum erectos in quatuor altaris angulis autumant, de-

nuo

nuo provocantes ad vocem קרן in ſacris literis non tantum cornu, verum & ſplendorem ſignificantem, in quibus *Jo. Bapt. Villalpandus* Explan. in Ezech. cap. 41. 22. p. 2. l. 5. §. 49. *Toſtatus*, *Cajetanus*, *Malvenda* & præprimis *D. Conr. Mell.* in grundl. Beſchreibung der Stiffts-Hutte cap. 6. §. 7. p. 209. nomina ſua profitentur. Accedit huic ſententiæ *Lippomanus* apud *Druſium* in not. mai. ad Exod. XXVII. adducens nonneminem, qui cornua altaris in ſimilitudinem cornuum bovis aut hirci fabricata fuiſſe negat, ſed hebraico more radios quoſdam elegantes ſurſum erectos cum ornamento pomelli vel lilii fuiſſe contendit. Verum Author hic Scyllam vitando in Charybdim incidit, ſtans pro ſententia Scriptoribus optimæ notæ plane contraria. III. Alii ut *Bened. Aria Montanus* in Bezaleel ſive Tabernaculo T. VI. Critic. S. p. 617. *Torniellus* l. 1. Annal. Sac. ad A. M. 2544. §. 69. & 74. & nonnemo apud *Malvendam* cornua altaris pinnas eſſe cenſent, in ſuperiori aræ facie e quatuor altaris angulis cornuum more prominentes. Sed & hæc nulla veritatis ſpecie ſuffulta merito ſuis linquo autoribus. Quomodo enim cornua ſanguine commode aſpergi, & per foramina ſanguis defluere potuiſſet, ſi foramina hujuſmodi in pinnis concipiantur. Propius veritati accedit IV. *Jo: Lundius* l. 1. der Jud. Heiligth. cap. 33. pag. 157. dum in altum erecta & perforata in iconiſmo pingit altaris cornua, in eo ſolum a Rabbinis aberrans, quod in ſummo cornuum apice tectum ſignat, cum tamen & aræ exterioris & interioris cornua aperta, non vero tecta fuiſſe, jam advertit *Thed. Daſſovius* Diſſ. de Imagg. rerum Hebr. Th. XII. §. 1. p. 25. In hoc Interpretum de cornuum figuris diſſenſu, altoque ſcripturæ ſilentio difficile eſt rem prorſus expedire, omnibuſque abſolutam numeris cornuum exhibere delineationem. Placuit tamen, ut dicta eo illuſtrentur melius, quaſdam cornuum ideas peculiari ob oculos ponere iconiſmo, ductumque ſequi, quos modo adduxi Criticorum. Et quidem Fig. I. cornua exhibet e mente JO. SPENCERI. Fig. II. HERM. WITSII Fig. III. JO. BAPT. VILLALPAN. Fig. IV. CONR. MELN. Fig. V. ARIÆ MONTANI. Fig. VI. JOH. LUNDII.

§. X. Rabbinos itaque cum antiquiores Antiquitatum Indagatores non habeamus, ſequor duces, afferens cornua in vertice altaris holocauſtorum quatuor parallelepipeda [ut voce Mathematicorum utar] quatuor altaris inſidentia angulis fuiſſe, ad 5. palmos æqualiter elata, intus excavata, in ſummitate vero aperta. Ut dicta plenius illuſtrem, (1.) Altitudo fatentibus uno ore Rabbinis 5. palmorum fuit. *Maimon* in Hilc. Bes Habb. cap. 2. §. 7. גובה כל קרן וקרן חמשה טפחים. *Altitudo unius cujuſque cornu fuit 5. palmorum*. (2.) Longitudinem & Latitudinem cornuum Altaris Moſaici ſilente Scriptura Judæi exacte non determinant, quia tamen locum cujuſvis cornu in altari Salomoneo Templique ſecundi unius cubiti fuiſſe conjiciunt, non incongrue colligitur unumquodque cornu in altari Moſis quartam cubiti partem exæquaſſe. *Maimon.* l. c. רבוע כל קרן אמה על אמה. *Unumquodque cornu quadratum cubitale erat*. Et *R. Levi ben Gerſon* in Exod. XXVII. הנה חיו הקרנות ארבע בארבעה זויות מקום המערכת והנה לא נזכר שיעור אלו הקרנות בתורה והיה שיעורם בבית שני אמה על אמה : *Fuerunt quatuor cornua in quatuor angulis ſuperioris areæ altaris. Equidem menſura cornuum in lege non determinatur, in templo tamen ſecundo unius cubiti quadrati erat*. Conf. *Middos* cap. 3. Miſchna I. Fluunt hæc ex menſura altaris Salomonei cujus mentio injicitur 2. Paralip. IV. ויעש מזבח נחשת עשרים אמה ארכו ועשרים אמה רחבו ועשר אמות קומתו : *Altare æneum* (Salomo) *fecit, cujus longitudo XX. cubb. latitudo XX. cubb. altitudo vero X. cubb. fuit*. Quodſi itaque ambitus altaris Salomonis quadruplo major fuit ambitu aræ Moſis, cornua quoque altaris Salomonei cornibus altaris Moſaici quadruplo fuiſſe majora leges veræ proportionis ſuadent, ſubductoque calculo cornu quodvis 5. palmos altum & $\frac{1}{4}$ cubiti longum latumque ſtatui poſſe exiſtimarem. Erant (3.) Cornua intus excavata. Denuo *Maimon.* Hilc. Bes Habb. cap. 2. §. 8. וארבע הקרנות חלולות היו מתוכן : *Quatuor cornua intus fuere excavata*. Cauſam ſubjicit *R. Iſ. Abarbanel* in Peruſch al Hattora fol. 194. גם היו חלולות מבפנים כדי לשפיך בהם הדם שמשם היה יורד למטה בתוך חלל הארץ : *Fuerunt* [cornua] *intus cava, ut ſanguis poſſet infundi indeque deſcendere intra terræ cavernas*. [4.] Numero erant quatuor דרומית מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית : *Euro-auſtrale, Euro-boreale. Zephyro-boreale, Zephyro-Auſtrale*. Ratio cur nec plura nec pauciora cornua fuerint varia a Rabbinis redditur. *R. Iſaac Abarbanelem* in Peruſch al Hattora fol. 192. col. 3. Phyſica delectat ratio, dum opinatus Deum rationem habuiſſe quatuor Elemento-

rum

rum & numeri primarum Qualitatum וצוה שיעשה למזבח ד׳ קרנותיו לרמוז אל ארבעת הצורו׳ דומם וצומח חי ומדבר או לרמוז אל ארבעת היסודות והליחות והאיכו׳ אשר בחי : *Præcepit DEus quatuor in altari fieri cornua ut indicaret 4. Entia, inanimatum, Vegetabile, Animatum & Rationale. Vel 4. cornua innuunt 4. Elementa, 4. humores, 4. primas qualitates in quovis vivente.* Cabbalistica vero placet ratio *R. Israeli* in Sepher Thoras Haola fol. 17. col. 3. quatuor nempe in altari cornua præfigurasse 4. animalia currus Ezechielis והקרנות היו ארבע להורות על ארבע חיות שבמרכבה והם מזה ומזה צפון ודרום מזרח ומערב: *Quatuor fuerunt cornua, quæ innuerent numerum quatuor animalium currus Ezechielis ad omnem plagam, Aquilonem, Austrum, Eurum, Zephyrum sitorum.*

§. XI. Porro [5.] Cornua ex ipso altari formata fuere Exod. XXVII. 2. ממנו תהיין קרנותיו : *Ex eo erunt cornua ejus.* Omisit hæc in Versione sua Lut. Tautologiam fortassis aliquam verbis illis subesse suspicatus. Verum sine ullo Tautologiæ vitio, colligunt hinc Interpretes, cornua altari adhæsisse, ex ejus massa prodiisse, & sine ulla separatione non aliunde excisa, sed ex eadem cum altari materia ducta fuisse. Vid. *Munsterum*, *Vatablum*, *Oleastrum*, & alios in h. l. Suffragantur Christianis Judæi, *R. Levi ben Gerson* in Exod. XXVII. ממנו תהיין קרנותיו למדנו מזה שאין ראוי לעשות הקרנות לבדם נפרדים ומונחים במזבח אבל ראוי שיהיה הקרנות מגוף המזבח : *Ex eo erunt cornua ejus. Discimus inde non formari cornua seorsim & altari deinceps imponi, sed ex ipsa altaris massa educi.* Genuinam hanc ממנו תהיין Phraseos esse significationem similis ostendit locus de cingulo Summi Sacerdotis. Exod. XXVIII. 8. occurens וחשב אפודתו אשר עליו כמעשהו ממנו יהיה : *Cingula amictus ejus ex ipso sunto. R. Salomo* in h. l. עמו היה ארוג ולא יארגנו לבד ויחברנו i. e. *Simul cum Ephodo cingulum texatur. Non seorsim texatur & postea Ephodo adnectatur.* Eodem itaque modo cornua ex altari fabricata fuerunt quo Cherubi, Exod. XXV. 18. ex eadem auri massa cum propitiatorio formata perhibentur. Ita denuo *R. Salomo* in h. l. מקשה תעשה שלא מם תעשה בפני עצמ ותחברם בראשי הכפרת לאחר עשייתם כמעשה צורפים אלא הטיל זהב הרבה בתחלת עשיית הכפר׳ והכה בפטיש ובקורנס באמצע וראשיו בולטין למעלה וצייר הכרובים בבליטת קצותיו : *Ductiles ex auro facies cherubos; Non fabricabis eos separatim & extremitatibus operculi fabricatos conjunges, more aurifabrorum, sed accipe massam auri in parando arcæ operculo & percute malleo magno prius deinde parvo medium massæ aureæ, ut extremitates ejus utrinque emineant, inque parte prominente extremitatum ejus Cherubos forma.* Tandem (6.) cornua quatuor extremitatibus angulorum exacte imposita inque altum erecta ex altari protuberarunt. In altari Mosis lex divina, cornua summitati 4. angulorum imponi jubet. Exod. XXVII. 2. עשית קרנותיו על ארבע פנותיו : *Facta impones cornua 4. altaris angulis*; & in ara templi secundi protuberasse ex angulis quatuor cornua colligas ex Ezech. XLIII. 15. ומהאראיל ולמעלה הקרנות ארבע *a pyra altaris sursum versus exsurgebant cornua quatuor.* Duplex hic a communi hac Judæorum sententia fit dissensus. Nam *R. Abraham ben David* Maimonidis censor cornua in ipsius aræ angulorum extremitate neutiquam locanda, sed palmis 2. ab utroque latere removenda contendit in Maimon. Hilc. Bes Habb. cap. 2. §. 7. ושני הטפחים הם שפחתו משתי הקרנות ברחבן ואולי יש לומר שאותן שני טפחים היו פנימה שהקרנות היו כנוסים מרופן המזבח שני טפחים זה טפחים מכאן וזה טפחים מכאן : *Duo palmi* (mensuræ foci altaris) *demendi sunt latitudini quatuor cornuum. Forte dici potest duobus palmis fuisse coarctata cornua ac remata duobus tot a latere uno, quot a latere altero.* Minus dextre vero Maimonidem a R. Abraham intelligi nec tali opus esse commento evicit *R. Joseph Kaaro* in Ceseph Mischue ad h. l. Annuit his fere *Joh. Ligtfootus* in Descr. Templi Hierosf. T. I. Opp. cap. 36. pag. 635. asserens, super altaris crepidinem superiorem seu ambitum, post cubitum aliam iterum fuisse coarctationem unius cubiti, unde surrexerint cornua altaris, sed ita extenuata & extrorsum inversa, ut Sacerdotes victimas oblaturi inter ea & altare expedite transire possent. Nam ipso opinante, si cubitalis altaris crassities ad summitatem usque pertigisset, Sacerdotes altare circuire nequaquam potuisse. Diserte vero Lightfooto contradicit *R. Is. Abarbanel* in Perusch al Hattora f. 196. ואמר ממנו תהיין קרנותיו כלומר מן המזבח של עצי השטים יהיו הקרנות לא נמשכות לצד חוץ ולא לצד פנימי רק יעמדו ביושר על פינות המזבח : *Jubet DEus* [Exod. XXVII. 2.] *cornua fieri ex altari i. e. ex lignis Schittim erecta, surgere cornua, non inflexa ad latus extrorsum neque ad latus introrsum, sed ere-*

cta

cta protuberare ex aræ angulis. Nec est ut metuat Vir Clar. sine cornuum flexura locum non satis amplum ambulacro sacerdotum relinqui; etenim spatium circuitus latius erat uno cubito, ut sacerdotes expedite satis illic ambulare possent. Gemaræ *Sevachin* f. 62. col. 1. איזהו כרכוב בין קרן לקרן מקום הילוך רגלי הכהנים אמה אטו הכהנים בין קרן לקרן היו אזלי אלא אימא ומקום הילוך רגלי הכהנים אמה והכתוב תחת כרכוב מלמטה עד חציו אמר רב נחמן בר יצחק תרי הוי חד לנוי וחד לכהנים שלא נשתרקו *Quis est ille ambitus Exod. 27. 5. memoratus? Resp. Spatium cubiti unius erat inter cornua, & ambulacrum sacerdotum cubitale. Dices: hoc pacto quomodo sacerdotes ab uno latere in aliud pergere potuerunt cornibus obstantibus? Resp. ambitus comprehendit spatium inter cornua, & cubitum unum pro ambulacro sacerdotum. Quod autem ambitus infra summitatem aræ deprimitur, dum dicitur:* (Exod. loc. cit.) *sub ambitu inferiori ad medium altare, id R. Nachman Bar Jizchak solvit, duo statuendo* [*ambulacra*] *unum pro ornamento* [parietibus aræ adhærens] *alterum commodo Sacerdotum* [in vertice aræ, 2. cubb. latum] *ne laberentur*. Genuinam cornuum figuram dabit Fig. 7. quam cum *Th. Dassovio* de Alt. Ext. T. Hier. omnibus antepono.

§. XII. Nonnulla tamen in cornu Zephyro-Australi & Euro-Australi erant, cum reliquis cornibus, non communia. In cornu Zephyro-Australi duo erant foramina, per quæ sanguis in torrentem Kidron defluebat. *Middos* c. 3. Mischna 2. ובקרן מערבית דרומית היו שני נקבים כמין שני חוטמין דקין שהדמין הניתנין על יסוד מערבי ועל יסוד דרומי יורדין בהן ומתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון *Cornu Zephyro-Australe duo habebat foramina instar duarum narium exilium, per quæ sanguis sparsus cum ad basin occidentalem tum australem defluebat, ac uterque sanguis mixtus in canali defluebat in torrentem* Kidron. Equidem *R. Ob. de Bartenora* in c. 5. Middos Mischna 2. foramina hæc in fundamento fuisse refert ובקרן מערבית דרומית למטה באמה של יסוד היו שני נקבים שהדמים הנתנים על יסוד מערבי כגון שירי הדם של חטאת הפנימיות שלאחר כל המתנות היה שופך שירי הדם על יסוד מערבי *In Cornu Zephyro-Australi inferius ad canalem baseos duo erant foramina, per quæ sanguis sparsus ad basin occidentalem defluebat, uti reliquiæ sanguinis victimæ pro peccato, cujus sanguis ad altare interius spargebatur: nam absolutis sparsionibus, sanguinis reliquiæ ad basin occidentalem effundebantur*. Accedit Bartenoræ *Const. L'Empereur* in notis ad Middos cap. 3. §. 2. ita tamen ut foramina hæc in basi ad cornu latus fuisse addat. Maimonidem tamen in cornu ipso foramina admittere ex c. 2. Hilc. Bes Habb. §. 11. coll. §. 12. conjicere licet. Conf. *Joma* c. 5. Mischna *6.* & *Rob. Sheringham* in notis p. 122. 123. Cornu Euro-Australe fundamento carebat. *Maimon.* in Hilc. Bes Habb. c. 2. §. 10. יסוד המזבח לא היה מקיף מארבע רוחותיו כמו הסובב אלא היה היסוד משוך כנגד כל רוח צפון ומערבי ואוכל בדרום אמה אחת ובמזרח אמה אחרת וקרן דרומית מזרחית לא היה לה יסוד *Basis altaris non cingebat altare ab omnibus quatuor plagis, uti quidem ambitus, sed solum totam plagam borealem & occidentalem, in meridionali vero cubitum unum occupabat, ut & in oriente cubitum. Cornu vero Euro-Australe basi carebat.* Nituntur hæc traditione, quæ in Sevachim fol. 53. habetur: וקרן מזרחית דרומית לא היה לו יסוד מ״ט אמר ר״א לפי שלא היתה בחלקו של טורף דאמר רב שמואל בר רב יצחק מזבח אוכל בחלקו של יהודה אמה אמר ר׳ לוי בר חמא אמר רבי חמא בר חנינא רצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה ונכנסה בחלקו של בנימין והיה בנימין הצדיק מצטער עליה בכל יום לנוטלה שנ׳ חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימין הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב״ה שנאמר ובין כתפיו שכן: *Cornu Euro-Australe fundamento carebat. Quam ob causam? R. Eliezer respondet, quia non fuit in portione Benjaminis, qui Discerptor dicitur Gen. 49. 27. Nam R. Samuel Isaacides dixit altare cubitum unum occupasse in portione Judæ. Levi filius Chamæ refert edoctus a R. Chama Chaninæ filio lineam e portione tribus Judæ egressam esse atque occupasse portionem tribus Benjamin. Benjamin autem justum hoc quotidie ægre tulisse, illamque sibi dari postulasse; Ideo dici Deut. 33. 12. Mœstus erat quotidie. Quapropter Benjamin justum impetrasse, ut DEum benedictum hospitio exciperet* (ob altare) Q. D. (Deut. 33. 12.) *Inter humeros ejus habitat*. vid. *Toras Haolah.* fol. 18. col. 1. *R. Joseph Kaaro* in Maimonidis Bes Habbech. cap. 2. §. 10. *Gemara Cod. Joma* fol. 11. col. 1. *Sohar* Par. Beresch. fol. 14. *R. Ob. de Bartenora* in Sevachim, c. 5. Mischna 4. *Joh. Lightfooti* Centuria chorograph. Matthæo præmissa cap. 21. Tom. 2. Opp. p. 185.

§. XIII. Lento jam progredior gradu ad rationes, cur cornua altari fuerint imposita, investigandas; cum Rabbini aram

aram cornibus orbatam profanam pronuncient in *Jalkut Simeoni* fol. 102. col. 3. והתניא כל מזבח שאין לו לא קרן ולא כבש ולא יסוד ולא ריבוע פסול *Traditio est, omne altare quod & cornu & clivo & fundamento & quadratura destituitur, legitimum non est*. Fines vero cornibus altaris a diversis diversi assignantur (I.) *D. Joh. Tarnovius* in Exerc. Bibl. p. 379. seqq. *Joh. Frid. Breithaupt* in not. ad Jarchium in Exod. 27. 2. p. *660*. *Junius & Tremellius* in Exod. l. c. & qui Tarnovium laudat *Sixt. ab Amama* in Antib. Bibl. l. 3. ad Ps. 118. p. 556. cujus etiam amplecti videtur sententiam, cornua hunc in finem erecta censent, ut victimæ mactandæ iis alligari possent. Sententiam hanc probare conantur verbis Ps. 118. 27. אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח *Vincite Sacrificia festi funibus usque ad Cornua Altaris*. Verum hæc ab universa Antiquitate aliena sunt. Altum quippe in literis æque sacris ac profanis silentium est de victimarum mactandarum ad Cornua Altaris ligatione, cum more receptum fuerit, sacrificiorum mactandorum colla infixis pavimento ad latus Altaris aquilonare annulis indere, ne reluctantes mactationem impedirent. Vid. *Middos* cap. 3. Mischna 5. *R. Moses Maimon* in Hilcos Bes Habbech. cap. 5. §. 14. *Bartenora* ad Tamid. c. 3. §. 1. Imo cum coruua a pavimento tot distarent cubitis, victimæ cornibus alligari non poterant, & vix ac ne vix quidem impetum animalium reluctantium cornua perferre potuissent. Unde ritum victimas alligandi altaris cornibus unquam receptum fuisse nego. Neque vero favent Opinioni huic verba P. 118. 27. Sub judice enim lis est, quem fundant sensum. Chaldæus ita expressit: כפיתו טליא לנכסת חגא בשלשלן עד די תקרבוניה ותשדון אדמיה בקרנת מדבחא *Ligate tenellum agnum in sacrificium festi catenis, donec eum sacrificaveritis & effuderitis sanguinem cornibus altaris*. 70. συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. *Constituite diem festum in densis usque ad cornua altaris*. *R. David Kimchi* Chaldæum secutus verba hæc περιφράζει: הביאו הכבש קשור בעבותים עד שתביאוהו לקרנות המזבח כלומר להקריבו לפני והקבן כבש יקרא חג לפי שבחגים יקריבו אותם ברוב *Adducite agnum densis vinctum funibus donec adduxeritis illum ad cornua altaris, q. d. in conspectum Jehovæ. Dicitur autem Victima agni DEO sacri* חג, *quia in festis plurimæ offerri solebant*. Eodem fere modo exponit *R. Salomo*

הזבחים והחגיגות שהיו נקיים ובדוקין ממום קושרין בכרעי מטותיהם עד שיביאום לעזרה בקרנות המזבח *Victimæ atque sacrificia festorum solennium munda & immaculata alligabantur pedibus lectorum, donec ducerentur in atrium ad cornua altaris*. Autoribus memoratis quanquam dicam non scribam, ne tamen ellipsin solito majorem admittere cogar, judicarem heic alludi ad ritum in festo tabernaculorum receptum, ubi ramos salicum prælongos ad latera altaris ponebant ita incurvatos, ut apices earum ad verticem usque altaris pertingerent. Ritum hunc Talmudici describunt in *Succa* c. 4. Mischna 5. fol. 45. col. 1. מקום היה למטה מירושלים ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקטין משם מרביות של ערבה ובאין וזוקפין אותן בצדי המזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח *Erat infra Hierosolymam locus quidam, Moza dictus, huc descenderunt* [in Tabernaculorum festo] *& decerpserunt inde ramos salicum prælongos, atque abeuntes eos locarunt juxta latera altaris ita incurvatos, ut capita eorum in verticem altaris inclinarentur*. Non multum dissentit Versio Lut. Schmucket das Fest mit Mayen bis an die Horner des Altars. Conf. *R. Jom Tobb* in Tosephos ad Succa cap. 4. *D. Aug. Pfeifferus* in Dub. Vex. Cent. 3. Loc. 70. T. 1. Opp. p. 332. *D. Sal Glassius* Rhet. S. L. V. Tract. 1. c. 4. p. 1489. *D. Martinus Geierus* Comm. in Ps. 118. 27. & *Mich. Boccius* Diss. de *Ornamento Festi* c. 3.

§. XIV. Alio tendit *Joh. Jac. Cramerus* in Exerc. Philolog. de ara exter. Templ. secundi c. 5. §. 3. p. *68. 69*. Cornua exponens de lateribus altaris, seque e contextu Psalmi colligere posse existimat votum Davidis victimarum copiam referendum, quam Psaltes a populo in honorem DEi ab ipso multis mactato beneficiis postulat; Scilicet atria victimis adeo referta optat; ut ad aræ latera eas admoveri necesse sit, quo Israelis vulgo raro admittebatur. Quod funibus ligari jusserit victimas, non de eo tempore intelligi putat, quo mactabantur (tunc enim ligationem a Sacris Hebræorum æque ac gentilium alienam fuisse contendit) sed vinctas arbitratur cum in atrium mactationis ergo adducerentur, textum ipsum his exprimens verbis: *Vincite victimas festi funibus usque* (dum adduxeritis eas) *ad latera altaris*. Eruditam hanc Viri Clar. judicarem conjecturam, modo adduxisset locum e V. T. in quo קרנות המזבח proprie de lateribus altaris exponi queant; non enim sufficit hæc e Rabbinorum,

Græ-

Græcorum aut Latinorum ſcriptis illuſtraſſe. Nec peculiaris ejus de ligatione victimarum ſententia antiquitati videtur conſentanea. Olim quidem victimas e pecude parva ad minimum agnum jugem matutinum non manibus, jugulantium detentas, ſed funibus ligatas fuiſſe, ita ut non pedes anteriores poſterioreſque ſeorſim, ſed pes anterior poſteriori alligarentur יד ורגל יחד כעקרת יצחק *Manus pedi juncta ad morem ligati Iſaaci*, colligo e Cod. *Tamid* c. IV. Miſchna I. לא היו כופתין את הטלה אלא מעקדין אותו : *Non vinciebant agnum, ſed ligabant. Bartenora* לא היו כופתין אותו את התמיד בשתי ידיו לעצמן או בשתי רגליו לעצמן כדי שלא לעשות כחוקות הע״א שכן היו עושים כששוחטין לע״ז אלא מעקדין אותו היד עם הרגל כעקרת יצחק : *Non vinciebant Sacrificium juge duos anteriores vel poſteriores pedes jungendo ſeorſim, ne idololatras imitarentur, pecus idolis hoc ritu immolantes, ſed anteriorem poſteriori ligantes ſociabant in morem ligationis Iſaaci*. Iſaacum vero cujus vinctionem imitabantur Sacerdotes, funibus conſtrictum Judæi in *Bereſchis Rabba* f. 53. col. I. *Jalkut* fol. 28. col. 4. & *R. Iſ. Abarbanel* in Peruſch al Hattora fol. 74. non diffitentur. Poſteriori tamen ævo more receptum fuiſſe videtur, ut victimas minores non conſtringerent, ſed manibus tenerent. *Maimon* in Hilcos Temid Umuſaph. c. I. §. 10. במעשה תמיד של שחר כך מעשה תמיד של בין הערבים ולא היו כופתין את הטלה שלא יחקו את האפיקורסין אלא אוחזין ידו ורגליו בידיהן וכך היתה עקידתו ראשו לדרום ופניו למערב : *Qualis erat mactatio ſacrificii jugis matutini, talis erat & ſacrificii jugis veſpertini. Neque vero agnum conſtringebant more gentilium : ſed prebendentes pedem anteriorem ac poſteriorem manu tenebant. Et ita ligatio abſolvebatur capite ad auſtrum facie vero ad occidentem converſa*. Boves vero aliaſque victimas majores manibus fuiſſe detentas admodum improbabile videtur, quin olim quoque funibus ligatas, poſtea vero annulis pavimento aræ infixis incluſas cum Viro Clar. exiſtimo. Et, ſi tot inter ſententiarum divortia conjecturæ locus foret, putarem Davidem ad victimas coronatas alludere in majorem feſti ſolennitatem denſis redimitas coronis ac optare magnam victimarum adduci copiam, & ut feſtum eo redderetur ſolennius, coronis capita earum ornari cupit, coroniſque ornatas victimas magna pompa altari imponi ſanguinemque earum cornibus altaris aſpergi. Sane verbis Textus Hebræi expoſitio hæc quam optime convenit אסרו : *Redimitas adducite* [voci אסר duo hæc includi puto more verborum, ut Grammatici vocant, imprægnatorum, conf. Gen. XV. 9. 10. Exod. XXV. 2. XXVII. 20. Eſth. II. 16.] בעבתים *coronis* [proprie frondibus contortis & implexis, quo ritu veterum coronæ e frondibus parari ſolebant. Nam עבתה Ezech. VI. 13. pro frondibus contortis uſurpatur, & Exodi XXVIII. 14. מעשה עבת opus tortile dicitur] חג *Victimas feſti ſolemnes* [conf. Exod. XXIII. 18. Mal. II. 3.] עד קרנות מזבח *ad cornua altaris*. Neque vero ab Hebreorum ritibus adeo alienum eſt, ſacrificia in feſtis ſolennioribus coronis ornare, id quod vel ex ſolo ritu in primitiis adducendis recepto colligere licet. *Biccurim* cap. 3. Miſchna III. הקרובים מביאים התאנים והענבים והרחוקים מבאים גרוגרות וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מציפורת זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שהגיעו קרוב לירושלים הגיעו קרוב לירושלים שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם *Propinquiores* Hieroſolymis) *adducebant ficus & uvas recentes, remotiores vero ficus ſiccas uvaſque paſſas. Præibat vero illos bos, cornibus deauratis, corona oleagina redimitus. Tibiæ ſonabant ante eos, donec perveniſſent Hieroſolymam; propiuſque accedentes mittebant ad eos, qui primitias coronabant*. Conf. *Maim.* Hilc Biccurim cap. 4. §. 16. Gentilibus vero victimas coronis decoratas adducere eaſque in ara Deorum offerre ritus eſt omnium notiſſimus, quem e Veterum monumentis erudite eruerunt, *Job. Dougtæus* in Anal. Sacr. par. 2. Excuſ. 44. *Jac. Ouzelius* in Animadv. ad Minuc. Felicis Octav. p. 207. *Job. Saubertus* de Sacrif. Vet. c. 18. p. 346. *Carolus Paſchaſius* lib. 4. de Coron cap. 16. p. 253.

§. XV. Deinde (II.) *Ainſvvorthus*, *Malvenda* & *Caſp. Sanctius* in Ezech. XLIII. 15. cornua altaris ornatus cauſa, *Oleaſter* vero ſuſtituendo reti altaris aptata putant. (III.) *Job. Baptiſta Villalpandus* in Ezech. T. II. fol. 393. cenſet, Cornua Altaris fuiſſe trophæa victimarum in altari quaſi Arieli ſeu Leoni ſacro ad devorandum projectorum. Derivat hinc Veterum morem frontiſpicia ſacrarum ædium taurorum exornandi craniis, nempe ut ædes hæ victimarum trophæa & inſignia in exterioribus templorum frontiſpiciis oſtenderent. Verum hæc nonniſi conjecturas ingeniique luſus ſapiunt. (IV.) Alii ſentiunt

tiunt Altaris cornua ejuſdem angulis fuiſſe affixa, ut ejus velamina elevarentur, dum altare portaretur. [Uta.] Denique eſt *Joh. Spenceri* ſententia Lib. III. de Leg. Ebr. Rit. c. IV. Sect. III. p. 826. exiſtimantis, in cornibus altaris Deum aliquid temporum antiquiorum opinioni ac conſuetudini dediſſe. Antiquis enim ante Moſen ſeculis Cornu roboris, dignitatis & excellentiæ, ſanctitatis & religionis notam vel inſigne fuiſſe, & altaribus diu ante Moſis ætatem in excellentiæ ſingularis indicium & documentum additum. Ita profanæ mentis Criticus præcepto divino de cornibus altaris formandis non niſi profana & abſurdiſſima gentilium ſacra infert, eaque digna habet ſanctiſſimorum inter Hebræos rituum fundamenta. Sed nonne Deus legem ut de reliquis ceremoniis, ita & de cornibus altaris populo Judaico ſcribi juſſit, ut hoc pariete Judæos a gentibus ſegregaret Eph. II. 14.? *Nonne Jacobo ſolum verba ſua indicavit, Jura ſua Iſraeli? Non vero ita ulli genti fecit?* ideoque ita jura ſua non propalavit. Pſ. CXLVII. 19. Quatenus ergo error eſt, dicere Deum ritus gentilium imitatum, ut per ejuſdem generis ritus populos diſtingueret, quos iiſdem ritibus ſociaſſet potius quam diſtinxiſſet. Ritus præterea gentilium plurimi originem diabolo debent, qui ex κακοζηλία Gentes in hæc Sacra induxit. Ecquis vero tam perfrictæ foret frontis, ut affirmaret, Deum in legibus ſcribendis peculio ſuo ritibus diabolicis annuiſſe? Legimus equidem Deum Iſraelitas admodum objurgaſſe, quod ſacris gentilium adhærerent, imo zelo exarſiſſe ob cultum Tammuz Idoli Ægyptiaci Ezech. VIII. 18. Iſraelitas vero juſſu divino cultum gentilium imitatos fuiſſe nullibi legimus. Taceo ipſos gentiles peculiaria & ab omnium populorum ritibus diverſa Judæis tribuere ſacra. Inde *Tacitus* l. 5. Hiſtor. Tom. II. p. 554. *Moſes, quo ſibi in poſterum gentem firmaret, novos ritus contrarioſque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos ſacra: rurſum conceſſa apud illos, quæ nobis inceſta.* Et *Dio Caſſius*. l. 37. p. 41. Κεχωρίδαται δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἔς τε τἄλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πανθ' ὡς ἐπεῖν καὶ μάλιστα ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσι. *Diodorus Siculus* lib. 40. refert Moſen populum in XII. Tribus diviſiſſe pro numero menſium & ſacrificiorum vitæque ritus diverſos a Gentium cæterarum inſtitutis ordinaſſe. Unde patet Deum ſacra gentilium in altari quoque cornibuſque ejus exſtruendis & vitaſſe & vitari juſſiſſe. Argumenta quæ Spencerus adducit, tanti non ſunt, ut nos trahant in hæreſin. Ait (1.) Cornu honoris, gloriæ roboriſve ſymbolum antiquiſſimis fuiſſe gentibus. Nego vero, ideo etiam DEO in ſacris populo ſuo præſcribendis Excellentiæ & Honoris natam fuiſſe, cum Deus abhorruerit a cornibus ex gentilium inſtituto in honoris ſignum altari imponendis; Cum enim gentiles aras ſuas cornibus decoris ergo ornarent, Deus nihil commercii Judæis intercedere voluit cum Gentilium Sacris. Addit (2.) cornua honoris Symbolum diu ante Moſis ætatem in gentium altaribus fuiſſe. Id vero admodum dubium & probatu Spencero eſt impoſſibile. Autores enim quos magna diligentia ut teſtes ſententiæ ſuæ adduxit, Moſis ævo multo ſunt inferiores. Pauſanias enim libros ſuos conſcripſit tempore Antonini Philoſophi, Porphyrius Aureliani & Probi Impp. ævo vixit. Hoſne ſcriptores Spencerus Moſis conſtitueret Inrerpretes? Imo concedam licet, quod tamen nunquam probari poteſt, Moſen hæc ab Ægyptiis habere, merito quæritur; undenam ritus hujuſmodi ad Ægyptios aliaſve gentes fluxerint? certe nonniſi ab Hebræis, ut egregie oſtendit *Fl. Joſephus* contra Apionem lib. 2. apud *Euſebium* lib. 10. Præp. Evang. cap. 7. *Juſtinus M.* Parænеſ. ad Græc. *Athanaſius*, *Lactantius* & alii, qui in hoc dicendi campo deſudarunt. Numinius Philoſophus Pythagoreus, cum Moſen manu triviſſet, ait, τί γάρ ἐστι πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων apud *Euſeb.* lib. 9. Præp. Evang. cap. 3. & lib. 13. cap. 1. Unde colligo ſacra gentilibus cum Iſraelitis communia, non a gentilibus ad Iſraelitas, ſed ab Iſraelitis potius ad alias gentes manaſſe. Pergit (3.) Vir Cl. & Altarium cornua Moſe eſſe antiquiora e phraſi ועשית קרנותיו infert. Multa, ait, differere Moſen de materia cornuum altaris, de forma autem eorum in tota lege nihil reperiri, hinc putat optime colligi, Altare cornibus ornare ipſam conſuetudinem docuiſſe Judæos cornuumque figuram cuivis notam fuiſſe. Legem vero Moſi datam hac circonducit paraphraſi: *Altaris cornua quod attinet eorum formam & uſum SECULI MORIBUS edoctus, probe tenes: ideoque de iis id unum in mandatis dabo, ut ſcilicet in altaris angulis diſponantur.* Quaſi vero DEUS Moſi in monte exſtruendi totius Tabernaculi & Cornuum ideam ob oculos non poſuiſſet, ut ad ſecu-

ſeculi mores confugere teneretur Moſes, quin potius cum cornuum delineationem omnibus numeris abſolutam Moſi in monte ſuppeditaſſet, ſupervacaneum fuiſſe ea omnia in Altaris deſcriptione denuo repeti. Neque [4] cornuta Moſis facies [ut Spencerus locum Exod. XXXIV. exponit) ſententiæ huic ullam coloris addit ſpeciem. Oſtendi enim ſupra, non cornutum ſed diadematis inſtar Regii radiantem vultum Moſen retuliſſe de monte. Tandem (5.) Vir Cl. ſe ad legem de Cornibus altaris latam confert in ea multum præſidii ſe inveniſſe ratus. Deus ait juſſiſſe quatuor ſolum cornua altari imponi, ut obviam iret ſuperſtitioni gentilium, qui cornibus innumeris altaria ſua ornarunt. Unde ergo probat Spencerus apud gentiles jam Moſis ævo altaria a cornibus innumeris conflata in uſu fuiſſe? certe teſtimonia ex Ovidio, Martiali, Callimacho, aliiſque Moſe multo recentioribus collecta, rem non conficiunt. Quin, ſi Deus de cornibus tam ſollicite egit, ut ſuperſtitioni Seculi illius occurreret, & cornua a ſuperſtitionis rubigine liberaret, non gentibus ſed Hebræis prima eorundem debetur origo. Porro Spencerus: Deum, ita, in mandatis dediſſe cornua fieri ממנו ex ipſo altari, hoc eſt ex eadem materia continuo opere duci, ut Judæi ſuperſtitioſas gentilium vitarent aras, quibus cornua animalium erant affixa; Deum enim hoc ipſo a gentilium moribus in extructione altaris obſervatis ſacra ſua diſtinxiſſe. Valeret hoc argumentum, ſi Spencerus Autores fide dignos adduxiſſet probantes Moſis tempore univerſas gentilium aras cornua undiquaque geſſiſſe appoſita. Sed cum id ſolum de Delii Apollinis βωμῷ κερατίνῳ *ara cornuta* conſtet inter ſeptem mundi miracula a Martiale collocata, alienum dictu videtur, Deum ſacra ſua ab ara hac Apollinis diſtincturum cornua non annecti, ſed continuo opere ex altari fabricari curaſſe. Reliqua æque ut priora conjecturam ſapiunt, quæ judicio B. L. committo. Vid. *Job. van der VVayen* Diſſ. de Hirco Azazel §. 627. Var. Sacr. p. 504. *Chriſt. VVormius* L I Antiquitat. Hebraic. in Tacito & Martiali corrupt. cap. 4. & *Herm. VVitſius* L. III. Ægyptiac. cap. 10. p. 253.

§. XVI. Rejectis ergo ſententiis his, certo perſuaſus ſum, cornua Altaris cum Tabernaculo omnibuſque ejuſdem vaſis, thuribulo, panibus Propoſitionis, arca auro obducta, Cherubis omnibuſque ſacrificiis typum geſſiſſe rerum futurarum; cum Deus ipſe hæc cornua fieri injunxerit, & Paulus teſtis omni exceptione major Hebr. IX. oſtenderit, typica fuiſſe V. T. ſacra, Chriſtumque in N. T. inſtar umbrarum corpus præfiguraſſe. Nihil ergo prohibet aſſerere, cornua quoque Altaris Chriſtum adumbraſſe, ejuſdemque fuiſſe picturam. Sane Chriſtus in ſacris literis audit קרן לדוד *Cornu Davidis*. Pſ. CXXXII. 17. קרן ישעי *Cornus ſalutis*, Pſ. XVIII. 3. & a Zacharia κέρας σωτηρίας, *Cornu ſalutis*, Luc. I. 69. Sicut enim Cornu communiter Symbolum eſt roboris potentiæque maximæ, ita Cornua altaris denotarunt gloriam & honorem κατ᾽ ἐξοχὴν merito Chriſti competentem, qui eſt τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον ἄξιον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ εὐλογίαν. Apoc. V. 12. Adumbrarunt Cornua robur ac potentiam, qua Eccleſiam ſuam defendit, hoſteſque ſuos velut cornibus fortiſſimis proſternit, contra quam nec inferorum portæ quicquam valent. Matth. XVI. 18. Quatuor cornua in quatuor aræ angulis præfigurarunt Evangelium de Chriſto Cornu ſalutis in quatuor mundi angulis prædicandum, Paulo innuente Rom. X. 18. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Quod Cornua fuerint ממנו. Incarnationis futuræ erat indicium, Meſſiam e ſanguine hominum naſcendum fratribus ſuis per omnia excepto peccato ſimilem. Plura de Antitypo dicere animus non eſt, ſed hæc a foro hoc cum ſint aliena, Theologis diſcutienda relinquo. Vidd. de Typo & Antitypo cornuum Altaris *Andr. Rivetus* in Exod. c. 27. p. 2. p. 179. *Job. Lighitfootus* in Deſcript. T. Hieroſ. c. 34. T. I. Opp. p. 634. *VVilh. Momma* in Œcon. Temp. l. 2. c. 9. §. 39. & *Herm. VVitſius* T. I. Miſc. Sacr. l. II. Diſſ. I. §. XXVI. p. 412. 413.

§. XVII. Licet vero proprius hic cornuum fuerit ſcopus, variis tamen deſtinata fuere cornua uſibus. Præcipue ſanguini ſacrificiorum ſerviebant, quippe qui a Sacerdote cornibus altaris e præcepto legis divinæ illinendus erat Lev. IV. 29. וסמך את ידו על ראש החטאת ושחט את החטאת במקום העולה ולקח הכהן מדמה באצבעו ונתן על קרנות מזבח העולה ואת כל דמה ישפוך אל יסוד המזבח : *Et imponet* (Sacerdos) *manum ſuam capiti victimæ pro peccato & jugulabit eam in loco holocauſti. Deinde excipiet Sacerdos ſanguinem ejus digito ſuo eumque ſparget cornua altaris holocauſti; reliquum ſanguinis effundat*

ad

ad baſin altaris. De Holocauſtorum ſanguine ſpargendo legem latam deprehendo Levit. I. 5. ושחט את בן הבקר לפני יהוה והקריבו בני אהרון הכוהנים את הדם וזרקו את הדם על המזבח סביב אשר פתח אהל מועד : *Jugulati coram Jehova a Sacerdote juvenci ſanguinem offerent filii Aaronis Sacerdotes, & ſpargent ſanguinem illum circumquaque ſuper altari, quod eſt ad portam tentorii connventus*. Adſperſio hæc Doctoribus Talmudicis obſervantibus facta eſt בשתי מתנות שהן ארבע *duabus aſperſionibus quæ tamen quaternis æquiparantur. Sevachim c. 5.* Miſchna IV. העולה קדשי קדשים שחיטתה בצפון וקבול דמה בכלי שרת בצפון ודמה טעון שתי מתנות שהן ארבע : *Holocauſti utpote ſanctiſſimi mactatio, nec non exceptio ſanguinis in vaſis ſacris ad Aquilonem fit. Sanguis autem ejus ſpargi debebat duabus adſperſionibus, quæ tamen quaternis æquiparantur*. Explicant dicta hactenus Gemarici fuſius obſcurarumque phraſin de Aſperſione Sanguinis victimarum דמן טעון שתי מתנות שהן ארבע plenius elucidant, quam ad meliorem hujus loquendi modi intellectum hic appono היכי עביד אמר רב נותן וחוזר ונותן ושמואל אמר מתנה אח׳ כמין גמא נותן יכול יזרקנו זריקה אחת ת״ל סביב אי סביב יכול יקיפנו כחוט תלמוד לומר וזרקו הא כיצד כמין גמא ודמה טעון שתי מתנות שהן ארבע רבי ישמעל אומר נאמ׳ כאן סביב ונאמר להלן סביב מה להלן פיסוק וארבע מתנות אף כאן פיסוק וארבע מתנות אי מה להלן ארבע מתנות על ארבע קרנות אף כאן ארבע מתנות על ארבע קרנות *h. e. Quomodo fiebat* (aſperſio circumcirca altare?) *Reſp. Rabb. Sacerdotem ſparſionem Sanguinis repetere*, [ita, ut in uno cornu latere, deinde in altero ejuſdem cornu; porro in cornu huic e diametro oppoſito in uno, poſtea in altero latere ſanguinem ſpargeret, & hac ratione circumcirca altare ſanguis ſpargeretur,] *R. Samuel vero aſſerit, unica ſolum hæc abſolvi aſperſione & Sacerdotem ſanguinem inſtar græcorum Γ*] *ſparſiſſe*, [nimirum ſpargebat ſanguinem in apicem anguli, ut ſanguis ſeſe quaquaverſum ad utrumque latus diffunderet. Dices forte : Fierine potuit, ut] *Sacerdos aſperſionem abſolveret ictu unico? Reſp. Nequaquam. Scriptura enim jubet ſanguinem circumquaque ſpargi* : (Diceres :) *Si circumcirca, potuitne Sacerdos circumducere ſanguine altare in modum fili? Reſp. Neutiquam. Dicit enim Scriptura* Lev. I. 15. *Et ſparget illum; Qui hoc tandem* (fieri *potuit?* Reſp. ſi ſanguinem ſpargeret) *inſtar Γ Græci*. (Et hinc colligimus aſperſum fuiſſe circumquaque ſanguinem. Quando vero dicimus :] *Sanguinem ſpargendum duabus ſparſionibus quaternis æquipollentibus. R. Iſmael* (comparans ſecum invicem duos ſcripturæ textus Lev. VIII. 15. de victima pro peccato & Lev. I. 5. de holocauſto) *ait : Mandare Deum in hoc loco* (de holocauſtis, ſanguinem adſpergi altari circumquaque) *& mandare quoque* [idem] *in illo loco* (de victimis pro peccato.) *Qualis ergo illic* (in victimis pro peccato fuit aſperſionis ratio,) *talis & hic* (in holocauſtis. Atqui in victimis pro peccato) *poſt unamquamque ſparſionem ſpargens ceſſabat, & ſanguinem quater adſpergebat*; Ergo &) *in holocauſtis ceſſavit poſt ſparſionem unamquamque ſanguiſque quater adſperſus eſt. Ergo & ſicut in victimis pro peccato quatuor ictibus aſperſio ad quatuor altaris cornua abſolvebatur, ita & hic in holocauſto*. Eadem inculcant alii Rabbinorum, ſanguinem holocauſtorum non cornibus altaris, ſed altaris lateribus adſperſum hoc præprimis evincere conati argumento, quod in præcepto de holocauſtis offerendis nulla cornuum altaris fiat mentio. Tendit eo *Rab. Moſes Maimonides* ad Sevachim cap. V. Miſch. IV. ודבר תורה בעולה והפשיט את העולה ונתח אותה לנתחיה והקטיר את הכל ולא נאמר בעולה על קרנות המזבח כדי שנאמר עליה שהיא צריכה ארבע מתנות אבל נאמר בזריקת דמה וזרקו את הדם על המזבח סביב ולפי שנ׳ סביב הוצרכנו שיהיו במתנות כוללים ארבע כותלו המזבח וזה יהא כשיזה שתי מתנות בשני קרנות שהן באלכסון וזהו שהן ד׳ ר״ל ששניהן כוללים הד׳ כותלו׳ : *Dicit lex de holocauſto & dividet illud in ſegmenta, totum comburet. Nuſpiam vero de holocauſto dicitur : Ad cornua altaris, ut dicamus ſanguinem quater aſpergi debere; Verum de ſparſione ſanguinis ſcriptum eſt* (Lev. I. 5.) *Et aſpergent ſanguinem altari circumcirca. Quia igitur dicitur* סביב *circum circa neceſſe eſt ſanguinem ſparſiones includere ad quatuor altaris latera; Nimirum duæ aſperſiones ad duo cornua factæ fuerunt e diametro ſibi oppoſita, & hoc eſt quod dicit : quæ ſunt quatuor; i. e. duæ aſperſiones cingebant quatuor altaris latera*. Suffragatur Maimonidi *R. Salomo* in Levit. I. 5. עומד למטה וזורק מן הכלי לכותל המזבח למטה מחוט הסיקרא כנגד הזוית לכך נאמר סביב שיהא הדם נתון בד׳ רוחות המזבח : *Stabat Sacerdos infra, e vaſe* [*quo ſanguinem exceperat*] *adſpergens latus altaris infra filum rubrum verſus angulos*. (altaris.) *Idcirco dicitur : circum-*

cum-

cumquaque ſpargat i. e. ad quatuor altaris latera. Conf. *R. Jom Tobb* in Toſephos ad Cod. Sevachin cap. 5. Miſchna IV.

§. XVIII. Sanguis שלמים ſeu hoſtiarum Pacificarum totius cœtus Levitici XXIII. 19. deſcriptarum ut & perſonarum privatarum non ad cornua ſed ad inſtar ſanguinis holocauſtorum בשתי מתנות *duobus ictibus* altaris lateribus adſpergebatur. In *Sevachim* Cap. 5. Miſchna V. hæc habetur Traditio זבחי שלמי צבור ואשמות שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעין שתי מתנות שהן ארבע : *Sacrificia Pacifica totius cœtus, itemque pro reatu mactantur in plaga altaris ſeptentrionali ſanguiſque excipitur in vaſe ſacro ad plagam ſeptentrionalem, ſpargitur autem duabus aſperſionibus quæ quaternis æquiparantur*. Sanguis אשמות ſeu ſacrificiorum pro reatu Lev. 5. non ad cornu ſed æque ut holocauſti & pacificorum ſanguis infra filum rubrum altari adſpergebatur. *Maimonides* in Hilcos Maaſe Hakkorbanos cap. 5. §. 6. העולה והאשם והשלמים בין של יחיד בין של ציבור זרוקת דם שלשתן על גבי המזבח שוה לעולם וכיצד הוא עושה כשלוקח הכהן הדם במזרק וזורק ממנו במזרק שתי זריקות על שתי זויות המזבת באלכסון מחצי המזבח ולמטה על קרן מזרחית צפוני' ועל קרן מערבית דרומית ומתכוין כשיזרוק הדם על הקרן שיהיה הדם מקיף על הזויות כמין גם כדי שימצא הדם של שתי מתנות על ארבע כותלי המזבח לפי שנ' בעולה ובשלמים סביב והוא הדין לאשם ושירי הדם נשפכין על היסוד הדרומית : *Sanguis holocauſtorum, victimarum pro reatu & eucharisticorum ſive a privato ſive a cœtu oblatorum uno eodemque modo altari ſemper adſpergebatur. Qualis autem erat aſperſio? Sacerdos ſimul ac ſanguinem ſacro excepiſſet cratere bis ſpargebat ad duo altaris latera oblique infra medium altaris ad cornu euro boreale, & ad cornu Zephyro-Auſtrale. Operam vero det Sacerdos, cum adſperſerit ſanguinem cornu ut ſanguis adſpergatur angulis altaris in forma Gamma* [Γ] *ut deprehendatur ſanguis duarum aſperſionum adſperſus quatuor altaris lateribus. Etenim tam de holocauſtis, quam de euchariſticis præcipit Lex ſanguinem circum circa altare ſpargi. Idem eſto de ſacrificiis pro reatu judicium. Reliquiæ vero ſanguinis effunduntur ad baſin altaris Auſtralem*. Tandem חטאות ſive Victimæ pro peccato varii erant generis; vel enim offerebantur pro peccato totius cœtus vel principis ſeu perſonarum privatarum. Sanguis victimæ Synedrii, totius cœtus & Sacerdotis M. inferendus erat in Sanctum & ſepties ante velum ſpargendus Lev. XVI. 15. & IV. 17. Sanguis autem hirci pro peccato Principis Levit. IV. 25. & Oblatio pro peccato privati, Levit. IV. 27. cornibus altaris holocauſtorum illinebatur ritu a Doctoribus Talmud. in *Sevach*. c. 5. Miſch. III. traditio חטאות הצבור והיחיד אלו הן חטאות הצבור שעירי ראשי חדשים ושל מועדות שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון ארבע מתנות על ארבע קרנות כיצד עלה בכבש ופנה לסובב ובא לו לקרן דרומית מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית שירו הדם היה שופך על יסוד דרומית : *Victimæ pro peccato totius cœtus & privati; (victimæ autem pro peccato cœtus ſunt Hirci Noviluniorum & feſtorum ſolemnium) mactantur in ſeptentrione ſanguiſque earum excipitur in vaſis ſacris ad ſeptentrionem, ſpargique debet quatuor vicibus ad quatuor cornua. Quomodo hoc fiebat? Aſcendebat Sacerdos clivum & converſus ad ambitum, accedit cornu Euro-Auſtrale, tum Euro-boreale, porro Zephyro-boreale, tandem Zephyro-auſtrale. Reliquiaſque ſanguinis effudit ad baſin auſtralem*. Vix ſolidiores Miſchnæ hujus producere licet Interpretes quam Gemaricos, plenius Miſchnam hanc his exponentes verbis היכי עביד רבי יוחנן ור"א חד אמר נותן אמה אילך ואמה אילך נחר אמר מחטא ויורד כנגד חודו של קרן אליבא דר"א כר"ש דאמר היא עצמה אינה נעשית אלא בנופ' של קרן דכולי עלמא לא פליגי כי פליגי אליבא דרבי מר סבר אמה אילך ואמה אילך כנגד קרן הוא ומר סבר כנגד חודה אין טפי לא מיתיבי חטאת הציבור והיחיד כיצד מתן דמן היה עולה לכבש ופנה לסוב' ובא לו לקרן דרומית מזרחית וטובל באצבעו הימנית המיומנת שבימי' מן הדם שבמזרק וחום' בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה ומחטא ויורד כנגד חוד' של קרן עד שמכלה כל הדם שבאצבע וכן כל קרן וקרן הכי קאמ' מצוה בחודה אי עבד אמה אילך ואמה אילך לית לן בה מאי ר' ומאי ר"א בר"ש דתניא דמים העליונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמעלה דמים התחתונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמטן דברי ר"מ ר"א בר"ש אומר במה דברים אמורים בעולת העוף אבל בחטאת בהמה היא עצמה אין נעשה אלא על נופה של קרן : *Aſperſio quo ritu digito ad cornua peracta fuerit, in eo R. Jochanan & R. Eliezer non conveniunt. R. Jochanan dicit, Sacerdotem ſanguinem adſpergere cornu ut per ulnam ab uno per ulnam ab altero ſe diffundat latere. Verum R. Eliezer ita ſpargi vult, ut ſanguis ſparſus deſcendat a latere anguli cor-*

num

nuum. Consentit interea R. Eliezer cum R. Simeone, asserente sparsionem Sanguinis non factam ad angulum cornu verum in cornu ipso. Et in eo cuncti consentiunt Quantum vero ad modum Aspersionis Doctores inter dissensus est, quod R. Jochanan censeat sanguinem ad cornu per ulnam ab uno & ulnam ab altero sparsum fuisse. R. Eliezer vero existimat sanguinem e regione anguli fuisse illitum, nec est, ut plura hic excipiam. Sed Aspersio Sanguinis in victimis pro peccato totius cœtus & privati quo ritu suscepta fuit? Resp. Sacerdos conscendebat clivum, deinde per ambulacrum se convertens, ad cornu Euro Australe pervenit, imbuit digitum dextrum, sparsioni aptissimum (seu indicem manus dextræ) *sanguine crateri infuso* [& vertici cornu ita admovet] *ut pollice desuper & parvo infra sanguinem ducendo, defluere faciat e regione acuminis cornu usque dum omnem sanguinem digito adhærentem illinendo consumsisset; Eodem ritu sanguinem omnibus illinebat cornibus* [His positis : merito quæritur, quomodo sententia Rab. Jochananis antea memorata sit intelligenda?) *Resp. Rab. Eliezer Præceptum, inquit, de acumine cornu sanguine conspergendo in lege exstat, de eo vero an per ulnam ab altero latere sanguis spargi debeat, non est ut cuiquam litem moveamus. Porro unde constat R. Eliezer cum R. Simone convenire?* (quod nempe medium cornu sanguine fuerit tinctum) *Resp. Ex Traditione : sanguis superioribus aspergendus supra filum rubrum spargebatur, sanguis vero inferior infra filum rubrum ita sentit R. Meir. At R. Eliezer & R. Simon hæc solum ad avem quæ holocausti loco offerebatur restringunt, sed sanguinem victimæ pro peccato nonnisi acumini cornu aspergendum asserunt.* Socium Gemaræ damus *Maimonidem* in Hilko Maase Hakkorbanos cap. 5. §. 7. Aspersionem cornuum quam illi obscurius proponunt, dilucidius explicantem:

החטאות הנאכלות דמן טעון ארבע מתנות
על ארבע קרנות המזבח החיצון מחצי
מזבח ולמעלה לפי שנאמר בה על קרנות
המזבח וכיצד הוא עושה כשלוקח הכהן
הדם במזרק מוליכו אצל המזבח וטובל
אצבעו הימנית הסמוכה לגודל בדם וסומך
באצבעו הגדול מכאן ובגודל מכאן ומחטא
ויורד כנגד חודה של קרן עד שיכלה כל
הדם שבאצבעו וכן הוא עושה בכל קרן
וקרן ואם נתן סמוך לקרן באמה אחד
מכאן או מכאן כפר וצריך לטבול אצבעו
על כל קרן וקרן וכשנומר הנתינה על
הקרן מקנח אצבעו בשפת המזרק ואחר
כך טובל פעם שנייה ששירי הדם שבאצבעו
פסולין ליתן מהן על קרן אחרת אין בכל
הקרבנות קרבן שטעון הזיית דם באצבעו
אלא חטאת בלבד שנאמר בה וטבל
אצבעו בדם וצריך שיהיה שם דם כדי
טבילה לא שיספג אצבעו מדם ומניין
הוא מתחיל עולה בכבש ופנה לימינו
ומהלך על הסובב ונותן בקרן דרומית
מזרחית תחילה ואחר כך בקרן השנייה
הסמוכה לה שהיא מזרחית צפונית ואחר
כך בקרן שלישית הסמוכה לה שהיא
צפונית מערבית ואחר כך בקרן רביעית
הסמוכה לה שהיא מערבית דרומית ועל
יסוד אותה הקרן שהשלים בה המתנות
הוא שופך שירי הדם שנאמר ואת כל
הדם ישפוך אל יסוד מזבח העולה זה
יסוד דרומי : *Sacrificia pro peccato quæ consumebantur 4. indigebant aspersionibus ad 4. altaris exterioris cornua, inde a dimidia altaris parte & sursum versus Q. D. Lev. VII. 7. ad cornua altaris* [*sanguis spargatur.*] *Quomodo autem peragebatur* (*Aspersio?*) *Resp. Sacerdos exceptum patera sanguinem deferebat ad altare; intingens sanguini indicem manus dexteræ admovebat* [sanguinem] *digito majori hinc, & pollice illinc ab altero latere expiabat; Defluebatque sanguis versus angulum cornu, usquead dum omnis sanguis digito adhærens esset consumtus, atque ita in quolibet cornu Aspersionem absolvebat. Finita Aspersione ad cornua, abstergebat digitum in pateræ limbo, & postea secunda vice digitum sanguini immittebat; nam reliquiæ sanguinis digito adhærentes ineptæ erant Aspersioni cornu altaris. Neque vero omnes oblationes requirebant aspersionem digito factam, sed victimæ tantum pro peccato. De iis enim solis sacerdoti injungitur, ut digitum in sanguinem intingat. Necesse vero erat adesse Sanguinem immersioni digiti sufficientem, non autem digitum tantum humore sanguinis imbui. Undenam vero spargendi fiebat initium? Resp. ascendebat clivum & conversus ad dexteram, in ambitu altaris medio ambulabat primum aspergens cornu Euro-australe; postea se conferebat ad cornu secundum illi vicinum Euro-Boreale. Hinc tertium accedebat huic vicinum, nempe Zephyto-Boreale, tandem ad quartum huic proximum Zephyro-australe & ad hujus cornu basin, ubi Aspersionibus colophonem imponebat, reliquum Sanguinis effundebat; Dicitur enim omnem sanguinem i. e. reliquias effundet ad altaris holocausti basin i. e. ad basin australem.*

§. XIX. Patet igitur, Sacerdoti sanguinem spargenti licitum non fuisse illius sacrificii sanguinem cornibus altaris aspergere, nisi tantum victimarum pro peccato. *R. Salomo* in Levit. III.

ועל

ועל ידי הכלי הוה זורק ואינו נותן באצבע אלא חטאת. *mediante instrumento spargebat non autem digito, nisi in victimis pro peccato*. Porro cum sanguinem spargeret Sacerdos non in pavimento ut in reliquarum victimarum aspersione, sed in ambitu stabat. *R. Salomo* in Sevachin cap. 5. Mischna II. עלה בכבש ופנה לסובב מפני שדמן נותן למעלה על הקרנות ובאצבע צריך לעמוד על גבי סובב אבל בכל שאר הדמים שהן תחתונים מן החוט ולמטה עומד על הרצפה : Conscenso *clivo se convertit ad ambitum* [altaris,] *quia sanguis* (victimarum pro peccato) *supra spargendus erat ad cornua, idque digito; hinc standum ipsi erat in ambitu; in reliquis vero sanguinibus infra filum spargendis stabat in pavimento*. Manibus ad verticem usque aræ elevatis, cornua a summo deorsum, non autem ab ima cornu parte sursum aspergebat, secus enim metuendum erat, ne vestimenta macularentur היה נותן מתנה מלמעלה למטה שאם יתן ממטה למעלה בקרן של פניו הדם זב לתוך בית יד שלו ומטנף את הבגדים : *Afferebat sanguinem a summo deorsum, si enim effudisset ab imo sursum sanguis per manum fluens vestes ipsius commaculasset*. vid. *Michael Arnoldi* notæ in Tamid Cap. IV. Mischn. I. Neque tamen sanguinem duobus spargebat ictibus, sed quater, quamquam sufficere velint Talmudici, si sanguis holocaustorum pro reatu & eucharisticorum uno, sanguis autem victimæ pro peccato duobus sparsus esset ictibus. Habentur hæc in *Sevachim* Cap. IV. Mischna I. בית שמאי אומרים כל הניתנין על מזבח החיצון שאם נתנן במתנה אחת כיפר ובחטאת שתי מתנות ובית הלל אומר אף חטאת שנתנה מתנה אחת כיפר לפיכך אם נתן הראשונה כתיקנה ואת השנייה חוץ לזמנה כיפר נתן את הראשונה חוץ לזמנה ואת השנייה חוץ למקומה פיגול וחייבין עליו כרת : h. e. *Schola Schammæana dicit : si quis in aspergendo altari exteriori una utatur aspersione aut duabus in victimis pro peccato expiat. Hilleliani dicunt, in victima pro peccato unam expiationi sufficere aspersionem. Quod si ergo asperserit primam* (aspersionem) *ritu sueto alteram vero tempore insueto & secundam loco insueto abominatio erit, & reus evadit excidii*. Provocat *R. Obad. de Bartenora* unicam sufficere demonstraturus sparsionem ad Deuter. XII. 27. *Sanguinem sacrificiorum tuorum affundes altari*, in quibus verbis non plurium, sed unius aspersionis fit mentio. Sicut autem manu dextra non sinistra spargere licebat, ita cavendum spargenti erat, ne in cornu aspergendum ad sinistrum cornu latus se converteret. De manu dextra *Bartenora* in *Sevachim* Cap. II. Mischna I. קבל בשאל פעל דכתיב ולקח הכהן מדם החטאת באצבעו ונתן מלמד שלא תהא קבלת הדם ולא נתינה אלא בימין דכל מקום שנ׳ יד או אצבע אינו אלא בימין דיליף ממצורע דכתיב ביה : וטבל הכהן את אצבעו הימנית : *Sacerdos sanguinem spargendum si sinistra exceperit manu eademqui sparserit aspersionem reddebat illegitimam. Eo quod scriptum est Levit. VI. 25. Accipiens Sacerdos de Sanguine Sacrificii pro peccato digito suo sparget* [super cornua altaris holocausti] *hinc constat : sanguinis exceptionem & sparsionem dextra solum fieri. Quoties enim simpliciter dicitur manus aut digitus, toties de dextra sermo est, quod de leprosis colligitur ex Levit. IV. 6. Et abluet sacerdos digitum dextrum*. De concessione ad dextram notissimus loquitur Rabbinorum canon : כל פונות שאתה פונה לא יהא אלא דרך ימין. *Omnis conversio* (quæ in sacris est) *nonnisi ad dexteram fieri debet*; Excipiendi nihilominus erant, qui altare ascendebant, oblaturi in cornu Zephyro-Australe aquæ vinique libamina; & avium Sacrificia & redibant ad cornu Zephiro-Australi sinistram versus : Verendum enim, ne si ad dexteram se contulissent, fumo altaris inficerentur. Conf. *Sevachim* cap. 4. Misch. III. Hinc forte ritus dimanavit gentilium, qui cum aqua sacra lustrali aram circumirent a dextra incipiebant, ut *Franc. Rousius* in Archæol. Attic. pag. 54. ex Aristophane & Athenæo erudite demonstrat. Sanguis effusus, pavimentoque affusus denuo colligendus non erat ac cornibus aspergendus, sed aspersioni judicabatur inidoneus, vi Legis Lev. IV. 7. sanguinem juvenci ex ipso juvenco excipi, non autem de terra colligi jubentis. Inepta erat aspersio, si sanguines supra filum coccineum spargendi infra vel sanguines infra filum spargendi supra spargerentur; ut & si cornua altaris suffitus adspergerentur sanguine cornibus altaris holocaustorum sacro aut vice versa. *Sevachim* cap. 2. Mischna I. נשפך על הרצפה ואספו פסול נתן את הנתנין למטן למעלן ואת הנתנין למעלן למטן את הנתין בפנים בחוץ ואת הנתנין בחוע בפנים פסול : *Si sanguis effusus in terram* [neque in vase sacro exceptus] *postea vero colligatur, ineptus est sparsioni, si sanguinem super filum coccineum spargendum infra filum, & vice versa spargat irrita est aspersio. Si sanguinem ara suffitus aspergendum*

altari

altari holocaustorum aspersit inepta est aspersio. Conf. *R. Moses ben Maimon* in Hilcos Pesule Hammukdaschin c. I. §. XXV. c. II. §. I. III. VIII. IX. &c. Quæ de reliquis Ritibus in Aspersione sanguinis observatis dici prolixe queunt, partim ab instituto hoc nostro aliena, partim ab aliis enucleata sunt pluribus. De Vasis in Adspersionem Sanguinis adhibitis vid. *Bartenora* in Sevachin cap. 5. Mischna I. *R. Salomo* ad Amos VI. 6. *Schabbas* fol. 62. col. 2. *Pesachin* cap. 5. *R. Moses Mikkozi* in Sepher Mizv. Gad. fol. 235. col. 4. & *Theod. Dassovius* de Ara Exter. Templi Hierosol. §. 4. 5. & quantum ad Gentilium Vasa *Julius Pollux* lib. 6. Onom. cap. 18. *Athæneus* lib. 11. Deipnos. cap. 14. fol. 501. *Homerus* Odyss. III. v. 444. & *Didymus* cum *Eustachio* in h. l. Homeri. De iis, qui spargendo sanguini apti erant vel inepti prolixe agunt Talmudici in *Sevachim* cap. 2. Mischna I. & seqq.

§. XX. Judæos si consulas, cur cornua altaris sanguine tincta fuerint? varias illi easque haud insulsas suppeditant rationes. Cabbalæ suæ sequitur mysteria *R. Israel* in Sepher Thoras Haola, qui cum de causis Sanguinis supra & infra filum coccineum sparsi profunde satis disseruisset hæc subdit fol. 54. col. 1. ועניין שתי מתנות שהן ארבע במקצת קרבנים דהיינו העולה והאשם והשלמי׳ ובחטאת ארבע שהן שמונה הוא גם כן מבואר על דרך זה כי ידוע שהמקובלים ז״ל כנו מדת החסד לדרום ורחמים למזרח ומדת הדין הקשה לצפון ומדת הדין הרפה למערב ולכן כשאדם חטא חטא קל עדיין רחמים השם יתעלה עליו על כן מתחיל במזרחית צפונית להכניס רחמים ברוגז ואחר כך נותן דרומית ערבית להמשך החסד ולזה היו המתנות מזרחית צפונית מערבית ושזרחית דרומית כדי לשתף מדת הדין עם מדת הרחמים : *Cur duæ Aspersiones quaternis æquipollentes in quibusdam Sacrificiorum Speciebus adhibebantur nempe in holocaustis, victimis pro reatu & eucharisticis ut & in Victimis pro peccato quarum sanguis quater spargebatur & octo sparsionibus æquiparabantur? ejus causa hæc reddi poterit ex antedictis. Nimirum notum est Cabbalistas p. m. assignasse attributo benignitatis plagam Australem, Misericordiæ orientalem, judicio rigidiori Septentrionalem, judicio vero leniori occidentalem. Cum ergo homo committit peccatum leve, Dei benignitas adhuc elevatur super ipsum. Idcirco Sacerdos sanguinem spargens incipiebat a Cornu Euro-Boreali indicaturus temperamentum vitæ* (per plagam Orientalem) *& iræ* (per plagam Septentrionalem.) *Ideo etiam Sanguis adspergebatur cornu Euro-Boreali & Zephyro-Australi, non autem Zephyro-Boreali, aut Euro-Australi, ut indicetur temperamentum judicii divini & misericordiæ ejus*. Porro in causas inquirit, cur quædam Aspersiones digito peractæ fuerint, quæ una cum plurimis aliis apud eum conferri queunt. Omnium tamen meretur calculum ratio quam adfert *Obadias de Saphorno* in Cavenoth Hattora fol. 84. col. 3. sanguinem nempe altari fuisse aspersum, quod Deus populum suum eo certiorem reddidit, se cornu populo suo erectum. Hæc enim ejus sunt verba : וממיני הקרבנות קרבן חטאת הבא על חייבי כרת אשר נתן ד׳ מתנות על ד׳ קרנות המזבח מרמו שהם שתים במערב לצד ההיכל הנקרא לפני ה׳ מורי׳ להרים קרן לעמו ולשבי פשע : *Erat quoque e speciebus oblationum, victima pro peccato, quæ offerebatur pro iis, qui rei erant excisionis; cujus sanguis quater aspergebatur quatuor altaris cornibus ut duæ* (aspersiones) *fierent in occidente versus templum, quæ* (cœli plaga) *vocabatur coram Domino, ut innueretur, erigendum esse populo cornu & resipiscentibus a defectione*. Annon hæc conveniant cum illis, quæ de Messia cornu salutis erigendo in scriptura dicuntur, ne dubito quidem cum Cel. *Theod. Dassovio* de Alt. Ext. T. Hieros. §. VII.

§. XXI. Quem usum præstiterint cornua in excipiendo victimarum Sanguine e dictis clarum est; paucis jam, quem usum in Sacrificio jugi, holocaustis ex avibus, fertis & libaminibus præstiterint indagandum. Nimirum in Sacrificio jugi cornua Sacerdotibus plagam mactandæ victimæ designabant. Perhibent enim Talmudici in *Tamid* cap. 4. Mischna I. sacrificium juge matutinum ad cornu Zephyro-boreale mactatum, vespertinum vero ad cornu Euro-Boreale השוחט עומד במזרח ופניו למערב של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית על טבעת שנייה ושל בין הערבים הוה נשחט על קרן מזרחית אפונית על טבעת שנייה. *Mactans stabat in oriente vultu ad occidentem converso, & agnus matutinus ad cornu Zephyro-boreale mactabatur ad seriem annulorum secundam; vespertinus ad cornu Euro-Boreale, ad seriem annulorum secundam*. Causam hujus mactationis indicat Scholiastes קרבן תמיד של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית לפי שבבקר שמש במזרח וזורחת כנגדה למערב והכתוב אומ׳ שנים ליום כנגד היום כלומר נגד השמש שהשמש קרוי יום ושל בין הערבים שחמה במערב ומאירה

ומאי'רה כנגד המזרח היה נשחט על קרן צפונית מזרחית : *Sacrificium joge matutinum ad cornu Zephyro-boreale mactabatur, quia mane Sol verſatur in oriente & ſplendorem ſpargit verſus occidentem. Lex vero dicit Exod. XXIX.* 38. *& Num. XXVIII.* 3. שנים ליום i. e. *duos mactabis agnos e regione ſolis; nam Sol vocatur* יום (nimirum Judæi hic nimium ſubtiles ל idem volunt, quod כנגד e *regione* & יום idem quod שמש hinc oritur Verſio : שנים ליום duo agni ad Solem directi) *Sed juge Sacrificium veſpertinum quando Sol eſt in Occidente & ſplendet e regione orientis mactabatur ad cornu Euro-Boreale;* Victimæ avium in cornu Zephyro-Auſtrali offerebantur, loco earum ordinario. *Sevachim* cap. 4. Miſchna II. חטאת העוף היתה נעשית על קרן דרימית מערבית בכל מקום היתה כשרה אלא זה היה מקומה : *Victima pro peccato ex avibus parabatur ad cornu Zephyro-Auſtralem. Equidem omni in loco fuit legitima hic tamen locus ejus fuit ordinarius.* Holocauſtum avis in Euro-Auſtrali cornu eſſe oblatum *R. Moſes ben Maimon* in Hilcos Maaſe Hakkorb. c. 4. §. 20. Autor eſt, avis ſectionem in hoc Cornu peractam ita deſcribens עולת העוף כיצד היתה נעשית עולה לכבש ופנה לסובב ובא לו לקרן דרומית מזרחית והיה מולק שם את ראשה ממול ערפה ומבדיל ואם לא הבדיל פסולה וממצה דם הראש ודם הגוף על קיר המזבח למעלה מן החוט שבאמצע המזבח: *Holocauſtum ex ave quomodo adducebatur? Reſp.* (Sacerdos) *aſcendens clivum majorem & deflectens in ambitum altaris, accedens ad cornu Euro-Auſtrale ſecabat ungue caput e regione cervicis & ſeparabat, ſi non ſeparaſſet, illegitimum erat Sacrificium. Deinde exprimebat ſanguinem capitis & corporis ad altaris parietem ſupra filum rubrum ad medium altaris.* Conf. *Sevachim* cap. 4. Miſchn. V. *Siphra* fol. 6. col. 1. *Korban Aharon* fol. 67. 68. nec non Cl. Dn. *Præſidis* Diſſert. de Cultris Circumciſ. & Seceſpitis Hebr. XIII. p. 47. ſeqq. Rationem cur Victimæ ex avibus ad Cornu EuroAuſtrale offerri debuerint? ſuppeditat *R. Obad. de Bartenora* in Sevachim cap. 4. Miſchna V. בא לו לקרן דרומית מזרחית לפי שהיא קרוב' לבית הדשן ששם משליך המוראה והנוצה : *Accedebat cornu Euro-Auſtrale quia hoc vicinum erat foco cineris, quo ingluvies avis cum plumis projiciebatur.* Fere eadem habet in *Sevachim* cap. 6. Miſchn. III. Nonnunquam tamen holocauſtum avis ad cornu Zephyro-Auſtrale offerebatur, ſi nempe ob victimarum copiam Sacerdoti in cornu Euro-Auſtrali non eſſet ſufficiens miniſtrandi locus. Denuo *Bartenora* ad Cap. IV. Sevachim Miſchna II. עיקר מקומה בקרן דרומית מזרחית מפני שקרובה לבית הדשן לזרוק שם מוראת ונוצה כדכתיב והשליך אותה אל מקום הדשן וכשהיא רבה שם שיש כהנים הרבה באותה הקרן עסוקים בעולות ואין לזה מקום לעמוד בסובב דעולת העוף נעשית למעלה בא לו לקרן דרומית מערבית שאף היא סמוכה לבי' הדשן יותר משאר שתי קרנות שבית הדשן סמוך לכבש היה במזרחו של כבש ולדרומו של מזבח : *Primo offeruntur Victimæ illæ ad Cornu Euro-Auſtrale. Hoc enim vicinum eſt foco cineris, quo projici ſolent ingluvies & plumæ ſecundum Levit. I. 16. Et projicient illam in locum cineris. Si vero multi Sacerdotes in illo cornu occupati eſſent in holocauſtis & miniſtranti Sacerdoti non eſſet ſtandi locus in altaris ambitu* (holocauſta enim avium parabantur ſuperius in altari) *accedebat cornu Zephyro-Auſtrale foco cineris vicinius reliquis duobus cornibus. Locus enim cineris vicinus clivo erat ad orientem clivi ad meridionalem altaris plagam.*

Libaminibus Vini & Aquæ inſerviebat cornu Zephyro-Auſtrale. *Sevachim* cap. 4. Miſchna II. קרן דרומית מערבית היתה משמשת לניסוך המים והיין : *Cornu Zephyro-Auſtrale inſerviebat libationi aquæ vinique.* Sacerdos enim vinum cum ferto, aut vinum & aquam feſto Tabernaculorum libaturus, aſcendebat per ſiniſtrum clivi latus, orientem verſus altare circuibat donec ad cornu Zephyro-Auſtrale ſe contuliſſet, ubi duo erant ſimpula argentea, alterum vino alterum aquæ recipiendis deſtinatum. Vino in libæum vini & aqua e libæo aquæ in libæum vini & vice verſa effuſa liquorem tranſmittebat per libæorum foramina inferiora in altaris duo foramina ad profundas quaſdam concavitates, hoc tamen cum diſcrimine ut tempore tabernaculi erecti in altari æneo liquor in terram; tempore vero templi ſecundi in foveam ſubterraneam deflueret, memorante *R. Salomone* in Exod. XXIX. 40. שני ספלין של כסף היו בראש המזבח ומנוקבין כמין שני חוטמין דקים נותן היין לתוכו והוא קללח ויצא דרך החוטם ונופל על גג המזבח ומשם יורד לשיתין במזבח בית עולמי' ובמזבח הנחשת יורד מן המזבח לארץ : *Duæ phialæ argenteæ erant in ſummitate altaris eæque perforatæ ad inſtar geminorum orificiorum minutorum vinum infundebat* (ſacerdos) *in illam* (phialam) *idque emanabat & effluebat per orificia illa atque deſtillabat in tectum altaris,* *hinc*

hinc descendebat ad fundamenta altaris templi; in altari vero æneo descendebat (vinum) *ab altari in terram*. Libationem ad cornu memoratum fuisse peractam perhibet *Maimonides* in Hilcos Maase Hakkorb. Cap. VII. §. XII. המנסך מים או יין כשהוא מקיף את המזבח לא יהיה בידו כלום ומתחיל ומקיף מקרן דרומית מזרחית למזרחית צפונית לצפונית מערבית למערבית דרומית ולא יהיה בידו כלום וכשמגיע למערבית דרומית נותנין המים או היין בידו ומנסך ואם לא הקיף עולה ופונה על שמאלו ועושה מלאכתו ויורד i. e. (Sacerdos) *libans aquam aut vinum cum circumiret altare nihil quicquam in manu gerebat. Primum vero circumibat, a cornu Euro-australi* (se conferebat) *ad* (cornu) *Euro-Boreale*, [porro] *ad Zephyro-Boreale* [tandem] *ad Zephyro-Australe, nihil quicquam manu gerens; Cum vero ad Cornu Zephyro-Australe pervenisset, porrigebatur ei vinum aut aqua a Sacerdote libanda, si per suggestum non ambulasset conversus ad lævam opereque confecto descendebat*. Libamen aquæ in festo tabernaculorum describitur in Succa Cap. 4. Mischna 9. hocque ritu absolvebatur ניסוך המים כיצד צלוחית של זהב מחזקת ג׳ לוגים היה ממלא מן השילוח הגיעו לשער המים תסעו והריעו ותקעו עלה בכבש ופנה לשמאלו ב׳ ספלים של כסף היו שם מערבי של מים מזרחי של יין עירה של מים לתוך של יין ושל יין לתוך של מים יצא *Libatio aquæ quomodo facta est? Ampulla aurea continens tres logos implebatur aqua Siloam. Cum ventum esset ad portam aquarum, clangebant tubis, sono partim fixo partim fracto. Ascendit Sacerdos in clivum altaris seque convertit ad sinistram, ubi duo erant simpula argentea, occidentalius aquæ orientalius vino libando inserviens. Infusa aqua in illud, quod vino erat destinatum & vice versa defungebatur officio suo*. Cum aliquando Sadducæus quidam, cui ritus libandi non arridebat, aquam non simpulis sed humo effudisset, ritum hunc ortum ferunt, ut elatis manibus in conspectu totius populi libamina effunderet Sacerdos & adstantes libaturo dicerent: הגבה ימינך *Eleva manum*, ut videre possent, an aquam Simpulo infunderet? Referunt hæc *Gemarici* in Succa f. 48. col. 2. & miram de cornu altaris fracto narrant historiam: ת״ר מעשה בצדוקי א׳ שניסך על גבי רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהן ואותו היום נפגמה קרן המזבח והביאו בול של מלח וסתמוהו לא מפני שהוכשר לעבוד אלא מפני שלא יראה מזבח פגום שכל מזבח שאין לו לא כבש ולא קרן ולא יסוד ולא ריבוע פסול לעבודה *Referunt Rabbini nostri Sadducæum quendam libamina affudisse humo, unde totum cœtum Sacerdotum hunc malis citreis petiisse* (ob lapides autem ad cornu projectos) *fractum fuisse unum altaris cornu. Hinc quadratam Salis molem cornu loco altari apposuisse & obturasse, non quod per obturationem hanc aptum reddi putarent ministerio, sed ne altare mutilatum videretur, omne enim altare clivo, cornu, fundamento & quadratura destitutum, ineptum est*. Patet hinc simul, Sacerdotem vinum libaturum liquorem simpulo infudisse, non vero ad altaris basin effudisse, ut *Joh. Lightfootus* de Min. T. Hier. cap. 8. Sect. 5. Tom. 1. Opp. p. 715. censet, innixus forte Suffragio *Maimonidis*, qui in Hilcos Maase Hakkorbanos Cap. 2. §. 1. vinum libationi destinatum ad altaris basin asserere videtur. ותנסך היין על גבי המזבח ואין נותנין אותו על האש אלא מגביה ידו ויוצק על היסוד והוא יורד לשיתין *Vinum in altari libatur neque igni infunditur, sed* (sacerdos) *libans manum attollit, atque super basin effundit, quod in cavernas se exonerat*. Verum Maimonidem & hic a *R. Abraham ben David* refutatum nostræ socium sistit Sententiæ *R. Joseph Kaaro* in Ceseph Mischne ad h. l. Tandem & Fertis cornua inserviebant. Sacerdos enim fertum e phiala aurea vel argentea depromptum vasique sacro impositum consecrabat & oleo thureque conspergebat. Hoc peracto se conferebat ad cornu Zephyro-Australe & stabat a latere cornu meridionali. Collocato autem thure ad partem alteram sumebat pugillum ex illa parte in quam oleum infuderat, imponens illud medio alterius vasis sacri. Collectum denique thus reliquæ massæ imponebat ad summum altare ferebat, sale condiebat ignique injiciebat, reliquis sibi servatis. Calculo suo comprobat dicta de Oblatione fertorum *Maimon.* in Hilc. Maas. Hakkorb. c. 13. §. 12. ritum offerendi ita describens: סדר הבאת המנחה כיצד מביא אדם סולת מתוך ביתו בקלתות של כסף או של זהב או של שאר מיני מתכות בלי שהוא ראוי לכלי שרת ואם היתה מנחת הסלת נותנה לכלי שרת ומקדשה בכלי שרת ואם היתה מן המנחות הנאפות אופה אותה שם במקדש ופותת ונותן הפתיתין לכלי שרת ונותן עליה שמנה ולבונתה ומוליכ׳ אצל כהן והכהן מוליכה אצל המזבח ומגישה בקרן דרומית מערבית כנגד חודה של קרן ודיו וגו *Fertum quomodo offerebatur? Resp. Offerens e domo sua adducebat similam in calathis sive argenteis sive aureis vel etiam alio e metallo fusis modo essent apta ministerii vasis*.

vasis. Si fertum esset similagineum imponebatur vasi sacro inque eo consecrabatur. Si fertum coctile coquebatur in Sanctuario & frangebatur. Frusta vasis sacris indebantur, oleum affundebatur, thus imponebatur & ad sacerdotem ferebatur Sacerdos ea ferebat ad altare, & quidem ad cornu, & hoc ritu officio suo fungebatur. Eodem modo reliqua quæ in oblatione fertorum observabantur Maimonides delineat. Conf. *Thosiphta* Menachos. c. 1. & *Joh. Lightfootus* de Min. T. Hierosol. Tom. 1. Opp. p. 715.

§. XXIII. Tandem Cornua Altaris Perfugium præbuisse nec ulli insontes hinc abripere licuisse, evidens videtur ex Historia Adoniæ & Joabi. De illo enim 1. Reg. 1. 50. ואדניהו ירא מפני שלמה ויקם וילך ויחזק בקרנות המזבח *Adonia vero Salomonem timebat, surrexit, ivit & apprehendit Cornua Altaris.* De hoc 1. Reg. 2. 28. וינס יואב אל אהל יהוה ויחזק בקרנות המזבח *Et fugit Joabus ad tentorium Jehovæ & amplectebatur altaris cornua.* Judæi tamen cornibus altaris omnem denegant homicidam tuendi potentiam, asserentes, Asyliam nonnisi בגגו in summitate sua præbuisse. *R. Moses Maimonides* in Hilcos Rozeach Uschemirasch Nephesch Cap. 5. §. 12. & 13. המזבח קולט שנאמר בהורג בזדון מעם מזבחי תקחנו למות מכלל שההורג בשגגה אינו נהרג במזבח לפיכך ההורג בשגגה וקלטו מזבח והרגו שם גואל הדם הרי זה נהרג עליו כמי שהרגו בתוך עיר מקלט אין קולט אלא גגו של מזבח בית העולמים בלבד h. e. *Altare Asylum erat. Dicitur enim de homicida voluntario* [*Exod.* 21. 14.] *Rapies eum de altari meo ad mortem. Unde fluit, homicidam per errorem ad altare occidi non posse. Quapropter si homicida per errorem ad altare se contulisset, & a vindice sanguinis trucidetur, is capite plectebatur non secus ac si in urbe refugii manus violentas alteri intulisset. Solum vero altaris tectum in templo asyliam præbet.* Subjungit Maimon neque altaris cornua confugientibus receptum dedisse, או אחז בקרנותיו אינו נקלט *etiamsi apprehenderit aræ cornua, non servatur.* Hinc mortis Joabi Rabbini hanc volunt causam, quod non tectum sed altaris cornua manu prehendisset. Ita enim *R. If. Abarbanel* in Perusch al Neviim Rischonim fol. 201. col. 1. ואמרו ז"ל במסכת סנהדרין אמר רב יהודה אמר רב שתי טעיות טעה יואב טעה שאין המזבח קולט אלא גגו והוא תפש בקרנותיו טעה שלא היה קולט אלא מזבח עולמים והוא תפש בקרנות המזבח אשר בשילה אמר אביי בהא נמי מיטעא טעה שאינו קולט אלא כהן ועבודת בידו והוא זר היה h. e. *Dicunt Doctores nostri p. m. in Sanhedrin* (aut si mavis in Maccos cap. 2. fol. 12. col. 1.) *R. Jehuda dicere nomine Rabh duos errores Joabum commisisse. Alter est quod cornua altaris prehenderit, cum tamen altare refugium præbeat, nonnisi tectum occupanti. Alter vero quod arripuerit cornua altaris Siluntici, cum tamen nonnisi altare templi asyliam concedat. R. Abbai addit alium errorem errasse Joabum, quod extraneus cornua prehenderit, cum tamen altare non nisi refugium sit Sacerdotis in ministerio suo occupati.* Conf. *R. Joseph Kaaro* in Ceseph Mischne ad Maim. loc. cit. *R. Bechai* in Biur al Hattora ad Exod. 21. *R. David Kimchi* in 1. Reg. 20. *R. Levi ben Gerson* in Exod. 21. & *Joh. Seldenus* de I. N. & G. Lib. 4. cap. 2. Verum Autores hi admodum sibi verba dant; comprobat enim exemplum Adoniæ, Altaris cornua asylum præbuisse vitæ suæ metuentibus, & Joabum conrnua Altaris ob causam longe aliam apprehendisse, ibique vitæ pœnas dedisse, infra probatum dabo. Antequam id fiat, inquirendum judico: Quosnam tandem cornua altaris sartos tectosque servarint? Rabbini cornua hæc solos sacerdotes & quidem in altari sacris operam dantes servasse volunt. *R. Moses Maimonides* in Hilc. Rozeach c. 5. §. 13. אין קולט אלא כהן ועבודה בידו אבל זר או כהן שאינו עובד בשעה שנהרג אינו נקלט *Altare non receptum dat nisi sacerdoti sacris litanti. Is vero qui alienus est* (a functionibus sacerdotalibus) *aut is qui non ministrat dum occiditur, non recipitur.* Conf. *Maccos* f. 12. col. 1. Verum & heic Rabbinos a veritatis tramite aberrare tam exemplum Adoniæ quam lex Exod. 21. 14. lata ostendit, quam DEus non sacerdotibus tantum, sed omnibus dedit Israelitis כי יזיד איש על רעהו להרגו בערמה מעם מזבחי תקחנו למות *Quum quis data opera insurrexerit contra proximum suum, interfecturus eum astu, eum ab altari meo rapito ad mortem.* Id quod illo ævo erat necessarium, quo urbes refugii nondum erant exstructæ, nec homicida involuntarius haberet, quo fuga vitæ suæ consuleret. Equidem Rabbinorum nonnulli legem hanc in primis sacerdotibus latam volunt, unde & *R. Salomo* in l. c. אם היה כהן הרוצח לעבוד עבודה תקחנו למות *Si fuerit*, inquit, *sacerdos operamque dare voluerit sacris, cum rapies ab altari ad mortem.* Targum Jonathan: אפילו כהנא הוא ומשמש על גבי מדבחי מתמן תסבוניה ומקטלוניה בסייפא *Etiamsi sacerdos*

cerdos ipse fuerit & ministraverit ad Altare meum cum tamen inde rapient & occident gladio. Et Targum Hierosolymitanum : אפילו הוא כהנא רבא דקאי ומשמש קדמוי מן תמן תסבון יתיה ותקטלון יתיה *Licet ipse Sacerdos maximus fuerit, qui stet & ministret mihi, inde tamen rapiatur & occidatur*. His tamen reliqui non accedunt, qui altare hoc omnibus patuisse asserunt. *R. Isaac bem Aramah* in Akedas lizchak fol. 154. col. 1. נראה שהיה מנהג להנצל בבית אלהים ואצל מזבחו כמו שהוא המנהג היום בין האומות לזה מה שהוצרך הכתוב לומ׳ שהרוצח יוקח מעם המזבח אבל אם היה כהן ועומד על המזבח לא יוציאוהו עד שיגמור עבודתו *Videtur more receptum fuisse* (homicidæ non voluntarii) *tutelæ causa fugerent in DEi domum prope altare, quemadmodum hodienum adhuc mos is observatur apud alias gentes. Ideo etiam scriptura dicit, ut quicunque data opera homicidium patraverit abripiatur ab altari. Sacerdos autem adstans altari, non auferatur priusquam colophonem ministerio imposuerit.* Conf. & *R. Isaac Abarbanel* in h. l.

§. XXIV. Omnibus itaque altaris cornua apprehendere licuit, non tamen cuivis asyla fuerunt, nisi homicidis tantum per errorem. Distinguunt quippe Rabbini inter Cædem בכוונה voluntariam & e deliberata voluntate, & בלא כוונה *ἄνευ προαιρέσεως* involuntariam. Cædis involuntariæ tres ponunt species: Prima est אם הרג אותו בשגגה si quis proximum ex ignorantia & quidem non simulata trucidasset. Homicidii hujus præter Scripturam Num. 35. Deut. 19. 5. *R. Levi ben Gerson* in Exod. 21. dat exemplum שיבא ביער לחטוב עצים ונשל הברזל מן העץ ומצא את רעהו ומרת *si quis iverit* [cum socio] *in sylvam ad cædendum ligna decideritque ferrum de manubrio securis quod offendat socium, ita ut moriatur*. Secundæ annumerant illum, qui ex ignorantia quidem cædem commisit, violentiæ tamen speciem præ se ferentem; v. c. si quis per scalam ascendat ac retro procidens socium interimat, aut trabem sursum trahat eaque decidente socium interficiat. Ad tertiam denique cædis involuntariæ speciem eum referunt, qui excusso in coronam hominum saxo aliquem occidit, quem lapide petere ipsi animus non erat. Cædis hujus involuntariæ species e Maccos recenset *Maimonides* in Hilcos Rozeach Uschemiras Nephesch Cap. 6. §. 1. & seqq. שלשה הם ההורגיה בלא כוונה יש הורג בשגגה והעלמה גמורה וזהו שנ׳ בו ואשר לא צדה ודינו שיגלה לערי מקלט וינצל ויש הורג ותהיה השגגה קרוב לאונס והוא שיארע במיתרת זה מאורע פלא שאינו מצוי ברוב מאורעות בני אדם ודינו שהוא פטור מן הגלות ואם הרגו גואל הדם נהרג עליו ויש הורג בשגגה ותהיה השגגה קרובה לזדון והוא שיהיה בדבר כמי פשיעה או שהיה לו להזהר ולא נזהר ודינו שאינו גולה מפני שעונו חמורה אין גלות מכפרת לו ואין ערי מקלט קולטות אותו שאינן קולטית אלא המחוייב גלות בלבד לפיכך אם מצאו גואל הדם בכל מקום והרגו פטור *Tres sunt homicidii involuntarii species* [1.] *si quis per errorem & invitus plane cædem committit. De hoc dicitur* (Exod. 21. 13.) *Si dolum non struxerit alteri, hic licite asylum petere potest, ibique servatur* (2.) *si quis cædem per errorem commiserit prope tamen accedat cædi violentæ. Nempe si accideret casus rarissime eveniens. Occisor liber est ab exilio, vindexque sanguinis eum interficiens capite plectitur*, (3.) *si alterum per errorem enecet, ita tamen ut proxime accedat ad homicidium proæreticum, v. gr. si quis interficiatur per plagas nimias* [*ab altero ipsi illatas*] *aut proximum monere debuisset, eum vero non monuit. Is enim ad asyla se conferre nequit, quoniam peccatum hoc gravius est, quam ut asylo expiari queat. Neque enim asyla cuiquam refugium concedunt, nisi quibus licitum has adire civitates. Quod si vindex sanguinis ejusmodi homicidam occideret, nullius criminis reus habetur*. Primæ ergo speciei homicidis cornua altaris non proderant, secundæ nec Vindici sanguinis erant obnoxii, nec Altaris cornua amplecti tenebantur. Tertiæ speciei homicidis nulla veniæ spes erat, hinc nec cornua eis Asylum præbuere. Singulari tamen gaudebat immunitate Pater filium aut Ludimoderator discipulum castigans quoties legi vel institutioni Rabbinorum immorigeri plagis excepti enecatique essent, ut & lictor qui reum in jus vocatum sed reluctantem per flagellationem 40. plagarum occideret. Hi erant liberi a migratione ad altaris cornua aut Asyla, Vindicis vim plane non metuentes. *R. Moses ben Maimon* in Hilcos Rozeach Cap. 5. §. 5. & 6. הבן שהרג את אביו בשגגה גולה וכן האב שהרג את בנו גולה במה דברים אמורים בשהרגו שלא בשעת לימוד או שהיה מלמדו אומנות אחרת שאינו צריך לה אבל אם יסר בנו כדי ללמדו תורה או חכמה או אומנות ומת פטור וכן הרב המכה את תלמידו או שליח ב״ד שהכה את בעל דין הנמנע מלבוא לדין והמיתו בשגגה פטור מגלות שנא׳ לחטוב עצים לדברי הרשות יצא האב המכה את בנו והרב הרודה את תלמידו ושליח בית דין

שהרי

שהרי שגגו והרגו בשעת עשות המצוה *Filius qui Patrem exanimaverat per errorem aut Pater qui filium enecaverat Asylum petebat. Pari modo si occidisset* (filium) *non propter discendum eum castigando aut inter alias artes quam quæ discere tenebatur. Si vero castigasset filium docens eum legem aut Philosophiam aut alias artes necessarias atque ita exanimaret, liber erat. Ita etiam se habebat cum Ludimoderatore castigante discipulum suum ac Lictore Synedrii, qui reluctantem reum casu occideret, hic enim Asylum petere non tenebatur. Exstat enim in Scriptura S. lex de ligna findente & de factis aliis in libero arbitrio positis. Excipiendus hic tamen Pater filium ita verberibus excipiens & Ludimoderator discipulum sic castigans & lictor Synedrii. Ex errore enim cædes hæc oritur, dum jure illud faciunt, quod facere fas erat.* Eadem fruebatur immunitate, qui alienigenam aut proselytum portæ interfecerat; neque enim is cædis ergo Asylum petere cogebatur, cum illi non sint בני ברית socii fœderis seu genuini Israelitæ. Denuo *Maimon.* in Hilcos Rozeach Cap. 2. §. 10. אחד ההורג את ישראל או ההורג עבד כנעני הרי זה נהרג עליו ואם הרג בשגגה גולה ישראל שהרג גר תושב אינו נהרג עליו בבית דין שנאמר וכי יזיד איש על רעהו ואין צריך לומר שאינו נהרג על הגוי *Idem est*, inquit, *enecare Israelitam ac servum Cananæum; ob utramque enim cædem morte plectitur. Si autem per errorem cædem commiserit Asylum petit, Judæus qui proselytum portæ trucidaverit, morte non mulctatur a Synedrio per legem Exod. 21. 14. Quum quis irruerit in proximum suum. Et dictu supervacaneum est neminem occidi ob Ethnicum.* Eo collimare censet *R. Salomo* legem Exod. 21. 14. כי יזיד *si data opera molitus fuerit proximi necem.* Addit enim : למה נאמר לפי שנ׳ מכה איש וגו׳ שומע אני אפילו גוי ורופא שהרג ושליח ב״ד שהמית במלקות ארבעים והאב המכה את בנו והרב הרודה את תלמידו והשוגג ת״ל וכי יזיד ולא שוגג על רעהו ולא על עכו״ם להרגו בערמ׳ ולא שליח ב״ד והרופא והרודה בנו ותלמידו שאעפ״ שהם הזידו אין מערימין h. e. *Cur hic additur. Si quis data opera necem molitus fuerit? Resp. Si solum dixisset lex, qui percutit virum, posset hoc primo intuitu intelligi etiam de servo, medico & lictore Synedrii, qui interficit per fustigationem 40. plagarum, nec non de patre, plagis excipiente filium suum, de Ludimoderatore discipulum castigante, ut & de illo, qui per errorem enecat alterum. Hæc dubia ut tollantur, additur in lege* כי יזיד *si data opera molitus sit necem non per errorem. Additur* על רעהו *non vero contra alienigenam. Porro subjicitur* להרגו בערמה *ut dolo eum interficiat. Denuo ergo excipitur Synedrii Lictor, medicus, Pater filium castigans, & Ludimoderator, qui data licet opera, non tamen dolo agunt.* Conf. Medrasch *Mechilta* fol. 19. col. 4.

§. XXV. Facile hinc cognoscitur: Cur Joabo cornua amplectenti tamen non profuerit? Quia enim cædis voluntariæ Abneri & Amasæ reus, ab Altari rapiendus erat, Exod. XXI. 14. Hanc necis Joabi causam vult *Abarbanel* in Peruscha al Hattora fol. 179. col. 2. האמנם אמר וכי יזיד איש על רעהו להורגו בערמה לעשות חלוקה אחרת והיא מהגורם מות לחבירו בערהמ׳ ובמרמה אף על פי שלא יכהו בידו כי זה לרשעתו וערמתו להרוג את הנפש לא ילקוט אותו שום מקום ואפילו שיהיה כהן ועומד על המזבח לעבוד עבודה שהוא מקום היותר מיוחד לכפר מאותו מקום קדוש תקחנו למות בבית דין וזה היה ענין יואב בן צרויה שחשב למלט את נפשו בהאחזו בקרנות המזבח ושלא יקחוהו משם ושלמה המלך צוה את בניהו שאם לא ירצה לצאת יהרגהו שמה כי לא אמרה תורה מעם מזבחי תקחנו למות להורות שאין לבית דין רשו׳ להורגו שם אלא ע״ד הנזמא נאמר שלא יהיה לרוצח מכוס אפי׳ על המזבח : *Scriptura in verbis : Si quis data opera molitus fuerit, proximi necem, discrimen facit inter illum, qui mortis alterius per dolum est causa, licet ipse eum non interficiat. Ejusmodi homicida in nullo loco asyliam habet, quamvis sit sacerdos & sacro cultui operam navet, & licet alias locus hic expiationi aptissimus sit, nihilominus tamen a synedrio etiam ab hoc loco sanctissimo rapi debebat ad mortem. Et hæc est ratio* (*mortis*) *Joabi filii Zeruiæ. Putabat enim optime consultum iri vitæ suæ, si prehendisset cornua altaris, nec se ab altari rapi posse. In mandatis tamen dedit Salomo Benajæ, ut si Joab egredi nollet, morte eum ad altare afficeret, quoniam scriptura nullibi jubet eum ab altari rapi. Quo ipso indigitatur fas non esse Synedrio* (*ad altare*) *aliquem occidendi. Quando vero scriptura hujus rei facit mentionem solum hyperbolice loquitur innuens homicidæ nullibi esse refugii locum, ne quidem in altari.* Aliam adducit causam in Parusch al Neviim Rischon. fol. 201. col. 2. hanc nempe quod Joabus gloriæ Regni Israelitici damnum inferre decreverit cum Adoniæ nomen dedisset. והסתכל ששלמה לא צוה את בניהו שיוציא את יואב מאהל השם ולא שיסירהו מקרנות המזבח אבל צוה לבר

פגע

פגע בו רוצה לומ׳ בכל מקום אשר יהיה שם והיה זה לפי שהמזבח ליואב לא היה קולט מהסבות שזכרתי כמו שאחז״ל בסנהדרין או לפי שהיה בעון יואב חלול כבוד המלכות ומפני זה לא היה המזבח קולט אליו כמו שגם כן לא תקלות במה שיש בו חלול השם Observa: Salomonem Benajæ non præcepisse, ut Joabum raperet e Tabernaculo, neque ut eum amoveret ab Altaris cornibus, sed solum præcepit, ut eum feriret i. e. quovis in loco. Idque ideo quia altare Joabo tutelam præstare non poterat ob rationes ante allatas e Doctoribus nostris in Sanhedrin [verius Maccos.] Poterit & hæc addi causa; Quoniam in Joabi iniquitate erat profanatio gloriæ Regni; Ideo altare ei tutelam non præbuit, uti nec ei qui nomen divinum profanat. Rab. Isaac ben Aramah in Akedas Iizchak fol. 154. col. 1. existimat, Joabum non ideo ad cornua Altaris se contulisse, quod vitæ suæ ob Abneri & Amasæ cædem metueret, sed quod veritus ne forte a Salomone interficeretur Adoniæ partes secutus. והנה יואב לא חשב להמלט שם אלא מאשר נטה אחרי ארוניהו כי חשב שלא יהרגהו שלמה על מיתת עמשא מפני כבוד אביו שלא יאמרו קטנו עבה ממתניו כמו שנראה שחשש לזה דוד באומרו ועשית כחכמתך וגו׳ הוא מה שאמר הכתוב והשמועה באה עד יואב כי יואב נטה אחרי ארוניהו ואחרי אבשלום לא נטה וינס יואב אל אהל ה׳ ויחזק בקרנות המזבח שהכונ׳ שראה עצמו באשמה עצומה אצל שלמה מנטותו אחרי ארוניהו לברו כי אם היה נוטה אחרי אבשלום יאמ׳ כי לסבת המלכות היה עושה כמש חושי לאבשלום כאשר עברתי לפני אביך כן אהיה לפניך ועכשו אין לו התנצלות כלל ולזה נמלט באהל ה׳ ויחזק בקרנות המזבח: Ecce Joabus non ea intentione se ad altaris cornua contulit, ut eriperetur (ob Amasæ homicidium) sed quod Adoniæ nomen dedisset. Non enim cogitabat se a Salomone enecatum iri ob cædem Amasæ illatam propter honorem, quem (Salomo) Patri suo debebat, ne dicerent (subditi) minimus ejus digitus densior est lumbis Patris ejus [I. Reg. XII.] videtur enim hoc in animo habuisse David, dicens: Facies juxta sapientiam tuam &c. & hoc est quod Scriptura dicit: Hoc rumore ad Joabum delato ivit Joabus, nam Joab Adoniæ adhæserat non vero Absalomo fugitque Joabus ad tentorium Domini & prehendit cornua Altaris. Hæc autem ejus fuit intentio, quod videret delictum adversus Salomonem commissum, eo quod Adoniæ adhæserat soli, nam si etiam Absolomo nomen dedisset, causam potuisset prætendere hoc propter Regnum esse factum, quemadmodum Chusius Absoloni fecerat [dicere potuisse] quemadmodum Patri tuo a ministeriis fui ita & ibi ero, nunc vero nullam impetrare potuit gratiam ideo fugiebat ad tentorium Domini cornua altaris prehendens. Alii Joabum cædis Amasæ & Abneri se reum agnovisse opinantes, putant Joabum ad altaris cornua confugisse non tutelæ causa, sed ut sepeliretur in tumulis Patrum suorum, quod factum non fuisset, si per Synedrii decretum diem obiisset supremum. Ita enim in Sepher Rabbos fol. 275. commentantur ומי היה זה שברח למזבח ונהרג יואב שנ׳ השמועה באה עד יואב ונומר אל אהל ה׳ ואומר תחכמוני ראש השלישי לא היה יודע שכתוב בתורה וכי יזיד איש על רעהו ונומר שהלך והחזיק בקרן המזבח אלא אמר הרוני ב״ד אין נקברין בקבור׳ אבותיהם אלא הם לעצמן מוטב לי שאמות כאן ואקבר בקבורת אבותי : Quis fuit ille, qui fugit ad altare & interfectus est? Resp. Joabus. Scriptum enim est I. Reg. II. 28. Joab rumore hoc percepto fugit ad tentorium Domini. Numquid ergo dicerem Joabum sapientem illum (ita exponit Autor תחכמוני 2. Sam. XXIII. 8.) & ducem tribunorum ignorasse legem (Exod. XXI. 14.) Si qua data opera insurrexerit unus adversus alterum &c. ut iret & apprehenderet altaris cornua? Resp. non hæc fuit fugæ Joabi causa, sed cogitabat a Synedrio necatos non sepeliri in sepulchris Patrum suorum, verum seorsim. Hinc satius, ait, est hic me mori, ut sepeliri queam in sepulchris Patrum meorum. Sunt denique alii qui censent Joabum ideo ad cornua Altaris fugisse, ut facultates suas servaret, quod non impetrasset, si alibi fuisset occisus; Cedebant enim tunc fisco Regio. Ita enim Gemarici in Sanhedrin cap. 4. docent תנו רבנן הרוני מלכות נכסיהן למלך הרוני בית דין נכסיהן ליורשין h. e. Tradunt Magistri. Eorum qui Regis jussu interficiuntur bona cedunt fisco Regio, eorum, qui ex Senatus decreto morte affecti sunt, hæredibus. Et paulo inferius למאן דאמר נכסיהן למלך היינו דכתיב וינס יואב אל אהל ה׳ ויחזק בקרנות המזבח וכתיב ויאמר לא אצא כי פה אמות אלה למאן דאמר נכסיהן ליורשין מאי נפקא לה מיניה לחיי שעה Sententia ejus, qui dicit bona occisorum Regis jussu cedere Regi confirmatur e I. Reg. II. 28. Fugitque Joabus ad tabernaculum Domini prehenditque cornua altaris. Item e verbis [v. 30.] non exibo sed hic moriar ad vitam prorogandum. Vera ratio fugæ ad cornua altaris, deducenda videtur e facto Abiatharis,

quod

puquod Joabus ſe impune imitari poſſe putabat. Cum enim Abjathar ejuſdem criminis cum Adonia reus, veniam culpæ a Salomone impetraſſet, Joabus ſpe eadem fretus ſe mortem evaſurum putabat, ſi ad domum DEI confugeret & cornua altaris apprehenderet. Sed quoniam Joabus non ſolum Regem, Solium Davidis occupantem contumelia cumulaſſet ſed & Abnerem ac Amaſam trucidaſſet, gratiam impetrare nullo modo potuit nec fuga ad altaris cornua ſibi ſaltem conciliare. Conf. *Humphridus Prideaux* in Moſen Maimonidem de jure pauperis & peregrini ap. Judæos p. 166. *R. Moſes* Mikotzi Præc. affirm. 75. *Oſiander* de Aſyl. Hebr. §. 22. *J. Ligtfootus* in Deſcript. T. Hieroſ. Tom. 1. Opp. fol. 635. *Georg. Mœbii* Aſylologia ſacra cap. 2. *Georg. Ritterſhuſius* de Jure Aſylorum cap. 8. & *Gothof. Voigtius* in Thyſiaſterologia cap. 17. §. 22. Tandem etiam notandum, eum qui ob homicidium involuntarium cornua altaris prehendit, non ibidem moram nectere, ſed conductu ſtipatum in urbem refugii migrare debuiſſe. Ita enim *Maimonides* in Hilc. Roz. cap. 5. §. 14. מי שקלטו המזבח אי׳ מניחי׳ אותו שם אלא מוסרים לו שומרים נמנלים אותו לעיר מקלטו : *Cui altare tutelam præbuit in eo non nectebat moras, ſed cuſtodibus additis eum ducebant in refugii urbem*, [uti ibi maneret in exilio.]

§. XXVI. Tandem ad gentilium aras feſtinare & quædam de eorum aris cornibus ornatis fari operæ duxi pretium. Nam & gentilibus aras cornibus inſtructas in uſu fuiſſe fide digni teſtantur Autores. De Græcis *Nonnus* Dionyſiac. lib. 44. num. 96. refert Agaven ſacrificium offerentem in excelſum montem adſcendiſſe, ϗ εὐκεράῳ παρὰ βωμῷ *& pulchre cornuto in altari* ovem obtuliſſe fœminam cornuto comitem maſculo tauro. Poematium ara, quæ vulgo Doſiade dicitur cornibus ornata fertur & quidem Gloſſa ad Aram Doſiadæ notante : λέγεται δὲ ἐκ δεξιῶν κεράτων ΠΕΠΛΕΧΘΑΙ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ μόνον, ἐκ δὲ ἀριστερῶν ȣ̓δαμῶς; *fertur autem e dextris cornibus ſtructam ſolum aram, e ſiniſtris autem neutiquam*. Eo enim devenerunt gentiles, ut aram totam e cornibus Cynthiadum caprearum a Diana interfectarum conflatam, Apollini Delio ſacrarent. Meminit hujus βωμȣ̃ κερατίνȣ *Callimachus* Hymno in Apollinem v. 60.

> Ἄρτεμις ἀγρώσσȣσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
> Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ᾽ ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
> Δέματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
> Ἐκ κεράων, κεραὰς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχȣς
>
> *Diana venata capita aſſidue caprearum*
> *Cynthiadum afferebat, ipſe vero compingebat aram Apollo*
> *Conſtruxit quidem cornibus fundamenta, compegitque aram*
> *Ex cornibus : cornua vero undique oppoſuit parietibus.*

Ejuſdem in Delo aræ mentionem facit *Dioniſ. Laertius* in Vita Pythagoræ lib. 8. ſegm. 13. pag. 499. ἀμέλει ϗ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τȣ̃ Ἀπόλλωνος τȣ̃ Γενέτορος, ὅς ἐστιν ὄπισθεν ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΙΝΟΥ. Διὰ τὸ πυρȣ̀ς ϗ κριθὰς, ϗ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ᾽ αὐτȣ̃ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδὲν ὥς φασιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ; *Denique aram Delii tantum Apollinis Genitoris veneratus eſſe fertur, quæ pone corneam eſt; quod in ea frumentum & hordeum, & placentulæ ſolæ abſque igne, nulla autem victima apponeretur, ut ait Ariſtoteles in Deliorum Republica* vid. & *Angel. Politianus* 52. Miſcellan. Num vero ad aram hanc exſtruendam dextera tantum adhibita fuerint cornua, certo aſſerere non audeo; *Plutarchus* equidem de Solert. Animal. T. II. Opp. pag. 983. e dextris aram hanc compactam aſſerit: Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ ναῷ, τὸν κεράτινον βωμὸν εἶδον ἐν τοῖς ἑπτὰ καλȣμένοις θεάμασιν ὑμνȣμενον, ὅτι μήτε κόλλης δεόμενος, μήτε τινὸς ἄλλȣ δεσμȣ̃, διὰ μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε ϗ συνήρμοσται κεράτων. *Tale quid in Delo & Phœbi me cernere templo memini : nempe aram cornutam, quæ inter ſeptem mundi miracula celebratur : quod neque glutine ullo neque aliis vinculis cohærens, e ſolis cornibus dextris compacta eſt*, in Theſeo vero T. I. Opp. p. 9. aram in Delo e ſiniſtris etiam cornibus conflatam tradit : ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον εὐωνύμων ἁπάντων. *Saltavit autem circa aram Ceratoneam e cornibus ſiniſtris omnibus compactam.* Narrat aram hanc inter mundi miracula poſitam, *Martialis* de Spectac. Epigram. I. verſ. 3.

> *Nec Triviæ templo molles laudentur honores*
> *Diſſimulatque Deum cornibus ara frequens.*

Et *Ovidius* in Epiſtola Cydippes ad Acontium:

> *Miror & innumeris ſtructam de cornibus aram.*

Romanos Græcorum veſtigia preſſiſſe, araſque

araſque ſuas cornibus decoraſſe optimæ notæ teſtatur Autores. Quin etiam altaria lapidea, quæ inter parietinas urbis Romæ ruinas videntur, religionis notam in cornibus referre *Fortunatus Scacchus* in Elæochriſm. ſacr. Myrothec. II. cap. 65. Nummi etiam quibus teſte rerum harum fide magis dignos non habemus altaria exhibent cornuta. Præbent hujuſmodi Numiſmata ſpectanda *Oudanius* Tab. 64. 75. *Gvilh. Choulius* de Relig. Vet. Rom. pag. 65. & alii. Inprimis autem ara pacis cornibus hujuſmodi conſpicua eſt apud Choulium l. c. nec non Criſpinæ apud *Vaillantium* P. II. Numiſm. Imper. p. 200. Quamvis itaque cornua in gentilium aris concedam, non tamen ſequor ducem *H. Grotium*, aſſerentem cornibus ararum apud Gentiles Deorum nomina inſculpta fuiſſe, evincere id quidem conatur e Jerem. XVII. 1. & Act. XVII. 23. Ita enim in notis ad Jerem. XVII. 1. *In cornibus ararum ſcribi ſolebant Deorum nomina*. Vid. Act. XVII. 23. *Ad eum morem alludens hoc ſignificat, fore ut illis cornibus transfodiantur & peſſime tractentur ob iſta facta*. conf. Pſal. XXII. 21. Neuter vero locorum allatorum Grotio fert ſuppetias. Jerem. XVII. 1. figurate dicitur peccatum Judæ ſcriptum ſtylo ferri & ſcalpro lapidis perdiuturni exaratum ad cornua altarium eorum, quia in illis apparuit alienæ religionis nota & victimæ ſceleratæ grave argumentum. Ut enim altarium cornua ſanguine victimarum aſpergebantur Deo ſacrarum, ſic cornua hæc victimarum ſanguine redundabant quas Idolis ſacrificarunt. Vid. *R. Iſ. Abarbanel* in Peruſch al Neviim Acharonim f. 117. Piſcator & Belgæ in h. l. Paulus vero Act. XVII. 23. Athenis inſcriptionem in ara quadam non vero in aræ cornibus ſe vidiſſe affirmat. Apud gentiles enim in more erat poſitum nomina Deorum altaribus inſcribere, quibus ſacra fuere, aut eorum inſignia, aliaſve notas quibus dignoſci poſſet, cujus in honorem erecta fuerint, ut refert *Joa. Potterus* in Archæolog. Græca lib. 2. cap. 2. p. 204. 205.





JO: BUXTORFII HISTORIA IGNIS SACRI ET CŒLESTIS, Sacrificia Consumentis.

CAPUT PRIMUM.

Quis & qualis hic Ignis fuerit? An ille qui Mosis tempore descendit, idem fuerit cum Salomonico?

CUm in superiori de Arca tractatione Ignis quoque gloriosi, qui super Tabernaculo & ad Arcam apparuit, Israelitisque per desertum præluxit, quædam dicta fuerint; placuit ob Argumenti similitudinem nonnulla hic subjungere *de* Igne Sacro *e cœlo miraculose descendente, & Sacrificia in Altari absumente*, qui itidem Gloriæ Domini insigni elogio nobilitatus est; sperans, Lectori rerum Sacrarum avido non ingratam fore operam, maxime cum e paucis materia hæc accuratius tractata reperiatur, neque Interpretes omnium curiositati hic satisfaciant.

Equidem ab initio statim Mundi, solitum fuisse Deum Igne cœlitus, super Sacrificia rite sibi oblata, demisso, & ea miraculose consumente, suum super iis beneplacitum testari, Hebræi volunt. Sic enim intelligunt & exponunt, quod Genes. 4. 4. legitur, *Deum respexisse ad Abelem, & ad oblationem ejus, ad Cainum autem & oblationem ejus non respexisse*. Sic etiam quod de *Noachi* holocaustis dicitur Genes. 8. 21. *Odoratusque est Dominus odorem quietis*. De Abrahamo, Genes. 22. Sic factum est *Gedeoni*, Judic. 6. 20. 21. &c. *Manoæ*, Judic. 13. 16. 19. 20. *Davidi* in area Araunæ Jebusæi, 1. Paralip. 21. 26. *Eliæ*, 1. Reg. 18. 32. usque ad 38. 39. Hinc populus Davidem, ad bellum difficile proficiscentem, aut saltem exercitum educentem, votis & faustis omnibus prosequens, inter alia etiam hoc ei apprecantur; יזכר כל מנחתיך ועולתך ידשנה. *Recordetur omnium oblationum tuarum, & holocaustum tuum in cineres redigat*, Psal. 20. 4.

Maxime tamen solenniter & gloriose id fecisse legitur; *primo* in Tabernaculi Mosaici, *secundo* in Templi Salomonis dedicatione & inauguratione.

Etenim *ad Primum* quod attinet; po-

posteaquam Moses Aharonem & filios ejus ad munus Sacerdotale inaugurasset, Levit. cap. 8. & Die octavo, quem vocant יום שמיני של המלואים. *Diem Octavum Impletionum*, seu, *consecrationum*, Aharonem primam suam oblationem facere, & filios Israel quoque Sacrificia & oblationes afferre jussisset, Levit. 9. v. 1. 2. 3. addita splendida hac promissione, v. 4. *Quia hodie* DOMINUS *apparebit vobis* : Item ; *Hoc est verbum, quod præcepit* DOMINUS, *facite illud & apparebit vobis* GLORIA DOMINI, v. 6. legimus, his omnibus rite ab Aharone peractis, juxta promissionem factam, *apparuisse Gloriam Domini, toto populo spectante & vidente, egressumque Ignem a facie Domini consumpsisse super altari holocaustum & adipes ; hocque viso, populum laudavisse Deum, & cecidisse super faciem suam*, v. 23. 24.

De *Secundo* ; cum Salomon Templi structuram absolvisset, Arcam cum reliquis vasis Sacris in illud intulisset, precibusque & sacrificiis prope innumeris inaugurasset & consecrasset, legimus 1. Reg. 8. v. 10. 11. *Fuit autem cum Sacerdotes exirent e Sanctuario, Nubes replevit domum Domini, neque poterant Sacerdotes subsistere ad ministrandum propter Nubem : repleverat enim Gloria* DOMINI *domum Domini*. Et 2. Paralip. 7. v. 1. 2. 3. *Quum autem finem fecisset Salomo orandi, Ignis descendit e cœlo, & absumpsit holocaustum atque victimas, & Gloria Domini replevit domum. Et non poterant Sacerdotes ingredi domum Domini, quia replevisset Gloria Domini domum suam. Omnes autem filii Israelis videbant, cum descenderet Ignis & Gloria Domini super Templum, & incurvaverunt se in faciem in Terram super pavimentum, & adoraverunt, & laudaverunt Dominum, dicentes ; Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus*.

De hoc jam Igne quæritur;

I. *Qualis fuerit ? An idem vel numero vel specie cum Igne Tabernaculo & Arcæ incumbente, & Israelitis prælucente ? An etiam ille, qui in Altari Mosaico holocausta consumpsit, idem fuerit cum Salomonico ?*

Abarbanel suo principio innixus, Ignes gloriosos, cœlitus a Deo demissos, omnes esse Lucem illam primi Diei, & in usus futuros justorum a Deo repositam & asservatam, hunc quoque Ignem eo refert, adeo ut unus idemque numero ipsi sit ubique, ubicunque dicitur Ignis e cœlo descendisse, vel Gloria Domini in Ignis specie apparuisse. Hinc scribit ad Exod. 40. v. 34. והאש האלהי הנברא הזה שקרא הכתוב כבוד יי׳ הוא אשר ירד על המזבח ביום השמיני למלואים כמו שנ׳ h. e. : *Et hic Ignis Divinus creatus, quem Scriptura vocat* Gloriam Domini, *est ille idem qui descendit super altare, die octavo Impletionum seu Consecrationum, sicut dicitur* ; Et apparuit Gloria Domini : *Idem ille fuit, qui sæpius apparuit in deserto ad ostium Tentorii conventus* והוא היה אשר ירד ומלא את בית יי׳ אשר בנה שלמה שנא׳; *idem etiam est, qui descendit, & implevit domum Domini, quam ædificavit Salomo*, sicut dicitur 1. Reg. 8. Et nubes replevit domum Domini &c. quia replebat Gloria Domini Templum Domini ; *Et* 2. *Paralip.* 7. 3. Omnes autem filii Israel videbant cum descenderet Ignis & Gloria Domini super Domum.

Eodem modo suam mentem prolixe explicat 1. Reg. c. 9. ab initio. Quod ad illud ejus principium attinet, de Luce primi diei, quid de eo sentiamus supra exposuimus, sub finem cap. 11. Suo tamen sensu eundem numero fuisse hunc utrumque cum illo, qui in Tabernaculo apparuit, fortassis dici possit.

Quod ad *Mosaicum* attinet, Miraculosum, & extraordinarie a Deo productum & demissum fuisse Ignem, extra controversiam esse censemus. Miraculi signum evidens fuit, quod nihil, præter holocausta & adipes, consumpserit.

Utrum autem tum immediate e cœlo delapsus fuerit, id fortassis in dubium possit vocari. Fieri enim potest, ut ab illo Igni, qui Tabernaculum operuit, & Gloria Domini, quæ illud replevit, flamma quædam subito eruperit, sacrificia altari imposita invaserit, & ea momento consumserit, & in nihilum redegerit. Et sic quoque dici potest, quod Ignis de cœlo descendens ea consumpserit. Hinc fortassis est quod dicitur ; *Et egressus est Ignis* מלפני יי׳ *a Coram Domino*, h. e. e Sancto Sanctorum ubi arca erat, faciei seu præsentiæ & habitationis Divinæ proprium & peculiare quasi τιμῶον ut supra visum. Quod vero jam hic uterque fuerit Lux illa primi diei, id est quod nequaquam credimus & acceptamus. Sufficit fuisse Ignem Extraordinarium, & miraculosum.

Hanc sententiam confirmare videtur, quod in libro Siphra seu Thoras Kohanim legitur, sect. שמיני, §. 34. fol. mihi 54. a. *Quod dicitur*, Et egressus est ignis מלפני יי׳, a facie Domini, *docet*, שיצא אש מבית קדשי הקדשים *quod* egres-

egressus sit Ignis e Sancto Sanctorum. Sic R. Levi ben Gerson, ad; *Quia hodie Dominus vobis apparebit*, similiter scribit: *Vult dicere, quod Gloria ejus ipsis sit apparitura, & sic Visibile signum miraculoso modo exhibendum* כשתצא האש מלפני יי' ממקום קדש הקדשים, *egresso igne a conspectu Domini, e loco Sancti sanctorum*. Sic Chaskuni, & Rab. Moses bar Nachman. Hinc scribit etiam Abarbanel; *Et exivit ignis a conspectu Domini, & consumpsit super Altari holocaustum, & adipes: quia Ignis ille nihil consumpsit vel combussit, nisi sacrificia de altari* ומשם והלאה: *inde & ulterius*, h. e. eo facto נשאר הכבוד על המשכן תמיד *remansit Gloria Domini super Tabernaculo jugiter: hinc sequitur ibidem in Textu; quod viderit populus ignem illum Divinum, neque metuerint sibi vel aufugerint, ne scilicet ipsos similiter absumeret Ignis ille maximus, sed vocem suam sustulerint cum cantu & deprecatione, & in facies suas prociderint &c.* Et hoc fortassis sensit Philo lib. 3. de Vita Mosis ita hac de re scribens: *Quibus nondum peractis, accidit insigne prodigium. Nam ex Adytis*, h. e. e Sancto Sanctorum, *sive ætheris pars purissimi, sive Aer, naturaliter in Ignem mutatus, emicuit, ut repente flamma prorumpens recta ferretur in altare, & quicquid superimpositum fuerit, consumeret, opinor in argumentum manifestissimum præsentis Divinæ providentiæ*. Aliter Josephus Antiquit. Judaic. lib. 3. cap. 9. *Octava autem die festum indixit* (Moses) *& sacrificare unumquemque pro facultatibus imperavit. Et illi dicto parentes, certatim & ambitiose victimas offerebant: quibus super aram impositis, subito, sponte sua, Ignis ex illis fulguris in morem emicuit, & inspectante populo, omnia flamma absumpsit*. Hujus vero sententiæ vestigia nulla in Mosaico contextu habentur, nisi forte velit, Ignem invisibiliter e cœlo descendisse, neque prius a populo visu perceptum, quam Ignis a sacrificiis emicuerit.

Eadem ratio fuit Ignis in Templum *Salomonis* descendentis. Ex collatione duorum locorum lib. Reg. & Chronicorum, videtur colligi, Nubem gloriosam, h. e. Gloria Domini, Igne sc. & Luce repletam, replevisse templum post illata omnia Vasa sacra; & inde postmodum, oblatis in eo sacrificiis & holocaustis, eundem Ignem, seu totum, seu ex parte, miraculoso modo in altare erupisse, & partes Sacrificiorum consumptioni ex Lege destinatas, absumsisse. Idem enim Ignis qui erat Lucens & splendens, simul erat אש אוכלת Ignis consumens.

Et sic conciliat Abarbanel pugnam, quæ videtur in adductis locis esse, dum lib. 1. Reg. 8. dicitur; *Nubem & Gloriam Domini replevisse Templum antequam orasset Salomon*; in libro vero Chronicorum; *Ignem e cœlo descendisse, posteaquam finem orandi fecisset*: כי הנה קודם תפלת שלמה כשהונח הארון במקומו ירד הענן והאש בתוכו הנקרא כבוד יי' ומלא את הבית ואמר עליו יי' אמר לשכון בערפל והתפלל תפלותיו כולם וככלותו להתפלל ירד אותו האש אשר היה בתוך הענן על המזבח כמו שנזכר בדברי הימים׃ והנה זכר הנביא כאן בספר מלכים ירידת האש על המזבח בקוצר לפי שכבר היה ידוע ירידת האש בחנוכת המזבח כמו שהיה ביום המלואים ובגורן ארונה היבוסי *Ecce*, inquit, *antequam orasset Salomo, cum Arca reposita fuisset in locum suum, descendit Nubes in cujus medio erat Ignis, qui vocatur Gloria Domini, & replevit Templum. Et de hoc dicit Salomon*; Dominus dixit, se habitaturum in caligine. *Hoc facto, preces suas omnes fecit, & cum finem precandi fecisset, descendit ille Ignis, qui in Nube fuit, super altare, uti memoratur in libro Chronicorum. Hic vero, in libro Regum, mentionem facit Propheta* (Jeremias, qui libros Regum scripsisse creditur) *Descensus Ignis super altare breviter & obiter* (non exerte & expresse,) *quia jam antea notum erat, Ignem descendere solere in Dedicatione altaris, sicut factum fuit in Die octavo impletionum, & in Area Araunæ Jebusæi*, [1. Sam. 24. v. ult. & 1. Paralipom. 21. 26. ubi legitur: *Et ædificavit ibi David altare* DOMINO, *obtulitque holocausta, & pacifica, atque invocavit* DOMINUM, *qui exaudivit cum Igne e cœlo super altare holocausti*.] *Et sic scribunt Rabbini nostri, descendisse Ignem, & consumpsisse sacrificium Abelis: Sic etiam factum fuisse volunt sacrificiis Noachi & filiorum ejus: Abrahamo item altare erigenti. Quia itaque hoc usitatum & quasi perpetuum fuit in dedicatione Altarium, ideo non necessarium duxit author librorum Regum particularia illa omnia commemorare, quorum meminit Esras in libro suo* (Chronicorum) *Hic vero* [Esras] *nullam mentionem facit in libro Chronicorum Nubis, sed Ignis & Gloriæ tantum, quia Gloria illic dicitur tam de Nube, quam de Igne, qui in illa erat. Ideo dicitur illic*; Et non poterant Sacerdotes ingredi Domum Domini, quia replevisset Gloria Domini domum suam: *hoc enim est illud ipsum, quod in libro Regum dicitur de Nube*. Hactenus ille.

Quod

Quod ſi tamen quis malit dicere, Ignem alium novum immediate e cœlo demiſſum fuiſſe, per nos id licebit. Et hoc videtur ſenſiſſe R. Samuel Laniado in כלי יקר, qui perpetuo Abarbaneli ſtudet contradicere, & rationes ac ſententias ejus convellere; ut ſæpe magis ingenii ſui oſtentandi, quam veritatis eruendæ cauſa, id facere videatur. Quicquid ſit, hoc certum ſatis videtur eſſe, Ignem non naturalem, ſed miraculoſum, extraordinarie a cœlo miſſum, & utrumque ejuſdem generis & naturæ fuiſſe. Sic ſcribit D. Chryſoſt. Orat. 4. adverſus Judæos; *Altare quidem erat ex inferioribus, quemadmodum gladius & ligna, nec non ſacerdos: cæterum Ignis venturus in adyta illa, victimaſque conſumpturus e ſupernis habebat originem. Nec enim homo inferebat ignem in templum, ſed flamma e ſublimi immiſſa, ſuo miniſterio conſumebat hoſtiam.*

CAPUT II.

II. *Quid factum ſit de Igne illo utroque poſteaquam in Altare deſcendit? Utrum in eo deinceps permanſerit, & , uti nonnulli ſcribunt, perpetua Sacerdotum cura fotus & conſervatus fuerit?*

ITA quidam Hebræorum ſenſiſſe videntur. Hinc eſt, quod in Talmud Tractatu Sevachim cap. 6. fol. 61. col. 2. ſcribitur; *Raf Ammi dixit*; אש שירדה מן השמים בימי משה לא נסתלקה מעל מזבח הנחושת אלא בימי שלמה ואש שירדה בימי שלמה לא נסתלקה עד שבא מנשה וסילקה h. e. *Ignis qui deſcendit tempore Moſis, non ablatus fuit ab Altari, niſi tempore Salomonis: & Ignis qui deſcendit tempore Salomonis, non ablatus fuit niſi in diebus Menaſſis, qui abſtulit eum.* Volunt dicere, Ignem illum Moſaicum, ab eo tempore quo primum deſcendit, perpetuo in Altari manſiſſe, uſque ad exſtructum a Salomone Templum: tunc enim, ſublato Tabernaculo inde receſſiſſe, & in Templum migraſſe, vel alium in ejus locum ſubſtitutum fuiſſe, qui durarit uſque ad tempora Manaſſis; qui eum una cum altari ſuſtulerit. Ex eo enim quod 2. Paralip. 33. 16. ſcribitur, illum cum pœnitentiam egiſſet, *Altare deſtruxiſſe*, colligunt, illum prius Altare deſtruxiſſe, in cujus dein locum hoc erexerit. R. Salomon notat; pro וסילקה in aliis libris legi וסליקה *Et ablatus fuit*, ſc. ejus tempore; nempe non ab ipſo, ſed vel a Jeremia, vel a Joſia, una cum Arca, & aliis quibuſdam rebus ſacris, abſconditus alicubi, uti ſupra de Arca vidimus. Eadem hæc Traditio legitur in libro Siphra ſectione ויקרא cap. 5. §. 10. Meminit ejus & Chaskuni in Levitic. cap. 9. Author libri Juchaſin fol. 24. 2. Sic ſcribit R. Bechaj fol. 130. col. 3. *Ecce die octavo, quo dedicabatur Tabernaculum oblationibus commemoratis, deſcendit Ignis de cœlo ad recipiendas illas. Ignis autem iſte permanſit uſque ad Tempus Salomonis, qui exſtruxit Templum, cujus Templi diebus omnibus duravit ille Ignis, nec exſtinctus eſt, niſi donec illa vaſtata fuit. Atque huc reſpicit Scriptura, quando ait;* Ignis perpetuo accenſus erit in altari, non extinguetur, Levit. 6. 6. Abarbenel ad Exod. 16. ubi de Manna agit, quod per 40. annos continuos duravit, probat id mirum non debere videri, quod Ignis cœleſtis ſemel de cœlo in altare decidens, continue in eo duraverit & arſerit, uſque ad vaſtationem Templi primi: Verba ejus ſunt: הנה האש מן השמים ירד בפלא על המזבח ביום שמיני למלואים ומן העת הראשון שירד שמה תוקד על המזבח לא תכבה עד שנחרב בית המקדש *Ecce Ignis de cœlo decidit miraculoſe ſuper altare, in die octavo impletionum: & a primo tempore quo deſcendit, arſit ibi, nec extinctus fuit, donec vaſtata fuit domus Sanctuarii.*

Quomodo, ſeu, Qua forma in eo reſederit & recubuerit? id exprimitur iterum in Talmud, Tract. Joma, cap. 1. in fine, fol. 21. col. 2. חמשה דברים נאמרו באש של מערכה רבוצה כארי וברה כחמה ויש בה ממש ואוכלת לחין כיבשין ואינה מעלה עשן כי קא אמרין בדהדיוט דתניא ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אעפי שאש יורדת מן השמים מצוה להביא מן ההדיוט · רבוצה כארי והתניא אמר ר' חנינה סגן הכהנים אני ראיתיה ורבוצה ככלב · ולא קשיא · כאן במקדש ראשון כאן במקדש שני וכו' h. e. *Quinque res dicuntur de Igne ſtruis lignorum* (in Altarri:) *Recubabat ſicut Leo, Purus & clarus erat inſtar Solis, flamma ejus ſolida fuit & pura, conſumebat humida pariter & arida, denique nullum emittebat fumum. Itaque quando ad eo dicunt interdum, quod emiſerit fumum, id intelligendum eſt de Igni vulgari* [materiali, a filiis Aharonis & Sacerdotibus accenſo, ut ſequitur.] *Nam Levitici primo v. 7. dicitur;* Et ponent fili Aharon ignem ſuper altare, & diſponent ligna ſuper Ignem. *Itaque licet Ignis de cœlo deſcenderit, tamen præceptum erat, ut etiam apponatur de Igne vulgari. Quomodo autem dicitur* recubuiſſe ſicut Leo? *Annon traditio*

ditio extat, quod R. Chananjah, antistes Sacerdotum dixerit; Vidi eum cubantem instar Canis? *Sed nulla hic est contradictio; illud enim* [de Leone] *intelligendum est de Sanctuario primo; hoc* (de Cane) *de Sanctuario secundo.* ובמקדש שני מי הואי *An ergo in Sanctuario secundo fuit Ignis? Annon Raf Schemuel dixit; Quid est quod Hag* 1. *scriptum est*; וארצה בו ואכבר Et complacebo in ea ואכבר, *quod in textu scribitur cum deficiente litera* ה *in fine, & plene legitur cum ea*, ואכבדה; *per* ה *deficiens notando* ה *quinque res, quæ fuerunt in Templo primo, & defuerunt in secundo; nempe*, 1. *Arca, Propitiatorium, & Cherubini*, 2. *Ignis*, 3. *Habitatio Divina*, 4. *Spiritus Sanctus*, 5. *Urim & Thummim. Ad hoc vero respondent*, אין מיהוה הוה סיועי לא מסייעא *Si maxime fuerit, tamen juvando non juvit* (h. e. nihil profuit & egit, sacrificia non absumpsit: vel, non fuit in usu, quia absconditus delituit.) Hactenus Talmud.

Glossa R. Salomonis ad רבוצה כארי *Cubabat instar Leonis*, est; גחלת *Pruna, quæ de cœlo decidit tempore Salomonis, & super altari mansit usque ad Manassem, cujus tempore ablata fuit similis erat Leoni recubanti.*

In Caphtor vapherach fol. 70. col. 2. adducitur ad horum explicationem ex libro Toras haolah par. 3. cap. 2. כי אין האש יורד מלמעלה אלא בהמצאו למטה הראויים לקבל הכח ההוא וכו' על כן אמרו שבמקדש ראשון שהיו צדיקים גדולים והיו המקבלים רבים היתה רובצת כארי הדורס ואוכל ומזונו מצוייה׃ אמנם במקדש שני שנתמעטו הדורות היתה רובצת ככלב ר"ל דלה ועניה ממזונותיה : *Quia Ignis de cœlo non descendit, nisi infra* [*in terra*] *existant qui idonei & apti sint ad recipiendam virtutem illam; idcirco dicunt, quod in Sanctuario primo, in quo magni justi, & multa idonea subjecta recipientia fuerunt, cubuerit instar Leonis discerpentis, comedentis, & alimento suo abundantis; in Sanctuario autem secundo, instar Canis, macilenti nimirum, & inopis alimentorum suorum.*

Ex his colligi videtur, illos statuisse 1. Ignem cœlestem in Altare delapsum, continuo postea in eo permansisse, & sacrificia absumpsisse; & tamen præceptum illis fuisse, ut Sacerdotes quoque Ignem vulgarem in altari accenderent, & perpetuo conservarent. 2. Ignem illum cœlestem Salomonicum in primo Templo sub Leonis specie e cœlo delapsum esse, & postea in altari recubuisse; in secundo, sub forma canis.

Quod ad *prius* attinet, reperio etiam ex nostris Interpretibus qui illud asserunt, & præterea addant, *illum accenso & conservato diu noctuque Igni materiali a Sacerdotibus conservatum fuisse.*

Referunt huc loca sequentia.

Levit. 1. 7. *Ponentque filii Aharonis Ignem super altare, & disponent ligna super ignem*; Ignem sc. sumptum de illo, qui e cœlo decidit, Lev. 9. & postea semper alendus in altari fuit. Sic Fr. Junius, Tossanus, Belgæ, alii

Levit. 6. v. 9. *Præcipe Aharoni & filiis ejus, dicendo; Hæc est Lex holocausti: ipsum holocaustum super foco super altari tota nocte erit usque in matutinum; & ignis altaris accensus erit vel ardebit in eo* (sc. altari.)

V. 12. *Et ignis super altari ardebit, non exstinguetur, & comburet super eo Sacerdos ligna singulis matutinis, & disponet super eo* (igne) *holocaustum, & adolebit super eo adipes pacificorum.*

V. 13. *Ignis continuus ardebit super altari, non extinguetur.*

Hæc omnia itidem, de alendo & fovendo illo Igne cœlesti in altari, accipiunt. Hinc etiam est, quod Carolus Sigonius scribit de Repub. Hebræorum lib. 4. cap. 3. *Igne hoc cœlesti Sacerdotes usque ad Babylonicum exilium hostias incendisse.*

Utrum hic Ignis, posteaquam semel decidit de cœlo, in Altari remanserit, &, ut scribunt, tanquam pruna ardens jacuerit, an vero postmodum vel evanuerit, vel pristinum suum locum, unde egressus est, repetierit, & quoties opus fuit, subinde de novo descenderit? cum Scriptura nihil hac de re clare tradat, difficile est definire.

Interim, si meam liceat hic interponere sententiam, hoc non probabile mihi videtur, Ignem illum cœlestem & miraculosum, appositis lignis, & Igni materiali, alendum, fovendum, & conservandum fuisse;

1. Quia Majestati Divinæ, & miraculo ipsi, quo suam præsentiam testabatur Deus, non satis congruum videtur, si dicatur, Ignem illum cœlitus delapsum, qui *Gloria Domini* dicitur & Divinæ præsentiæ erat symbolum, & quasi vehiculum, in Altari hac ratione cum Igni materiali commixtum quasi recubuisse, & alimentis hujusmodi crassis & materialibus Ignis vulgaris & lignorum, continuis conservatum fuisse; Imo vis miraculi sic enervatur. Si ita factum fuit, non potest dici, Igne pure cœlesti & divino posteriora sacrificia absumpta fuisse; nisi quatenus ille igni materiali & vulgari vigorem & vir-

virtutem majorem addidit. Hinc scribit R. Samuel Laniado ad 1. Reg. 9. 1. *Necessario itaque dicendum, quod Ignis continuo super Altari ardens, non fuerit Gloria Dei: non convenit enim, ut ea subsistat in altari, super ea strues lignorum disponatur, & olla seu operculo eam tegant, sed fuit missus a Deo in forma Leonis; sicut dicitur;* קרבני לחמי לאשי Oblationem panem meum ignibus meis, Num. 28. 2. *h. e. Ignibus missis a Deo Benedicto: quando vero peccaverunt, versus fuit in Canem: quia Ignis docuit, an Oblatio Deo grata, vel ingrata fuerit.*

Difficultatem hanc sensisse videtur R. Levi Barsellonius, qui in libro החינוך præceptum hoc explicans; *Ignis continuus ardebit super altari;* id. 1. ita facit, ut dicat, *ignem a Sacerdotibus continue, singulis diebus mane & vesperi apponendo ligna, conservandum fuisse; licet enim ignis de cœlo deciderit, Sacrificia consumens, tamen præceptum fuisse, ut illic etiam habeatur de Igni communi:* 2. ait; Fundamentum & rationem hujus præcepti esse hanc; *Constare; & cuivis sapienti notum esse, quod Deus magna miracula inter homines plerumque tecte & occulte & facere & patrare soleat, ita ut ea, quæ per illa fiunt, ex parte videantur facta esse viis & mediis naturalibus, aut ad hæc accedentibus. Sic, quamvis fissio maris rubri miraculum fuerit evidentissimum, tamen ibi scribi & narrari;* Et recedere fecit DOMINUS mare vento orientali vehementi tota nocte, & posuit mare in siccum, & fissæ fuerunt aquæ, Exod. 14. 21. *Et prudentes intelligunt hujus causam esse partim Gloriam Miraculum patrantis, partim Humilitatem & tenuitatem accipientis. Pari modo Deus præcepit nobis, succendere ignem in altari, etiamsi illic fuerit Ignis e cœlo descendens, ut hac ratione occultaret miraculum: Et videtur, Ignem illum non fuisse visum in descensu suo,* (posteaquam primo visibiliter descendit) *ex ratione modo dicta, excepto die Octavo Impletionum, Gedeonis item & Manoæ, quando visus fuit.* Hæc ille. Qui equidem concedit, licet igne e cœlo descendente sacrificia absumpta fuerint, tamen ignem materialem accendendum fuisse, non vero in eum finem, ut Ignis ille cœlestis eo alatur, & conservetur, sed alio. Quin neque hoc videtur voluisse, Ignem illum cœlestem in Altari sensibiliter delituisse, sed inuisibiliter & insensibiliter invasisse oblationes, & consumpsisse.

2. Quia adducta illa loca præcepta continent, Israelitis data prius quam quicquam audivissent vel scirent de Igne e cœlo demittendo. Illud enim postea demum ipsis revelatum fuit in primis Aharonis sacrificiis, ut supra vidimus. Unde, cum hæc ipsis dicerentur, ab eis non potuissent intelligi, si hæc illorum mens fuisset. Itaque probabilius est, illa agere, non de Igne extraordinario & miraculoso, cœlitus delapso, sed de Igne a Sacerdotibus inferendo, & subinde diu noctuque, mane & vespere, appositis lignis conservando.

3. Ignis hujus cœlestis Finis fuit, testari Oblationes eo absumptas, Deo gratas esse. Atqui de Divina hac confirmatione non certe satis esse potuissent, si Ignis ille sacer, appositis lignis & Igne materiali conservatus fuisset in altari. Speciem enim potius habuisset naturalis operationis, quam Divinæ virtutis, cujus πληροφορία manifesta debuit intervenire. Hinc scribit author libri Cosri par. 3. §. 53. *Mactans agnum, & conspurcans te ejus sanguine, eum excorians, intestina lavans, partes abluens, sanguinem ejus spargens, ligna construens, & ignem accendens; existimares ista opera esse talia, quæ te a Deo magis elongent, quam ad eum adducant,* עד שכאשר ישלם כראוי תראה האש *donec, omnibus rite confectis, vides Ignem;* scilicet, היורד מלמעלה לקבל הקרבן ברצון *superne descendentem, ad acceptandam oblationem cum benevolentia,* ut Commentator Jehudah Muscatus supplet.

4. In nullo horum locorum vestigium aliquod clarum extat, quod Sacerdotes jussi fuerint, Ignem in altari accendere ad Ignem e cœlo descendentem conservandum; Imo ne quidem ex Scripturæ aliquo evidenti loco habetur, quod Ignis ille cœlestis visibiliter, posteaquam prima vice descendit, ardens permanserit, sed tantum ex conjectura & traditione. Et si ibi hac ratione per miraculum continue arsit, probabilius est, Sacerdotes struem a se confectam non illi superimposuisse, sed juxta eum construxisse.

5. Quia Interpretes Hebræi plerique ista loca aliter interpretantur, de eo sc. quod Sacerdotes facere jubentur, non quod Deus facturus erat. R. Moses bar Nachman, Gerundensis dictus, in principio sect. צו scribit; Et ignis altaris succensus erit vel ardebit; *Vult dicere, debere ardere in altare tota nocte: præceptum enim fuit, ut interdiu apponant subinde ligna multa, ne unquam prorsus consumatur, & sic ignis extinguatur. Et, mea sententia, quod dicitur;* Ignis continuus ardebit super altari;

ri; *eo præcipitur Sacerdotibus* בקיום האש *de conſervatione Ignis, ſicut dicitur*; Et ſuccendet ſuper eo Sacerdos ligna, *ut nimirum diligenter ad hoc attendant, ut ignem & ligna multa ibi diſponant, quo Ignis toto die & tota nocte ardeat; majoris cautionis gratia addit præceptum negativum*, Ne unquam extinguatur Ignis; *aut ſi negligentia ſua Sacerdotes eum extingui patiantur, de hujus præcepti tranſgreſſione teneantur. Hinc dicunt Rabbini noſtri quod (in Altari) fuerit Strues altera, conſervationi Ignis deſtinata*. Sic in paraſcha שמיני ab initio ad Levit. 9. *Poſteaquam egit Moſes de oblationibus, & ipſi attuliſſent quæ præceperat v.* 1. 2. 3. 4. 5. *iterato* ipſis dicit; Hoc eſt verbum, quod præcepit Dominus, faciatis illud; *offerendo ſc. oblationes eo ordine & ritu quem præceperat, & indicat; poſt hæc facta apparituram ipſis Gloriam Domini*.

Abarbanel ſect. צו fol. 236. 4. *Ecce dicit*, Et Ignis altaris ardebit in eo; *Et rurſum;* Et ignis ſuper altari ardebit in eo. *Et tertia vice;* Ignis continuus ardebit ſuper altari, nunquam extinguetur, *quia neceſſaria erat terna hæc repetitio, & inculcatio*. Primo *vult præcipere, de Strue lignorum Sacrificiis veſpertini, ut ea ita comparata ſit, ut ignis in foco tota nocte ardere poſſit uſque in matutinum, & mane quoque in eo ardeat*. Secundo *continetur præceptum, & cautela, ut tempore oblationis vel remotionis cineris caveant, quo ignis ibi maneat ſuccenſus, neque extinguatur;* Tertium, *vel ideo adjectum eſt, ut Strues ſacrificii matutini eam menſuram habeat, ut ignis tota die ardeat, ſi non afferatur eo die oblatio nova, & extraordinaria, vel ut moneat, ſi oblatio nova & extraordinaria adducatur, ut tum Sacerdos ſolito plura addat ligna, ne adipes extinguant ignem prorſus*. Senſit tamen, ut ex ſupra adducto loco liquet illum a primo die quo decidit, ſemper manſiſſe in altari ſed miraculoſe.

In eundem ſenſum R. L. ben Gerſon, & alii. Sic in *Sepher hacchinnuch*, in explicatione præcepti, *Ignis continuus ardeat ſuper altari;* ſcribitur; *Senſus hujus præcepti eſt, ut, licet ignis de cœlo deſcendat ſuper altare, tamen apponatur Ignis vulgaris, ſicut dicitur;* Ponentque filii Aharonis ignem &c. Ratio autem ejus hæc fuit; *Mane diſponebant ligna, & faciebant in ſummitate altaris ſtruem ignis Magnam, ſicut dicitur;* Et ſuccendet ſuper eo Sacerdos ligna, ſingulis matutinis: *& præter hæc ligna diſpoſita in ſtrue, præceptum erat Sacerdoti ad altare aſcendere cum duobus aliis ſegmentis ligni, ſicut dicitur;* Et ſuccendet ſuper eo Sacerdos עצים ligna, *in plurali numero;* unde non pauciora poterant eſſe quam duo: *ſic addebant duo ſegmenta pro Sacrificio veſpertino, & illa duo ligna ferebant duo Sacerdotes, ſicut dicitur;* Et diſponent: *quæ autem inſerviebant pro Sacrificio matutino, Sacerdos unus. Tres autem quotidie faciebant ſtrues Ignis in Altari;* primo גדולה *Magnam, ſuper qua offerebant Sacrificium juge cum cæteris oblationibus:* ſecundo, *aliam Minorem paulo ad ejus latus, de qua ſumebant Ignem in Thuribulum ad faciendum ſuffitum quotidie:* tertio, *aliam, quæ ad nihil aliud inſerviebat, niſi ut ex ea conſervaretur Ignis continuo. Et tria illa Scripturæ loca* [de quibus antea] *docent de tribus iſtis Struibus Ignis, ſicut nos Rabbini noſtri docuerunt, quando dixerunt;* על מוקדה v. 9. *dicitur de Strue magna;* ואש המזבח תוקד בו v. 12. *de Strue ſecunda pro Suffitu,* אש על המזבח תוקד בו *de Strue tertia pro Igne conſervando*. Videatur & Majemonides in הלכות תמידין ומוספין cap. 2. Talm. Tamid cap. 2. Joma cap. 4.

Ex his omnibus patet, quo ſenſu illi verba locorum ſupra adductorum intelligant, & quod diſtinguant inter Ignem de cœlo deſcendentem, & Ignem a Sacerdotibus accendendum & conſervandum, nec quicquam hunc poſteriorem contuliſſe pro conſervatione prioris, ſed fuiſſe prorſus novum & alium ſupervenientem. Quomodo ſupervenerit, an ſemper de novo de cœlo deciderit, an e Sancto Sanctorum, an ex ipſis ſacrificiis q. eruperit? Scriptura nullibi aperte explicat.

Fortaſſis poſteaquam Gloria Domini primo Tabernaculum, poſtea etiam Templum implevit, dici poteſt, continuo ſtricturas aliquas illius in Sancto Sanctorum remanſiſſe, & inde, quotieſcunque opus erat, flammas illas erupiſſe, ac Sacrificiis conſumptis, in ſuum locum rediiſſe. Imponebantur equidem holocautomatum diſſectorum partes Strui illi ignis a Sacerdotibus ordinatæ & accenſæ; ſed impoſita quam primum, non illo, ſed Igne Divino, miraculoſo aliquo modo conſumebantur, in Signum, hoſtiam Deo gratam & acceptam eſſe.

Vel dicatur? poſteaquam in Dedicatione Altaris Ignis Divinus ſuper illud delapſus eſt, & Sacrificia conſumpſit, ex hoc Igne Sacro Ignem a Sacerdotibus accenſum quaſi ſanctificatum fuiſſe, & ſingularem vim, vigorem, ac virtutem holocauſta conſumendi accepiſſe,

atque

atque ea propter perpetuo conservandum fuisse, ut quæcunque sacrificia imposterum Igni illo Altaris imponerentur, Igne cœlesti consumpta censerentur.

Tale quid sensisse videtur Calvinus, ita scribens ad Levit. *6.* v. 12. 13. *Præcipua observatione dignum, quod tandem addit præceptum de Igne sic fovendo, ne unquam intereat. Eo autem spectavit perpetuitas, ut igne cœlesti cremarentur hostiæ. Nam quo die initiatus fuit Aharon, non hominum opera, sed miraculo, redactum fuit in cineres Sacrificium, in signum approbationis. Noluit quidem Deus quotidie virtutem istam exerere: Sic tamen interposuit laborem hominum, ut principium sacri Ignis e cœlo esset. Idem postea contigit Salomoni in Templi dedicatione: quia mutatio illa cœlestis decreti tesseram flagitabat: ne quis hominum arbitrio factum putaret, ut Templi splendor Tabernaculum obrueret. Tandem eodem privilegio ornata fuit hostia Eliæ, quum abolitum Legis cultum restitueret.*

Quicquid sit, quia Hebræorum traditione recepta docetur, & a magna parte nostrorum Interpretum acceptatur, Ignem huno cœlestem, posteaquam prima vice in Altare decidit, in eo continuo mansisse toto tempore Templi primi, nolumus communi sententiæ hucusque repugnare. Quod vero Igne materiali quotidie a Sacerdotibus accenso conservatus fuerit, id apud Hebræos non reperio, & ob rationes supra allatas nondum mihi persuadere possum. Ut miraculose primo decidit, ita miraculose quoque procul dubio postmodum conservatus fuit, & suas operationes peregit, sine vel Ignis materialis, vel Sacerdotum opera.

Neque Loca Scripturæ supra adducta aliud evincunt.

Levit. I. 7. non jubentur filii Aharonis *disponere ligna super Ignem* Sacrum seu cœlestem, sed super Ignem, qui antea ab ipsis accensus erat, & continuo ardere; nec unquam extingui debebat. Mane scil. igni perpetuo statim apponebant ligna, ut conservaretur; post illa jubentur alia superimponere, & super hæc imponere partes sacrificiorum comburendorum. Hinc ad istum locum scribunt Talmudici; *Licet in altari esset Ignis cœlestis, jubentur tamen etiam apponere Ignem vulgarem, materialem.* Neque videntur holocautomata imposuisse *Igni cœlesti*, sed Igni materiali, & tamen, quamprimum admota fuerunt, ab Igne cœlesti miraculoso modo in ea erumpente, consumpta esse.

Levit. *6.* vv. *9.* 12. 13. loquuntur de Igne illo altaris, quem Sacerdotes ex præcepto Divino jubebantur accendere in altari, & in eo perpetuo fovere & conservare; non de eo quod Deus miraculose facturus erat. Hinc referunt Hebræi ista verba; *Et ignis super altari erit, non exstinguetur*; inter 613. præcepta Israelitis data. R. Bechaj quidem scribit, commendari & prædici hic Miraculum, quod circa Ignem sacrum e cœlo delapsum sit futurum, quod sc. eum neque Pluviarum, neque ventorum ullorum vis & vehementia sit extinctura, de quibus infra dicetur, cap. seq. Sed puto illum hoc dixisse על דרך אסמכתא de levi & probabili argumento, ad probationem illorum miraculorum. Nam si Dei omnipotentia, per quam solam miracula fiunt, hic fuit operosa, quid opus fuit Sacerdotibus hoc præceptum dare, ne extinguant illum Ignem, vel extingui sinant? An illi potuissent Dei omnipotentiæ resistere, & miraculum hoc intercipere? Neque ullum ex reliquis Interpretibus vidi, qui huc ista verba referat?

Cæterum existimant quidam præceptum, de perpetuo Igne isto a Sacerdotibns accendendo & conservando, demum incepisse & impletum esse, post primum Sacrificium Aharonis; ita ut tum partes Sacrificii, igni comburendæ, nullo materiali igni præsente, a solo Igne Divino absumptæ fuerint. Hujus sententiæ fuit Chaskuni, Lev. *9.* Præcepta illis data fuerunt de illis rebus, quas ipsi facere poterant & debebant. Ignem divinum, præternaturalem & mere miraculosum, fovere, vel conservare, nec in ipsorum erat potestate, nec ipsorum videbatur officii. Ille enim ideo ibi miraculose aderat, & agebat, ut Israelitæ per eum ceu signum & Sacramentum certi essent de favore, gratia & benevolentia Dei, quod Sacrificia ipsorum ei sint grata, quamdiu hic Ignis adesset & ageret. Quod si opera humana hic intervenisset, non parum huic certitudini decessurum fuisse videtur.

Sed hæc acriori judicio, & sagaciori ingenio præditis, ulterius investiganda & dijudicanda relinquimus, nec cuiquam præscriptum aut præjudicatum volumus.

Porro, quod *de Forma seu Specie Leonis & Canis* addunt Hebræi, id quoque nullo claro nititur Scripturæ testimonio, sed Traditione aliqua πατροπαραδότῳ; vel certe parabolicum & ænigmaticum est, ad aliud quid sibi his figuris significandum.

Conjiciunt quidam, Altare hac de

causa Prophetis vocari אריאל *Ariel*, h. e. *Leo* Dei, Ezech. 43. 15. 16. & Esa. 29. 1. 2. 7. Unde Paraphrastes Chaldæus in utroque loco transtulit eam vocem מדבחא דיי *Altare Dei*. Et R. David Kimchi scribit ad locum Ezechielis, *Dicunt Rabbini nostri, Altare vocatum fuisse* אריאל, *quia Ignis sacer e cœlo descendens in illo recubarit instar Leonis*. Idem scribit R. Salomon ad locum Esaiæ.

Sed ut ut concedamus, Altare sic dictum esse, nondum tamen sequitur, hanc ob causam id factum, Abarbanel scribit ad locum Esaiæ; *Propheta Israelitas vocat* אריאל, *quod est nomen Altaris, uti & ab Ezechiele vocatur*; לפי שהיה ירושלם בקדושתו כמזבח השם והיה ארי בתקפו וגבורתו בהיותו עם אלהיו *quia Jerusalem, quamdiu in Sanctitate sua præstitit, fuit sicut Altare Dei, & instar Leonis, respectu roboris & potentiæ; dum adhæsit Deo suo*. Aben Esra scribit Hierosolymam sic vocari juxta nonnullos, בעבור שמזלה אריה *quod Sydus ejus fuerit*. Sed id rejicit. Alii Templum sic vocari putant, *quod ab anteriori parte latius, a posteriori, angustius fuerit, instar Leonis recubantis*.

Recte videntur in Gemara sensisse, dictum illud esse comparative, respectu Templi primi, & secundi. Comparationem autem illam ego sic intelligerem, quod voluerint significare, Holocausta in templo primo strui altaris imposita, vi & virtute Ignis cœlestis illapsi, subito & penitus, quasi hædus a Leone vigilanti, forti & robusto, devorata & absumpta fuisse: in Templo autem secundo, eidem strui a Sacerdotibus accensæ, imposita, lente & sensim, veluti a Cane pigro & somnolento, dilaniata & consumpta; quia Ignis cœlestis tum de cœlo non descendit; vel saltem, quod in secundi Templi dedicatione non descendisset, atque ita Ignis quoque Sacerdotum non eam vim, vigorem & virtutem habuerit, quam in Templo primo.

Paulus Fagius in Annotat. ad Paraphrasin Chaldaicam Onkeli ad Genes. 4. v. 5. scribit; *Referunt quidam ex Hebræorum traditionibus, in illo Igne, sacrificia absumente, Leonis faciem conspectam fuisse. Quod si verum est, quis dubitat, ea re adumbratum fuisse Leonem illum de tribu Juda, qui est Jesus Christus, Dominus & Salvator noster, cujus omnia sacrificia typus fuerunt, in quo solo omnia sacrificia nostra Deo placent & grata sunt? Quique & seipsum, veram & unicam hostiam propeccatis nostris, in ara crucis obtulit*.

D. Hieron. Ezech. 43. exponit אריאל *Leo vel fortis Dei*; & addit; *quod nomen proprie refertur ad altare, in quo vel Illuminatio Dei est* (quia nonnulli exposuerunt *Lux Dei*, quasi אוריאל) *vel Leo & fortitudo ejus, dicente Jacobo ad Judam*; Catule leonis Jehudah, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Genes. 49.

Amandus Polanus: *Sic nominatum fuit Altare, quia sanguine victimarum madebat, & holocausta oblata consumebat Igni perpetuo, sicut immanis leo prædam discerpens sanguine respergitur, & prædam devorat*.

CAPUT III.

III. *Utrum hic Ignis etiam fuerit in Templo secundo? Item, De Miraculis quibusdam circa hunc Ignem ab Hebræis observatis*.

Ratio dubitandi est, quia in dedicatione illius Templi, quam Esras cap. 6. describit, nihil de ejus novo descensu legitur, sicut antea factum fuit in Tabernaculo Mosaico & Templo Salomonico. Nihil etiam de eo alibi in libris Canonicis scriptum reperitur.

Hebræi Veteres ambigue hac de re sentire videntur.

Quod non fuerit, ei favet celebris illa Traditio, quia inter quinque res, quæ defuerunt in Templo secundo, etiam Ignem Sacrum referunt. Quod item scribunt, Ignem qui in templo Salomonico fuit, a Manasse fuisse sublatum, vel saltem ejus tempore; absconditum nimirum, una cum Arca, & aliis multis rebus sacris.

Quod etiam in eo fuerit, pro eo facit, quod R. Chaninha Antistes Sacerdotum, qui eo tempore vixit, testatur, se eum vidisse in Templo secundo in altari jacentem instar canis; & Rabbini ibidem non absolute negent, illum prorsus non fuisse in domo secunda, sed ajunt; *Si fuit, tamen non multum profuit*, vel, non diu mansit & conservatus fuit, sicut supra vidimus.

Huic sententiæ etiam videtur favere alia Traditio Talmudica, quæ legitur in Massech. Joma cap. 4. ab initio his verbis:
תנו רבנן ארבעים שנה ששמש שמעון הצדיק היה גורל עולה בימין מכאן ואילך פעמים עולה בימין פעמים עולה בשמאל והיה לשון של זהורית מלבין מכאן ואילך פעמים מלבין פעמים אינו מלבין והיה נר מערבי דולק מכאן ואילך פעמים דולק פעמים כבה והיה אש של מערכה מתגבר ולא היו כהנים צריכים להביא עצים למערכה חוץ

חוץ משני גזירי עצים כדי לקיים מצות עצים מכאן ואילך פעמים מתגבר פעמים אין מתגבר ולא היו כהנים נמנעין מלהביא עצים למערכה כל היום כולו וכו׳ h. e. *Tradiderunt Rabbini nostri; Quadraginta annis quibus Sacerdotio functus est Simeon justus; sors semper ascendebat in dextera; inde & ulterius modo in dextera modo in sinistra; lingua item, h. e. particula coccinea semper albicabat, ab eo & ulterius, quandoque albicabat, quandoque non; lucerna occidentalis semper ardebat, ab eo & ulterius quandoque ardebat, quandoque extinguebatur; Ignis struis* (in altari) *semper eodem in vigore erat, neque necesse habebant Sacerdotes ligna ad struem adferre, exceptis duobus segmentis, quæ ipsis adferenda erant, ut implerent præceptum Lignorum* [Levit. 6. 12.] *inde & ulterius, quandoque in vigore erat, quandoque non, & sacerdotes tamen semper tota die apponebant ligna &c.* In hac Traditione videtur præsupponi, in Templo secundo Ignem Struis in Altari per 40. annos, vi & virtute Ignis cœlestis, fuisse conservatum in pristino vigore; postea paulatim & sensim defecisse. Nam Simeon Justus hic fuit ultimus ex viris Synagogæ magnæ, & vixit circa initia Templi secundi.

Præter hæc adferunt etiam pro hac sententia, testimonia ex libris Machabæorum, & Josepho ben Gorion. *

Libro 2. Machab. cap. 1. v. 18. & seqq. *Celebraturi igitur, die mensis Chasleb quinta & vicesima, Purificationem Templi, significandum id vobis judicavimus, ut vos quoque agatis quasi solennem diem Scenopegiæ, & ignis, quo Nehemias, templo altarique ædificato, sacrificium obtulit : v. 19. Nam quum Patres nostri ducerentur in Persiam, qui tum pii Sacerdotes erant, acceptam Ignis ab altari partem, in caverna putei locum siccum habente clam absconderunt; tutoque ita reposuerunt, ut locus ille omnibus ignotus esset : v. 20. Elapsis autem multis annis, ubi Deo visum est, dimissus a Rege Persiæ Nehemias, nepotes Sacerdotum illorum, qui ignem abdiderunt; quum non ignem, sed aquam crassam invenissent, v. 21. Jussit, ut haurirent eam, & afferrent : deinde iis, quæ ad sacrificia pertinebant, aræ impositis, jussit Nehemias sacerdotes aqua, tam ligna quam quæ iisdem erant imposita, perfundere, v. 22. Quod ubi factum est, atque interposito aliquo temporis spatio, antea nubibus obductus effulsit, ignis ingens exarsit, adeo ut omnes caperet ejus admiratio, v. 23. Interea dum sacrificium consumebatur, tam Sacerdotes quam omnes alii precationem faciebant* &c. v. 13. *Quumque consumpto sacrificio, reliqua superesset aqua, Nehemias lapides majores eo perfundi jussit : v. 32. quod ubi factum esset, exarsit flamma, quæ lumine ab altari refulgente consumpta est, v. 33. Ut autem palam facta res est, Regique Persarum relata, in loco, quo abducti exilium Sacerdotes ignem abdidissent, aquam esse inventam, qua etiam Nehemias cum suis sacrificia consecrasset, v. 34. Rem approbans Rex, locum circumseptum sacrosanctum reddidit* &c. Et cap. 2. v. 1. *Est autem proditum monumentis literarum, Jeremiam Prophetam jussisse, ut qui ibant exulatum, Ignem acciperent, ut declaratum est, sicut etiam iisdem in exilium abeuntibus idem Propheta mandavit.*

Geminum his est quod in Josepho Gorionide legitur Historiar. Judaicar. libro 1. cap. 16. & 17. ex editione Sebast. Munsteri; nisi quod inventio Ignis illic Nehemiæ, hic Esræ adscribatur, *Tunc ascenderunt omnes seniores captivitatis cum Esra scriba, & Nehemia filio Hachaliæ, & Mardochæo, Jesua & Zerubabel filio Schealtiel, cum his & aliis principibus suis venerunt Hierosolymam, & construxerunt templum Domini in ea mensura, qua eis erat præscriptum a Rege. Erexerunt quoque altare ordine debito, & composuerunt ligna in altari, imponentes eis carnes,* ואש הקדש לא מצאו *sed Ignem sacrum non invenerunt. Oraverunt ergo Esra scriba, Nehemia filius Hachaliæ, Mardochæus, & Jehosua, atque reliqui principes captivitatis, ad Dominum, dicentes; Domine omnium sæculorum, ut dedisti in corde Regis Persarum, ut ædificaret domum tuam, & dimitteret pauperes servos tuos, atque Sacerdotes tuos, qui sacrificarent sacrificia tua, & offerrent holocausta tua, sicut fecerunt pii Patres nostri coram te : & ecce nos venientes ad locum, ereximus altare ejus juxta dispositionem ejus, & mactavimus sacrificia, composuimusque ligna pro holocausto, & non licet nobis ad-*

* Præpostera comparatio inter libros Machabæorum & Josephi ben Gorionis; de hac re, & Machabæorum librorum auctoritate jam satis diximus in notula de arca f. 197. Multa de sacri ignis inventione dicenda hic forent, si Sanctus Ambrosius PP. antiquissimus ac solertissimus hujus historiæ veritatem multis ac gravioribus rationibus non vindicasset : Ambrosium igitur adeat ipse lector lib. 2. officiorum cap. 14. Accedit etiam Talmudica Traditio, & aliquorum Rabinorum & primi quidem subselii constantissima traditio ab Esdræ tempore usque ad alterum ipsius templi excidium ignem sacrum ab altari nunquam defecisse, igitur post reditum a captivitate ignis sacer a Propheta absconditus denuo ex suis latibulis emersit.

adducere ignem alienum coram te, nec habemus Ignem ſanctum, quandoquidem illum abſcondit Jeremias Propheta ſervus tuus, & reliqui præcipui Sacerdotes, qui iverunt in captivitatem tempore Nebucadnezaris. Et nunc quid agendum o Deus cœlorum? Tu da nobis conſilium & auxilium, quia regnum eſt in manu tua, ut illud erigas & fortifices, adjuveſque ſervos tuos. Factum eſt autem, cum hujuſmodi orarent verbis, ut adeſſet Senex quidam ex Sacerdotibus, qui adhuc recordabatur loci illius, ubi Jeremias Propheta abſconderat Ignem ſacrum. Egreſſuſque ſenex ille extra caſtra, ſecuti ſunt eum cuncti ſenes, & ecce ſub muro erat Puteus quidam, quem tegebat lapis grandis, & hic erat litura calcis obductus. Tollentes vero lituram, & amoventes lapidem ab oſtio putei, viderunt Aquam pinguem & craſſam inſtar mellis, reverſique indicaverunt id Eſdræ. Et veniens Eſra ad puteum, ait ad Sacerdotes; deſcendite vos & pugillis extipite aquam, nemo alienus illuc deſcendat, ſed ſoli Sacerdotes, qui ſunt de ſemine Aharon Sacerdotis, deſcendant. Deſcenderunt ergo Sacerdotes, & tulerunt pugillis ſuis aquam, venienteſque ad templum, ſparſerunt aquam ſuper ligna altaris. Cumque id feciſſent, ſubito exarſit ignis terribilis & magnificus, & erupit flamma devorans, gyrans, & vehementer invaleſcens, ut etiam cogerentur inde fugere, & non poſſent ſtare juxta ignem. Nam abſumebat Ignis, & comburebat holocauſtum & ligna, & præterea circumdans totam domum, expiabat vaſa & templum. Poſtea ſubtractus e templo, remanſit tantum more conſueto ſuper altare. Ab eo die, & deinceps, apponebantur ei ligna, & perſeveravit Ignis ille uſque ad captivitatem ſecundam. Hæc illic.

His teſtimoniis etiam Judæi nonnulli probant, Ignem aliquatenus, & aliquo ſaltem tempore, ſub Templo ſecundo fuiſſe.

Sic Abarbanel Joſephi hujus teſtimonium adducit Hag. cap. 1. & ita ſtudet illud conciliare cum eo, quod Talmudici traduut de ejus defectu אין זה סותר לדבריהם ז״ל : *Hoc vero*, inquit, *non deſtruit verba Sapientum noſtrorum*, כי הנה עם היות שהיה שם מאותו אש שהיה על המזבח בזמן בית ראשון שנגנז היה מראוי בבנין הבית שתרד אש מן השמים לעיני כל העם בחנוכת המזבח׃ כי הנה בבית אשר עשה שלמה עם היות שהיה אש על מזבח העולה אשר עשה משה לא נמנע מלרדת אש מן השמים בחנוכת המזבח ההוא אשר עשה שלמה כי זה קדוש עליון למזבח וכן היה ראוי שתרד אש בבית שני בחנוכת המזבח אשר עשו שם ומאשר לא ירד שמה אש מן השמים צדקו דברי חכמים ז״ל באמרם שחסרה האש כלומר האש היורד מן השמים לעיני כל העם ושמו במקומו אותו אש שמצאו גנוז כדברי יוסיפון. *Nam licet ibi fuerit de illo Igne, qui fuit ſuper Altari Templi primi, qui abſconditus fuerat, debebat etiam in Domo ſecundo Ignis deſcendere de cœlo vidente toto populo, in Altaris dedicatione. Quamvis enim in Templo quod exſtruxit Salomo fuerit Ignis ſuper altari holocauſti quod fecerat Moſes, tamen deſcendit Ignis de cœlo in dedicatione Altaris illius, quod fecit Salomo, quia hæc eſt ſumma Altaris ſanctitas vel ſanctificatio. Pariter itaque debuiſſet deſcendere Ignis in domo ſecunda in dedicatione Altaris, quod illic fecerunt: cum vero non deſcenderit illuc ignis de cœlo, vera ſunt verba Sapientum noſtrorum, quando dicunt, Ignem illic defuiſſe; Ignis videlicet deſcendens a cœlo in oculis totius populi. In ejus itaque locum ſubſtituerunt illum ignem abſconditum, quem invenerunt, ſecundum verba Joſephi.* Hactenus ille; agnoſcens in dedicatione ſecundi Templi Ignem ſacrum de novo non deſcendiſſe, ac proinde perinde hoc fuiſſe, ac ſi nullus fuiſſet. Quod de Igue prioris templi abſcondito, & rurſus invento, addit ſola Joſephi Hebraici authoritate nititur.

Sic R. Aſarias in *Meor Enajim* cap. 51. ſub finem, utrumque hoc teſtimonium adducit, ad probandum, Ignem ſacrum in templo ſecundo, ſaltem aliquo tempore fuiſſe.

Sic in libro Juchaſin fol. 24. col. 2. ſcribitur: *Etiamſi in Siphra dicatur, quod Ignis, qui deſcendit tempore Moſis, manſerit in altari æneo, donec iterum deſcendiſſet tempore Salomonis: & tunc Moſaicum fuiſſe ablatum; Salomonicum vero deſiiſſe tempore Manaſſis* עדיין נשאר ממנו כי יוסף בן גוריון אומר שנגנז ירמיהו ואנשי כנסת הגדולה מצאוהו *adhuc tamen de eo aliquid reliquum manſit. Nam Joſeph ben Gorion teſtatur, Jeremiam illum abſcondiſſe, & Viros Synagogæ magnæ eum inveniſſe.*

Quod ad Authoritatem *librorum Machabaicorum*, & *Joſephi Gorionidis* attinet, hiſtoriæ illæ ſuſpectæ ſunt multis, & fabulæ potius, quam veris narrationibus, ſimiles videntur.

Nam quanta ſit vel Authori libror. Machabaicorum, vel Joſepho Gorionis filio, fides habenda, jam dudum viri doctiſſimi abunde & ſolide docuerunt, neque illud hic eſt inſtituti noſtri. De *illo*, præter alios, Joh. Rainoldus in exi-

eximio de Libris Apocryphis opere; de *hoc*, Joſeph. Scaliger in Elencho Trihæreſii cap. 4. ubi docet, eum fuiſſe notione Gallum, recentem ac nuperum, Planum ſeu impoſtorem, imperitum &c. Druſius de tribus Sectis Judæorum lib. 1. cap. 8. Conſtantinus l' Empereur in Codice Middoth, in Præfat. Iſaacus

Quod ad hiſtoriæ illius recitationem attinet, varia ſunt quæ fidem illi adimunt, ſi quis accuratius omnes illius

Cauſabonus in Exercitat. contra Baronium XIII. Num. 26. & XVI. Num. 154. & alii.

circumſtantias expendere voluerit. Neque etiam in illis uterque author conſentit. Unde alterutrum alicubi aberraſſe eſt neceſſe. Piget illa vel recenſere, vel refutare, quæ ſua ſponte ſe produnt.

Hoc tantum dico, 1. Si verum eſſet, quod vel Nehemias, vel Eſras cum ſuis collegis hunc Ignem inveniſſent, in Templum retuliſſent, & in Altare iterum repoſuiſſent, quare Eſdras, qui Templi ſecundi dedicationem deſcripſit, nullam prorſus hujus rei mentionem feciſſet, vel in ſuo libro, vel in libris Chronicorum, quorum ille Author habetur? 2. Quare etiam apud Fl. Joſephum, qui alia omnia, ad Judæorum res ſpectantia, & inprimis ea, quæ Eſras & Nehemias ad Templi & cultus Divini inſtaurationem contulerunt, Antiquit. Judaicar. lib. 11. accurate perſecutus eſt, alto hæc omnia præterit ſilentio?

Argumentum aliud petunt nonnulli, ex eo quod Levitici 10. legitur de filiis Aharonis, Nadab & Abihu, v. 1. 2. *Acceperunt autem filii Abaronis, Nadab & Abibu quiſque acerram ſuam* [nempe Octavo die impletionum, quo Aharon a Moſe ad ſacerdotium inauguratus, & Altare holocauſti primis ejus oblationibus conſecratum ſeu dedicatum fuit) *& poſuerunt in eis ignem, cui ſuperpoſuerunt ſuffimentum, obtuleruntque coram Domino* אש זרה אשר לא צוה אותם Ignem alienum, *quod* (vel, *quem*) *non præcepit eis : Tunc egreſſus eſt Ignis a facie Domini, & conſumpſit eos, mortuique ſunt coram Domino.*

Hic, ajunt, *filios Abaronis graviter punivit Deus, quod* Ignem alienum, *h. e. non illum ſacrum & cœleſtem, ad adolendum intulerint & adhibuerint, ad adolendum.*

Ergo non licitum fuit alio adolere, quam illo, & per conſequem neceſſarius fuit in Templo ſecundo.

Reſpondetur autem, committi hic petitionem principii. Hoc enim clariotem adhuc probationem requirit, filios Aharonis ideo punitos fuiſſe, quod non ſumpſerint Ignem cœleſtem de altari, & eo adoleverint. Hoc quidem concedi poteſt, *illos* ideo punitos eſſe, quod non ſumpſerint Ignem de Altari holocauſti, in quod ante Ignis de cœlo miraculoſe deſcenderat; an autem vel debuerint vel potuerint de eodem Igne cœleſti ipſo ſumere, hoc adhuc eſt incertum; niſi quis late ſumat *Ignem cœleſtem* pro Igni Altaris holocauſti, ſeu אש מערכה *Ignis ſtruis*, ad quem de cœlo delapſus eſt Ignis miraculoſus, & ita totam ſtruem ſeu illuſtravit, ſeu ſanctificavit. Ad Hebræos quod attinet, illi de pecato hoc filiorum Aharonis varie ſentiunt: Unus Aben Eſra huc videtur inclinare. Operæ pretium itaque erit, præcipuorum ea de re Authorum ſententias producere, & Lectori expendendas proponere.

Sic ergo Aben Eſra; & poſuerunt eis Ignem] לא מהאש שיצאה וזה טעם אש זרה : *Nempe non de Igne illo, qui egreſſus erat* [videtur reſpicere ad id quod cap. 9. 24. dicitur, ותצא אש מלפני יי׳. *Et egreſſus eſt Ignis a Domino* :] *& hoc intelligitur per Ignem alienum. Quod autem dicitur,* אשר לא צוה אותם, *ejus ſenſus eſt, quod hoc* מדעתם *ex proprio motu & judicio fecerint, non præcepto Moſis, adolendo ſuffitum, & quidem etiam igni alieno.*

R. Levi ben Gerſon : Et acceperunt filii Aharonis, Nadab & Abhiu, quiſque thuribulum ſuum, & poſuerunt in eis ignem; ר״ל להוליך אש אל מזבח הזהב ששם הקטרת קטרת סמים *nempe afferendo Ignem ad Altare aureum, in quo aromata ad ſuffitum faciendum adolenda erant. Non explicat autem, unde hunc Ignem acceperint; poſtea tamen exponitur, quod non acceperint eum* מהמקום הראוי לפי מצות השם יתע׳ : *de loco convenienti, unde debebant ſecundum præceptum Dei : Ideo hunc ignem vocat* אש זרה Ignem alienum, extraneum; *quando dicitur*; Et obtulerunt coram Domino Ignem alienum, quod non præceperat eis. *Videtur, illos non accepiſſe ignem de Altari holocauſti ſicut moris erat, ac proinde hac de cauſa dici,* זרה Alienum; *vel, non accepiſſe de igne ſtruis altaris holocauſti, deſtinato ad hoc, ut inde deferretur ad Altare aureum* (ſuffitus) *ad adolendum, ſed de igne Struis Magnæ ſuper qua adolebant jugia ſeu quotidiana, reliquaſque oblationes; vel denique, de igne ſtruis, quæ illic erat ad conſervationem ignis continui* (de his vide ſup.)

R. Mo-

R. Mose bar Nachman : *Posuerunt suffitum super ignem , sicut Scriptura ait* ; Ponebant suffitum in nares tuas , Deuter. 33. v. 10. *neque nisi ad hoc attenderunt & opposuerunt cor suum ; unde non fuit Ignitum odoris grati. Eo hic est sensus ejus quod dicitur* ; Et imposuerunt ei suffitum : *non enim dicit* ; וישימו עליהן Et imposuerunt eis , (nempe acerris) *sicut de cœtu Korachi dicitu* Num. 16. 7. Et ponite in illis ignem , ושימו עליהן & ponite iu eis incensum : *Item v.* 7. ונתתם עליהם קטרת Et ponetis in eis incensum ; *sed dicit hic* , עליה Et imposuerunt EI [sc. Igni] *ad indicandum , illos super Ignem solum posuisse incensum. Hinc postea Egressus est Ignis a facie Domini , & consumpsit eos.*

Abarbanel ejus mentem ita explicat, quod voluerit, *illos primo posuisse suffimentum super thuribulum , & postea eidem demum imposuisse ignem , contra Legem.*

R. Bechai fol. 130. col. 4. *Juxta sensum literalem, Peccatum propter quod puniti fuerunt Nadab & Abihu fuit, quod adduxerint* אש זרה מן החוץ . *Ignem alienum extrinsecus petitum. Nam moris erat , ut ad suffitum sumeretur Ignis de altari, & eo accenderentur aromata sicut dicitur* ; Et accipiet plenum thuribulum ignis de altari a conspectu Domini , Levit. 16. 12. *Ipsi vero existimarunt , Ignem altaris holocausti duntaxat inservire ad consumendas oblationes. Ideo extrinsecus Ignem detulerunt, quæ magna erat transgressio , defectum fidei seu* ὀλιγοπιςίαν *ipsorum arguens , cum Ignis paulo ante de cœlo descendisset. Quod miraculum cum ipsi apud se extenuassent vel parvi fecissent , ideo in oculis omnium adstantium puniti fuerunt.*

Chaskuni existimat, illos simpliciter in hoc peccasse, quod Die octavo solenni Impletionum Ignem ipsi attulerint ad altare; idque hac ratione; *Peccarunt*, inquit, *illo die offerendo Ignem extraneum, sicut scriptum est* ; Et posnerunt in ea [*thuribula sua*] Ignem ; *Nam quod Rabbini nostri dicunt* ; Quamvis Ignis de cœlo descendat, precipitur tamen, ut afferatur etiam Ignis communis, *id intelligendum est*, מאותו יום ואילך *inde ab eo die quo descendit Ignis de cœlo, & ulterius. Verum eo die, quo nondum descenderat Ignis de cœlo , & quo Deus voluit glorificari in oculis totius populi , id non præceperat eis , sicut scriptum est* ; Quod non pæceperət eis , Levit. 9. v. *ne quid decederet gloriæ præsentiæ Divinæ* (per descensum Ignis de cœlo manifestatæ,) *sicut de Elia legimus* ; Et ignem ne supponatis, 1. Reg. 18. 25. (Noluit nimirum, cum sacrificium ejus Igni de cœlo consumendum esset, ut Ignis vulgaris & materialis adponatur.)

Abarbanel præter ea quæ a Nachmanide sunt allata, notat insuper quinque alia in hoc facto peccata quæ concurrerint;

Primum, inquit, *est ; quod licet munus adolendi non fuerit proprium Sacerdotis summi ; nihilominus in die isto sacro Octavo impletionum non præceperat cuiquam cultum sacrum obire, nisi Aharoni ; quia Dies ille consecratus erat dedicationi Altaris , quæ fiebat per Sacerdotem summum , sicut in die Expiationum. Hinc dicit Moses ad Aharonem* ; Appropinqua ad altare, & fac oblationem tuam pro peccato , holocaustum item tuum &c. fac quoque expiationem populi , & fac expiationem pro eis , Levit. 9. 7. *Ista omnia licet alias omnes alii Sacerdotes potuerint facere, tamen in honorem solennis hujus diei voluit ut ea solus Aharon in eo faceret, non etiam filii ipsius, inprimis Suffitum , qui cultus erat sanctissimus & maxime spiritualis. Cum ergo Nadab & Abihu eo die , sine mandato accepto a Mose , vel a Patre suo , adoleverunt , imputatum hoc eis fuit pro peccato magno , ac proinde gravem sibi reatum mortis contraxerunt. Hinc dicit Scriptura* ; Et acceperunt Nadab & Abihu, filii Aharonis, h. e. *Quod erant filii ejus , & faciebant id quod Patris ipsorum erat in eo die , ideo peccaverunt.*

Secundum est, *quod ambo illi simul adoleverint , in quo itidem graviter deliquerunt , quia Suffitus per unum tantum , non per duos simul est faciendus. Hoc indicatur in textu , quando dicitur* ; Quisque thuribulum suum.

Tertium : *quod sine venia ingressi sunt in adytum interius , Sanctum Sanctorum : soli enim Sacerdoti summo id licebat , & semel duntaxat in anno.* Nam si ne quid ad Regem carnalem in intimum ejus colclave licet ingredi sine accepta venia & facultate, quanto minus ad eum qui est Rex Regum &c. Hoc innuitur, quando dicitur ; *Et obtulerunt* לפני יי' h. e. לפני לפנים *in interiori adyto.*

Quartum : *Quia Ignis ad suffitum ipsis accipiendus erat de Altari holocausti, sicut dicitur* : Et assumet plenum thuribulum prunis ignitis מלפני יי' a conspectu Domini, & plenas volas suas de incenso aromatico comminuto, & inferet intra velum, Levit. 16. v. 12. *Illi vero non sic fecerunt , sed extrinsecus assum-*

aſſumptum ignem intulerunt in ſanctuarium. *Hinc dicitur in Textu*, אש זרה Ignem alienum, extraneum. *Nam licet dicatur*, *quod ſuper Altare holocauſti poſuerint* אש מן ההדיוט *de vulgari igni* ; *id tantum intelligitur de Oblationibus*. *Alia fuit ratio ſuffitus*.

Quintum : *Die iſto Octavo munere Sacerdotali functus eſt Moſes loco Sacerdotis ſummi*, *& ipſe ſolus adolevit*, *nec Aharoni quicquam fas fuit agere*, *niſi quod Moſes ipſi præcepiſſet* ; *non autem præcepit ei*, *ut adoleret*. *Unde peccarunt Nadab & Abihu*, *dum fecerunt*, *quod ne quidem Patri ipſorum erat licitum*. *Hoc innuit Scriptura*, *dum ait* ; Quod præcepit eis ; *volens dicere*, *Munus adolendi eo die non mandatum fuiſſe Aharoni & ejus filiis*, *ſed ſibi Moſen reſervaſſe*.

Chaskuni : *Poſuerunt in thuribulum incenſum* משלהן *de ſuo* : *& hoc eſt quod dicitur* ; Et obtulerunt coram Domino Ignem alienum ; *nequit enim incenſum eſſe ſine Igne*, *& omne Incenſum* שאינה משל צבור *quod non eſt de incenſo Eccleſiæ*, *vocatur* Alienum.

Sic iſti, qui literam textus premunt, & explicant. Lector ex illis eruat, pro una vel altera ſententia, quod poteſt, & ipſi videbitur. Hoc adhuc addo : Si de igne cœleſti perpetuo ſumendum erat ad adolendum & conſumendas oblationes; tum vel continuo debuit deſcendere novus ; de quo Scriptura nihil tradit : vel conſervandus fuit lignis, & igni materiali ſuperaddito ; quod non eſt veroſimile. Nam hujus Cœleſtis ignis cibus & pabulum non fuit Lignum vel alia materia, ſed Oblationes. Unde illa vocantur, ut litera Textus Hebræi ſonat, *Panis iginum Dei*, Nu. 28. 2. Præcipe filiis Iſrael, & dicas eis, את קרבני לחמי ריח ניחחי. *Oblationem meam panem meum pro ignibus meis*, *odorem gratum obſervabitis ut offeratis mihi in tempore ſtatuto ſuo*. Sic explicat hæc verba Coſri par. 2. §. 25. 26. *Vult dicere*, inquit, *Oblatio illa*, *Panis*, *& Odor gratus*, *quæ Mihi attribuentur*, *vel Mea eſſe dicuntur*, *ſunt Ignium meorum*, *h. e. Ignis Verbo Dei effecti*, *qui conſumit illas oblationes*. Abarbanel locum iſtum de Sacrificio jugi, matutino & veſpertino explicans, in hunc ſenſum ſcribit ; *Vult dicere* ; *Oblatio pro peccato*, *pro reatu*, *& ceteræ oblationes*, *quæ offeruntur pro hominibus*, *de iis non neceſſe eſt monere* : *ſed de Jugibus & quotidianis*, *quæ proprie*, *per ſe*, *& revera ſunt Oblatio mea propria*, *Panis quotidianus meus*, *propter quas Dei præſentia habitat inter eos*, *ſicut dicitur* ; Et Sanctificabo Tentorium conventus, & altare &c. & habitabo in medio filiorum Iſrael &c. Exod. 29. 44. *illum Cibum*, *quem more humano offeretis ſuper Igni altaris mei pro prandio q. matutino & veſpertino*, *illum*, *inquam*, *videbitis ut offeratis mihi tempore ſuo*. *Addit*, Odorem gratum meum ; *ad indicandum*, *ſcopum & finem Oblationis illius eſſe Odorem*, *qui ex illo per Ignem aſcendit*. *Et finis totius illius præcepti de Cibo illo coram me offerendo*, *eſt* ; *quia eſt* לאשי. *Ignium meorum*, *ut cauti ſitis ad offerendum illum tempore ſuo*, *eo quod non par ſit*, *ut Ignis Divinus de cœlo deſcendens ibi reſideat otioſus*. *Itaque debito tempore dabitis Ignibus meis panem meum*, *quem imponetis Igni*, *pro cibo*, *mihi offerendo*. Vide & Tanchumah fol. 57. col. 4.

Ad Pœnam illorum quod attinet, de ea dicitur in textu ותצא אש מלפני יי׳: *Et exivit ignis a coram Domino*, *vel*, *a facie Domini*, *& conſumpſit eos*, ſicut præcedenti capite dictum fuit de Igne conſumente oblationes. Caskuni hic ſcribit : *Primo dicit*, *quod exiverit Ignis*, *deinde explicat*, *Quomodo vel unde exiverit*, *Et qui hic dicitur Ignis exiviſſe*, *intelligendum eſt de eodem Igne*, *de quo prius etiam dictum fuit* ; *Solebat enim egredi a coram Domino*, *e Sancto Sanctorum*. *Inveniens itaque Nadabum & Abibu coram Altari aureo* [thymiamatis] *quod erat in Templo*, *offerentes Ignem alienum*, *combuſſit eos*. *Et egreſſus eſt idem Ignis e templo foras ſuper Altare*, *& conſumpſit illic holocauſtum*. Sententia ejus huc redit : Ignem qui apparuit ſupra Tabernaculum cum illud erigeretur, receſſiſſe inde in Sanctum Sanctorum ſupra propitiatorium, ibique manſiſſe, & ſuam q. habitationem habuiſſe : inde egreſſum, conſumpſiſſe & Oblationes Aharonis, & poſtmodum etiam Nadab & Abihu.

Quod ad *Talmudicorum* teſtimonia attinet, docent illi, uti vidimus, contraria, modo ajentes, modo negantes. Quod ad R. Chaninæ teſtimonium, qui ſe ejus αὐτόπτης gloriatur, illud neſcio an ſufficiat. Unus teſtis nullus. Et præterea aliam explicationem etiam admittit.

Ad eos conciliandos dici poteſt ; *vel* quod Abarbanel ſupra dixit ; illos ſenſiſſe, non fuiſſe in Templo ſecundo, quetenus non palam & ſolenniter in Dedicatione Templi deſcendit, ac proinde vim & virtutem illam, quam tum habuit Ignis altaris, non fuiſſe ab Igne cœleſti Templi ſecundi proprio, ſed qua-

litatem q. occultam fuiſſe ab Igne prioris Templi, ſicut in Coſri par. 3. §. 65. ſcribitur, *Prophetiam duraſſe in Templo ſecundo per* 40. *annos in quibuſdam, quibus ea contigerit* בכח השכינה שהיתה בבית ראשון : *Virtute præſentiæ Divinæ, quæ fuit in templo primo. Vel*, quod vis illa Ignis cœleſtis in priore Templo, durante Templo ſecundo etiam adhuc aliquatenus & aliquandiu ſe exeruerit; maxime, quandiu adhuc Viri Prophetici, & Spiritu ſancto inſtructi, qualis fuit Eſras, Nehemias, Zorobabel, Haggæus, Zacharias, Malachias, & alii, ſuper fuerunt; poſt hos ſenſim elanguiſſe. Unde R. Chaninah eum comparavit cum Cane, nempe pigro, & ſomnolento.

Hinc R. Aſarias in Meor enajim, licet ad Templi ſecundi gloriam amplificandam quæcunque potuit corradat teſtimonia, ad probandum, nihil in eo defuiſſe, tamen nihil aliud concludit, quam לקצרה זמן ad aliquod tempus extitiſſe. Et Abarbanel in ſupra cit. loco, poſtquam ait, præter illa Quinque, Rabbini vulgo in Templo ſecundo defuiſſe dicunt, plura adhuc alia defuiſſe, veluti Candelabrum, Menſam, Tabernaculi vaſa, aulæa, aſſeres &c. a Moſe in deſerto facta; Urnulam item Mannæ, Virgam Aharonis occultata, neque in Templo ſecundo reſtituta; poſt quædam interjecta, concludit; סוף דבר שהיו עניני הבירת השני עניינים אנושיים ועניני בית ראשון אלהיים *Summa; in Templo ſecundo omnia fuerunt Humana; in Templo primo, Divina.*

Nonnulli etiam inde conantut arguere, Ignem hunc cœleſtem in Templo ſecundo extitiſſe; *quod in eo ſacrificaverint, & holocauſta obtulerint; ad hæc autem conſumenda neceſſarius fuerit Ignis cœleſtis; eo quod nullo alio ea accendere & comburere licuerit.*

At neſcio, an hoc ſit ſatis firmum. Tenebantur illi de iis faciendis, quæ ipſis ad hæc rite obeunda ex Lege mandata fuerunt. Inter ea autem, ut ſupra dictum, non reperimus, illos juſſos fuiſſe hoc facere Igne cœleſti, ſed ignem materialem accendere, appoſitis lignis fovere, eique holocauſta imponere; Ignem Divinum poſtmodum extrinſecus q. ceu novum & alium, e cœlo, vel e ſanctuario, vel undecunque, miraculoſe ſuperveniſſe, & hoc officio defunctum eſſe. Deficiente hoc Igni, materialis Ignis, qui Sacer etiam fuit habitus, quia Dei juſſu accenſus, a Perſonis ſacris, Sacerdotibus nimirum, in loco ſancto, & ad res ſacras, adhibitus & uſurpatus fuit, id peragere potuit, accedentibus fortaſſis in Templo II. quibuſdam cœleſtis hujus virtutis ſtricturis. Et huc referenda illa differentia, quam Talmudici faciunt, inter Ignem Templi I. & II.

Tantum hac vice ad obſcuram iſtam quæſtionem illuſtrandam nobis ſucurrerunt ex Antiquitatis Hebraicæ ruderibus. Qui poſſunt, plura & certiora afferant, & acrius ſuum judicium interponant.

Cæterum circa Ignem hunc quædam Miracula obſervant Hebræi, quæ ſilentio hic non ſunt prætereunda.

Primum eſt, cujus meminit R. Becchai fol. 126. col. 4. ad Levit. 6. *Tertium*, inquit, *quod hic obſervandum eſt Miraculum maximum, in Altari factum. Altare hoc erat Altare holocauſti, factum e lignis cedrinis, ad craſſitiem denarii aurei ære obductum, & Ignis ſuper eo nunquam extinguebatur; neque tamen vel æs fundebatur, aut liqueſiebat, vel lignum comburebatur. Quod ſane magnum erat miraculum, unum ex* 18. *miraculis, quæ facta ſunt in Sanctuario. Ad magnitudinem ejus exaggerandam, poſteaquam Moſes dixiſſet*, Et ignis ſuper altari ardebit in eo *dicit iterato*; Et ignis ſuper altari ardebit in eo, non extinguetur; *quaſi dicere voluiſſet*; En rem miraculoſam factam in altari, quod ignis in eo continue ardeat, nec unquam extinguatur, & tamen Altare ſalvum, ſartum & tectum maneat. Meminit hujus & in fine ſectionis Trumah fol. 105. 1. & ex Medraſch adducit ea de re ſequentia: *Moſes, cum Altare faceret, timuit & dixit* שמא תשרוף האש העץ שבמזבח ; *Fortaſis combureт Ignis Lignum Altaris. Dixit ergo ei Deus* מי צוה האש לשרוף; *Quis præcepit ligno ut urat* למד ממך? *Diſce a te ipſo, proprio tuo experimento; Cum ingreſſus es in medium caliginis & ignis, & ambulaſti* בין גרודין של אש *inter turmas ignis; imo cum veniſti ad me*, [*ſicut dicitur*; Et Moſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus, Exod. 20, 21.] *cujus Gloria eſt Ignis conſumens* [*ſicut dicitur*; Quia Dominus Deus eſt ignis conſumens, Deuter. 4. 24.] *debuiſſes tua opinione comburi, & tamen non combuſtus fuiſti. Eadem eſt ratio Altaris; etiamſi præceptum ſit, ut Ignis perpetuus ardeat ſuper altari, nec unquam extinguatur; tamen nec æs fundetur, nec lignum comburetur.* Extat hoc in lib. Tanchumah, mihi fol. 36. col. 1. ſed longe prolixius, & inter cætera & hoc additur מתים נכנסין לפני ויוצאין חיים ואתה מתירא שלא ישרפו העצים שבמזבח הן עשוין לכבודי : *Mortui ingrediuntur*

ad

ad me, & exeunt vivi; & tu metuis, ne comburantur Ligna ex quibus Altare constat, ecce facta sunt ad gloriam meam &c. Item; *Forte dices, Ignis superne descendens* לשעה היתה *ad horam, momentaneus fuit, & hac de caussa lignum non læsit! Sed Ignis altaris* (a Sacerdotibus accensus) *abundatissimus erat, qui nec interdiu, ne noctu unquam ab eo recedebat*. Vide & Vajikra Rabba, f. 473. col. 3.

Alterum est, quod refertur in Pirke avoth cap. 5. & Joma cap. 1. in fine; לא כבו גשמים אש של עצי המערכה *Non extinxerunt pluviæ ignem lignorum struis in Altari*. Majemonidis ad hæc verba glossa est; *Nosti, quod Altare fuerit in medio atrii, prout suo loco ostendemus, & sub aperto cœlo, & tamen pluviæ non extinxerunt Ignem*. In eundem sensum scribit Bartenora, & Abarbenel in *Nachalas avos* fol. 161. b. qui super addit; כי היה זה בהשגחת השם כדי שלא תתבטל עבודת הקרבנות *hoc enim factum fuit per providentiam Dei, ne impediretur cultus oblationum*. In קרית חנה *Kirjath Channa*, qui est Commentarius recens super Pirke avoth, cujusdam Rabbi Elchanan Lipmanni, alia ratio affertur; בעבור שאש של מערכה בא מן השמים ושם אשומים בעבור שזה האש היה מן השמים והיה מעורב מן המים ולכן לא כבו גשמים אש של עצי המערכה *Quia Ignis Altaris venit de cœlo, ubi est Ignis & Aqua* (alludit ad etymologiam nominis שמים ex אש & מים) *ideo quia hic Ignis fuit e cœlo, mixturam habebat aquæ, ac proinde pluviæ non extinxerunt illum Ignem*. Hoc sapit Theologiam Cabalisticam, & hinc fortassis aliqua ratio eruitur ejus, quod in supra adducta historia ex lib. Machab. & Josepho refertur, Viros domus secundæ loco Ignis absconditi, reperisse aquam crassam.

Quærendum, an in hunc sensum aliquid ulterius apud antiquiores Scriptores reperiatur, an vero hoc sit proprium hujus authoris inventum.

Tertium, quod ibidem recensetur est; שלא נצחה הרוח את עמוד העשן *quod non vicerit Ventus columnam fumi ab hoc Igne ascendentem*. Hoc ita intelligendum; Explorantes, an Oblatio Deo revera grata sit nec ne, attendebant, qua ratione fumus ab ea in altum ascenderet! Si fumus recta, instar columnæ ascenderet, non declinando ad latera, זה היה סימן טוב להם *hoc pro bono & fausto signo habebant, Deo esse gratam; quia*, inquit Abarbanel, *fumus oritur ab humore rei combustæ, & quando Ignis remissus est & debilis, ascendit fumus crassus, qui propter gravitatem suam in omnia latera se diffundit; quando vero Ignis vehemens est, parum admodum de humore relinquitur, & propter levitatem ac velocitatem suam æqualiter sursum ascendit. Hinc quando Oblatio fuit in odorem gratum coram Domino, tum licet omnes totius mundi venti conspirassent in atrio, quod sub dio in patenti erat loco, non tamen vicissent columnam fumi ascendentem, ut ad latera declinaret, & hinc inde dispergeretur; sed constanter & æqualiter, sine ullo impedimento, sursum ferebatur: quia Dei benignitate & providentia aer & ventus tempore Cultus Divini tranquilli erant*. Hinc in Talmud Joma cap. 1. scribitur; עשן המערכה אפילו כל הרוחות באות ונושבות בו אין מזיזן אותו ממקומו *Fumum ab igni altaris ascendentem etiam omnes venti in eum irruentes & flantes non dimovissent a loco suo*.

CAPUT IV.

Coronidis loco addamus ex Abarbenele;

IV. *Quare Deus voluerit sanctificare & consecrare Altare suum Igne Divino, non Aqua vel alia materia?*

Respondet, id quatuor ob causas factum esse;

PRimo ait; Quia Exercitus Dei, & cœtus Angelorum ejus perpetuo comparatur cum Igne, sicut dicitur; *Et aspectus gloriæ Domini erat tanquam ignis consumens*, Exod. 24. 17. sic Ezechiel vidit Prophetiam suam in Igne, sicut dicitur; *Et ignis erat immixtus, & e medio ejus erat velut aspectus electri, de medio ignis*, Ezech. 1. 4. Et Daniel ait, *Thronus ejus erat scintillæ ignis, rotæ illius, Ignis ardens: fluvius ignis procedebat* &c. Dan. 7. 9. Quia ergo in libris Prophetarum exercitus Dei Ignis nomine sæpe venit, idcirco illapsus est Ignis in Tabernaculum & in Templum, ad significandum, illic esse Majestatem & Gloriam Dei, cum myriadibus Angelorum sanctorum.

Secundo; Quia Intellectui humano, secundum cogitationes suas, dubium est, utrum Providentia Divina se extendat ad particularia, ob sublimitatem Dei providentis, & humilitatem singularium corruptioni obnoxiorum, & quia Deus incorporeus est, neque sensibus præditus ad apprehendenda particularia; ideo ut Providentia sua altius & profundius

fundius radices ageret in animis servorum suorum, non obstante sublimitate sua, Ignem e cœlo demisit super altare, ut oculis suis viderent, licet Ignis natura sua levis sit, ac propterea sursum feratur, illum per miraculum deorsum ferri, & hinc discant, eandem Providentiæ Divinæ esse rationem, ut, quamvis ea referatur ad superiores, miraculose tamen, & ex beneplacito Dei, etiam deorsum feratur, ad curam inferiorum gerendam.

Tertio; Quia Lex Divina comparatur cum Igne; ideo cum Tabernaculum esset in perfectione sua, & Israelitæ oblationes suas faciebant, descendit Ignis de cœlo, ad docendum, veram perfectionem consistere in observatione Legis, quæ comparatur cum Igne, utpote a Deo e cœlo data.

Quarto; Quia multi inter Israelitas hæsitabant, quomodo Oblationes sint odor gratus coram Deo, qui exemtus est ab omni corporeitate; ideo voluit Deus ignem de cœlo demittere, qui absumeret holocaustum & adipes, ut totus populus oculis suis videat, Deum opera & sacrificia hæc ipsorum grata & accepta habere, eo quod Angelum & Ignem suum mittat qui ea absumat. Hinc cantabat populus & Deo gratias agebat, quod descensu Ignis testatus sit, cultum ipsorum sibi acceptum esse. *Hactenus Abarbenel in Legem sect.* שמיני.

Et 1. *Reg.* 9. *ad v.* 1. *eadem de re ita scribit*; Finis autem apparitionis hujus Divinæ fuit; quia Gloria creata ista, Nubes inquam & ignis, sunt vexillum & tessera habitationis Divinæ, ideo de ea docent, & adventus illorum in Templum significabat, quod Deus habitaturus & providentiam suam exerturus sit illic. Hinc dicitur de Columna nubis, & columna Ignis; *Et Dominus proficiscebatur ante eos interdiu*; Et; *Et profectus est, Angelus Domini*; quia duæ illæ Columnæ fuerunt vexilla Providentiæ Divinæ. Et fortassis ad illas respexit etiam Salomo in duabus illis columnis quas fecit & statuit in porticu Templi, 1. Reg. 7. 15. & seqq. ut altera, quam vocavit יכין *Jachin*, respondeat Columnæ Nubis; altera, quam vocavit בועז *Boas*, Columnæ Ignis; quasi orans & vovens, ut Lux Divina, & Nubes gloriæ ejus, illuc ingrediantur, & per eas Deus & providentia ejus superna habitent in Domo illa.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

CUM de Igne Sacro, & e cœlo descendente, hactenus egerimus, placet de *Ignis cultu* sequentia, quæ mihi dum hæc elaborarem, occurrerunt, veluti Epimetri loco, subjungere.

Benjamin Tudelensis in suo Itinerario, de insulæ, quam vocat כו״רג, incolis דונביין *Dugbijanis* dictis, sequentem recenset historiam: *Porro ante excelsum sive altare oratorii sui vallem magnam habent, ubi singulis mundi diebus magnum Ignem accendunt, quem vocant* אלהות Divinitatem, vel Deum, *per quem filios suos transmittunt, mortuosque suos etiam in medium ignem projiciunt. Quin & inter eos reperiuntur, etiam ex primatibus illius regionis, qui se vivos Igni comburendos devovent. Quum vero is, qui votum concipit, filiis & domesticis suis dicit; Ecce votum feci, me vivum in Ignem conjiciendi; respondent ipsi omnes ac dicunt; o te beatum! bene hoc cedat tibi! Quum dies voti appropinquat, apparant ei convivium magnum, ipse autem, siquidem dives fuerit, vectus equo, si pauper fuerit, pedes pergit ad oram illius vallis, seque in medium ignem præcipitat, tota ejus familia cantante, & tympanis ac tibiis jubilante, donec totus consumptus fuerit. Post triduum duo e primariis Sacerdotibus illorum veniunt in domum & ad liberos ejus dicentes ad eos; Ornate domum, hodie enim veniet ad vos Pater vester, ad præcipiendum vobis, quæ agere debeatis; ipsi vero ad se assumunt de civitate testes. Tum venit Satan sub specie vel similitudine illius, & uxor ac liberi ejus accedentes, quærunt, Quomodo sese illic habeat in mundo illo? Ille respondit; Veni equidem ad socios meos, sed nolunt me admittere, donec exolvero debita mea filiis & propinquis ac vicinis meis. Facit itaque testamentum, & distribuit bona sua inter liberos suos, jubetque solvere omnia sua debita, & vicissim recipere omnia sua credita: quæ omnia testes adbibiti consignant. Quo facto discedit ipse, neque amplius conspicitur. Hoc mendacio, his fraudibus, & præstigiis, quibus Sacerdotes illorum ipsis imponunt, ita in sua superstitione confirmantur, ut dicant, nullos sibi pares esse in universa terra.* Hæc ille.

De hoc ritu scribit Constantinus l'Empereur suis Notis, *hactenus nihil sibi innotuisse*.

Similem autem, & aliquo modo ei affinem, fabulam refert R. Menachem de Lonzano, in libro שתי ידות fol. 50. col. 1.

col. 1. quæ illam pluribus circumstantiis videtur ulterius illustrare. Scribit, se eam reperisse in Medrasch quodam in Ecclesiastem Manuscripto: Ea ita habet lingua Hierosolymitana;

עובדא הוה בחד יהודאה דאזל לארעא
דקדר וגברי דיתבי בקדר פלחין לנורא
דגהינם ואמרי הא אשא קדמאה מן כד
אתברי עלמא ובה נידונין כל נפשתא ובסטר
ארעהון חד פתחא דגיהנ' והני גברי רשיעי
דקדר נסבין מאשא דגיהנ' ופלחין ליה כל
יומיא ומאי פולחנא דעבדין ליה להההוא
אשא מדליקין ליה תרין גזירין דאעין בצפרא
ותרין ברמשא והנהו דצפרא דלקין עד
רמשא והנהו דרמשא דלקין עד צפרא וכן
עבדין ליה כל יומיא וההוא אשא אי מוקדא
כל אעין דעלמא לא עבדא קטמא ולכך
טעיין להו וסברין דהוא אלהא · וסגיאין
מנהון כד אינון סבין אזלין לפתחא דגיהנם
וטלקין גרמוהון לתמן ומתקרבין קורבנא
לגיהנם ואמרין דכל מאן דמקרב גרמיה
לגיהנם אפי' מלא חטאין שבקין ליה כל
חובוי ולא מיתדן בגיהנם ומובילין יתיה
לגנתא דעדן דקאים לקבליה · ואי לא
מיקרב גרמיה לגיהנם כד הוא מית
אזיל לגיהנם ומיתדן ביה עד דפרעין ליה
חובוי ולסוף מתכפר ליה ומורתין ליה ג"ע·
וההוא יהודאה כד אזל לארעהון אתאכסן
גבי חד סבא · שמע תמן דההוא אורחא
דהוא בעי למיזל לסטון קיימין ביה ומקפחין
לכל מאן דעבר עליהון · דחיל ההוא
יהודאה ואפקיד מודלא דיליה גבי ההוא
סבא דגברי מהימנין אינון ולא נסיב בהדי
אלא זוודא דאורחא ואזל לאתר דהוה בעי
ותב ואזל לביתיה דההוא סבא למיסב
מודליה מיניה ולא אשכחי' אמרו ליה מית
הוא דיומא דא טלק גרמיה לגיהנ' אמר
לון ואן הוא מודלי דאפקידי' גביה · אמרו ליה
לית אנן ידעין · שארי ההוא יהודאה למבכי
על מודליה אמרו ליה לא תסתפי אוחיר
נבן תלת יומין דביומא תליתאה הוא יתוב
לגבן ויהיב לך מודלך דהכי אורחיה דכל
דטליק גרמיה לגיהנם דביומא תליתאה הוא
תב לביתיה ומפקיד על ביתיה · כד שמע
מנהון הימין להון בגין דלא משקרן
במלוליהו · ביומא תליתאה אתא חד שידא
בדמו דההוא סבא לביתיה ואפקיד לאתתיה
ולבנוי מה יעבדון מנכסיה · אמר ליה ההוא
יהודאי ומודלי דאפקידית גבך אן הוא
אפקיה ויהביה ליה · תוה ההוא יודאי אמר
ליה בקושטא מגיהנם קא אתית אמר ליה
יציבא מילתא · וטלקת גרמך לגיהנם
בחייך · אל היך · ומט עבדת הכי · אמר
ליה בגין דלא מיתדן בגויה כל מאן דמטליק
גרמיה לגיהנם בחיוי ולא מיתדן באשא
וטובוי לגברא דרמא נפשיה לתמן דהוא
מכפר על כל חובוי מיקידת אשא · כד
שמע ההוא יהודאי דחך ולא הימין למלוי·
אמר ליה איזיל בהדך ואחמיאי בקושטא
טלקת גרמך בגיהנם · אמר ליה ואי תיזיל
בהדאי תטלק גרמך לתמן · אמר ליה מאי
דבעינא עבידנא · אמר ליה לא תיזול
בהדאי · כד חסיל למללא לאתתיה ולבנוי
שרי למיזל אזל ההוא יהודאי בתריה · אפיך
רישיה אבתריה וחמא דהוא אזיל בתריה
אמר ליה לא תיזיל בתראי · אמר ליה
אזיל בעל כרחך ואיחמי מה דתעביד · כיון
דחמא דאזיל בתריה בעל כרחיה אמר ליה
לאו יודאי את אמר ליה היך · אל תינדע
דאנא לאו גברא אנא אלא שטנא דגהינ'
אנא ומטעינא להני אינשי טיפשאי דשבקין
לרבון עלמא דבר' עלמא ומקיים ליה ופלחין
לאשא דגיהנם · וכד חד מנהון אזיל ורמי
נפשיה לגיהנ' אנא אזילנא לביתיה לסוף
תלת' יומין בחזותי' ובדמותי' ומפקידנא על
ביתיה כרעותי ואנא משבח להון דטובוי
דמאן דרמי גרמיה לגיהנם וייזלון לאובדא
דרשיעי אינון ועל כל פלחי אליליא אית
לן רשו לאטעאה ולאובדא יתהון באורחיהון
בישיא אבל על ישראל דאינון מהימנין
באלהא חייא דהוא רבון עלמא וברא כולא
וקבילו אוריתא לית לן רשו לאטעאה יתהון
כל זמן דאזלין באורח קשוט · כד שמע
ההוא יהודאי הכי סגיא טאיב עלוהי ואזל
ליה לאורחיה וז"שה לא כאלה חלק יעקב
כי יוצר הכל הוא וגו'

Fuit Judæus quidam qui profectus est in Terram Kedar [Arabiam] *cujus incolæ colunt Ignem gehennæ* (Ignem inferni vel purgatorii,) *persuasi hunc Ignem esse æternum inde a condito mundo, & per eum judicari & purgari omnes animas. Ad latus autem terræ ipsorum est Porta quædam Gehennæ. Impii itaque isti Kedareni accipientes de Igne Gehennæ, colunt eum singulis diebus. Qualis autem est Cultus, quo colunt Ignem illum? Accendunt ei duo segmenta ligni singulis matutinis, & duo singulis vesperis. Ea, quæ mane apponunt, ardent usque ad vesperam, quæ vesperi ardent ad crastinum mane. Et sic faciunt singulis diebus. Ea autem est Ignis illius ratio, ut si omnia ligna quæ sunt in toto mundo illic comburerent, tamen nullum facerent cinerem. Hac de causa errantes existimant, illum esse Deum. Hinc multi ex illis, quando ad senectutem perveniunt, conferunt se ad portam Gehennæ, conjiciunt se in eam, & oblationem seipsos ei offerentes, dicunt; Si quis seipsum offerat in oblationem Gehennæ, licet totus fuerit peccatis plenus, tamen ea omnia ipsi remissum iri, neque judicatum iri in Gehenna, sed statim transferri in hortum Edenis, Gehennæ oppositum: si quis vero se non offerat ei, tum eum post mortem in Gehennam venire, & ibi judicari* (puniri) *donec omnia ejus debita sint soluta, & peccata expiata, & tum demum hæredem fieri Paradisi. Judæus ergo ille per terram ipsorum iter faciens, divertit apud Senem quendam, ubi commoratus, intellexit, viam, qua* porro

porro iturus erat, esse plenam latronum & raptorum, qui omnes viatores exspolient. Timens ergo, deposuit omnem suam substantiam apud senem illum, (eo quod essent fideles & integri homines illi,) nihilque secum sumpsit nisi viaticum, & sic perrexit in locum illum, ad quem tendebat. Redux & repetens domum illius senis, ad recipiendum suam substantiam ab eo; non reperiit illum, & dictum ei fuit, illum mortuum esse, & se projecisse in gehennam. Ille dixit eis, Ubi est substantia mea, quam deposui apud eum? dixerunt ei, Sibi nihil de ea constare. Ipse incipiebat flere super amissis suis facultatibus. Illi vero ad eum; Nolito, ajunt, timere vel affligere te, sed mane nobiscuum per triduum: tertio enim die revertetur ad nos & restituet tibi pecuniam tuam depositam. Ita namque solent omnes illi, qui se in Gehennam projiciunt, tertio die ad domum suam redire, & domui sui præcipere. Hæc ab illis audiens, fidem dictis habuit, quia non addicti sunt mendaciis in suis sermonibus. Tertio ergo die venit Dæmon quidam, sub specie Senis illius, in ipsius domum, & præcepit uxori & liberis ejus, quid de bonis suis facere debeant: Judæus vero ille dixit ei; Et mea pecunia, quam apud te deposui, ubi est? Ille statim eam protulit, & ei reddidit. Judæus admiratus, dixit ei; An revera ex Gehenna venisti? Ille; Vere ita res habet; Judæus; Num in vita tua te conjecisti in gehennam? Ille; Omnino. Judæus, Quam ob causam sic fecisti? Ille; Ne in ea judicer (pœnis afficiar:) quisquis enim se in gehennam projicit in vita sua, non judicabitur illius Igne: & beatus est ille, qui se eo conjicit; nam sic expiationem facit pro omnibus peccatis suis, & liberatur ab Igne. Judæus hæc audiens, subrisit, neque verbis ejus fidem habuit; ac porro ei dixit; Tecum ibo, & videbo, num revera te conjicias in ignem? Ille; Quod si mecum iveris, teipsum etiam in eam conjicies. Judæus; Quod mihi placebit, id sum facturus. Ille vicissim; Non ibis mecum. Cum ergo absolvisset præcipere uxori & liberis suis, & iterum discessisset, Judæus sequutus est illum. Quod ille retrospiciens animadvertens, dixit ei, Ne sequaris me. Judæus; Imo vel te invito sequar, & videbo, quid facturus sis. Ille videns, quod sequeretur etiam se invito, dixit ad eum; Nunquid Judæus es? Imo, respondit ille. Alter; Scito, me non esse Virum vel Hominem; sed Satanas Gehennæ sum, qui seduco stolidos istos homines, qui deserto Domino illo qui mundum creavit, & conservat, colunt Ignem gehennæ, & quando aliquis illorum se projicit in gehennam, ego abeo in domum ejus exactis tribus diebus, sub illius specie, forma & habitu, & præcipio domui ejus pro lubitu meo; insuper hoc nomine laudo eos, & dico felices esse omnes eos, qui se conjiciunt in gehennam; cum in perditionem abeant. Nam impii sunt, & super omnes idololatras habemus potestatem ut seducamus & perdamus eos in viis ipsorum malis; Sed quod ad Israelitas attinet, qui credunt in Deum vivum, qui est Dominus mundi, & creavit omnia, quique acceperunt Legem, non habemus potestatem ipsos seducendi, quamdiu ambulant in via veritatis. Hæc Judæus audiens, gavisus est, & ivit viam suam.

Utramque historiam suis authoribus relinquimus. Inter alia videntur docere voluisse, quo loco habeant & habendæ sint Demortuorum hominum & animarum apparitiones & phantasmata, quibus etiamnum hodie multi fidem habent.



JO: GOTTLIEBII BOHNII
DISSERTATIO
DE IGNE GENTILIUM SACRO
IN ISRAELITARUM
Sacra Injurio.

ACCESSUS.

§. I.

SI quicquam est, quod Gentilium superstitioni divinitatem quandam & singularem venerationem, ex illorum quidem sententia, potuit afferre, sane fuit illud ignis, quem vero tam variis involverunt illi fabularum figmentorumque monstris, ut omnem fere antiquitatem hoc igne plenam videamus. Non est nobis animus, neque instituti fert ratio, divinum pertexere ignis cultum, igniumque fictitiorum, quos sacros nominant, integram historiam suscipere scribendam: istud enim quo minus a nobis fiat, & tempore, & spatio, & librorum destituimur apparatu. Interim tamen in ea firmiter hæremus sententia, illud, quod Gentiles de igne quodam sacro fabulantur, per traditionem quandam ex miraculis, ex sacro Judæorum igne, eoque miraculoso ad eos pervenisse, mirumque in modum interpolatum esse, ita, ut vix primæ veritatis vestigia, sacrique & purioris cultus primas lineas ibidem deprehendere queas.

§. II. Pertinet autem hoc ad fraudes mali genii, quem Satanam Scriptura dicit, qui inter Gentiles sibi quoque peculiarem cultum machinans, dolo fraudeque est usus, qua obscuratum jam antea, tenebrisque involutum Gentilium intellectum eo perduxit, ut miraculorum fere divinorum famam in fallaces fabulas, næniasque converteret, rectæque rationis usum delentes veritatis lucem obscurarint, ejusdemque loco Sacerdotum dolos admitterent atque venerarentur.

§. III. Juvat hoc loco meminisse cultus idololatrici originum, variarumque circa eas, inter eruditos opinionum, quando alii credunt, fluxisse omnia ex depravatæ mentis imaginatione, qua usus Dia-

Diabolus, hoc vel illud excogitaverit, quo miseros homines in devia quæque deflecteret, non habita ratione traditionis, quæ ex vero Dei cultu, lapsis hominibus superesse poterat: alii vero variis, iisdemque evidentibus rationibus usi, contendunt, non adeo simplicem fuisse malum Dæmonem, ut novos cultus excogitaret, sed hac potissimum fraude esse usum, ut ea, quæ ex fama hauserunt Gentiles, de vero Dei cultu, in innumera figmenta, superstitiososque valde ritus deflecteret. Quæ quidem Doctorum sententia uti bene multos nacta est asseclas; (videbatur scilicet nihil absurdi continere,) ita non paucioribus visa est paullo mollior, neque apta satis, ad demonstrandam Diaboli malitiam, perditissimorumque mortalium dementiam. Quo nomine multa invenerunt perspicaciores, quæ taxarent, in celeberrimo Abrincensium Episcopo, Petro Daniele Huetio, demonstrationis Evangelicæ doctissimo alias Auctore, qui tantum abest, ut gratiam quandam, eo opere, apud quosdam promeruerit, ut potius Religionem Christianam, quam tamen stabilitum iverat, in ludibrium convertisse, eo fuerit visus.

§. IV. Idem vero ejus institutum, quo omnia fere Gentilium Sacra, ex pessima sacri Judæorum cultus rituum depravatione esse conflata, demonstrabat, adeo placuit illustri Samueli Puffendorfio, ut Epistola, ad fratrem Esaiam hac de re scripta, eaque cum Huetio communicanda, consensum suum atque approbationem publice sit testatus. Nos, si non eadem, his tamen fere similia, reperimus laudata in primitivæ Ecclesiæ Patribus, neque paucis, neque ineruditis, quorum studium detegendi Satanæ fraudes, eundemque simiam esse Dei in excogitando novo pene cultu, demonstrandi, imitati sunt ex recentioribus Gerhardus Joannes Vossius, Edmundus Dyckinsonus, Clasenius, Dalenius, Thomas Hyde, Daylingius, aliique plures, ingenii pariter ac judicii laude perquam celebres. Hi enim doctissimi viri quum in antiquitatis investigatione tot veri cultus simulacra reperirent, non dubitarunt, ad fontes ea reducere suos, atque monstrare, non pura esse ingenii figmenta, verum aliquid ex prima veritate miraculorumque divinorum fama, apud Gentiles hæsisse.

§. V. Vix tamen ausim confirmare, omnes illorum, circa utrumque cultum institutas comparationes, demonstrationum vim sustinere, cum quantum ingenio polleat quisque fingendique facultate, sæpius in re adeo abstrusa, nobis monstrarint: Neque vero eo audaciæ processerim, ut omnia statim pura figmenta esse, cum quibusdam confirmem. Quando enim lusus, quos circa ignem, ejusque originem ac divinitatem agitat antiquitas, Græca pariter ac Latina, sedula animi contemplatione lustro, non plane a veritate declinare, alienumve quid prolaturum me esse credo, si aliorum vestigia secutus ac igne Gentilium sacro, in Israelitarum Sacra injurio, quædam commentari constituo. Quod uti in veri & æterni Numinis tendat honorem, pia ac devota prece contendo.

CAPUT I.

TRACTATIO.

§. I.

Quando igitur de igne Gentilium sacro, in Israelitarum Sacra injurio, ut agamus, animum impulimus, non facile a nobis quenquam credimus, ignis definitionem expectare. Cum enim ejus ideam quisque animo facile concipiat, etiamsi verbis eam eloqui non semper sustineat, nobis in re nota vitio non vertetur, hanc ignis ideam præsupponere, reique omnibus notæ ideam non demum in controversiam vocare. Sit, nobis non infitentibus, ignis accidens aliis, & in solo motu consistere dicatur: Sit etiam Cartesio tertii Elementi materia: Consistat ille, nobis non adversantibus, sive sulphureis, sive nitrosis, sive salino sulphureo resinosis, vel acidis volatilibus, apud Chemicos particulis: Habeat ille filamenta longa & Cylindrica, quæ neri possunt, & in longum duci, quæ Fabri est sententia: Sint particulæ igneæ effluvia Solis radiosa: Sint spiritus, seu igniculi, vim habentes caloris non levis, angustissimosque corporum meatus facile pervadentes: Sive sint tandem corpuscula ex luce, æthere terraque, inæquali mensura aut ratione composita, figuramque Pyramidalem habeant, vel quod eodem recurrit, ex una bullula nobiliore & una particula nobiliore, cum pluribus ignobilioribus particulis constent: Nos hic loci diffidentia tot excellentissima ingenia non componemus, facile prævidentes, nostri potius esse officii, ut definiamus, quidnam illud sit, quod ignis sacri nomine apud Gentiles fuerit celebratum.

§. II. De miraculoso apud Israelitas

sacro igne agetur Cap. 2. §. 1. 2. 3. *hic de ficto Gentilium igne sacro agemus*. Reperimus ignis sacri nomine potissimum venire illum ignem, qui in Vestæ templo tam apud Græcos, quam Latinos reperiebatur, quem tradunt, a virgine Vesta (Reginam quidam volunt) esse inventum. Unde factum, ut Collegium quoddam virginum, quæ Vestales dicebantur a Numa Pompilio, ignem perpetuum a Vesta inventum custodiret, institueretur. Quanti fuerit ignis hujus habita sanctitas, patet exinde, quod Vatis instar, & sortis loco atque felicissimi auspicii eum haberent, eoque extincto, sinistri quiddam Reipublicæ portendi crederent. Hinc est, quod virgines his sacris præficerent, quæ custodita maxime atque integra conservata vellent: Cum si nuptis, atque domesticis & familiaribus rebus occupatis ea concredidissent, facile ex incuria sacer ignis perire atque extingui potuisset. Verum ne per virgines quidem igni sacro ejusque æternitati, per omnia recte prospexerunt: Miseræ enim illæ, & ipsæ oblitæ concrediti sacri pignoris, in juvenum societatem amplexusque illapsæ, perire sacrum ignem atque intercidere sunt passæ. Quantum nefas, quantæque atrocitatis crimen habitum sit illud, insequens statim hanc incuriam pœna manifestavit, in eo, quo misera viva defodiebatur in terram, non nisi lucerna, una cum exigua panis, aquæ, ac lactis parte, accepta. Ipsum vero extinctum ignem nulla debebat mortalium manus reparare, verum colligendus ille quasi erat ex supposito radiis solaribus fomite. Tradit ejus generis quædam, sacri ignis rationes explicantia Plutarchus in Problematibus, aliique plures. Exempla tamen ignis extincti, solisque ope iterum accensi, non affert.

§. III. Ἑςία Græcis audit Vesta, quod nomen lares simul & focum aramque denotat, Criticis autem mox in crucem abiit, quando alii vocis originem e Latio petunt, & cum Ovidio Fast. L. 6. inde dictam volunt, *quod vi* sua stet: Isidorus autem lib. 8. C. 2. Orig. ab eo, quod herbis vestita sit, denominationem peti, contendit: alii vero a Chaldaico אשתה, i. e. Esta, & hoc Ebræo אש derivant. Nolo autem hic loci attingere, quod quibusdam videatur, sacrum hunc perpetuumque ignem, qui imperii custos habebatur, ideo a virginibus esse custoditum, ut significarent, se ita perpetuo puras, & inviolatas esse debere, sicut inviolatus servabatur ignis; (ita enim in Allegoriam verteretur ignis historia, tot antiquorum monumentis comprobata,) verum altius paulo rem repetam, atque monstrabo, ignem revera extitisse, quem vero Gentiles Vestam, Reginam, quæ prima modum ejus servandi docuerit, repræsentare credebant.

§. IV. Vestæ huic Elei in Achaia primum sacra facere, teste Pausania, Eliacor. libro priori C. 14. secundo autem loco ipsi Olympio Jovi, tertium in sacris locum habebat ara Mercurii, quartum Minervæ, Dianæ quintum &c. id quod indicio est, sacrum Vestæ ignem, & antiquitate & veneratione ignes in reliquis aris, e. g. Tanos, Jovis Olympii, Dianæ &c. nutritos superasse, hocque sacrorum genus, dubio procul, ex fabulosa antiquitate, vetustissimum esse habendum. Non pauca certe, imo plurima inter Vestalium ceremonias reperiuntur, quæ sacrum eos Hebræorum non ignorasse, testantur ignem, ex Levit. 6. 12. 13. partim si vigiliam spectes, ibi enim ali eum, perpetuoque reparari oportuit, unde est æternus etiam dictus: partim si in custodiendo eo, ad sacri instar Imperii pignoris, curam respicias: partim etiam, si sacrificandi munus, cujus rationes, teste Seneca, lib. de Providentia c. 4. Vestalibus erant relictæ, attendas. Accidit enim, cum sacrificia pro peccato holocausta altari imposuisset Aaron, ut ignis, a conspectu Dei exiens, consumeret in altari holocaustum. Lev. 9. 24. Quod deinde miraculum sacrificante Davide, 1. Paralip. 21. 26. & in initiatione templi a Salomone extructi, 2. Paralip. 17. 1. 2. 3. legitur repetitum. Est iste quidem, sacrificante Aarone, e cœlo per miraculum demissus ignis, ita pro sacro habitus, ut Sacerdotes eum perpetuo servare inextinctum, apposito quovis mane ligno, juberentur. Uti verosimile apparet, circa idem tempus æmulum DEI hac in parte Diabolum suos inter Gentiles sibi finxisse Sacerdotes, qui ignem servarent inextinctum.

§. V. Ut autem instituto fides quædam accederet, non quidem ad populum Judaicum, novis rebus studentem plebeculam ablegavit malus Dæmon, (ubi facile veritatem ipsam poterant edoceri,) sed inanibus fabellis subinde lactavit, quibus mox Prometheum, ignem furto Jovi subducentem, mox Vulcanum ejusdem inventorem, mox flammam e Ditis & Proserpinæ ara sub terra prorumpentem, induxit. Quibus in fabellis, qui magnam & abstrusam quærunt sapien-

ſapientiam, meo quidem judicio, magnopere & cum ſtudio fallere videntur. Detraxit hanc ſapientiæ larvam, quam nullo ſæpius ex fundamento dederunt antiquitati Critici, quibus, nihil verum, nihil bonum, niſi quod antiquitatem olet, habetur, quiſquis demum ſit ille Matanaſius, dans ſon chef d'œure d'un Inconnu: abſolutiſſimoque ſuo judicio, ipſam quoque Dacieriæ, de Homeri abſoluta & miraculoſa ſapientia, fabulam abſolvit, & profligavit. Conferri eam in rem merentur Mottei Reflexions ſur la Critique, oppoſitæ Tractatui Dacieriæ, de la Corruption du Gout.

Fabuloſum Promethei furtum in Allegoriam convertit elegantiſſimam Franciſcus Baco, libro de Sapientia Veterum, quo ampliſſimum Commentarium, non ex antiquorum ſenſu, ſed ſuo potius ingenio, compoſitum, eſt complexus, ut demonſtraret, igne utique mortalibus nibil magis eſſe neceſſarium, qui omnibus fere humanis neceſſitatibus & uſibus ſuppeditet & miniſtret levamenta, & auxilia: ut ſi forma formarum anima, ſi inſtrumentum inſtrumentorum manus, etiam auxilium auxiliorum, ſive opis opium, ignis dici mereatur. Hinc enim omnem induſtriam, hinc artes mechanicas, hinc ſcientias ipſas, infinitis modis juvari. Monſtrat idem, cum ex ferula, ad currum ſolis admota, ignis accenſus feratur, ignis generationem per corporum violentas percuſſiones & colliſiones fieri, ex quibus attenuentur materiæ, & ad calorem cœleſtium ſuſcipiendum præparentur. Quod vero ingrati mortales inventorem hunc apud Jovem, ut habet Parabola, accuſarint, notari vel ingratitudinem ſeculi, vel etiam bonum mentis ſtatum, quo ulterius adhuc artem & inventionem promovere ſtudet hominum ingens ſciendi deſiderium, inventis non contentum, ſed nova ſemper inventa, artiſque perfectionem intendens. Reliqua, quæ ex Allegoria profert, commodius ac prolixius ibi, quam hic leguntur. Conf. l. c. Cap. 26.

§. VI. Ignis hujus ſacri omnis plena eſt antiquitas, cultuque ejus, vel circa ſolem etiam occupato, fervet. A ſole ſacro & æterno igne culto, initia ut pandam, hiſtoriarum ſuadent monumenta, qui vero primum extiterint populi, qui ad hæc ſacra deviarint, quique, utrum Ægyptii, an vero Scythæ, ſint antiquiores, cum Trogi Epitomatore lib. 2. cap. 1. non contendam, cum ſacræ eædemque vetuſtiſſimæ Tabulæ Nimrodum, primum Monarchiæ inſtauratorem, ſedem Babylon urbem ſtatuentem, mox vero ipſam Aſſyriam imperio adjicientem, nuncupent. Adeoque a Chaldæis ſolis cultus veſtigia repetenda, quæ gens, uti Syderum cognitioni perpetuo vacavit, ita qui Theologiam apud eos quæret, vivos inter mortuos, lumen in tenebris quæreret, incantationibus inſuper, Magiæque ſuperſtitioni deditiſſimos. Nota ſunt, quæ Zoroaſter inter eo ſparſit, corruptæ doctrinæ capita, præter ſyderum ſcientiam, innumera abſurda continentia. Cujus ſcientiæ amplificandæ cauſa, qui turrim Babylonicam exſtructam volunt, non meminerunt, a Moſe ſcribi, ideo tantæ altitudinis turrim ædificatam, ut Metropolin ſuam tali monumento redderent celeberiorem. Putat Macrobius, nihil hic ſuperſtitionis in ſolis cultu reperiri, cum unicus Chaldæorum Deus fuerit, idem tamen ſub variis ſaltem nominibus cultus. At perducendum bono viro in memoriam eſt, hiſtoriæ conſenſum, omniumque Poetarum teſtimonia, meris ejus conjecturis, inanibuſque ratiocinationibus adverſari. Et poteſt hic quidem Græcis Philoſophis hoc dari, quod unitatem quandam ſummi Numinis agnoverint, verum tamen neceſſum quoque habuerint, ut fabulis involverent ſuam ſententiam, quæ vulgus offendiſſet, quod traditionem longo jam tempore receptam, aperte rejici vix eſſet paſſus. Accedit ad hoc contra Macrobium, tuendum argumentum, quod ille eo tempore vixerit, quo Chriſtiani rerum potirentur, ibi vero Philoſophorum mos erat, cum ad argumenta Chriſtianorum contra fabulas reſpondere non poſſent, ad Phyſicas quaſdam nugas eas torquere, quo factum, ut Macrobius etiam, ſolem eſſe unicum, eundemque ſub variis nominibus cultum Deum, dicere fuerit aggreſſus. Conf. erudite conſignatus Joh. Clerici, ad Stanleii Hiſt. Philoſ. Oriental. Index.

§. VII. Apud Ægyptios primas ubique in ſacro cultu habebat partes Sol, quem ex Hieroglyphica ſua doctrina Regi, & dextro quidem ejus oculo, aſſignabant, uti Reginæ, & ſiniſtro oculo, Lunam, lictoribus autem & ſatellitibus quinque reliquos Planetas, & aſtra non errantia, populo, juxta Sextum Empiricum, contra Mathematicos, p. 114. edit. Genev. Qua vero ratione mentes aſtris ineſſe crediderint, confidimus in tanta rerum obſcuritate, cum Joh. Clerico, Indice Philologico in Philoſophiam Orientalem, uti nec Ægyptiis plene de eo conſtiterit, ita nec nobis de eorum ſenſu conſtare poſſe, ita ut exinde eam cultus

cultus

cultus Solis causam fuisse, contendere queamus. Quamvis etiam Origini credamus, Chaldæos & Platonicos mentem stellis tribuisse, quod tamen Hebræis eandem mentem affingat, juxta quam divinus Psaltes solem & lunam ad Deum laudandum hortetur, nobis incongruum videtur, quibus hæc loquendi ratio accuratius per Sacræ Scripturæ interpretes est exposita. Marshami præterea ac Spenceri sententiam redolet hoc assertum, ipsos Hebræos suos ritus, suaque dogmata, religionemque ipsam, ex Ægyptiis hausisse, asserentium. Non veretur Marshamus, in Canone Chronico, Ægyptiaco, Hebraico, Græco, id erroris admittere, ut circumcisionem etiam ab Ægyptiis accersat, dignus, qui refutaretur a Witsio in Ægyptiacis, & solidissime ex nostris, argumentis ex Theologia accersitis, a Magnifico Dn. D. Wernsdorfio, segmentis de circumcisione, assert. I. §. IX. seqq. Ita quoque Spencerus, affectatam atque subdolam quandam modestiam ambiens, in Tractatu de legibus Hebræorum, easdem fere tibias inflat, credens, Israelitas, Kabbala sua oblivioni tradita, ultra lateres vix sapuisse, susceptis facile ritibus eorum ac superstitionibus. Deum autem hos ritus reliquisse populo, rudi, moroso, difficili, paululum licet immutatos, ne in idolorum cultu permaneret, sed legis suæ rigore ab intolerabili hac superstitione abstraheretur. Conf. Gundlingium in Hist. Philos. Moral. P. I. c. I. hos errores detegentem & argumentis confutantem. Creduli nimis circa hunc Hieroglyphicum Ægyptiorum cultum sunt bene multi, cum Athanasio Kirchero, omnia quæ aliis absurda videntur, in sapientiam & orthodoxiam mirabilem transformantes, in Œdipo Ægyptiaco & alibi. Neque tamen Judæos ab omni cultus solis superstitione alienos censemus, qui a vera raligione deflectentes, ad hoc δεισιδαιμονίας genus proclives facti, vel ab Ægyptiis, vel Persis etiam, solis cultoribus, hoc hauserunt. Quibus Astarte vel Astaroth sive Solem, seu Apollinem designavit, Arnobio etiam consentiente. Ipsum quoque inter Judæos Thammuzum Solem designasse, pro confesso habet Summe Rev. Vir, D. Salomon Deylingius, Differt. de Fletu super Thammuz ad Ezechiel. VIII. 14. quando perpendatur, nihil Israelitis usitatius fuisse, quam syderum cultum, qui scilicet coluerunt Dominum & Reginam cœli, II. Reg. XXIII. 5. quam nos lunam interpretamur, quæ alias Astarte, ipso Luciano, de Dea Syria, interprete, nominatur. Quia & Beelsamen nihil aliud est, quam בַאל הַשָׁמַיִם, Κύριος οὐρανοῦ, & ipse Sol audit. Verum sublata temporaria, saltem inter Israelitas, superstitione, ipse quoque Solis cultus desiit. Cujus tamen inter eos olim vigentis memoriam adeo non deposuerunt Pagani, ut primos quoque Christianos ἡλιολατρείας habuerint suspectos, ritu forsan Christianorum, flexione ad orientem facta, orandi, seducti. Occasionem & causas hujus convitii ex antiquitate demonstrat Kortholtus in Pagano obtrectatore, p. 280. & G. J. Vossius in Theol. Gentil. lib. 2. c. 3.

§. VIII. Persis Sol, ignis sacri loco, colebatur, præcipuo inter sydera numero, sub Mithræ nomine, deducto ab antiquo Persico vocabulo Mihr, amorem ac misericordiam significante, quod sol amet, foveat, totumque mundum recreet. Scripsit eruditissimum librum de Religione Persarum Th. Hyde, in eo tamen contendit, ac strenue disputat, adorationem divinam Solis ad Persas non pertinere, verum ad Græcos & Latinos. Consentientem habet in eo Philippum a Torre, in monumentis Veteris Antii h. e. inscriptione M. Aquilii & Tabula Solis Mithræ, variis figuris & symbolis exsculpta, de qua mox plura. Persas autem Solem, veluti nobilissimam tantum creaturam, circa quam Deus sedem suam habere ab illis crederetur, suspicere, non autem venerari, vel, ut Deum adorare, credit, cultumque hunc ignis civilem saltem, minime autem divinum, fuisse. Velim autem demonstrasset, si forsan Sacerdotibus ea fuerit sententia, utrum eadem penes omnes solis cultores extiterit, cum Philosophica illa dicatur religio, non tam pluribus patens, quam in cerebro unius alteriusve Philosophi clanculum hærens. Quæ hic, ad solis cultum pertinentia, poterant addi, vid. in B. Pfeifferi Theologiæ Judaic. Mohamedanæ Exercit. VII.

§. IX. Æthiopum & Indorum dogmata fere conveniunt circa hunc ignis cultum. Ita enim Jorchas, Indus, apud Philostratum, vita Apollon. lib. 3. cap. 35. ubi ordine Deos volebat recensere, primum locum ac perfectissimum Deo tribuendum dicit, hujus animalis (scil. mundi) conditori. Quo loco per τὴν πρώτην καὶ τελεωτάτην ἕδραν, vere Solem intelligi, multorum e veteribus, & Chaldæorum potissimum, fuit sententia, in qno triplex scilicet ignis reperitur, πῦρ αἰσθητὸν, quo corpora foventur, πῦρ νοερὸν

ρὸν, h. e. ipsi Spiritus beati cum Deo in sole habitantes, & πῦρ νοητὸν, h. e. summus Deus: a quibus id acceperunt Eclectici, Proclus Hymno in Solem, Julianus Orat. in Regem solem, notante Godofr. Oleario l. c. Colitur apud Æthiopes ipse Æthiops Sol, a Sacerdotibus ita appellatus, quod urat & calefaciat. Post quem primum locum obtinet Memnon Eous, ab aurora matre ita denominatus. Quo loco non possum mihi temperare, quin, quæ ex Memnonis cultu ad cultum solis faciunt, præeunte Philostrato, referam. Memnonem Æthiopes, homines longævi lugent, adolescentem, apud eos mortuum. Mortuo statuam ponunt. Ea Solis radiis obvertitur, e lapide nigro facta, uterque pes conjunctus Dædaleo labore, manus rectæ sibi innituntur, sedet, ita ut in procinctu surgendi sit. Qui vero corporis habitus nondum ad miraculum aliquid facit. Ubi vero solis radius in statuam incidit, (id autem circa solis ortum evenit,) vocem eum emittere, simul atque radius ad os ejus pervenisset. Videntur autem oculi jucundi magis lucem intueri, sicut ii mortalium solent, qui valde sole delectantur. Et tunc quidem ajunt adstantes se intellexisse, quod soli assurgere videatur, ut solent ii, qui Deum stantes venerantur. Philostr. lib. 4. cap. 4. Vit. Apollon. Notat hic celeberrimus Olearius, statuam ita esse effictam, ut surgere velle videretur. Numam quoque sanxisse, stando Deos esse adorandos, precibus autem peractis, considendi statim licentiam esse factam, quod colligatur ex Pindaro, Isthm. VI. Vellem tamen, disseruisset eam in rem quædam magnus Vir, & pro summa, qua in Philosophia pollebat, scientia explicasset, quid fraudis hic a Memphitis esset perpetratum, qui solis cultum, suamque religionem apud imperitos, naturaliumque causarum minus gnaros, tuerentur. Meretur hoc ignis sacri miraculum in ignem sacrum, apud Judæos conspicuum, valde injurium, disquisitionem accuratiorem, qua vero, ut supersedere queamus, felicissima sua effecit opera, Celeberrimus Lipsiensium Theologus, ac Philologus, Urb. Godofr. Sibertus, Dissertatione de statua Memnonis, ad Illustrem, post mortem etiam, Virum, Joh. Georg. Boernerum, Proto-Synedrii t. t. Consiliarium immortaliter meritum, scripta, qua aliquando statuam, vel colossum, cui a Memnone nomen fuerit, extitisse, reclamante licet toto orbe, firmissimis argumentis persuasus, negat. Quarum, ut summam hic faciam, postulat materiæ dignitas; dissertationemque ejusmodi singularium, non magnis voluminibus comprehensorum, raritas. Examinat primum Celeberrimus Vir autoritatem Herodoti, qui primus omnium ejus rei mentionem faciat, monstratque, eum ita in eo versari, ut, neque quis ille fuerit Memnon, neque quo loco positus, neque quibus virtutibus eluxerit, cerni omnino queat. Hunc insecutum Strabonem, & magni statuam facere, ipsumque eam vidisse. Collistratum ejus rei meminisse, hunc vero secutum Philostratum, apud Lucianum, Democritum & Eucratem: ejus meminisse pariter & Dionysium in Periegesi: E Latinis Juvenalem cum Catullo, ut satis sibi nota ea referre. Plinium quoque & tandem Cornelium Tacitum, qui scribat, Germanicum Cæsarem ad visendum Colossum, Ægyptum adiisse. Ipsos vero omnes, qui tanta contentione de eo agant, nescire, quis fuerit Memnon. Ægyptios ipsos hanc statuam ignorare, & solis Græculis, fabularum Magistris, notam esse, quam ex suo ingenio finxerint. Eustathium, coloris causa ab Æthiopibus cultum Memnonem, affirmare, cum ille in album deflexerit color, adeoque auroræ filium credere. Ubi tamen constat, Æthiopes colorem albicantem pro vitio potius habere. Posse putari, Æthiopum Regem fuisse, e Mene in hoc nomen transmutatum, at vero ipsos Ægyptios, Thebis maxime vicinos, Memnonem omnium ignorare. Quantum ad locum statuæ attinet, Philostratum in proemium, quod visus sibi apud Æthiopes dicatur, Jano Douxæ bene vapulare, & ante cum Pico Mirandulano. Herodotum simulacrum a Sesostre, Ægyptiorum Rege, petræ incisum, pro Memnonis statua venditare. Strabonem equidem apud Thebas eam sibi visam testari, cum tamen illa eversa jam fuerit a Cambyse, æquato solo. Jam ubi steterit, remanseritque statua, merito quæri? Cambysem ipsos propemodum Deos flagellasse, statuasque a vertice ad medium truncum diffisas, humi neglectas reliquisse, adeoque a Strabone non visas, cui forsan, aliam statuam sub hoc nomine monstrando, imposuerint. Pausaniam locum statuæ circa Thebas in altera Nili ripa collocare, statuam sedentis hominis recensere, quam multi Memnonem designare dicant, ubi per τοὺς πολλοὺς vilitas afferentium designetur. Thebanos Nemnonem ignorare, alias Sesostris statuam dicere. Apud Lucianum repe-

reperiri magnum de loco statuæ, atque itineris longitudine dissensum, & cum Herodoti recensione pugnam. Ex lapide Æthiopico, e quo statua efficta, Memnonem cognosci non posse, pertinere enim id ad omnes fere Colossos; ut ex eo marmore Syenitico fuerint secti, teste Petro Bellonio. Ad salutationem Soli orienti factam, sonumque editum, memorat ex Murtado, Libro de Pyramidibus, Arabe, quem Petrus Vattier, Gallica lingua reddiderit, Bardesini Regis Ægyptiorum filiam, Beduram, Idola loquentia fecisse, Savanumque Ammonianum, statuis & colossis genios quosdam, vocis beneficio præditos incidisse; id vero fabulas olere. Herodotum de salutatione tacere, Strabonemque sententiam, quam cunctanter satis sibi persuaserit, aliis minime obtrudere. Potuisse vero, si sub tecto præsertim collocata fuerit statua, specubus introrsum delitescere, qui stato tempore sonum ederent, neminem enim fraudes facile nescire posse Gentilium, in templis reperiundas: quas si quis nesciat, ex Antonio van Dalen, eas publicante, perdisci posse. Callistratum ingeniose mentiri, matutinas & vespertinas laudationes, Soli decantatas, imo & lacrymas, lapidi assignantem, eumque nimis fere disertum facientem. Scholiastem Juvenalis apud Janum Douzam salutationem quoque Regi ab eo dictam adjicere, verum id, nullo antiquorum consensu stipatum. Hinc habeo, quod credam, nihil me alienum in eo commisisse, quo autoritate viri, sacræ pariter & profanæ antiquitatis peritissimi, motus, prolixiore paulo statuæ Memnonis, sacrique hujus circa ignem cultus, recensione sim usus, cum inde fraudes Dæmonis, inque divina miracula commissa injuria, ad liquidum pateant, orbisque ex epidemicis ejusmodi erroribus magis indies magisque eluctantis, hæc talia cum studio tractari, haud parum intersit.

§. X. In cultu Solis designando ad Græcos contendimus, qui Phœnicios secuti, χαλκοζηλίαν Diaboli admisere. Docte hoc demonstrarunt Bochartus, Dieckinsonus, & Joh. Clericus, erudite ostendentes, quod pleræque Græcorum fabulæ a Phœnicibus provenerint, qui res communes per Hyperbolen descripserint lingua sua, scil. Hebræa, quam Græci non recte intelligentes, aut male exponentes, ansam populo superstitioso, plures fabulas, Deosque fingendi, dedere. Solem isti colebant, ut cœli Dominum, Balsamem Punico vocabulo ab iis dictum, [vid. apud Plautum in Pœnulo & Sanchuniaton.] quem Moloch etiam repræsentabat, item κρόνος, eundem Solem apud eos designabat. Huic Soli teneræ ætatis infantes sacrificarunt, qui deinde cultus totam Europam inundavit, id quod notavit Joh. Jac. Chiffletius, in Vesontii descriptione P. I. c. 14. Cum enim, uti supra notatum, astra prædita esse vita quadam atque anima, crediderint antiquiores, facile erat, inde eo perduci dementiæ, ut divinitatem quandam cultumque illis tribuerent, qui vero cultus Sabæismi nomine venit, utpote apud Sabæos potissimum oriundus. Et sane, cum non nisi per gradus ad ultimam stultitiæ & insaniæ lineam pervenerint, sensimque eo descenderint, initium fecerunt ab ea idololatriæ specie; quæ secundum corruptæ rationis διαλογισμὸς non omni veritatis specie destituerunt. Quo etiam factum est, ut cum Christiana Religio suos longe lateque sparsisset radios, Philosophi, Platonici præsertim, cum, nisi per summam absurditatem reliquos Deos suos retineri a se non posse, sentirent, abjectis illis, Solem tamen aliaque sydera adoranda contenderunt, imo unicum saltem Deum esse Solem autumarunt. Patet hoc ex Juliani Apostatæ Oratione εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον, inter ejus opera, ab Ezechiele Spanhemio edita, extante. Conf. Celeberrimus Buddeus, in Hist. Eccles. V. T. Period. I. Sect. II. §. 12.

§. XI. His a nobis præstructis, colligi facile potest, quanti Sol a Græcis sit habitus. Hinc aræ huic sacro igni apud Corinthios dedicatæ, quod ex Pausan. Lib. II. patet. unde omnes fere Gentilium Dii ad Solem referuntur, teste Macrobio Saturnal. Lib. XX. cap. 21. 23. rationem affert Lactantius, quod ex ejus aspectu & infinitis claritatibus aliquam divinitatem fingerent, ita ut persuasum haberent, in uno Sole omnes repræsentari Deos. Lib. II. Institut. C. 14. Extat inter capita Deorum Dearumque, in Thesauro Gronoviano, Vol. VII. reperiunda, Lib. I. Fig. *9.* nummulus æreus Constantini M. cum inscriptione: *Sol invictus*, qui quidem poterat Christum justitiæ solem designare, cujus in monte Tabor transfigurati facies Solis instar resplenduit. Matth. XVII. Secus tamen videtur Abrah. Ortelio, ex feritate Gentili hujus effigiei, ac si ante ejus Christianismum esset cusus nummus. Hinc *invicti* rationes ita erant explicandæ, quod etsi diurno nocturnoque cursu laboret sol, & tantum hactenus laboraverit, invictus tamen & inde-

indefatigabilis maneat : unde & Homero ἥλιος ἀκάμας, Iliad. O. non quod non laboret, sed quod laborem non sentiat, appelletur. Celebris etiam est apud Græcos Solis mensa, quam Æthiopibus adscribunt, quos putabant omnium rerum copia circumfluere, & in summis delitiis agere. Hinc Solis mensam iis dabant cibo potuque sine fine repletam, fingebantque, Jovem ipsum epulaturum, cum tota Deorum aula, non ad alios, quam ad Æthiopes se conferre. Apud Homer. Iliad. I. ex Odyss. I. conf. Joach. Kuhnius in notis ad Pausaniæ Atticam Lib. I. p. 82. quæ uti sunt allegorica, ita multum ab hac mensa differt tabula seu mensa Isiaca, quæ vetustissimæ antiquitatis monumentum habetur, cujus qui historiam hic expectaverit, apud Nic. Hier. Gundlingium, in Hist. Philos. Moral. C. I. rereperet, quod desiderium exsatiet. Laboravit in ea enodanda multum Kircherus, credidítque, limbos se, atque emblemata bene intelligere, cum Platonismum recentiorem ejus redoleat interpretatio, immixtaque Christianæ religionis mysteria eruat. Laurentius Pignorius aliud in ea sibi reperire visus, virtutum doctrinam, & civilem prudentiam, juxta Orientalium instituta; ibi deprehendit. Olaus autem Rudbeckius, ut Runicis literis autoritatem quandam & antiquitatem venaretur, Kalendarium fuisse dicit, Atlantices P. II. C. II. In alia plane ivit Joh. Frider. Herwartus ab Hohenburg, quando in admirandis Ethnicæ Theologiæ Mysteriis, summo studio contendit Magnetis Pyxidisque nauticæ naturam, & admirandos effectus, inque navigatione usum a veteribus in illa tabula esse adumbratum. Œdipo hic opus, in tantæ antiquitatis monumento, cujus ne quidem figura omnibus est nota, cum Wagenselius totam chalybeam augustæ Taurinorum apud Archiatrum Principis viderit, alii vero æneam. Figuras dicit, commentario de Republ. Norimb. p. 58. omnes esse incisas, crenas earum opplere citra encaustum, citra Argenti lamellas, quod tamen Kircherus temere asseruerat. Mirum valde, de Tabulæ, tanta rerum & vetustatis monumenta comprehendentis, originem tam pauca dici, certi vero nihil asseri, præter quod, a Petro Bembo Cardinale, a fabro quodam ferrario dicatur pretio quodam esse redemta. Notæ sunt Italorum in effingendis & supponendis antiquitatis monumentis fraudes, ita ut facile Annius quidam Viterbiensis, vel Curtius Inghiramus vel etiam Alsonsus Cicarellus, imponere ejusmodi figmento universo orbi potuerit. Ceterum ænei quoque cujusdam signi meminit, Dianæ, quam Sol quoque denotabat, in templo Deæ ejus apud Arcadas positum, quod duæ faces illuminabant, Pausan. Arcad. Lib. VI. Reliquas Solis Tabulas, mensas, delubraque, lubens, sciensque transeo. Neque tamen præterire possum, quin statuam Solis, a Zeuxippo excisam, cujus scil. nomen infra ascriptum erat, in memoriam revocem, quæ in quadri-porticus meditullio olim Byzantii stabat, quem locum Thraces Helium, seu Solem, cives autem balneum publicum Zeuxippum, juxta nomen statuarii, appellabant. Denominatione dubio procul a Solis cultu facta. Conf. Chronic. Paschale ad annum CCLXII.

§. XII. Heliopolis me adhuc moratur, Solis civitas, ubi templum Solis fuit, maximusque ejus cultus ac veneratio. Urbs est sita in mediterraneis Ægypti, proprior tamen Nilo & Memphi, quam Sinui Arabico. Antiquitate adeo cum reliquis certat hæc urbs, ut ad fabulas circa ejus origines recurrant, Herodotus, Diodorus, Ptolemæus, Stephanus. Conf. Cellar. Geograph. Antiq. L. I. C. I. hæc tamen non confundenda urbs, cum altera Heliopoli, Cœle-Syriæ, a Damasco XXII. milliaribus sita, aperte testatum faciens, in Syria quoque fuisse Solis cultum, ut ille Emesæ quoque, sub nomine Elogabali colebatur, Palmyræ itidem & alibi locorum. Hanc inter Heliopolin & Byblium, prope Libanum montem Arphaca est urbs sita, turpem Dœmonem, quem Venerem vocant, colens, de qua Eusebius Lib. III. C. 55. scribit : σχολή τις ἦν αὐτῃ κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάςοις : Scholam ibi fuisse quondam nequitiæ omnibus impuris hominibus. Heliopolis, Ægypti quod sit oppidum, cujus Sacerdos Josephi socer fuerit, Græci interpretes docent. Fuisse eum ἱερέα Ἡλιυπόλεως, ubi in Hebræo urbis nomen On esse, docet Gen. XLI. 45. 50. collato cap. XLVI. 20. Jeremias quoque C. XLXIII. extremo memorat domum solis in terra Ægypti, ubi itidem Græci Ἡλιυ πόλιν vertunt. Digna investigatione prolixiori de templo Heliopolitano tractatio, de quo nihil fere, quod rem exhauriet, qui obviam Alexandro M. procedens, ab eo ut pater accipiebatur. Regnabat hoc Seculo, quod erat octavum, millenarii ab O. C. tertii, apud Judæos summa superstitio : Heliodorus quoque templo Hierosolymitano spolium ingens in-

intentabat, ob quod ab Angelo castigabatur, teste lib. Maccab. II. interim eo commoti facto, Judæorum complures, Ægyptum concessere, catervatimque Alaxandriam petiere. Onias Sacerdos, qui familiam suam varias ob proditiones & calumnias suppressam videbat, Ægyptum ad Judæos ibidem sedes fingentes se conferebat, iisdemque persuadebat, non amplius templo Hierosolymitano alligatos eos esse, quandoquidem Deus jam per Esaiam C. XIX. 19. annunciaverit, quod in urbe On (Aleppo hodie dicta) in Ægypto novum sit templum extruendum, quod fideliter executi Judæi quoque condiderunt. Verum hoc dictum male hoc loco adducebatur, quod scilicet de tempore N. T. agens, prædicebat, Evangelium in Ægypto se dilataturum; id quod factum quoque est, quum hodienum dentur in Ægypto Christiani non pauci, verum illi ad captivorum instar habiti. Quomodo vero hoc templum sit destructum, hoc ipsum cum maxime ignaris & nos nescimus, nisi accedant, qui ex intimis historiæ recessibus id investigent.

§. XIII. Porro ad tempora nostris propriora quando pedem promovemus, eadem de Solis cultu testantur. De Scythis Mosco subjectis testatur Matth. de Michob. Lib. 2. quod Solem adorent, quod Catharini divinum cultum Soli exhibuerint, Joanni Boemo Aubano Teutonico, de moribus Gentilium L. 2. c. 8. ex Armenis Hattoni credimur. Sinensibus Deum dici maximum, Ortelio, ex rationibus supra adductis, largimur. Ad majores progrediendo nostros, memorandi tandem sunt sacri hujus ignis cultores, Sclavi & Sorabi, has ante nos terras possidentes. Coluerunt illi potissimum Svante Witzum, quem Deum Deorum esse profitentes ex ipsius oraculis & responsis cunctas res gerebant. Notat autem Slavica lingua Svante idem ac Sanctum, witz autem lumen significat. Colebatur hoc Solis simulacrum, [apud Insulæ Rugiæ incolas templum primarium habens] quatuor radiantibus capitibus conspicuum, ita quotannis hominem Christianum, quemcumque sors objecisset, litare solerent, cum Magorum constans esset sententia, Dæmonia omnia sanguine invitari, ipse vero Sacerdos crederet, non nisi Christianorum cruore placari hunc posse. Opposuit hisce Diabolis machinis Benno, pius Misenensium Præsul, operam suam indefessam, frequentiores ipse conciones habendo, vicinosque Slavos maximam partem ad sua, quibus præerat, sacra, distributis quoque muneribus, adduxit. Quo factum est, ut in Tractu Misenæ vicino, adhuc plurima de Bennone narrentur admiranda, quorum quædam magno huic Slavorum Apostolo contigisse credere, non plane supra fidem humanam fuerit. Prædicat insignem Præsulis pietatem, præ aliis corrupti Seculi principibus viris, maxime conspicuam, Hieron. Emserus, in Vita Divi Bennonis Lipsiæ primum 1512. per Melchiorem Lotterum, fol. editum, & Principi Georgio, Saxoniæ, Frisiæ autem gubernatori dicata. Zschernebock non minus hic locorum celebratur, atrum Dæmonem denotans, in cujus potestate mala esse credebant, quæ ut averteret ille, eo devotius illum colebant. Zscherne nigrum eorum lingua denotat, Bock seu Bohu, Deum. Juterboch hinc credo, album designare Deum, bona quæque conferentem, adeoque ipsum Solem, dubio procul in urbe vicina, hoc nomen ferente, cultum, quod & de Parthenope, licet alia nominis accedat ratio, & tenendum.

§. XIV. Explicato, ultra scripturæ fere modum, Solis cultu, monstratoque errore & deviatione a creatore ad creaturam, quam pro divino & sacro habebant igne, ad miraculosum alium ignem, quem vel a cœlo, per miraculum deportatum, vel a Sole etiam accensum credebant, est deveniendum. De origine ignis culti, ita habent quidam: Ortum eum esse ex traditione, qua in ignem reversura sint tandem omnia, adeoque pro resurrectionis quodam medio eum habebant, timebantque valde, quod mundum eo esse delendum audirent. Eo autem se purgandos esse putabant, ut majori deinde splendore iterum orirentur. Eusebius Lib. 3. Præp. Evang. C. 4. Ægyptii, inquit, aquam & ignem colunt, præstantissima elementa, tanquam causas præcipuas nostræ salutis. Herodotus ex Ægypto manasse ritum, testatur L. 2. 62 festumque λυχνοκαΐης universale ideo ab iis institutum scribit. Isidorus Lib. 14. Orig. C. 3. non ita multo post eluvionem magnam cum Nimrodo in Perside illud incepisse vult, in certa tamen fide. Certum est, institutas eo fine esse ferias, quibus ex igne metus & veneratio conciperetur, sicut ex diluvii metu aucta fuerat religio. vid. Georg. Schubartus, libro de diluvio Deucal. C. 2. Ex hoc ignis metu, de Charonte inventio orta, navis vectore, hinc Acheronta finxerunt, hinc judices infernales excogitarunt,

tarunt, & quæ cetera in revelationis ſacræ injuriam invenerunt. Conf. Claſenius, Theolog. Gentil. L. 2. C. 2. apud quem etiam Lib. 1. C. 4. principia Theologiæ Gentilis produntur. Apud Chaldæos potiſſimum ignis cultus invaluit, & ad eorum ritum reliqui dogmata ſua acoommodarunt. Luſtrationis magnam vim in igne ponebant & expiationis. Hinc Dæmones per ritus ſuos Theurgicos ignis ope evocabant, ac eliciebant, id quod fiebat certis vocibus & pulſibus characteribuſque, ex aere aut terra eos evocando, [qualia ſigna cujuſque Dæmonis Diacritica Chaldæi primum & Ægyptii detexerunt,] vel lapidem immolando, inclamando Mnizurim, ut Pſellus refert, vel ope Hecatici Strophali, ſeu Sphæræ aureæ, Sapphirum includentis, characteribus refertæ, loroque bubulo agitatæ. Ex quibus dicunt, Teleſticæ diſciplinæ Commentatores, elici primum ἐποπτείαν ſeu inſpectionem, quando is, qui ritus perfecerat, videt apparitionem lucis, aliqua forma veſtitæ. In hac prima apparitione nonnunnquam multis, qui initiantur, ſolere apparere inter ſacrificandum canina quædam aliaque portentoſa ſpectra, quæ vero inania ſimulacra ſint ejuſmodi abſanorum mentis affectuum, qui ſunt in iis, qui initiantur, quæ appareant ſine ſubſiſtentia, adeoque veri nihil ſignificare poſſint. Poſt hæc αὐτοψίαν ſequi, ſeu ipſum conſpectum, quo tum dicatur initiatus frui, cum videt divinam lucem ſine forma & figura. Hanc oraculum Zoroaſtris vocat ἐυιερὸν πῦρ, qui invocantibus viris ſanctis conſpiciatur, ipſeque totus ignis quaſi ſaltuatim appareat, hunc qui videant, non decipi, ſed quicquid reſponſi accipiant, verum eſſe. Ita autem ſonat oraculum:

> Ἡ νίκα μὲν βλέψης μορφῆς ἄτερ ἐυιερὸν πῦρ,
> Λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλυ κατὰ βένθεα κόσμυ
> Κλῦθι πυρὸς φωνήν.
>
> Quando videris ſacrum ignem ſine forma, fulgentem
> Per totius mundi profunditates, audi ignis vocem.

Cum vero curioſi videre etiam aliquid ex hoc ſacro igne voluerint, merito his verbis viſu interdixit impoſtor l. c. Μὴ φύσεως καλέσῃς αὐτοπτὸν ἄγαλμα, i. e. ne vocaveris naturæ ſimulacrum ipſum conſpicuum. Sive uti explicat Stanlejus, Philoſoph. Chaldaic. Sect. 2. c. 30. ne concupiveris intueri per ſe conſpicuum ſimulacrum naturæ, *quippe quod oculis inconſpicuum eſt*: quæ autem appareant initiatis, fulmina & ignis, Symbola ſimpliciter eſſe, non Dei naturam. Videant hic, quomodo ſuam ſententiam tueantur, Chaldæi, & Myſticorum illorum ſacrorum interpretes, cum Joh. Clerico in Indice Philologico, una cum illlis ſtatuente, ſacrum ignem non cultum eſſe ab iis ut Deum, ſed quaſi Dei Symbolum ſaltem ſeu imaginem, quod ex univerſa eorum Theologia probari poſſe contendit. Magis noſtra intereſt, a Joh. Clerico diſſentire, eum ignem, qui, cum legem ferret Deus in monte Sinai, cum tonitru apparuit, cum hoc Chaldæorum igne, initiatis ſaltuatim per cœlum profundum apparente, comparante, quando dicit: Talem fuiſſe ignem, qui in monte Sinai apparuerit, ut colligere ſit ex Exod. 19. & 20. ubi dicuntur fuiſſe faces & fulgetra. Faces Hebræos dicere לפדים, lapphidim, quæ vox videatur ſignificare eo in loco exhalationes ſulphureas, quæ σκιρτηδὸν, ut loquitur oraculum, per cœli profunda micuerit. Provocat ibidem ad Thomam Hyde in Hiſtoria Perſarum, quæ hac de re ſit conſulenda, qui & ipſe neget, igni Perſas divinum cultum tribuiſſe. Nos quantum ad poſterius, ſententiam noſtram jam explicavimus §. 8. hanc autem Clerici divinationem admittere ſi deberemus, monſtrandum prius erat viro eruditiſſimo, lapphidim primum exhalationes ſulphureas denotare, deinde vero, hoc in loco, ubi ſummum miraculum accedit, illud ſignificare. Quis vero Scriptorum meminit unquam vel ſomniando, in monte Sinai, ejuſmodi exhalationes viſas, eaſdemque cum fulgure atque tonitru conjunctas. Quis etiam non miraretur ſtupiditatem atque timorem populi, qui ex conſpectu ordinariæ & naturalis exhalationis tantum tremorem conceperit? Ita vero ſingulari ratione Deus ad hoc miraculum præparavit populum, nubes craſſiſſimam montem ambiit, tonitrua audita, fulgura viſa, fortiſſimus tubæ clangor perceptus, totus mons fumo vaporibuſque repletus, ad hæc attonitus populus cum totis caſtris contremuit. De ſulphureis Clerici exhalationibus altum eſt ſilentium, earumque ante Clericum ne ulla quidem ſuſpicio. Imo illa omnia ad ſuam hypotheſin applicet, & experietur, ita nos cum ratione errare, quando toti in eo ſumus, ut Gentilium ſuperſtitionem excuſemus, & in iis myſteria quæramus, miracula vero divina ad rationis noſtræ

truti-

trutinam metiamur. Quodsi ita interpretari liceat divina miracula, profanus quisque optimus erit Scripturæ interpres, nihil enim facile reperitur, quod non aliter esse posse, ut Clerici verbo utar, *videatur*.

§. XV. Poterant adhuc adduci solennitates in λαμπαδοφορείαις, sive festivitate qua lampades, seu faces in honorem Promethei & Vulcani ferrentur, ubi victor erat, qui lampade non extincta metam attigisset, a quo ritu proverbium ortum, quo facem alteri tradere dicimur, quando partes nostras velut successione quadam alteri tradimus, notante præter Herodotum, Pausaniam, Apollodorum, apud Scholiastem Sophoclis &c. Petro Castellano, Syntagm. de Festis Græcorum titulo λαμπαδοφ. Poterant etiam afferri ἀπατούρια, sive festum Apaturiorum, in ignis honorem institutum, ubi pulcherrimis stolis induti, sumtis e foco facibus ardentibus currentes Vulcanum celebrabant in memoriam edocti ab eo ignis usus, notante pluribus, Joh. Meursio, Græcia feriata lib. 1. tit. ἀπάτορ. Notabat enim ignem Vulcanus, qui ex aere natus, ceterisque Diis arma fabricare affirmatur, cum hac interpretatione, quod extenuatus aer convertatur in ignem, calorque artifex omnium operum naturæ sit, fatente ipsomet Luciano, Dialog. de Astrolog. in quo fictorum Deorum causas refert. Prolixius hæc sacra recenset Joh. Anton. Venerius, Nobilis Venetus, libro de oraculis & divinationibus antiquorum. C. 10. At enim vero [licet in his talibus etiam igni sacro maximam injuriam illatam animadvertamus,] restant tamen nobis non pauca, eaque graviora, quæ fraudes Gentilium, sacrum quendam ignem sibi fingentium, exponent, manifestamque divino cultui, in quo sacer quoque ignis se manifestabat injuriam illatam, testabuntur.

CAPUT II.

De Fraudibus in Igne Sacro fingendo, apud Gentiles Commissis.

§. I.

MUltum utique differt ignis Judæorum sacer ab hoc Gentili. Causa illius efficiens Deus est; idemque per miraculum eum producens. Hujus Autor partim Satanas est, Dei simia, qui vel igne quendam ex occultis naturæ viribus, quas probe ille novit, componendo, eoque deducendo, vel oculis hominum, saltans quid, (quod per σκιρτηδὸν indicatur,) circulorum instar, objiciendo, vel naturali arte, fraudeque Sacerdotum utendo, sacrificia incendendo, omnibus tantum in Gentibus imposuit. Materia cum sacro igne e cœlo descendebat, divina omnipotentia se in eo exerente, hic autem, per Magiam, fraudesque in terra fabricatus. Forma illius ignis, igni quidem elementari juxta quædam accidentalia similis, in eo autem, quod non combureret semper, valde dissimilis, hic vero corpora penetrans, liquefaciens, comburens, in auras resolvens, & in nihilum redigens, divinam neque revelationem, neque originem habens. Ille vere sacer ignis est, hic cerebrinus: ille, si finem respicias, gloriæ D i testis, & gratiæ divinæ pignus: hic Diaboli larva, hominum incredulitatem stabiliens, perniciemque animarum machinans.

§. II. Extitit revera inter Judæos ignis, idemque perpetuo inter eos extiturus promittitur a Deo ipso Lev. 6. 12. 13. *Ignis in altari semper ardebit*, quem nutriet Sacerdos, subjiciet ligna mane per singulos dies. *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari*. Qui etiam ignis Lev. 11. 23. 24. adspectante omni populo, & insigniter lætante, a Domino exiit, pacificaque altari immolata, cum adipe consumsit. Agnovit universus populus miraculum, gloriamque Domini, in eo apparentem veneratus est. Salomon, piissimus Rex, idemque sapientissimus, effusis, in dedicatione templi noviter extructi, precibus, Deum implorat, ut gratiæ suæ potentiæque monumentum patefaceret, se ipsum manifestando. Qua religione Salomon cum esset perfunctus, ignis e cœlo delapsus, consumsit holocausta, aliaque sacrificia, gloriaque Domini replevit totam ædem, adeo, ut ipsi Sacerdotes arcerentur ab ædis Dominicæ introitu, quoniam gloria Domini Domum universam impleret. Vidit quoque omnis Israel ignem dilabentem, gloriamque Domini super domo ista apparentem procidens adorat. 2. Paralip. 7. 1. Prædicat insigne hoc ignis sacri miraculum autor Lib. 2. Maccabæorum c. 2. 10. precibusque Mosis & Salomonis idem tribuit. Ut mirari non satis possim, qua ratione omnis religionis forma deposita, asserere quidam haud obscure audeant, fictum esse hunc ignem, & a Mose ex Ægyptiorum vel Chaldæorum superstitione depromptum. Quod enim illos, penes quos ignis cultus viguit, attinet, obscura est origo illius ignis,

quem

quem e cœlo a se delatum perpetuo & indesinenter, pabulis subjectis ali, primo mandavit Zoroaster, quis autem novit illum Zoroastrem, præstigiatorem, quis tempus, quo vixerit, unus ex tot ejusdem nominis, Magis, eruat? quis illum ignem unquam vidit? quis, cum miraculum verum, non nisi a Deo, vel ejus ope fieri posse constet, ut §.1. a nobis demonstratum fuit, illudque non nisi ex fine, honori Dei inserviente, fiat, Deum per hominem idololatram, & impium id fecisse credat, quod non nisi apud Populum sibi addictum facere debebat. Quin potius, nota est Sacerdotum Chaldæorum, Ægyptiorum, Persarum, fraus, qui natura δεισιδαίμενες, μυστηριακοὶ & superstitiosi, semel dimoti a Patrum sanctorum per manus traditis sententiis, & exclusi ab intellectu atque usu vero patefactionum divinarum, religionem quandam consuerint ex commentis anilium terriculamentorum, somniis Sacerdotum, ritibus, vulgi superstitiose effectis & coacervatis, quibus mox Magicæ artes, & præstigiorum multiplicia ludibria accesserint. Aperit istorum hominum fraudes Synesius Cyrenensis, Ægypti Episcopus, ipse primum Gentilis & ex eorum doctrina non pauca, quæ Gentilismum sapiunt, in scriptis suis, sed sine ordine digestis, uti eruditissime judicat Magnificus Dn. D. *Chladenius*, Patronus ac Præceptor colendus, in Theologumenis Synesii, Disputat. 1713. hic habita, memorans, tanto magis fide dignus nobis habendus, quo penitius ipse superstitiosa hæc noverat pariter ac imbiberat, quando in Encomio Calvitii hæc scribit: apud Ægyptios, Prophetas vilium & profanarum rerum artificibus minime permisisse, ut simulacra Deorum formarent, veritos, ne in ipso opere transgrederentur: sed accipitrum & ibidum rostris, quæ in vestibulo fanorum insculpunt, plebem delusisse. Ipsos vero in sacra descendere antra, ubi secreto rem peragant. Habere enim Ægyptios κωμαστήρια, quæ arcæ sint, qualdam occulentes Sphæras, quas si vulgus conspiceret, moleste ferret, quoniam illud, quod intellectum facillimum sit, despiciat plebs, & saltim prodigiosa mendacia amet. Hinc factum, ut non solum sacrum Judæorum ignem imitati, ac æmulati quasi sint Gentiles, verum etiam, cum Deum responsa populo suo dare cognoscerent, oracula quædam confixerint Gentilium sacrorum antistites, quibus populum deluderent. Quo factum, ut ipsi etiam inter paganos prudentiores fraudem animadverterent, fideique ejusmodi responsionum parum, vel plane nihil tribuerent. Hinc de Ennio, utpote impostore, queritur Minutius Felix, in Dialogo, quod Apollinis de Pyrrho responsa finxerit, siquidem Apollo jam desiisset versus facere, cujus scil. cantum & ambiguum oraculum tunc jam defecisset, cum & peritiores homines & minus creduli esse cœperint: Hoc idem esse, de quo conquestus sit Demosthenes, quod scilicet responsa fictitia proferatur, quodque Pythia φιλιππίζει, seu a Philippi Macedonum Regibus partibus staret.

§. III. Patet hac ratione, quid de universa Gentilium Matæologia inter ipsos statuerint sapientiores, & porro patebit, non primos tantum Ecclesiæ Patres ea ludibrio habuisse omnia, verum etiam nihil unquam absurdius, hoc sacro Gentilium igne, esse vel auditum, vel visum. Primum de tempore quando, vel loco, ubi hic sacer ignis primum sit inventus, altum est apud antiquos silentium. Deinde constans fama est, vestalium sacrum ignem esse antiquissimum, utpote a quo, ignis sacer, in reliquis aris ardens, erat accensus & quasi derivatus. Isti vero sacro igni tot immiscent ineptias, ut miserrimi omnium nobis videantur in eo, quod lusus fere & jocos rei sacræ & feriæ, ut illis quidem videbatur, immiscuerint. Narrat Valerius Maximus L. I. c. I. §. *6.* sub Publ. Licinio, Pontifice Maximo, fuisse virginem Maximam, [i. e. quæ senior natu toti Collegio Vestalium præerat, quæque diutissime in eo Sacerdotio fuerat, atque reliquas natu minores docebat ac instituebat,] quæ cum nocte quadam parum diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa erat, quæ flagro admoveretur. Fuisse autem hujus Maximæ virginis, Æmiliæ cognominatæ discipulam, quæ extincto igne, tutum ab omni reprehensione Vestæ numen præstiterit. Cum enim adoraret illa, atque carbasum (i. e. pallium e subtilissimo sive sero, sive lino confectum) foculo imposuisset, subito ignem emicuisse, ita ut novo igne opus non fuerit. Hæc talia narrantur, sed non probantur, quæ si ab aniculis, talibus fabulis adsuetis, ad cunas sedentibus, infantibus narrentur, dubium non est, quin facile iis auditis indormire possint. Quid enim ad sacrum ignem eliciendum, vel si talis fuisset, ad extinctum restaurandum faceret carbasus, quid pallium foco impositum, quod, si e cineribus adhuc residuis flammam concipere poterat, sane miraculo factum

factum caret, & ne quidem admirandum quid continere potest. Merito hic suo vapulant Livius, & alii, superstitionis nimiæ admissæ causa, apud Joh. Tolandum, qui vero in aliis iterum habet, ubi peccat, & vehementer hallucinatur.

§. IV. Ipsa si ingrediamur Gentilium templa; reperimus dolum ingentem circa cineres, ex alio altari in aliud transportartandos. Mandatur Lev. 6. 11. ut consumto sacrificio cineres primum juxta altare seponantur, deinde a Sacerdote extra castra in locum separatum purumque conjiciantur. Secus autem egit fallacium Sacerdotum calliditas, qui e Prytaneo ad Jovis Olympii aram cineres deportabant. Loquitur de ea consuetudine Pausanias Eliac. Lib. 1. c. 15. dicens: in Prytanei vestibulo esse agrestis Dianæ aram: At in ipso Prytaneo, cum ad eam accesseris cellam, ubi focum habent, ad primi ingressus dextram Panos aram videri. Focum illum e cinere substructum, *perpetuo igni*, tam interdiu quam nocte adoleri. Solenne esse, *transportare ab hoc foco cinerem ad Olympii aram*, [quæ ipsa e cinere congesta erat, uti alio loco Pausanias monstrat,] neque illam aliunde magis in altitudinem proficere. Datur hic locus animadvertendi varias circa eundem ignem fraudes. Cineres circumferunt ab una ara ad alteram. Vestæ ara erat, a qua reliquæ deinde accensæ, quoniam ille ignis æternus, sacerque præ aliis habebatur. In Olympii Jovis templo, arisque, semper varia miracula observata dicuntur, mox fulmine apparente, mox igne victimam sponte accendente, quis autem hic non facile inducatur, ut credat, in his cineribus hinc inde circumlatis, fuisse multum adhuc ignis reliqui, quem remansisse credibile est in aris his cineritiis, magnaque altitudine conspicuis, & longo opere ac tempore congestis. Habent porro in cella focum, at quid amplius in ea cella, quid sub hoc foco? Ideo scilicet obscura omnia erant, sacraque antra a Sacerdotibus occupata, ut fraus eo melius occultaretur, eaque quibus oculos saltem fallebant impostores Sacerdotes, pro miraculo haberentur.

§. V. Expoliverat Phidias signum Jovis Olympii, quo confecto opere, cum Jovem rogaret artifex, ut sibi significationem aliquam daret, nunquid illud sibi acceptum esset, & gratum opus: *repente eam pavimenti partem de cœlo tactam*, *memorant*, teste Pausan. Eliac. 1. C. 2. Sed *memorant*, dicit, suum vero judicium suspendit, utpote historici munere defungens. Desunt adeo facto huic testes, quod uti nunquam contigit, ita, ut statuæ nihilominus sanctitatem, quandam, neque minus gloriæ artifici, cujus opera a Jove ipso altitonante approbaretur, afferret, a Phidia est confictum. Repleverat scil. totum orbem fama ignis per miraculum e cœlo, in templi a Salomone dedicati aram elapsi, quo ipso Deus probare Salomonis pietatem, temploque sanctitatem conciliare singularem volebat. Ejusmodi quid penes se non fieri ægre ferentes Gentiles, & ipsi ignes e cœlo emissos finxerunt, quorum naturam cum concipere sibi non possent, fulmina eorum loco substituerunt. Non est hic, quod mirum videatur cuidam, hoc per traditionem de igne sacro ad gentiles posse perferri, cum ex eodem Pausania (rituum scilicet Gentilium diligente scrutatore ac sedulo) discamus, illos neque de Mose puero in cista per tempus latente, historiam ignorasse. Elide in Junonis templo arca posita est e cedro cum aureis & eboreis emblematis, partim vero ex eadem cedro cælatis. In arcam hanc Cypselum, qui Corinthi, postea tyrannidem est adeptus, mater sua abdidit, quum recens natum Bacchidæ ad necem magna cum solicitudine deposcerent. Arcam deinde in Olympia dedicarunt ipsius posteri, qui Cypselidæ sunt appellati, ob servatum gentis suæ Principem & Parentem. Uberius hæc arca apud eundem Lib. 1. Eliac. c. 17. describitur, variaque emblemata recensentur, quibus ea ornata sit. Ubi quidem multum ex fictione, veritati huic ad Græcos per traditionem venienti, accessisse, liquido apparet, interim tamen verosimilia plura habentur, quæ quidem applicare, nostri non est instituti, quibus sufficit, ipsum Clementem Alexandrinum, apud Huetium in Demonstrat. Evangel. p. 272. adductum in testimonium vocare, qui cistas, apud Ægyptios & Græcos, arcæ fœderis simulacra fuisse contendit.

§. VI. Modum, quo sacrum ignem sponte sacrificia accendentem, potuerint imitari, imperitosque fallere, si prius victimas nullo accedente alio igne combustas esse demonstrarint, quod tamen fieri nunquam vere potuit, jam videbimus. Supponere enim hic liceat, ignem e cœlo, ardentem ab eis non productum, cum illorum ignis e sacrificio productus semper ascenderit, non autem e cœlo descenderit, id quod omnem nobis fraudem manifestat, fortissimumque

que argumentum præstat, quod a Chrysostomo Paganis, miraculi divini obtrectatoribus opponeretur. Dantur etenim homines, qui ignem tam devorare, quam expuere etiam, cum libitum fuerit, possunt. Solet enim sæpius, strenuis spiritus vini potatoribus evenire, ut ex collo eorum flamma emicet. Repræsentavit quoque Joannes Roierus, Gallus olim Ratisbonæ Ferdinando III. Imperatori, fontem igneum, e faucibus veluti scaturientem, qui idem celeber aquarum potator, vina varii coloris & saporis, aquas diversi odoris, flores & lactucæ folia, similiaque artificiose admodum evomere novit, teste Autore Jocoseriorum Naturæ & artis. Allegat Kircherus artificium, quo usus circumforaneus quidam, quandocunque libuerit, maxima hominum cum admiratione, ignem evomuerit. Quod utrum camphora accensa, & clam in os ingesta, fieri potuerit, naturalis scientiæ peritioribus evolvendum relinquo. Meminit tamen Hieronymus suo jam tempore impostoris Barchochebæ fraudum, quibus stipula in ore succensa flammas evomere sit creditus, adeoque pro miraculorum patratore habitus. Neque negari facile potest, cum ignium tam variæ origines sint & formæ, & modi producendi tam varii & multi, ut magno volumine non satis possint explicari, antiquioribus accuratiorem fuisse ignium cognitionem, qui, ut historiæ docent, multa admiranda, secretorum ignium cognitione efficere potuerunt, quæ nos imitari non possumus, cum illi plus operationibus Chymicis practicis dederint, quam forte nos, acutissime judicante Morhofio Polyhist. T. 2. L. 2. P. 2. c. 22. ad quem occultum hodie ignis usum, lampades perpetuo ardentes refert, l. c. Quodsi per præstigias, in antiquis Dæmonum sacris subjectus ignis, quo minus ligna & victimas combureret, potuit impediri, quod docte monstratur in Excellentissimi Domini D. Heucheri Disput. de igne non urente §. 44. quidni cinis subjectus & supposititius, idem potuerit producere, ut repente flammam emitteret; quidve obstat, quominus per sacerdotes flamma, vel per halitum ex antro quodam potuerit emitti? Non alienum a fallendi studio sacerdotum, naturalis scientiæ peritissimorum, duco facere, ut corpora quædam accedente humiditate exardescant & accendantur, uti fit, cum calci vivæ aqua aspergitur, vel oleo caryophillorum oleum vitrioli nitratum instillatur. Unde natus error quorundam (docte tamen reprehensus in allegata Disputatione §. 3.) qui inde holocausta Eliæ, singulari forsan artificio ita composita fuisse arguerunt, ut vel saliva, vel lustrali aqua, vel guttis cruoris ex victima decidentibus, facile accenderentur, adeoque sic divinus vates nullum plane ediderit miraculum, cum simul ac altare fossa cinxisset, aquamque circumduxisset, ignes ex improviso ad consumendum sacrificium cœlitus demissi essent.

§. VII. Qui hostium divinæ veritatis, miraculaque contemnentium error, ut prolixius refutaretur, merebatur quidem, qui tamen, propter spatii definiti angustias, nonnisi strictim a nobis, idque quantum instituti fert ratio, graviora nimirum Theologis relinquendo, poterit confutari. Scelus commiserat Achabus ingens, 1. Reg. 18. prolixius expositum, in cultu Baalis introducto. Litabatur idolo humano sanguine, a sacerdotibus, cultris & lanceolis proprio se cruore maculantibus, quod de sacris Martis & Bellonæ bellorum Deæ, haustum Tertullianus tradit, Apologet. c. 10. idem est, quod Scriptura S. l. c. recenset. Plura addunt, Ægidius Camartus in Elia Thesbite, sive, de rebus gestis Eliæ Prophetæ; Huetius variis locis, & alii. Utebatur singulari providentia Elias, ac circumspectione, ne qua in præparando sacrificio suspicionem quandam, occultæ cujusdam ac latentis fraudis, suppeditaret; verum in omnibus a profano Gentilium sacrificandi ritu se distingueret, ac separaret. Audiamus Pausaniam Eliac. 1. c. 13. de Jovis ara, narrantem quod congesta sit e cinere collecto ex adustis victimarum femoribus. Aræ Olympiacæ imam crepidinem ambitum peragere centum pedum & amplius quinque & viginti: & ad stationem quidem ab utroque latere per lapideas, ad aræ altissimam sedem scandi. Stato autem die quotannis Februarii mensis nono supra decimum, aruspices cinerem ex Prytaneo deportare, eoque aqua ex Alpheo amne diluto, aram Jovis oblinere. Religione autem sancitum esse, cinerem sola Alphei aqua dilui, atque ex eo tantum luto, aræ tectorium superinduci, quamobrem Alpheus fluviorum omnium Jovi maxime amicus credatur. Hos Pausaniæ ritus, si consideramus, iis e regione videmus oppositos Eliæ sacros ritus. Illos fraudum plenos animadvertimus, partim in deportatione cineris ex una ara in alteram, cujus fraudes jam deteximus §. VII. partim in ipso aræ circuitu & scalis cineritiis, in quibus multum utique occulti ignis po-

potuit latere: partim etiam in Alphei amne, qui solus cineribus purgandis visus fuit aptus, ex occulta non minus & latente causa. His Eliæ ritus plane videmus contrarios, qui, ne ulla fraudis suspicio suboriri unquam posset, taurum, quem ex duobus vellent Baalis cultores, elegit, aramque destructam antea, de novo, ne suspicionem quandam præberet, erexit, sanctificavit solenni ceremonia, aræ foveam, ne cineres, vel ignis circum eam latere crederetur, latissimam circumdedit, lignum ipse præparavit, partes sacrificii ligno imposuit, aqua trinis vicibus repetitis sacrificium non tam adspersit, quam superfudit, eaque aram foveamque implevit. His omnibus sine astutia præparatis, nihil supererat quod accederet præter ignem, quem vero illi, quippe qui palam omnia agere debebant, adeoque fallendi occasione privabantur, producere non poterant, quo factum, ut cultris facies deturparent, sanguinemque elicerent, si forte Deaster eorum hac simulatione moveri posset at frustra. Elias autem ad preces conversus e cœlo ignem petiit, atque efflagitavit, ita ut ille fortissimus descenderet, sacrificia, ligna, lapides devoraret, aquæque tantam copiam lamberet, ut plane adfuisse ne quidem gutta videretur. Populus universus adstans in genua provolutus, ignem sacrum descendentem agnoscit, Deumque veneratur, Baalis quoque Sacerdotes, quos ne quidem fraus juvare & Dæmonis cultus poterat, justa indignatione mactat, memorando posteris, sacrique ignis præsentiam confirmante exemplo.

§. VIII. Sacerdotum fraudibus merito suo addimus Telesticæ disciplinæ arcana, illa tamen a Canopi Sacerdote lepide admodum ac ingeniose censa. Narrat historiam Rufinus, Hist. Eccles. Lib. II. c. 26. cujus ea est sententia: Circumtulisse aliquando Chaldæos ignem Deum suum, eundemque cum omnium Provinciarum Diis habuisse conflictum, quo scilicet, qui vicisset, hic esse Deus ab omnibus crederetur. Reliquarum Provinciarum Deos vel ex ære aut auro, argento, ligno, aut lapidibus constitisse, adeoque per ignem corruptos esse. Unde sit factum, ut ignis in locis omnibus primas teneret. Hæc cum audivisset Canopi Sacerdos quidam, callidi eum quiddam excogitasse. Hydrias fieri curasse in Ægypti partibus fictiles, undique crebris & minutis admodum foraminibus patulas, quibus turbida aqua desudans defecatior & purior redditur. Harum eum unam cera foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus pictam, aqua repletam, statuisse ut Deum, excisum etiam veteris simulacri, quod Menelai Gubernatoris ferebatur, caput desuper impositum, diligenter aptasse. Accedunt post hæc Chaldæi, itur in conflictum, circa Hydriam ignis accenditur, cera, qua foramina fuerant obturata, resolvitur, sudante hydria, ignis extinguitur, Sacerdotisque fraude Canopus victor Chaldæorum ostenditur. Conf. Stanlejus L. I. Sect. II. Philosoph. Orient. c. 39. cum quo Suidas conferri potest. Altum de hoc facto, quod ignem Gentilium pro sacro habitum in ludibrium adeo convertit, est penes scriptores antiquos silentium, ut quantum ego memini quidem, nusquam alibi, quam apud Rufinum, relatum legatur. Puduit credo ipsos hujus rei, idolique publice prostituti, ita ut ego non opus hic habeam, ignem hunc fictitium fuisse, ut demonstrer.

§. IX. De Sacerdotum fraudibus vidimus. Addendum nunc quoque his, ipsius Dæmonis variæ in & cum fictitio eorum sacro igne ludentis non minores facile fuisse imposturas. Quod & quomodo Diabolus corpora elementaria, adeoque etiam ignea assumere, iisque uti possit, contra Balth-Bekkerum, aliosque novatores, jam pridem ac bene multis est demonstratum, & nuper admodum Schediasmate Polemico, quæstionem: An dentur spectra, Magi & Sagæ? expendente, satis probatum a Carolo Friderico Romano, Lips. 1717. Hoc igitur, de quo nemo saniorum facile dubitabit, pro confesso habentes, pergimus ad Magicos Gentilium ignes, in sacrum illum Israelitarum ignem injurios. Refert Pausanias, oculatissimus præ reliquis Scriptor, idemque fide maxime dignus, L. V. sive Eliac. priori libro cap. 27. ubi de variis Magorum artificiis, miraculisque dissertit: Esse in Lydis Persicis, urbes Hierocæsaream & Hypæpam in templo utriusque urbis amplissimo, cellas cum aris; super his cinerem, alio longe colore, a vulgari cinere. Huc ingressus Magus, ubi foco aridis lignis impositis, tiara caput velarit, invocavit Deum, (verba sunt Pausaniæ) nescio quem, ex libro enim recitat carmen barbaricum, lingua plane Græcis ignota. Ubi peroravit, *sponte sua e lignis, nullo igne admoto, purissima emicat flamma*. Pertinet hoc, si prius de veritate facti constiterit, (recenset autem hoc de equo etiam admirandum in eodem templo posito, quod ab artificis manu ita sit expolitus, ut alii pro vivo eum haben-

tes equi, insultus tentarent, quod autem miraculo nobis carere videtur.) ad Satanæ lusus, cui ejusmodi flammulam leviter ascendentem effingere non fuerit forsan difficile, qui in majoribus etiam, utpote ipsa mactorum curatione, tam per media naturalia, quam elusiones umbras scilicet pro rebus objiciendo, sanare quandoque potest, notante Andrea Laurentio, Henrici IV. Regis Archiatro, singulari libello, de virtute strumas sanandi, cito Dn. D. Knoblochio, Disput. *de sic dictis Vespasiani miraculis* c. 11. §. 13. Refert pariter Eunapius in vita Maximi, [Ephesis Philosophi & Sophistæ Juliani Præceptoris, ob Magiam tandem a Valentiniano interfecti, juxta Jonsium, Scriptor. Hist. Philosoph. Lib. III. Cap. IX. §. 4.] quod Maximus, thuris mica emundata, & hymno quodam submissa voce decantato, Hecates simulacrum primum subridere fecerit, quod deinde in plenum erumpere visum fuerit: ad ultimum flamma eruperit ex facibus, quas simulacrum ambabus manibus præferebat, ipsæque adeo faces claro fulgore luminis arserint. Sed Eusebius Philosophus ibidem appellat ista omnia, *τὴν αἰσθήσεων ἀπατώσας μαγγανείας καὶ θαύματα τοπαιῶν ἔργα*, imposturas oculis ludificantes, & præstigiatorum opera, eorum, qui insanis modis se dediderint impunis dæmonibus, notante Joach. Kuhnio notis ad Pausan. l. c. Hæc sunt talia, quæ ipsi Gentilium moratiores pro ludibriis, atque insanis Dœmoniorum figmentis habent, nobisque otium faciunt, quominus futilitatem earum demonstrare teneamur. Dicat nunc Servius in Æneid. XII. *apud majores aræ non incendebantur, sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria, unde Jupiter Elicius est appellatus*. Tradat Plinius L. 11. c. 107. *In Salentino oppido Egnatia, imposita ligna in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flamma exsistere*. Jactet idem de Erycinorum igne apud Ælianum L. X. c. 50. deque aliis bene multis ignibus pro sacris habitis, nos quid de iis sit sentiendum, variis in locis hujus dissertationis monstrare tentavimus.

§. X. Et hoc idem est, quod risui fuisse sapientioribus inter Gentiles ex testimonio Horatii, nulla sacri cujusdam ignis suspicionem admittentis, probabo. Cum enim ille in itinere Brundusino Egnatiam pervenisset, municipes hoc prodigium, apud se fieri solitum jactantes, derisit, *credat Judæus Apella*, inquiens *non ego*. Sermonum Lib. I. Sat. V. Procedit eo superstitionis Plinius, loco allegato, ut eum ignem, quo Egnatiæ in templi aditu liquefactum thus, & reliqua, quæ in sacris adhiberentur, essent, pro divino & religioso habeat. Verum superstitiosus ille nimis, quod variis in locis Historiæ suæ naturalis commonstravit. Idem proditum est de Seleuco, qui cum Jovi in Pellavictimam immolaret, ligna aris imposita ultro arsisse feruntur. Sed quo oculari teste? Addit doctissimus Rappoltus, comment. ad hunc Horatii locum: Hæc vel fabulosa esse, vel Dœmonis arte & ope peracta, qui ut in cetero veri Numinis cultu, ita in sacrificiis quoque *κακοζηλίαν* exercuerit, notam enim satis rem fuisse, de igne cœlitus delapso, in sacrificio Aaronis, Eliæ, Salomonis, multaque Hebræorum magistris de eo intercedere figmenta, quibus ad fraudem suam usi cum essent Egnatiani, merito fuerit aclamatum ab Horatio: *Hoc credat Judæus Apella, non ego*. Quo Rappoliti acutissimo judicio excitatus, ego credo non incongrue me fecisse, quod ignem Gentilium sacrum, in sacrum Israelitarum ignem fuisse injurium demonstrarim.

DAVIDIS



DAVIDIS MILLII DISSERTATIO DE ALTARI MEDIATORE.

§. I.

Ara ab ſanctitatum ſuam Dei menſa קרשים קרש dicta.

VT omnis Tabernaculi, & Templi ſuppellex, eximia quadam ratione ſejuncta ab uſu communi & Deo conſecrata erat; ſic Ara recipiendis Ara recipiendis conſumendiſque victimis deſtinata ſingulari ſanctitate eminebat, & ab Hebræis præcipua religione colebatur, quod & *Dei menſa* eſſet Malach. I. 7. i. e. res ſanctiſſima: ut omnium menſarum maxima olim erat veneratio, & victimas reciperet, quibus Numen placari credebatur, quamobrem altare Exod. XXXIX. 37. & XXX. 29. קרש קרשים *Sanctitas Sanctitatum* appellatur.

A Rabbinis, Mediator vocata.

§. II. Hebræorum Magiſtri ulterius progrediuntur & tam magnifice de hujus altaris ſanctitate ſentiunt, ut ei הממצע אמצעי MEDIATORIS inter Deum populumque nomen, & officium imponant. Eo enim nomine altare illud exteritus ornant in Germ. זבחים fol. LVIII. 2. & in ספרא fol. V. c. 2. Cumque Mediatoris ſit, pro aliquo intercedere, etiam פרקליט παράκλητον altare appellant in ילקוט שמע Part. I. f. LVIII. 4. Vocem פרקליט exponit Gloſſa ad פרקי אבות cap. IV. פרקליט המליץ טוב על האדם למלך: *Paraklit eſt interpres aut interceſſor bonus, hominis apud Regem*. Vide hoc nomine, quoque Gem. שבת fol. XXXII. c. 2. & מדרש ילקוט שמעני' Part. II. fol. CLII. 3. quæ expoſitio etiam Græco vocabulo παράκλητος convenit. Quin & סניגור συνήγορος idem altare Rabbinis audit, in proverbio haud infrequenti אוי לזה שנעשה סניגורו קטיגורו. *Væ ei cujus advocatus fit accuſator*, quoties illud uſurpant de iis qui victimas vitio laborantes obtulerunt, atque adeo non litant: quorum hoc pacto accuſator fit altare, cum Advocati & Oratoris vicem ſuſtineret legitimis hoſtiis oblatis. Vid. Abarbanel in פירוש על התורה fol. CLXXVII. 3.

Quo nomine excuſandi, quo culpandi.

§. III. Neque hac in re modum exceſſiſſe Rabbini cenſendi ſunt; cum ſi rem accuratius expendamus, haud obſcurum fuerit, non male Rabbinos & nomen & partes Mediatoris altari attribuiſſe; erroremque in eo tantum ponendum, quod non typicum, ſed verum Mediatorem in eo altari ſibi inveniſſe videantur.

Convenientia prima inter Altare & Mediatorem.

§. IV. Si enim eum Mediatorem vocamus, qui inter duos medius intercedit: ſi Moſes propterea μεσίτης appellatur

latur Gal. III. 19. quod cum lex ferretur inter Deum & Israelem *medius staret* Deut. V. 5. vel ex hac ratione negari mediatoris nomen altari non debet, quod medium inter atrium quod Israelitæ occupabant, & sacram ædem a Deo illustri modo incultam, atque adeo inter Deum & Israelem locum tuebatur. Exod. XL. 29. In Tabernaculo non longe ab introitu, versus latus atrii australe; ita tamen a Tabernaculo remotum erat altare, ut satis spatii superesset sacerdotibus ad sacra facienda. Vid. Philonem lib. III. de *vita Mosis* pag. 668. Locum ejus in templo ita distinctius Rabbini definiunt in Gemar. זבחים fol. LVIII. 2. מזבח ממוצע ועומד באמצע העזרה ושלשים ושתים אמות היו לו עשר אמות כנגד פתחו של היכל י״א אמה מיכן וי״א מיכן נמצא מזבח מכוון כנגד היכל. *Altare mediator in medio atrii* (sacerdotum) *stabat, spatium 32 cubitorum occupans,* 10 *ejus cubiti e regione ostii ædis sacræ,* 11 *cubiti hinc &* 11 *illinc erat; atque ita Altare ante templum collocatum erat.*

Convenientia secunda.

§. V. Sine mediatore aditus patere non solet vilioris conditionis hominibus ad Reges aut Principes. Apud Persas nemo ad Regem admittebatur, nisi Chiliarcho primario Regis ministro intercedente: Nepos *Conone* cap. IX. *Conon a Pharnabazo ad Regem missus, postquam venit, primum ex more Persarum ad Chiliarcum, qui secundum gradum imperii tenebat Tithraustem accessit, seque ostendit cum rege colloqui velle. NEMO ENIM SINE HOC ADMITTITUR.* Themistocles regem aditurus, ἐντυγχάνει πρῶτον· Αρταβάνῳ τῷ Χιλιάρχῳ. *Primo Artabanum Chiliarcum convenit*, referente Plutarcho, *Themistocle* pag. 125. Maxime autem iis aditus ad Principes præclusus est, qui eorum iram in se concitaverunt, quos adire sine conciliatore non licet: vide exemplum Absolomi II. Sam. XIV. 32. Israelitis qui in Deum peccaverant, nonnisi per altare victimamque in eo oblatam, accedendi ad Deum in ædem habitantem potestas erat. Hinc Altari hoc ut *Mediatore intercedente* Israelitas divinis beneficiis affectos esse, Auctor est Abarbanel in פירוש על התורה f. CLXXII. ubi ita והנה צוה במקם הזה על דיני המזבח ובנינו ושלא יעלה במעלות קודם שיצוה במשכן וכליו לפי שבא עניין המזבח אגב גררה להוריע שבאמציעותו תבוא עליהם ברכת י״י והשפעתו: *Deus* Exod. XX. 24. *legem tulit de extruendo altari, ritibusque ad id pertinentibus, ex. gr. ad altare hoc non per gradus adscendendum esse: priusquam aliquid de Tabernaculo ejusve vasis præcepisset. Ideo autem laudato loco occasione data, altaris meminit, indicaturus,* EJUS INTERCESSIONE *Israelitas benedictionem divinam uberrime consecuturos esse.*

Convenientia tertia.

§. VI. Mediatoris est periclitanti succurrere, atque a potentioris violentia tueri: sic altare holocaustorum illis qui cædis inviti imprudentesque rei facti fuerunt, erat præsidio & asyli invicem præstabat: quod liquet ex historia Adoniæ & Joabi; de illo enim I. Reg. I. 50. ואדניהו ירא מפני שלמה ויקם וילך ויחזק בקרנות המזבח: *Adonia vero Salomonem timens surrexit, ivit & apprehendit cornua Altaris.* De hoc I. Reg. II. 28. וינס יואב אל אהל יהוה ויחזק בקרנות המזבח. *Et fugit Joabus ad tentorium Jehovæ & amplectabatur altaris cornua.* Rabbini eum duntaxat qui tectum altaris occupasset, inviolabilem fuisse contendunt. Maimonides in הלכות רוצח ושמירת נפש Cap. V. §. 12. & 13. המזבח קולט שנאמר בהורג בזדון מעם מזבחי תקחנו למות מכלל שההורג בשגגה אינו נהרג במזבח לפיכך ההורג בשגגה וקלטו מזבח והרגו שם גואל הדם הרי זה נהרג עליו כמו שהרגו בתוך עיר מקלט אין קולט אלא גגו של מזבח בית העולמים בלבד. *Altare asylum erat. Dicitur enim de homicida voluntario* [Exod. XXI. 14.] *rapies eum de altari meo ad mortem. Unde fluit, homicida per errorem ad altare occidi non posse. Quapropter si homicida per errorem ad altere se contulisset, & a vindice sanguinis trucidetur is capite plectebatur, non secus acsi in urbe refugii manus violentas alteri intulisset. Solum vero altaris tectum in templo asyliam præbet.* Unde R. Jehuda in Gem. מכות fol. 12. c. I. Joabum errasse perhibet, quod cornua altaris prehenderit, cum ad tectum se conferre debuisset אמר רב יהודה אמר רב שתי טעיות טעה יואב טעה שאין המזבח קולט אלא גגו והוא תפש בקרנותיו טעה שלא היה קולט אלא מזבח עולמים והוא תפש בקרנות המזבח אשר בשילה. *R. Jehuda nomine Rabb Joabum duos errores commisisse perhibet. Alter est quod cornua altaris prehenderit, cum tamen altare refugium præbeat, nonnisi tectum occupanti. Alter vero quod arripuerit cornua Altaris Siluntici, cum tumen nonnisi altare templi ἀσυλίαν, concedat.* Vide Abarbanelem in פירוש על נביאים ראשונים fol. CCI. c. I. Pariter apud alias Gentes *in ara considere* supplices solebant. Nepos in *Pausania cap.* 4. *Fanum Neptuni est Tænari eo ille index confugit* ET IN ARA CONSEDIT.

DIT. Virgilius *lib.* II. *Æneid. vers.* 571. de Helena:

> *Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,*
> *Et pœnas Danaum & deserti conjugis iras*
> *Permetuens, Trojæ & patriæ communis Erinnys,*
> *Abdiderat sese, atque ARIS invisa SEDEBAT.*

Convenientia quarta.

§. VII. Præcipuum autem Mediatoris opus est, pacem inter inimicos conciliare; unde Suidas vocem μεσίτης exponit εἰρηνοποιός. Latini Sequestrum vocant, quem Greci μεσίτην, ut Glossaria exponunt: inde *pacis sequestrem* Attilium Regulum vocat Silius Italicus, *lib.* VI. *vers.* 347. Ejusmodi olim in aula Constantinopolitana primæ dignitatis minister erat Μεσίζων MEDIATOR dictus, qui lites componebat, vide Meursii Glossarium. Idem tribuunt Altari & victimis in eo oblatis Rabbini. R. Menahem Raknatensis *in Legem pag.* CX. 3. ובעבור היות המזבח עשוי לשים שלום בין ישראל לאביהם שבשמים בסוד הקרבנות. *Et quandoquidem altare factum est, UT CONCILIARET PACEM inter Israelitas & Patrem eorum, qui est in cœlis per mysterium sacrificiorum*. Et in מדרש מכילתא fol. XXVII. I. רבי יוחנן בן זכאי אומר הרי הוא אומר אבנים שלמות תבנה אבנים שמטילות שלום בין ישראל לאביהם שבשמים. *R. Johannes Zacaides* (Exod. XX. 24. exponens) *observat, Deum jussisse altare exstrui e lapidibus* שלמות integris hic præterea) *pacem adferentibus - - - pacem enim Israeli cum Patre cœlesti conciliabant*. Eodem modo loquebantur Gentiles. Virgilius *lib.* IV. *Æneid. vers.* 56.

> *Principio delubra adeunt PACEMQUE PER ARAS.*
> *EXQUIRUNT.*

Livius *lib.* XXVII. *cap.* 25. *Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque NON IMPETRATA PAX DEUM.*

Expiandi virtus illi a Rabbinis tribuitur.

§. VIII. Cum vero Deus cum homine peccatore in gratiam redire nequeat, nisi Numini ejus humanis sceleribus violato fiat satis, atque propterea mediator Deum hominemque conciliaturus *peccata expiare* debeat; etiam altari *EXPIANDI virtutem* magno consensu adscribunt Magistri, ut in מתנות כהונה in מדרש רבות fol. XVII. 3. זהו המזבח שבמקום בית המקדש ומכפר על ישראל. *Hoc est illud altare, quod in æde fuit & Israelitas EXPIAT*. Ita etiam altare מכפר expians vocatur in יומא f. LX. I. nec non in זבחים fol. LII. I. ab Abarbanele autem vocatur altare מקום היותר מיוחד לכפר. *Locus expiationi maxime proprius c. l.* f. CLXXIX. 2. & in מדרש מכילתא f. XXVII. 4. Altaris verticem expiationi idoneum pronuntiant ראש המזבח שהוא כשר לכפרה. Quamobrem etiam quotannis bis dealbari solebat, ut peccata per altare expiata significarentur, juxta Jes. I. 18. vide Gem. זבחים LIV. 2.

Immo a S. Scriptura.

§. IX. Quin etiam Sacras Litteras quoties *Sacrificiis expiari peccata* populi Israelitici dicunt [ubique id autem in Libris præsertim Mosis dici notum est] toties etiam altari expiandi vim tribuere nemo cum ratione negaverit; siquidem victimæ nullam in se expiandi virtutem habebant, ne typicam quidem, sed ab Altari quicquid expiationis erat derivabatur: quare Christus dicit: Θυσιαστήριον ἁγιάζον τὸ δῶρον τὸ ἐπάνω αὐτῷ. Matth. XXIII. 18. 19. & sanguis victimarum non expiabat nisi cornibus altaris adspersus ילקוט שמעוני: Part. I. f. 168. 4. על המזבח לכפר כיון שהגיע דם למזבח נתכפרו בעלים. *De altari quod expiat sermo est, quando enim sanguis spargendus altare attingit, tum expiantur qui sacrificium obtulerunt*, vide & זבחים f. XXVI. 2.

Ut & sanctificandi virtus.

§. X. Non modo autem peccata expiare censebatur ara exterior, verum etiam SANTIFICARE, sic docente ipsa Scriptura Sacra Exod. XXIX. 37. Eritque altare קדש קדשים כל הנגע במזבח יקדש *Sanctitas sanctitatum quidquid tetigerit altare sanctissimum erit*. Non ignoro esse qui hæc verba de Sacerdotibus intelligant, quibus nonnisi sanctificatis, id est, lustratis ad altare accedere licebat: sed majori veritatis specie se commendat eorum expositio, qui his verbis quandam sanctificandi virtutem altari adscribi autumant, eam enim ipse Christus confirmat Matth. XXIII. 19. unde etiam nonnisi in altari grata Deo erant sacrificia Jes. LVI. 7. עולתיהם וזבחיהם לרצון על מזבחי. *Holocausta eorum & sacrificia eorum grata* (erunt) *super altari meo*. Rabbini quoque in eum sensum exponunt in ספרא f. II. I. & in זבחים fol. LXXXIII. 2. כל הראוי למוקדש מקדש מזבח. *Altare omne id sanctificat quod in eo offerri solet*. Ad quæ verba Raschi ללמדך טעמא שלא ירד משום קדושת מזבח הוא. *Unde discis nefas esse aliquid altari impositum removere, quia omnis res altari imposita ob ejus sanctitatem ita sancta fit ut ipsum altare*.

Sanctificatio eorum qui sacrificia obtulerant.

§. XI. Sacrificiis autem in altari sanctificatis & oblatis, etiam qui ea obtulerunt *sanctificari* censebantur: quare toties

ties purificationes ſecundum Legem Moſaicam per ſacrificia peractæ. Levit. XII. 6. 7. &c. & cum expiaſſe dicantur victimæ peccata, etiam eadem opera ſanctitatem rite offerentibus attuliſſe cenſendum eſt, licet proprie taurorum hircorumque immolatorum ſanguis peccata auferre non poſſet Hebr. X. 4. In qua tamen opinione fuerunt Judæorum plurimi, a vera Patrum fide aberrantes, Gentiles imitati, qui ſacrificiis inſignem purificandi vim ineſſe crediderunt: non corporis ſolum ut omnibus notum, ſed etiam animæ atque adeo ſanctitatem Ψυχῆς Καθαρσιν, offerentibus procuraſſe, vide Jamblichum *de Myſteriis Ægypt. Sect.* 5. *cap.* 6. *p.* 121. Cum quo comparandus eſt Philo lib. *de victimas offerentibus pag.* 847. ubi Legem Καθάρσιν *purificationem* conſtituiſſe dicit: Ψυχῇ μὲν διὰ τῶν πρὸς τὰς θυσίας εὐτρεπιζομένων ζώων, σώματι δὲ διὰ λυτρῶν καὶ περιῤῥαντηρίων. *Animæ quidem per animalia ad ſacrificia rite parata, corpori autem per lavacra & adſperſiones.*

Preces quoque coram eo fundebantur.

§. XII. Præterea *preces* coram Altari *fundebantur*, quemadmodum coram Mediatore preces exponi ſolent ad eum qui conciliandus eſt deferendæ. Hiskias Rex edixit Judæ & Hieroſolymæ לפני המזבח הזה תשתחוו. *Ante altare hoc adorate* Jeſ. XXXVI. 7. & David Pſal. XXVI. 6. 7. *Lavo innocentia palmas meas: & circa altare tuum verſor Jehovah* לשמע בקול תודה ולספר כל נפלאותיך *ad promulgandam vocem laudis, & enarrandum omnia mirabilia tua.* Ubi Coccejus: *Adorandi cauſa aditur ara; Altare erat quaſi MEDIUM UNIONIS CUM DEO.* Sacrificia etiam altari impoſita precum rationem habuiſſe, preceſque per eadem ad Deum tranſmiſſas, præter alios demonſtrat Abarbanel loc. cit. fol. CCXXX. cap. 2. המין השני שהוא בנדר ובנדבה ענינו תפלה לשם שיתנם ויברכם בתבואותיהם ועניניהם בעתיד ויריק עליהם ברכה עד בלי די הנה אם כן היה המין הראשון הודאה על העבר והמין השני תפלה על העתיד. *Altera ſacrificiorum ſpecies ſub qua votiva aut voluntaria comprehenduntur, rationem habebat precum fundendarum: quibus Deum ſibi propitium reddere ſtudebant, ut proventus eorum fortunare vellet, omniaque alia in poſterum largiretur, quæ ad vitam ſuſtentandam requirerentur. Cum itaque hæc ſe ita habeant primam ſacrificiorum ſalutarium ſpeciem euchariſticam nempe, gratiarum actionem reſpicere, pro acceptis beneficiis; alteram vero rationem precum habuiſſe pro expetendis certum eſt.* Quemadmodum etiam David ut preces ſuæ מנחת ערב ferti veſpertini loco habeantur orat Pſalm. CXLI. 2. Et Rabbini preces ſacrificiis ſucceſſiſſe, eorumque loco inſtitutas eſſe docent in Gem. ברכות fol. XXVI. 2. ר"יבל אמר תפלות כנגד תמידין. *E Rabbi Joſua filii Levi ſententia preces loco ſacrificiorum jugium inſtitutæ ſunt.* Et paulo poſt: תפלות אבות תקנום ואסמכינהו רבנן אקרבנות. *Patres preces juſſerunt, & Magiſtri eas confirmarunt loco ſacrificiorum.* Eadem conſuetudo Gentilium erat, ut ante aras ſupplicarent. Virgilius *lib.* IV. *Æn. v.* 204.

Dicitur ANTE ARAS media inter numina Divum
Multa Jovem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.

Sæpius etiam inter precandum aras tangebant. Idem *lib.* VI. *verſ.* 124.

Talibus orabat dictis ARASQUE TENEBAT.

Quod ſi neglexiſſent, irritæ preces erant, ſi credimus Macrobio *lib.* III. *Saturnal. cap.* 2. *Litare ſola non poteſt oratio, niſi & is qui Deos precatur, etiam manibus aram apprehendat:* ubi vide plura. Igitur Gentiles quoque Mediatoris loco uſi ſunt aris ſuis; nam alias Dæmonibus, quos Deos inter hominesque mediatores conſtituunt, id negotii dant, ut preces deferant: Apulejus *de Deo Socratis pag.* 674. edit. in uſum Delphini, ex Platone refert: *Sunt quædam divinæ mediæ poteſtates inter ſummum æthera, & infimas terras, in iſto interſitæ aeris ſpatio, per quas & deſideria noſtra & merita ad Deos commeant. Hos Græco nomine* Δαίμονας *nuncupant: inter terricolas cœlicolaſque vectores, hinc precum inde donorum. Qui ultro citroque portant, hinc petitiones inde ſuppetias: ceu quidam utrinque interpretes & ſalutigeri.*

Conjungere hominem cum Deo putabatur.

§. XIII. Denique Mediatore interveniente fit duarum partium conjunctio, inimicitia quæ utraſque disjungebat ſublata. Ex ſimili ratione Chriſtum mediatorem appellari docet Theodoretus, quod Deum hominesque per ſe univerit *Dialogo* 2. *pag.* 56. Ἐπεὶ δὲ ὡς Θεὸς συνῆπται τῷ πατρὶ τὴν αὐτὴν ἔχων οὐσίαν, ὡς δὲ ἄνθρωπος ἡμῖν, ἐξ ἡμῶν γὰρ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, εἰκότως μεσίτης ὠνόμασθαι, συνάπτων ἐν ἑαυτῷ τὰ διεστῶτα τῇ ἑνώσει τῶν φύσεων, θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος. *Cum vero ut Deus patri conjunctus eſt eandem habens ſubſtantiam, ut homo autem nobis, ex nobis accepit ſervi formam, merito mediator vocatur, qui in ſe ipſo quæ disjuncta erant conjungit unione naturarum, divinitatis inquam & humanitatis.* Altare autem ſimili uſui inſerviebat, ut eo intercedente homo cum Deo conjungere-

geretur. Ita R. Jeſaia Abrahamides diſſerit: hominem olim ante peccatum conjunctum cum Deo fuiſſe, poſtquam autem peccaſſet ſacrificia ei eſſe imperata ut denuo cum Deo conjungeretur, in שני לוחות הברית fol. cccxxxvi. c. I.

Ex qua ratione.

§. XIV. Cum Deo autem conjungi per altaris ſacrificia idcirco putabantur, quod altare menſa Dei vocetur, & ſacrificia ejus cibus Num. xxviii. 2. qui autem offerebant reliquiis ſacrificiorum veſcebantur, & propterea non modo cum altari, ſed etiam cum Deo conjungi cenſebantur, utpote ejuſdem menſæ participes. Unde Apoſtolus 1. Cor. x. 18. *Videte Iſraelem ſecundum carnem, non ne qui veſcuntur ſacrificiis* Κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί; *in communionem cum altari veniunt?* & ob eandem rationem participes fiebant *menſæ Domini*, quemadmodum qui idolis ſacrificabant Κοινωνοὶ τῶν δαιμονίων. ibid. c. 20. 21. Inter eos enim qui communi menſa utebantur, arctioris amicitiæ nexus intercedere exiſtimabatur. Quare איש שלומי *Vir pacis meæ*, & אוכל לחמי *panem meum edens* Synonyma ſunt. Pſalm. xli. 10. גם איש שלומי אשר בטחתי בו אוכל לחמי הגדיל עלי עקב. *Etiam vir pacis meæ in quo confiſus ſum, edens panem meum magnificavit contra me calcaneum*. Hanc ob cauſam etiam Chriſtus conjungit Marc. ix. 50. Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις, *communi ſale utimini: igitur pacem inter vos invicem colite*. vide Cl. Elsneri *Obſerv. in* Joh. xiii. 18. Et poſt fœdera percuſſa convivium erat contractæ amicitiæ argumentum Geneſ. xxvi. 28. 30. Ita Principes Iſraelis fœdere apud Sinai montem inito, coram Deo epulabantur. Exod. xxiv. 11.


Singulari quoque modo Deum ſacrificiis intereſſe putabant.

§. XV. Sacrificiis itidem Deus ſingulari modo intereſſe credebatur ob Exod. xx. 24. Sunt quoque e Rabbinis qui per ſacrificia שכינה eximiam illam Dei inter homines præſentiam cœlo deduci dicunt, quæ Adamo peccante in cœlum remeaverat. Hinc in ילקוט שמעי Part. I. fol. cxlii. cap. 2. Nadab & Abihu ſacrificiorum ope שכינה e cœlo deducere conſtituiſſe tradunt. Idque Gentilium more qui ſacrificiorum ope Deos elicere ſolebant, ut exemplo Numæ apud Ovidium conſtat, *Faſtor.* lib. iii. verſ. 317. Præſentes autem Deos ejuſdem menſæ Sacrificiorum carnibus inſtructæ fieri participes iidem credebant, id quod ex Homero *Odyſſ.* 9. verſ. 202. patet. Pariter vetuſtiſſimi illi Idololatræ Zabii ſanguinem immolatarum victimarum comedere ſolebant, ut cum Idolis ſuis conjungerentur: ſi fides eſt Maimonidi in מורה נבוכים Part. iii. cap. 46. fol. clxv. cap. 1. ודע כי הדם היה טמא מאד בעיני הצאבה ועם כל זה היו היו אוכלים אותו מפני שהיו חושבים שהוא מזון השדים וכשאכל אותו מי שאכלו כבר השתתף עם השדים. *Præterea ſcito, quod quamvis ſanguis res immunda fuerit in oculis Zabæorum, nihilominus ab illis comeſtus fuerit; cogitabant enim cibum Dæmonum eſſe, ſanguineque veſcentem arctius cum Dæmonibus conjungi*. De aliis autem Zabiis a ſanguine abhorrentibus mox ita pergit: שחטים בהמה ומקבלים דמו בכלי או בחפירה ואוכלים בשר השחוטה ההיא סביב והיו מדמין במעשה ההוא שהשדים יאכלו הדם אשר הוא מזונם והם יאכלו הבשר ובזה תהיה האהבה והאחוה והרעות להם בעבור שאכלו כלם על שלחן אחד. *Hi beſtiam jugulantes ſanguinem ejus accipiebant & in vaſe aliquo aut foſſula recondebant. Et in circulo ſedentes carnem mactatam edebant rati, cum ipſis carnem comedentibus ſanguine Dæmones veſci, cumve eorum cibum eſſe. Atque eopſe candidam amicitiam fraternitatem intimamque familiaritatem inter ipſos contrahi, quia omnes uni menſæ accumbunt*.

Beatius denique mori prope altare.

§. XVI. Veroſimile etiam eſt fuiſſe nonnullos, qui in mortis periculo beatius ſe diſcedere ex hac vita arbitrarentur, ſi prope altare, aut aram complexi morerentur. Joabus certe in ea opinione fuiſſe videtur. 1. Reg. ii. 28. Novi equidem Magiſtros alias hujus fugæ adferre rationes: in מדרש רבות enim fol. cclxxxv. Joabum ad altare ſe recepiſſe volunt, ut ſepeliretur in tumulis Patrum ſuorum, quod factum non fuiſſet, ſi per Synedrii decretum capite plexus eſſet. Alii Joabum ideo ad altare fugiſſe arbitrantur, ut facultates ſuas ſervaret, quod non impetraſſet, ſi alibi fuiſſet occiſus; tunc enim fiſco Regio cedebant, referentibus Magiſtris in סנהדרין fol. xlvi. 1. Vera ratio hujus fugæ eſſe videtur, quod apud Altare potius mori voluerit, tanquam eo deprecatore faciliorem a Deo ſcelerum veniam impetraturus. Eodemque modo apud alias gentes morte afficiendi aram amplecti jubebantur, ut ſaltem poſt mortem non plane miſeri eſſent: Seneca *Hercule Furente* verſ. 500.

> *Conjugia quoniam pervicax noſtra abnuis,*
> *Regemque terres: Sceptra quid poſſint ſcies.*
> *COMRLECTERE ARAS: nullus eripiet Deus*
> *Te mihi.*



BLASII UGOLINI
ALTARE EXTERIUS.

CAPUT PRIMUM.

I. *De situ Altaris*. II. *In loco uno, & unico Altari sacrificandum*. III. *De Excelsis*.

§. I.

ALTARIS situs, si Judæis fides habeatur, vetusta primorum hominum & Patriarcharum religione & sacrificiis dicitur fuisse celebratus. *Maimon.* in constitutionibus *de Domo Electa* cap. II. Patrum fide asserit המזבח מקומו מכוון ביותר ואין משנין ממקומו לעולם שנאמר וזה מזבח לעולם לישראל ובמקדש נעקד יצחק אבינו שנ׳ ולך לך אל ארץ המורייה ונאמ׳ ויחל שלמה לבנות את בית יהוה בירושלם בהר המוריה אשר נראה לדויד אביהו אשר הכין במקום דויד בגרן ארנן היבוסי ומסורת ביד הכל שהמקום שבנה בו דוד ושלמה בגורן ארונה הוא המקום שבנה בו אברהם המזבח ועקד עליו יצחק והוא המקום שבנה בו נח כשיצה מן התבה והוא המזבח שהקריב עליו קין והבל ובו הקריב אדם הראשון קרבו כשנבר׳ ומשם נבר׳ אמרו חכמים אדם ממקום כפרתו נברא. *Altaris ratio perquam accurate descripta est. Situs ejus mutatur nunquam, quia scriptum legitur*; I. Paral. XXII. I. Et hoc altare in holocaustum Israel. *Atque ubi loci situm est templum, ibidem etiam fuit ligatus ille Isaacus Patriarcha noster; nam scriptum habemus*; Genes. XXII. 2. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Isaacum, & vade in terram Moria. *Atque* 2. Paral. III. I. *scriptum videmus*. Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus in loco, quem paraverat David in area Ornan Jebusæi. *Atque id quidem omnes a patribus auditum habemus, quo loco est a Davide, & Salomone exstructum altare in area Ornanis Jebusæi, in eodem & ab Abrahamo ædificatum esse altare illud, in quo filium ligavit Isaacum. In eodem etiam altare ædificavit Noa egressus ex arca. Porro in eodem rem divinam fecere Cainus & Abel, & ante istos etiam primus homo, statim atque a Deo creatus est; quin etiam in eodem ipso loco creatus; hinc illud Sapientum*: Factus est homo ex ipso suo expiationis loco. Hæc eadem repetuntur in *Midrasch Till.* fol. 41. 2. *Traditio ab ominibus recepta est, locum ubi David condidit altare in area Araunæ, fuisse locum, ubi suum*

suum condidit Abrahamus, super quod ligavit Isaacum, ubi suum condidit Noachus, cum egrederetur ex arca; ibidem fuisse altare, super quod obtulerunt Cain, & Abel, ibidem obtulisse Adamum, cum crearetur, atque inde fuisse creatum. Dicunt Sapientes; idem ei locus expiatinis. In Targnm *Jonathan Usielidis ad* Genes. VIII. 20. dicitur Noachus instaurasse altare, ubi Adamus immolaverat. ובנא נח מדבחא קדם יי׳ הוא מדבחא דבנה אדם בעידן דאיטרד מן גנתא דעדן לאקריב עלוי קרבנא ועלוי אקריב קין והבל ית קרבנהון וכד נחתו מוי דטובענא איתצד ובניה נח. *Et ædificavit Noach altare coram Domino; illud ipsum est altare, quod ædificavit Adam, quo tempore expulsus est ex horto Eden, & obtulit super illud oblationes, & super illud obtulerunt Cain, & Habel; Quando vero descenderunt aquæ diluvii vastatum est; ædificavit autem ipsum Noach.* Pariterque in Targum *Jonathan* dicitur *Gen.* XXII. 9. Abrahamus hoc ipsum altare instaurasse ובנא תמן אברהם מדבחא דבנא אדם ואתפכר במוי דטובענא ותבנה ובנייה ואתפכר בדרא דפלוגתא. *Et ædificavit ibi Abraham altare, quod ædificaverat Adam, & destructum erat aquis Diluvii, & iterum ædificavit illud Noach, & destructum fuit ætate divisionis?* Confirmantur hæc a *S. Augustinus* lib. *serm. de Temp. serm.* 71. *Audite aliud sacramentum fratres charissimi:* Hieronymus Presbyter *scripsit ab antiquis & senioribus Judæis se certissime cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est. Denique ab eo loco, unde beatus Abraham jussus est proficisci, tertio die ad locum, ubi Christus crucifixus est, pervenitur. Etiam hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco, ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo Calvariæ locum dictum esse, quia caput generis humani ibi dicitur esse sepultum. Et vere, Fratres, non incongrue creditur, quia ibi erectus sit Medicus, ubi jacebat ægrotus. Et dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia; ibi se inclinaret divina misericordia.* De Adamo ejusque filiis in tanta rerum vetustate incerta omnia. Noachum egressum ex arca in hoc loco sacrificia sua non obtulisse certum est. Abrahamum vero in hunc locum profectum esse, ut ibi immolaret filium suum, cum ex locis ante adductis *Genes.* XXII. 2. & 2. *Paral.* IIV. 1. plane demonstrari potest; in quorum altero jubetur Abrahamus proficisci in terram Moria, ut ibi immolaret Isaacum, in altero dicitur Salomon ædificasse templum in monte Moria; tum ex vetusta & perpetua Judæorum traditione. *Abarbanel* commentar. in Legem: צוה לו שילך הר המוריה ושיעלהו שם לעולה על אחד ההרים אשר יאמר אליו לפי שרצה ית׳ שתהיה עקדה בהר המוריה באותו מקום עצמו שהיה עתיד׳ להבנות המזבח בבית עולמים ובכר סופר בדברי הימים שנבנה המקדש בהר אמוריה גם מפני שאדם הראשון נברא מאותו מקום ושם יושב כשנורש מג״ע וגם נח שם בנה מזבחו ומפני זה היה ראוי שבאותו מקום שנברא אדם ונורש מפני חטאו שם יהיה יצחק נקרב לעולה תמימה. *Præcepit ei ut iret ad montem Moria & ibi eum offerret super uno montium quem ipsi ostensurus erat, propterea quia voluit Deus ut ligaretur in monte hoc Moria, eoque ipso loco, cui superædificandum foret altare in domo seculorum. Jampridem etiam in libro dierum scriptum est, quod ædificatum sit Sanctuarium in monte Moria, imo etiam propterea quod primus homo ex eo loco creatus est, & ibi habitavit cum ob peccatum ex paradiso expulsus est. Præterea etiam Noach ibi altare suum ædificavit. Propterea itaque conveniens erat, ut in illo loco quo creatus est Adam, & peccato commisso inde ejectus, Isaacus in holocaustum perfectum offerretur.* Kimchius ad 1. Paral. XXI. 16. *Vidit* מא ראה אפרו של יצחק ראה כי באותו הגרן העלה אברהם את יצחק בנו. *Quid vidit? Vidit cinerem Isaaci, quia in ipsa area obtulit Abraham Isaacum filium suum. Raschi* ad *Genes.* XXII. 2. ארץ המוריה ירושלם וכן בדברי הימים לבנות בית ליי׳ בהר המוריה. *Terram Moria; Hierusalem; ita pariter.* 2. Paral. III. 1. Cœpit - ædificare domum Domini - in monte Moria. Idem ibid. ad vers. 14. יי׳ יראה פשטו יי׳ יבחר ויראה לו את המקום הזה להשרות בו שכינתו ולהקריב כאן קרבנות. Dominus videt. *Sensus literalis juxta ejus Targum. Deus eliget & prospiciet sibi locum, ut in eo habitet divinitas sua, ibique sacrificia offerantur. Kimchius* ad 3. Reg. VIII. 13. לשבתך עולמים׃ כי גלגל ושילה ונוב וגבעון לא היו הם המקום הנבחר אשר נאמר עליו אל המקום אשר יבחר ה׳ כי אם זה המקום שהוא הר המוריה שעקד אברהם אבינו את יצחק בנו בו וקראו הי׳ יראה ואמ׳ בהר ה׳ יראה כי באותו הר יראה לדרות ודוד כשראה כי נעתר וירד ה׳ שם על עולותיו אש מן השמים ידע כי המקום הנבחר לאמר זהו בית האלהי וזהו מזבח לעולה לישראל. Firmissimum solium in sempiternum. *At Galgalis, & Silo, & Nob, & Gabaon non fuerunt sempiterni, quia non erant locus electus,* de

de quo dictum eſt. Ad locum quem elegerit Deus; *Et hic locus eſt mons Moria, ubi ligavit Abraham pater noſter Iſaac filium ſuum; & appellavit illum*; Dominus vidit. *Et dictum eſt*; In monte Dominus videbit; *Quia in eo monte docebit generationes. Et David, quando vidit, quod ibi exauditus eſſet, & Deus immiſiſſet ignem de cœlo ſuper holocauſta ſua cognovit, quod hic eſſet locus electus, dixitque*: Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſrael. Vide ejus commentarium *in* 2. Paral. VI. 2. Innotuit hæc traditio *S. Hieronymo*, qui in lib. *Quæſtionum Hebraicarum* in Geneſ. ſcribit. *Ajunt ergo Hebræi hunc montem eſſe, in quo poſtea templum conditum eſt; & in* Paral. *ſcriptum eſt*. & cœpit ædificare templum in menſe ſecundo in ſecunda die menſis in monte Moria. In ea montis Moria parte, ubi ſita erat area Arauna, exſtructum fuiſſe una cum Sanctuario altare conſtat ex 2. *Paral.* III. I. ויחל שלמה לבנות בית יהוה בירושלם בהר המוריה אשר נראה לדויד אביהו אשר הכין במקום דויד בגרן ארנן היבוסי. Hic locus demonſtratus fuerat Davidi a Gad propheta juſſuſque, ut ibi altare ædificaret. Vide 3. *Reg.* XXIV. 18. & I. *Paral.* XXI. 18. *Kimchius* l. c. *Reg.* ita illuſtrat והעמידו סמוך לגרן ארונה היבוסי כדי שיראהו דוד שם ויתפלל ויעתר לו הלא במקום ההוא ותעצר המגפה ויהיה סימן לדוד כי שם הוא מקום העתרה ושם היה בית המקדש ושם בית התפלה והעבודה כמו שצוה לו האל על ידי גד להקים שם מזבח ושם נתער לו באש שירד מן השמים על העולה כמו שאמר בדברי הימים. *Et conſtituit prope aream Arauna Jebuſæi, ut videret eam David, ibique oraret, illique in eo loco propitiaret Deus; & ceſſaret peſtilentia; iſtudque eſſet David ſignum, quod ibi eſſet locus propitiationis, ibique exſtruenda eſſet domus Sanctuarii, & domus orationis, & cultus, uti præceperat illi Deus per Gad ut ibi ædificaret altare, ibique exaudiretur per ignem, qui deſcendit de cœlo ſuper holocauſtum, uti dictum eſt in* Paral. *Ralbag.* ibid. והוה אמר לגד שהיה לדוד אומר שיבנה מזבח בגרן ארונה כמו שנזכר בספר דברי הימים ומאלך יי' אמר אל גד לאמר ונו' והנה גרן ארונה היה בהר המוריה כמו שנזכר בספר דברי הימים וידמ' שנבחר זה המקום להיות בו בית המקדש מקדם והוא המקום שבנה אברהם בו מזבח לעקד את יצחק בנו כי היה גם כן בהר המוריה כמו שנזכר בתורה. *Dixit ad Gad, ut David alloquetur, ut ædificaret altare in area Areuna, uti commemoratur* 2. Paralip. XXI. 18. Angelus autem Domini præcepit Gad, ut diceret &c. *Et ecce area Arauna ſita erat in monte Moria, uti dictum eſt in* Paralip. *Et videtur fuiſſe electus hic locus antiquitus, ut ibi exſtrueretur domus Sanctuarii, & erat locus, ubi Abraham ædificavit altare ad ligandum Iſaacum filium ſuum, qui pariter ſitus erat in monte Moria, uti dictum eſt in* Lege. De pretio hujus Areæ fit mentio 2. Reg. XXIV. 24. ויקן דוד את הגרן ואת הבקר בכסף שקלים חמשים. *Emit ergo David aream & boves argenti ſiclis quinquaginta*. Et I. *Paral.* XXI. 25. ויתן דוד לארונה היבוסי במקום שיקלי זהב משקל שש מאות: *Dedit ergo David Ornan Jebuſæo pro loco ſiclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos*. Quæ loca ita in *Siphri* 39. 2. conciliantur כתוב אחד אומר ויקן דוד את חלקת הגרן בכסף שקלים חמשים וכתוב אחד אומר ויתן דוד לארונה היבוסי במקום שקלי זהב משקל שש מאות כיצד יתקיימו שני מקראות אללו מקום הגורן בשש מאות ומקום המזבח בחמשים. ר' אומר משום אבא יוסי בן דוסתאי כתוב אחד אומ' ויקן דוד את הגורן· וכתוב אחד אומ' ויתן דוד לארנה היבוסי במקום שקלי זהב משקל שש מאות כיצד יתקיימו שני כתובים אללו הן שנים עשר שבטים היו ונטל חמשים שקל מכל שבט ושבט נמצא שש מאות שקלים מכל השבטים. ר' אלעזר אומר ויקן דוד את הגורן ואת הבקר במפורש בעניין ומהו מפורש בעניין ויתן דוד לארונה אבל הבקר לעולה והמורגים לכלי הבקר לעצים בחמשים שקלים. *In altero textu dictum eſt*: Emit ergo David poſſeſſionem areæ argenti ſiclis quinquaginta; *Et in altero dicitur*: Dedit ergo David Ornan Jebuſæo pro loco ſiclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos. *Quomodo hi textus conciliantur? Locum areæ ſexcentis ſiclis, & locum altaris quinquaginta. Rabi dicit nomine Aba Joſe ben Doſthai. In altero loco dicitur*; Emit David aream &c. *& in altero dicitur*; Dedit ergo David Ornan Jebuſæo pro loco ſiclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos. *Cum eſſent duodecim tribus, accepit a ſingulis tribubus quinquaginta ſiclos, deprehenduntur ex omnibus tribubus ſexcenti ſicli. R. Eleazar dicit*: Emit David aream & boves, *ut in hoc propoſito explicatur. Quid in hoc propoſito explicatum?* & dedit David Araunæ &c. *at boves in holocauſtum, & tribulas & boum inſtrumenta pro lignis quinquaginta ſiclis*. Ibid. 39. 2. can. כתוב אחד אומו באחד שבטיך וכתוב אחד אומר מכל שבתטיך; מכסף הכל השבטים באחד שבטיך זה שילה מכל שבתיך זה ירושלם וכן הוא אומר ויקן דוד את הגורן ואת הבקר בכסף שקלים חמשים. וכתוב אחד

אומר

אומר ויתן דוד לארונה במקום שקלי זהב משקל שש מאות כיצד יתקיימו שני כתובים. הן שנים עשר שבטים נטל חמשים שקלים מכל שבט ושבט נמצא לכל השבטים ש ש מאות שקלים. *In altero textu dicitur*; in una tribuum tuarum; *& in altero dicitur*; ex omnibus tribubus tuis *argentum ex omnibus tribubus*; in una tribuum tuarum; *hæc eſt Silo*; ex omnibus tribubus tuis: *hæc eſt Jeruſalem. Pariterque dictum eſt*: Emit ergo David aream & boves argenti ſiclis quinquaginta; *& in altero textu legitur*: Dedit ergo David Ornan Jebuſæo pro loco ſiclos auri juſtiſſimi ponderis ſexcentos. *Quomodo conciliantur hi textus? Ecce duodecim tribus; accepit ex ſingulis quinquaginta ſiclos. Deprebenduntur ex omnibus tribubus ſexcenti ſicli*. Confirmantur hæc a *Kimchio* in commentar. ad 3. Reg. XXIV. 24. בכסף שקלי חמשים· ובדברי הימים שקלי זהב משקל שש מאות אמרו ר״ל גבה מכל שבט ושבט נ׳ שקלים שהן שש מאות ומשקלם במשקל של זהב וז״ש שקלי זהב ועוד אמ׳ כתוב אחד אומ׳ באחד שבטיך וכתוב אחד אומ׳ מכל שבטיכם זהו שר׳ יהודה אומ׳ כסף מכל שבטיכם בית הבחירה משבט אחד ר׳ אומר משום אבא יוסי בן דוסתאי בקר ועצים ומקום המזבח בחמשים וכל הבית כלו בשש מאות ולשון הפסוקים מוכיחים דברי ר׳ כי אומ׳ ויקן את הגרן ואת הבקר בכסף שקלים חמשים ובגורן היה המזבח ובדברי הימים אומ׳ ויתן דוד לארונה במקום שקלי זהב ונו׳ ר״ל כל המקום שהוא בשדה שנבנה בו הבית. *Argenti ſiclis quinquaginta; & in* Paral. ſiclos auri ponderis juſtiſſimi ſexcentos. *Dixerunt Sapientes noſtri f. m. collegit ex ſingulis tribubus quinquaginta ſiclos, qui ſunt ſexcenti argentei, & appendit pondere auri; atque ea de cauſa dictum eſt*; ſiclos auri. *Præterea dictum eſt; in altero textu dicitur*: ex una tribuum tuarum; *& in altero dicitur*: ex omnibus tribubus veſtris; *hoc eſt quod dicit R. Jebuda*; argentum ex omnibus tribubus veſtris, *domus electa ex una tribu. Rabi dicit nomine Aba Joſe filii Doſtai; boves & ligna, & locus altaris quinquaginta, & tota domus ſexcentis; & ſenſus textuum conveniens eſt verbis Rabi; eo quod dicitur*: & emit aream & boves argenti ſiclis quinquaginta; *& in area erat altare, & in* Paral. *dicitur*: Et dedit David Ornan pro loco ſiclos auri &c. *id eſt pro toto loco, qui erat in agro, ubi domus ædificata fuit*. Et *Ralbac* ibid. ושם זכר שכבר נתן דוד במקום שקלי זהב מספר שש מאות והנה החשוב שהגרן עם הבקר קנה דוד בכסף שקלי׳ נ׳ לבנות שם מזבח ולהעלות הבקר לעולה ואולם המקום ההוא בכללו שנבנה בית המקדש שם קנה בשש מאות שקלי זהב וזה אמרו לפי מה שנזכר בספר דברי הימים זהו בית י״י האלהים וזה מזבח לעולה לישראל כי זה ממה שיורה שכבר קנה המקום שנבנה בו בית המקדש. *Atque ibi fit mentio, quod jam dederit David* pro loco ſiclos auri ſexcentos; *Et ecce putat, quod aream cum bobus comparaverit David* argenti ſiclis quinquaginta, *ut ibi ædificaret altare, & offerret boves in holocauſtum. Equidem hic locus comprehendebatur in eo, ubi exſtructa eſt domus Sanctuarii, comparavit eum ſexcentis ſiclis auri; & hoc eruitur ex eo quod dictum eſt* 1. Paral. XXII. 1. Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum Iſrael. *Hinc demonſtratur, quod jam acquiſierit locum, ubi ædificata fuit domus Sanctuarii*. Vide iterum *Kimchium* in commentar. ad 1. *Paral*. XXI.

Hieroſolymis in hæreditate Benjamin exſtructum fuiſſe una cum Sanctuario altare ex vetuſtiſſima traditione probare conantur Judæi ex *Geneſ*. XLIX. 27. בנימן זאב יטרף בבקר יאכל עד ולערב יחלק שלל. *Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, & veſpere dividet ſpolia*; quem locum *Onkelos* ita παραφράζει. בנימן בארעיא תשרי שכינתא ובאחסנתיה יתבני מקדשה בצפרא ובפניא יהון מקרבין כהניא קרבניא ולעידן רמשא יהון מפלגין מותר חולקהון משאר קודשיא. *In terra Benjamin habitabit Divina Majeſtas, & in poſſeſſione ejus ædificabitur Sanctuarium; mane & veſpere offerent Sacerdotes oblationes, & in tempore veſpertino divident reſiduum portionum ſuarum de reliquis, quæ ſanctificata ſunt*. Et Targum Jonathan ibid. בנימין שיבט תקיף הכדיבא טרפיה בארעיה תשרי שכינת מרי עלמא ובאחסנתיה יתבני בית מוקדשא באפרא יהון כהניא מקרבין אימר תדירא עד ארבע שעין לביני שמשתא יקרבין אימר תניין וברמשא יהון מפלגין מותר שאר קורבניא ואכלין גבר חולקיה. *Benjamin tribus eſt fortis, ut lupi eſt præda ejus, in terra ejus habitabit divina majeſtas Domini ſeculi, & in hæreditate ejus ædificabitur domus Sanctuarii, in aurora erunt Sacerdotes offerentes agnum jugem, uſque ad quartam horam, & inter veſperas offerent agnum ſecundum, veſperi autem divident reſiduum reliquarum oblationum, & comedent quiſque partem ſuam*. Hieroſol. ibid. מדמי ליה לדוב חטוף בתחומיה יתבני מקדשא ובאחסנתיה תשרי איקר שכנתא דיי בצפרא יהון כהניא מקרבין אמר תמידא ומנחתיה ועם מטמעי וברמשא יהון כהנא מקרבין אמר תמידא ומנחתיה וברמשא יהון מפלגין קורבניא דבני ישראל. *Aſſimilo illum urſo raptori; in limite ejus ædificabitur Sanctuarium*,

rium, & in hæreditate ejus habitabit gloria divinæ majeſtatis Domini; in aurora erunt Sacerdotes offerentes agnum jugem, ejuſque munus, & in occaſu ſolis erunt ſacerdotes offerentes agnum jugem, ejuſque munus, & veſpera divident oblationes filiorum Iſrael. Iterum *Onkelos* illud *Deut.* XXXIII. 12. *Et Benjamin ait: Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet;* ita παραφράζει. לבנימן אמר רחימא דיי ישרי לרוחצן עלוהי כל יומא וברעיא תישרי שכינתא. *Et Benjamin ait: Dilectus Domini habitabit confidenter; ſuper eum erit protegens eum omnibus diebus; & in terra ejus habitabit majeſtas divina. Jonathan* iterum ibid. חביביה דיי ישרי לרוחצן עלוי יהי מגין עלוי כל יומיא ובנו תחומיה שכינתא בא שריא. *Dilectus ipſius Domini habitabit confidenter ſuper eo; proteget ipſum omnibus diebus, & in medio limitis ejus divina majeſtas habitabit. Hieroſol.* iterum ibid. רחימא דיי ישרי לרוחצן עלוי מגן עלוי כל יומיא ובתחומיה תשרי יקר שכינתיה דיי. *Dilectus Dominus habitabit ſuper ipſo confidenter; proteget ipſum omnibus diebus; & in limite ejus habitabit gloria divinæ majeſtatis Dei.* Hinc dicitur *Menachoth* 53. 1. יאב ידיד בן ידיד ויבנה ידיד לידיד בחלקו של ידיד ויתכפרו ידידים. *Veniet dilectus* (Salomon) *filius dilecti* (Abrahami) *& ædificabit dilectum* (templum) *dilecto* (Deo) *in parte dilecti* (Benjamin) *& expiabuntur in eo dilecti* (Iſraelitæ). Quæ referuntur a S. *Hieronymo* in lib. Quæſtionum Hebraicarum in *Geneſim*. *Quam de Paulo Apoſtolo manifeſtiſſima prophetia ſit, quod in adoleſcentia perſequutus Eccleſiam, in ſenectute prædicator Evangelii fuerit; tamen in Hebræo ſic legitur.* Benjamin lupus rapax, ſive capiens, in matutino comedet prædam, & ad veſperam dividet ſpolia. *Quod ita Hebræi ediſſerunt. Altare, in quo immolabantur hoſtiæ,* & victimarum ſanguis *ad baſim illius fundebatur, in parte tribus Benjamin fuit. Hoc, inquiunt, ergo ſignificat, quod Sacerdotes mane immolant hoſtias, & ad veſperam dividunt ea quæ ſibi a populo ex lege collata ſunt; lupum ſanguinarium, lupum voracem ſuper altaris interpretatione ponentes, & ſpoliorum diviſionem ſuper ſacerdotibus, qui ſervientes altari, vivunt de altari.* Confirmantur in *Sevachim* 54. 1. אמר ר׳ חמה בר חניה רצועה היתֹ יוצאה מחלקו של יהודה ונכנסה בחלקו של בנימן והיה בנימן הצדיק מצטער עליה בכל יום לנוטלה שנ׳ חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב׳ה׳ שנ׳ ובין כתפיו שכן. Dixit *R. Chama filius Chaniæ. Ducta fuit linea ex portione Judæ, & ingrediebatur in portionem Benjamin. Pius Benjamin quotidie ægritudine excruciabatur propter ablationem; dictum eſt enim;* Et erat dolens tota die. *Idcirco meruit pius Benjamin hoſpitio excipere divinitatem; dictum eſt enim, &* inter humeros illius requieſcet. *Babyl. Joma* 12. מה היה בחלקו של יהודה הר הבית הלשכות והעזרות ומה היה בחלקו של בנימן אולם והיכל ובית קדשי הקדשים ורצועה היתה יוצא מחלקו של יהודה ונכנסהת לחלקו שלבנ״ימן ובה היה מזבח בנוי ובנימן הצדיק היה מצטער עליה לבלעה בכל יום שנ׳ חופף עליו כל יום לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה אוש פיזכן לגבורה שנ׳ ובין כתפיש וכן. *Quid erat in portione Judæ? Mons ædis, conclavia, & atria. Quid erat in portione Benjamin? Porticus, templum, & Sanctum Sanctorum. Fuitque ducta linea e portione Judæ in portionem Benjamin, ubi exſtructum fuit altare. At Benjamin pius quotidie excruciabatur, abſorbere cupiens* (hanc partem). Dictum eſt enim: Et erat dolens tota die. *Idcirco meruit pius Benjamin fieri hoſpes divinitatis. Dictum eſt enim.* Et inter humeros illius requieſcet. Et *Hieroſ. Megilla* 72. 3. ר׳ חייה רבה אמר לר׳ שמעון בר׳ אני שמעתי מאביך שכל חופות שהיו לא היו אלא בתוך חלקו של בנימן מה טעמא ובין כתיפיו שכן והא כתיב וימאס באהל יוסף ובשבט אפרים לא בחר ויבחר בשבט יהודה וכי ביהודה בחר אלא בחירה ובחירה מה בחירה שנאמר להלן בנימן בכלל אף בחירה שנאמר כאן בנימן בכלל רב יונה ר׳ אבהו בשם ר׳ יוסי בן חנינה ורצון שוכני סנה קדשים המרצין נאכלין בחלקו של יוסף אמר ר׳ אבודמא דציפוריז בראש תור היה נכנס מתוך חלקו של יוסף לתוך חלקו של בנימן והי׳ המזבח נתון עליו מה טעמא ונסב הגבול מזרחה תאנרת שילה עד איסכופיה דשילה ר׳ יונה ר׳ אבהו בשם ר׳ יוסי בן חנינה ורצון סנה ששרת שכינה בסנאיו של יוסף. *R. Chija Raba dixit R. Simeoni filio Rabi; audivi ego ex patre tuo, quod omnes thalami non fuerint niſi in parte Benjamin; ex eo quod dictum eſt;* & inter humeros illius requieſcet. *Et ecce ſcriptum eſt* Pſalm. LXXVII. 61. & repulit tabernaculum Joſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Juda. *Itane vero? An Judam elegit? At dictum eſt hic* בחירה *& dictum eſt alibi* בחירה; *ſicut in* בחירה *eo loco dictum Benjamin comprehenditur, ita etiam in* בחירה *hoc loco dicta Benjamin comprehenditur. Rabi Jona Rabi Abau nomine R. Joſe ben Chanina dicit;* ורצון שוכני״סנה Et voluntas habita-

bitatoris rubi, [sic Hebræus; Targum Onkelos איתגלי באסנא revelatus in rubo] *est, quod sanctitates, quæ sunt acceptæ, comeduntur in portione Josephi. Dicit R. Abedama ex T'sippori; in vertice montis linea e medio portionis Joseph ingrediebatur in portionem Benjamin; Et ibi constitutum erat altare; ex eo quod dictum est* Josue XVI. 6. Et circuit terminus contra Orientem in Thamathselo; *usque ad limen Silo. R. Jona R. Abau nomine R. Jose ben Chanina dicit; quod sensus* ורצון שוכני סנה *sit, quod Divinitas habitavit in rubis Josephi.* At hæc uberius illustrantur in *Siphri* 61. 4.

ר׳ אומר בכל החוחמים הוא אומר וירד הגבול ותאר הגבול וכאן הוא אומר ועלה הגבול גיא בן הינום כתף היבוסי היא ירושלם מלמר שבית הבחירה היה בנוי בחלקו של בנימן ובראש תור יוצא מחלקו של בנימן לחלקו של יהורה שנ׳ ובין כתיפיו שכן ומה ת״ל לא יסור שבט מיהודה זו לישכת הגזית שניתנה בחלקו של יהודה שנ׳ וימאס באהל יוסף ובשבט בנימן (lege אפרים) לא בחר ויבחר את שבט יהודה ואת הר ציון אשר אהב אבל בית הגדול היו בנוי בחלקו של יוסף בשילה שנ׳ ואתה בית לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ואין אפרתה אלא בית לחם שנ׳ ותמת רחל ותקבר בדרך אפרת היא בית לחם ר׳ מאיר אומר בחלקו של בנה מתה שנ׳ ואני בבואי מפרן מתה עלי רחל וגו׳ ואין אפרתה אלא בית לחם שנ׳ ואתה בית לחם אפרתה שומע אני בחלקו של יוסף זה בנה שנ׳ הנה שמענוה באפרתה מצאנוה בשדה יער במי שנמשל בחייתו יער ואי זה בנימן שנ׳ בנימן זאב יטרף זכה בנימן שתשרה שכינה בחלקו וכן אתה מוצא כשחלק יהושע ארץ ישראל לשבטים הניח רושנה של יריחו חמש מאוה אמה על ארבע מאות אמה ונתנה לבני יונדב בן רכב חלק ברש והיו אוכלים אותה ארבע מאות וארבעים שנה שנ׳ ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה צא מהם אותן ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר נמצאו אוכלים אותן ארבע מאות וארבעים שנה וכששרת שכינה בחלקו של בנימן עמרו ופינו אותן מלפניהם שנ׳ ובני קיני חותן משה עלו מעיר התמרים ויאמר משה לחובב בן רעואל המדיני חותן משה וכי עלת על לב שאמר משה ליתרו בוא וניתן לך חלק בארץ ישראל והלא כבר נאמר לכה אתנו והטבנו לך ומה ת״ל כי יי׳ דיבר טוב על ישראל זה דושנה של יריחו שהיו אוכלים אותה בני בניו של יתרו קודם שיבנה בית הבחירה לשבטים ויאמ׳ אליו לא אלך אמר לו למחר כשתחלק ארץ ישראל לשבטים איזה שבט מכם שיתן לי כרם אחד בתוך שלו או תלם אחד בתוך שלו אלא הריני הולך לארצי ואוכל פירות מארצי ואשתה יין מכרמי וכן אתה מוצא בישראל כשהניחו מקום פירות מאכל ומשתה והלכו להם לעדר במדבר הלכו ללמוד תורה מיעבץ מי היה יעבץ זה היה עתניאל בן קנז וכן הוא אומר ויקן דוד את הגורן ואת הבקר בכסף שקלים חמשים ובמקום אחר הוא אומר ויתן דוד לארנן במקום שיקלי זהב שש מאות אי איפשר לומר שיקלי זהב שכבר נאמר שקלי כסף ואי איפשר לומר שקלי כסף שהרי כבר נאמר שקלי זהב אמור מעתה בזהב שקל ובכסף קנה ואי איפשר לומר חמשים שכבר נאמר שש מאות ואי איפשר לומר שש מאות שכבר נאמר חמשים אמור מעתה כיון שראה דוד מקום שראוי לו לבנות בית הבחירה עמר וכינס חמשה שקלים מכל שבט ושבט נמצאו שש מאות שקלים מכל השבטים מפני מה זכה בנימן שתישרה שכינה בחלקו משל למלך שבא אצל בניו לפרדים כל אחד ואחד אמר אצלי הוא שורה קטן שבכולם אמר איפשר שמניח אבא אחיי גרולים ושורה עמי הלך ועמד פניו כבושית ונפשו עגומה ראה אותו אביו שעמר ופניו כבושות ונפשו עגומה עליו אמר עכשיו מאכל ומשתה יהיה משלכם ולינתי אצלו כך אמר הקרוש ברוך הוה בית הבחירה יהיה בחלקו של בנימן וקורבנות מכל השבטים · דבר אחר מפני זכה בנימן שתישרה שכינה בחלקו מלמד שכל השבטים היו במכירתו של יוסף ובנימן לא היה במכירתו של יוסף אמר הקרוש ברוך אני אומר לאילי שיבנו בית הבחירה לא כשיהיו מתפללים לפני איני מבקש עליהם רחמים איני משרה שכינתי בחלקם שלא היו רחמנים על אחיהם דבר אחר מפני מה זכה בנימן שתשרה שכינה בחלקו משל למלך שהיו לו בנים הרבה משהגדילו הלך כל אחד ואחד ותפש את מקומו קטן שבכולם היה אביו אוהבו אוכל עמו ושיתה עמו נשען עליו ויוצא נשען עליו ונכנס כך בנימן הצדיק קטן שבשבטים היה והיה יעקב אבינו אוכל עמו ושותה עמו נשען עליו ויוצא נשען עליו ונכנס אמר הקרוש ברוך היא מקום שסמך צדיק זה ידיו שם אני משרה שכינתי לכך נאמר ובין כתיפיו שכן. *Rabi dicit, in omnibus terminis dictum est;* & descendit terminus, & inclinatur terminus; *at hoc loco dictum* Jos. XV. 8. Ascenditque per convallem filii Enon ex latere Jebusæi; hæc est Jerusalem. *Ex hoc docetur, quod domus electa in portione Benjamin exstructa sit; & in vertice montis egrediebatur ex portione Benjamin in portionem Juda; dictum est enim;* Et inter humeros illius requiescet. *Et cur dictm est.* Non auferetur sceptrum de Juda? *Hoc est conclave cæsi lapidis, quod in portione Juda collocatum fuit; Dictum est enim* Ps. LXXVII. 67. Et repulit tabernaculum Joseph, & tribum Ephraim non elegit; sed elegit tribum Juda, montem Sion, quem dilexit. *At domus magna exstructa fuit in portione Joseph in Silo;* dictum

dictum est enim Michæ. v. 2. Et tu Bethelem Ephrata, parvulus es in millibus Juda. *Et Ephrata nihil aliud est quam Bethelem; dictum est enim* Genes. XXXV. 19. Mortua est ergo Rachel & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, quæ est Bethlehem *R. Meir. dicit*, *in portione filii sui mortua est; dictum est enim Ibid.* XLVIII. 7. Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel &c. *Et Ephrata non est aliud quam Bethlem; Dictum est enim*; Et tu Bethlem Ephrata. *Crederem, quod in portione Joseph exstructum esset templum; At dictum est* Psal. 131. 16. Ecce audivimus eum in Ephrata, invenimus eum in campis sylvæ; *In ejus portione, qui feræ sylvæ assimilatus est. Quinam est hic? Est Benjamin; Dictum est enim* Genes. XLIX. 27. Benjamin lupus rapax. *Benjamin dignus factus est, ut in ejus portione habitaret Divinitas. Similiter tu deprehendis, quod quando distribuit Josue terram Israel tribubus, reliquerit pinguedinem Jericho patentem undiquaque quingentos cubitos, & assignaverit filiis Jonadab filii Rachab partem in principio; & illi ex ea comederunt quadringentos & quadraginta annos; dictum est enim* I. Reg. VI. I. Quadringentesimo & octogesimo anno; *si ex his detrahantur quadraginta anni, quibus Israelitæ morati sunt in deserto, deprehendentur ex ea comedisse quadringentos & quadraginta annos. Et quando Divinitas habitavit in portione Benjamin, surgentes deseruerunt; dictum est enim* Judic. I. 16. Filii autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de civitate palmarum. *Et dixit Moyses Chobab filio Raguel Madianitæ cognato Mosis. Putasne, quod Mose dixerit Jethro; Veni & dabo tibi partem in terra Israel? Nonne ibi dictum est* Num. X. 29. Veni nobiscum ut benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israel? *Hæc est pinguedo Jericho, de qua comederunt filii filiorum Jethro, antequam ædificaretur domus electa pro tribubus*. Ibidem 30. Cui ille respondit. Non vadam tecum. *Dixit illi; postquam divisa fuerit terra Israel inter tribus; quæ tribus ex vobis vineam in sua portione, aut unum sulcum in portione sua mihi dabit? sed revertar in terram meam, & edam fructus ex terra mea, & bibam vinum ex vinea mea. Similiterque tu deprehendis in Israelitis, & quando reliquerunt locum fructibus pro cibo & potu, & profecti sunt Eder in desertum, & abierunt ad discendum legem ad Jabes; quinam fuit Jabes? fuit Othoniel filius Chenez. Pariterque tu dicis* 2. Sam. XXIV. 24. Emit ergo David aram & boves argenti siclis quinquaginta. *Et alio loco* Paral. XXI. 2. dicitur. Dedit ergo David Ornan pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos. *Non sunt dicendi sicli auri, quia jam dicti sunt sicli argenti; neque dicendi sunt sicli argenti, quia jam dicti sunt sicli auri; dicendum est igitur, quod auro ponderaverit, & argento comparaverit. Neque dicendi sunt quinquaginta, quia jam dicti sunt sexcenti, neque dicendi sunt sexcenti, quia jam dicti sunt quinquaginta; Dicendum est igitur, quod quando vidit David locum convenientem, ut ibi domus electa ædificaretur, constituit, & collegit quinquaginta siclos ex singulis tribubus, deprehenduntur ex omnibus tribubus sexcenti. Qua de causa Benjamin dignus factus est, ut in ejus portione habitaret Divinitas? Simile Regi, qui certis temporibus venit ad suos filios; dicit singulis; apud te habitabo. Natu minimus ex omnibus dicit; fieri non potest, ut pater fratres meos majorennes dimittat, & mecum habitet. Proficiscens consistit facie demissa, & animo tristi; Quem videns pater stantem cum facie demissa & animo subtristi dicit; nunc cibus & potus sit mihi ex bonis vestris, & pernoctatio mea apud illum; sic dixit Sanctus Benedictus; Domus electa sit in portione Benjamin, & sacrificia ex omnibus tribubus. Explicatio alia. Qua de causa Benjamin dignus habitus est, ut in ejus portione habitaret Divinitas? Ex hoc docetur; quod omnes tribus natæ sint extra terram, & Benjamin natus sit in terra Israel. Alia explicatio. Qua de causa Benjamin dignus factus est, ut in ejus portione habitaret Divinitas? Omnes tribus vendiderunt Joseph, at Benjamin Joseph non vendidit. Dixit Sanctus Benedictus; Ego dicam illis, quod mihi domum electam ædificent, at quando orabunt coram me, non quæram misericordiam super illos; neque mea Divinitas in eorum portione habitabit; eo quod in fratrem suum misericordes non fuerunt. Alia explicatio. Qua de causa Benjamin dignus habitus est, ut in ejus portione Divinitas habitaret? Simile Regi, cui sunt multi filii; postquam adoleverunt, abiit unusquisque, & occupat locum suum, natu minimus ex omnibus, quem diligit pater suus, cum illo edit, & cum illo bibit, si egreditur, illi innititur, si ingreditur, illi pariter innititur; similiter de Benjamin natu minimo ex tribubus, Jacob pater noster cum illo edebat; cum illo pariter bibebat, si egrederetur illi innitebatur, si ingrederetur, illi pariter inni-*

innitebatur ; dixit Sanctus Benedictus ; In hoc loco , ubi manus ſuas hic juſtus impoſuit , faciam habitare meam Divinitatem ; ideoque dictum eſt . Et inter humeros illius requieſcet. Clariſſime demonſtratur ex *Joſue* XV. 8. ubi fit mentio ſortis tribus Judæ . *Aſcenditque per convallem filii Ennom ex latere Jebuſæi ad meridiem ; hæc eſt Jeruſalem .* Et verſ. 62. *Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non potuerunt filii Juda delere , habitavitque Jebuſæus cum filiis Juda in Jeruſalem .* Et ibid. XVIII. 28. ubi fit ſermo de ſorte Benjamin. *Et Sela , Elepb , & Jebus , quæ eſt Jeruſalem .* Et *Judic.* I. 21. *Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non deleverunt filii Benjamin ; habitavitque Jebuſæus cum filiis Benjamin in Jeruſalem ;* Clariſſime , inquam , demonſtratur Hieroſolymam inter Judam & Benjamin fuiſſe diſtributam ; Hæc vero planiſſime explanantur a *Kimchio* in commentario ad Joſue XVIII. 16. והיבוסי היה ירושלם ובגורל בני יהודה אמר נ״כ כי היבוסי היא ירושלם בחלק יהודה והנה אומר כי הוא ובנימן כן הוה כי לכל אחד מהם היה לו חלק בה ואמרו ר״ל כי רצועה יוצאה מחלקו של יהודה לחלקו של בנימן ובה מזבח בנוי והיה בנימן הצדיק מצטער עליה לבלע׳ שנ׳ חופף עליו כל יום ובין כתפיו שכן ויש אומרים המזבח היה בחלקו של בנימן שנ׳ ובין כתפיו שכן וי״א כי בין שניהם היה המזבח והנה יהודה היה עולה גי בן הנם כתף היבוסי והיה עולה אל ראש ההר אשר על פני גי בן הנם ימה אשר בקצה עמק רפאים ומראש ההר אל מעין מי נפתוח ואמרו כי הוא עין עיטה הנזכרי בדברי ר״ל וחלק בנימן היה כנגדו חלק יהודה היה עולה אל ההר וחלק בנימן היה יורד אל קצה ההר אשר בגי בן הנם אשר בעמק רפאים והיה יורד אל כתף היבוסי היה ירושלם · נמצא שבין שניהם היה הגבול הזה זה עולה וזה יורד. Ad latus Jebuſæi , hæc eſt Jeruſalem. *Et in ſorte filiorum Juda pariter dictum eſt ;* ad latus Jebuſæi ; hæc eſt Jeruſalem ; *in portione Juda ; in hoc loco dicitur , quod obtigerit Benjamin. Ita ſe res habebat ; unicuique eorum portio erat ; Et dixerunt noſtri Sapientes f.m. Linea ducta erat ex portione Juda in portionem Benjamin , ibique exſtructum erat altare ; At pius Benjamin dolore excruciabatur , quod non abſorbere poſſet* (eam partem) *dictum eſt enim ;* Et erat dolens tota die. Et inter humeros illius requieſcet. *At alii dicunt altare ſitum fuiſſe in portione Benjamin ; dictum eſt enim.* Et inter humeros ejus requieſcet ; *Et alii dicunt inter utrumque fuiſſe altare.* Et Jehuda adſcendit per convallem filii Ennom ex latere Jebuſæi ; & adſcendit ad verticem montis , qui eſt contra Gehennon ad occidentem , qui eſt in ſummitate vallis Raphaim ; & e vertice montis uſque ad fontem aquæ Nephtoa ; *& dixerunt , quod hic eſſet fons Etham commemoratus in verbis Sapientium noſtrorum f. m. Portio vero Benjamin erat e regione illius ; portio Juda adſcendit ad montem , & portio Benjamin deſcendit in partem montis , qui reſpicit vallem filiorum Ennon , quæ erat in valle Raphaim , deſcenditque a latus Jebuſæi ; & hæc Jeruſalem ; deprehenditur hic fuiſſe terminus inter utrumque ; hic aſcendit , & ille deſcendit . Rabbag* vero in commentario ad XV. 8. *Joſue* videtur ſentire Hieroſolymam non fuiſſe diviſam . ועלה הגבול גי בן הנם אל כתף היבוסי מנגב היא ירושלם ידמה מזה המקום שירושלם לא נתחלקה לשבטים ואולם מה שאמר אחר זה ואת היבוסי יושבי ירושלם לא יכלו בני יהודה להורישם וישב היבוסי את בני יהודה בירושלם יורה שירושלם היתה מנחלת בני יהודה כי לא אמ׳ לא יכלו בני ישראל להורישם אך אמ׳ לא יכלו בני יהודה להורישם וממה שאמר בנחלת בנימן במנין עריהם אשר נפלו להם כנחלה וצלע אלף והיבוסי היא ירושלם ידמה כי ירושלם היתה מנחל׳ בני בנימן ולזה נפלה המחלקת אם נתחלקת ירושלם לשבטים אם לא . Adſcenditque terminus per convallem filii Ennon ex latere Jebuſæi ad meridiem ; hæc eſt Jeruſalem ; *ex hoc loco videtur non fuiſſe diſtributa tribubus Hieroſolyma ; Quid vero poſt hæc dictum eſt ?* Jebuſæum autem habitatorem Jeruſalem non potuerunt filii Juda delere ; habitavitque Jebuſæus cum filiis Juda in Jeruſalem . *Hinc docetur Hieroſolymam fuiſſe aſſignatam hæreditario jure filiis Judæ . Non enim dictum eſt , filii Iſrael delere non potuerunt ; ſed dicitur ; Filii Judæ delere non potuerunt . Quod vero dictum eſt in hæreditate Benjamin in numerandis ejus urbibus , quæ illi hæreditario jure aſſignata ſunt ; commemorantur Sela , Eleph & Jebus , quæ eſt Jeruſalem ; videtur Hieroſolyma hæreditario jure attributa fuiſſe filiis Benjamin ; & hinc orta diſſenſio an Jeruſalem diſtributa ſit nec ne .* Non conveniunt Judæi in definiendo altaris ſitu in atrio ; alii in aquilone , alii in medio atrio , alii in auſtro collocandum putant. Prima ſententia paucorum , ſecunda multorum , tertia fere omnium auctoritate celebrata eſt. *Babyl. Joma* 16. I. 2. רבי יהודה אומר המזבח ממוצע ועומד באמצע עזרה ושלשים ושתים אמות היו לו עשר אמות כנגד פתחו של היכל אחת עשרה אמה לצפון ואחת עשרה אמה לדרום

לדרום נמצא מזבח מכוון כנגד היכל וכותליו ואי סלק דעת׳ מדורת רבי יהודה היא מזבח באמצע עזרה מי משכחת לה והתנן כל העזרה היתה אורך מא׳ ושמונים ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש מן המזרח למערב מאה ושימנים ושבע מקים דריסת רגלי ישראל אחת עשרה אמה מקום דריסת רגלי הכהנים אחת עשרה אמה מזבח שלשים ושתים בין האולם ולמזבח עשרים ושתים וההיכל מאה אמה ואחת עשרה אמה אחורי בית הכפורת מן הדרום לצפון מאה ושלשים והמש הכבש והמזבח ס״ב מן המזבח ולטבעירת שמונה אמות מקום הטבעות עשרים וארבע מן הטבעורת לשלחנורת ארבע מן השלחנורת לננסין ארבע מן הננסין לכותל עזרה שמונה אמורת והמותר בין הכבש ולכות׳ ומקום הננסין ואי סלקא דעת׳ מרות רבי יהודה היא מזבח באמצע עזרה מי משכחת לה הא רורה דמזבח בדרום קאי. *Rabi Jehuda dicit. Altare in ipso medio atrio situm est; patetque triginta duobus cubitos, decem e regione portæ templi, undecim ad aquilonem, totidemque ad austrum; deprehenditur altare fuisse situm recta e regione templi; Si tibi venit in mentem in Middoth R. Jehuda putare, altare situm fuisse in medio atrio; ubi deprehenditur? Traditur in Misna.* Longitudo atrii erat cubitorum 187. in latitudine 135. ab oriente ad occidentem; 187: locus ambulacri Israelitarum 11. cubitorum; totidemque locus ambulacri Sacerdotum; 32. altare; inter ulam & altare 22. & templum 100. & 11. locus situs post domum propitiationis; ab austro ad aquilonem 135. altare & collis 62. ab altari ad annulos 8. locus annulorum 24. ab annulis ad mensas 4. a mensis ad columnas humiles 7. ab humilibus columnis ad parietem atrii 8. reliquum inter collem, & parietem, & locum columnarum humilium. *Si tibi venit in mentem in Middoth Rabi Jehuda putare, collocatum fuisse in medio atrio; ubinam deprehenditur?* Ecce major pars altaris stetit in plaga australi. Ut hæc postrema הא רובה דמזבח בדרום קאי, id est *major pars altaris stetit in parte australi*, intelligantur, describendus mihi est in h. l. *Raschii* commentarius. רובה דמובח בדרום קאי לפי מניין זה שהרי חצי רוחב העזרה ששים ושבעה וחצי נתת מהם מבותל צפונירת לננסין שמנה ומן הננסין לשולחנורת ארבע הרי שנים עשר ומקום שולחנורת זו אצל זו ארבע בשקלים נתונות ארבע בראש ארבע נמצאו ארבע זו אצל זו ברוחב הרי שש עשרה ומשם לטבעות ארבע הרי עשרים ומקום הטבעות עשרים ואזבע הרי ארבעים וארבע ומן הטבעורת למזבח שמנה הרי חמשים ושתים למקום הננסין עשר אמות ומחצה שהוא חצי העורף הנשאר והנותר שלא מנה במשנה שהרי מאה ועשר אמות מנה מן הכבש לצפון נאסרו ממאה ושלשם וחמשה של רחב העזרה עשרים וחמש ונתנו לשולחנות ארבע ונאסרו כ״א אותן תחלוק למקום הננסין חציין וחציין בין כבש לכותל הרי מן המזבח לצפון ששים ושתלים ומחצה כשתתן חמש אמורת הצפוניו׳ של מזבח עליהם הרי חצי רוחב העזרה שהוא ששים ושבע ומחצה נמצא עשרים ושבע אמות מן דרומית של מזבח כליך בחצי דרומי של העזרה ונמצא צפוני של חלל הפתח אצל המזוזה. *Major pars altaris sita erat in parte australi; juxta hunc computum; etenim dimidium latitudinis atrii erat septem & sexaginta cubitorum cum dimidio; tribuantur ex his ex muro aquilonari ad humiles columnas 8. cubiti, & ab humilibus columnis ad mensas 4. ecce 12. Et locus mensarum, quarum altera erat prope alteram, in tractatu Sekalim statuuntur quatuor in extremitate quatuor, deprehenduntur quatuor una prope alteram in latitudine; ecce 16. atque hinc ad annulos 4. ecce 20. & locus annulorum 24. ecce 44. & ab annulis ad altare 8. ecce 52. Et locus humilium columnarum 10. ÷ hic dimidius cubitus, qui superest, & residuus est, non numeratur in Misna; in qua 110. numerantur a colle ad aquilonem; reliqui sunt ex 135. latitudinis atrii, 25. si tribuantur mensis 4. reliqui erunt 21. distribuatur ex his dimidium loco humilium columnarum, & dimidium spatio inter collem & parietem; ecce ex altari ad aquilonem 62. ÷ quibus si addantur quinque cubiti aquilonares altaris, ecce dimidium latitudinis atrii, quæ patet 67. ÷ deprehendentur 27. cubiti ex plaga australi altaris finiri in dimidia parte australi atrii, & deprehendetur pars aquilonaris altaris finiri ad extremitatem aquilonarem spatii inanis portæ prope postem.* Idem dissensus occurrit in Siphra 8. 2. המזבח מכוון כנגד הצד פתחו של היכל וכנגד אחר מן הדלתית משוך כלפי הדרום רבי יהודה אומר המזבח ממוצע באמצע בעזרה שלשים ושתים אמה עשר אמורת כנגד פתחו של היכל אחת עשרה אמה מן הדרום ואחת עשרה אמה מן הצפון נמצא המזבח מכוון כנגד היכל וכותליו. *Altare situm erat contra latus portæ templi, & contra alteram ex valvis protractum ad austrum; R. Jebuda dicit; Altare omnino in medio atrio situm patebat 32. cubitos, decem contra portam templi, undecim ad austrum, totidemque ad aquilonem.* Iterum *Babyl. Joma* 35. 2. ת״ל ולקח מלא המחרת׳ גחלי אש מעל המזבח מלפני ה׳ אי זהו מזב׳ שמקצתו לפני ה׳ ואין כולו לפני ה׳ הוי או׳ זה מזבח החיצון

החיצון ואצטרי' למכת' מעל המזבח ואצטרי'
למכתב מלפני ה' דאי כתב רחמנ' מעל
המזבח הוה אמינא מאי מזבח מזבח פנימי
כתב רחמנא מלפני ה' ואי כתב רחמנא
מלפני ה' הוה אמינא דוקא מלפני ה'.
Assumptoque thuribulo, pleno prunis ignis ex altari coram Domino. *Quodnam est altare, cujus dimidia pars erat* coram Domino, *neque totum erat* coram Domino? *Hoc est altare exterius. Et necesse erat ut diceret* ex altari, *& necesse pariter erat, ut diceret* coram Domino; *Si in textu scriptum esset*, ex altari; *dixissem quod nam est hoc altare? Est altare interius. Scriptum est* coram Domino; *Et si in textu scriptum esset* coram Domino, *dixissem quod est præcise* coram Domino. Quin etiam nonnulli volunt latus aquilonare altaris totum vacuum fuisse. *Siphra* ibid. צפונה
לפני יי' שהצפון פנוי דברי ר' אליעזר
Ad latus altaris quod respicit aquilonem, coram Domino; *quod plaga aquilonaris vacua esset; verba Rabi Elieser ben Jacobi*. Pariterque in *Gemara Babyl. Joma* 37. *legitur* צפונה לפני ה' שיהא
צפון כולו פנוי דברי ר' אליעזר בן יעקב
Ad latus altaris, quod respicit aquilonem, coram Domino; *quod tota plaga aquilonaris sit vacua; verba R. Eliesier filii Jacob*. Alii contendunt totum in aquilone situm fuisse; *Tosaphta Korbanoth*. VII. ר' יוסי אומר מזבח כולו צפון
שנ' ושחט אותו על ירך המזבח צפונה
לפני ה' ר' יוסי ברבי יהודה אומ' מחצי
המזבח ולצפון כצפון מחצי המזבח לדרום
ולחוץ כדרום. *R. Jose dicit; altare totum aquilonare; sicuti dictum est*; Immolabitque ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem, coram Domino. *R. Jose filius R. Jebudæ dicit; dimidium altaris ad aquilonem perinde habebatur ac latus aquilonare; & dimidium altaris ad austrum & exterius perinde habebatur ac latus australe. Siphra* 8. 2. המזבח צפונה
שהמזבח כלו ראוי להיות צפונה שהם
שחט בראשו קדשי קדשים כשרים דברי
רבי יוסי׃ ר' יהודה אומ' מחצי המזבח
ולצפון כצפון ומחצי המזבח ולדרום כדרום
Altare aquilonare; quod altare idoneum est, ut totum sit aquilonare; quod si mactaverit in ejus vertice sanctissima, legitima sunt; verba Rabi Jose. Rabi Jebuda dicit; dimidium altare ad aquilonem habetur perinde ac latus aquilonare, & dimidium altare ad austrum perinde habetur ac latus australe.

Ex hac tanta dissensione in constituendo in atrio situ altaris, nata videtur discrepantia inter Scriptores Hebræos in definienda plaga aquilonari, quam alii magis, alii minus patuisse volunt. *Babyl. Joma* 35. מאן שמע' ליה
דאמ' בין האול' ולמזבח צפון ר' אלעזר בר
שמעון היא דתניא איזהו צפון מקיר שלמזבח
צפוני ועד כותל העזרה׃ וכנגד כל המזבח
כולו צפון דברי ר' יוסי בר' יהודה ר' אלעזר
בר' שמעון מוסיף אף בין אולם ולמזבח רבי
מוסיף אף מקום דריסת רגלי הכהנים ואף
מקום דריסת רגלי ישראל אבל מן החילפות
ולפני הכל מודין שפסול לימא רבי אלעזר
בר' שמעון היה ולא ר' אפי' תימא רבי ור'
השת' אדר' יוסי בר' יהודה מוסי' אדר'
אלעזר בר' שמעון לא מוסיף אנן הכי קא
אמרינן אי ר' היא נוקמה בכולה עזר' אלא
מאי ר' אלעזר בר' שמעון היא ונוקמיה
בין מזבח ולכותל אלא מאי אית לך למימר
משו' חולשה דכהן גדול לרבי נמי משום
חולשה דכהן גדול. *Hinc intelligitur, quod dicitur; inter ulam & altare est plaga aquilonis; juxta R. Eleasarem filium Simeonis; traditio est; Quænam est plaga aquilonaris? a pariete altaris aquilonari usque ad atrii parietem, & e regione altaris totius aquilonaris est; verba R. Jose filii Jebudæ; R. Eleaser filius Simeonis addit etiam spatium inter ulam & altare; Rabi addit quoque spatium ambulacri Sacerdotum, atque etiam spatium ambulacri Israelitarum; at a domo secespitarum & ulterius, omnes consentiunt illegitimum esse. Dicemus ne esse R. Eleasarem filium R. Simeonis, & non Rabi? Potes etiam dicere esse Rabi; nunc vero Rabi verbis R. Jose filii R. Jebudæ addit, sed verbis R. Eleasaris non addit. Nos ita exquirere voluimus, an sit Rabi, qui statuat pro toto atrio. Dicendus ne est esse R. Eleasar filius R. Simeonis, qui statuat inter altare & parietem. Quid igitur tibi dicendum erit? propter defatigationem Sacerdotis magni; juxta sententiam Rabi quoque propter defatigationem summi Sacerdotis. Tosaphta Korbanoth* VI. איזהו צפון המזבח שכשר לשחטת
קדשי קדשים מקיר המזבח הצפוני ועד
כותל העזרה הצפוני על פני כל המזבח וישנן
שלשים אמה דברי ר' מאיר ר' אליעזר בר
שמעון מוסיף מכנגד בין אולם ולמזבח ועד
כנגד בית החלפות וישנן עשרים ושתים
אמה ור' מוסיף מקום דריסת רגלי ישראל
אחת י' אמה רוחב ומאה ושמונים ושבע
אורך ומקום דריסת רגלי הכהנים אחת י'
רוחב ומאה ושמונים ושבע אורך מקיר
הכותל הצפוני ועד כותל העזרה המזרחי
וכשם שהחשיטה בצפון כך קבולה דם בצפון
Quænam erat plaga aquilonaris altaris, ubi legitime mactarentur sanctissima? Spatium altaris aquilonarem usque ad parietem atrii aquilonarem ad faciem totius altaris; & patebat 30. *cubitos; verba R. Meir; R. Eleasar filius R. Simeonis addit spatium quod contra erat locum,*

qui erat intra ulam & altare usque ad locum, qui erat contra domum secespitarum, qui patebat 22. cubitos; at Rabi addit spatium ambulacri Israelitarum, cujus latitudo erat 11. cubitorum, & longitudo 187. Et spatium ambulacri Sacerdotum, cujus pariter latitudo erat 11. cubitorum, & 187. longitudo; & spatium muri aquilonaris usque ad parietem atrii orientalem; sicuti mactatio facienda erat in aquilone, ita etiam acceptio sanguinis in aquilone. Siphra loco cit. איזהו צפון מקירו של מזבח צפוני ועד כותל העזרה הצפוני ואף כנגד המזבח דברי ר׳ יוסי ברבי יהודה׃ ר׳ אליעזר ברב שמעון מוסיף אף מכנגד בין האולם ולמזבח ועד כותל העזרה צפוני רבי מוסיף מכנגדן מקום דריסת רגלי ישראל ואף מכנגדן מקום דריסת רגלי הכהנים ואם כותל העזרה הצפוני אבל מכנגד בית החלפות ולפנים הכל מודים שהוא פסול. *Quænam erat plaga aquilonaris altaris? a pariete altaris aquilonari usque ad parietem atrii aquilonarem, & spatium quod erat e regione altaris; verba R. Jose filii R. Jehudæ; R. Eleasar filius R. Simeonis addit etiam spatium quod erat e regione inter ulam & altare, usque ad murum atrii aquilonarem. Rabi addit etiam spatium quod erat e regione horum, sc. locum ambulacri Sacerdotum, & parietem quoque atrii aquilonarem; at spatium, quod erat e regione domus secespitarum & ulterius, omnes conveniunt fuisse illegitimum.* Vide *Hierosl. Joma* 40. 4. *Mekiltha* 27. Et *Maimon. de domo electa* cap. V. Ne mireris tam solicitos & diligentes esse Judæos in investiganda & definienda plaga aquilonari altaris; in hoc enim latere post manuum impositionem & peractam confessionem victimas sanctissimas mactare jubentur. *Tosaphta Menachoth* x. כיצד סמך זבח עומד בצפון ופניו במערב סומך במערב ופניו במערב מניח שתי ידיו על גבי קרניו של זבח ולא היה מניח ידיו על גבי זבח ולא היה מניח ידיו זו על גבי זו ורא היה דבר חוצץ בין ידים לקרנות מתודה. *Quomodo imponebantur manus? Sacrificium stabat in aquilone, & facies ejus versa ad occidentem, qui imponebat manus, stabat in oriente* (legendum במזרח non במערב) *& facies ejus versa ad occidentem, imponebat ambas manus cornibus sacrificii, neque manus sacrificio imponebat, neque manum alteram alteri imponebat; neque res ulla esse debebat, quæ inter manus & cornua intercederet. Confitebatur &c.* Siphra 4. 2. וסמך ושוחט במקום שסומכין שוחטין ותכף לסמיכה שחיטה. Ponetque manus -- Immolabitque. *Ubi manus imponuntur, ibi mactatio peragebatur, & statim post impositas manus mactabatur.* Babyl. Joma 36. כיצד סומך הזבח עומד בצפון ופניו למערב והסומך עומד במזרח ופניו במערב ומניח שתי ידיו בין שתי קרנות של זבח ובלבד שלא יהא דבר חוצץ בינו לבין הזבח ומתודה. *Quomodo imponebantur manus? Stabat sacrificium in aquilone, & facies ejus versa ad occidentem, & qui mactabat, stabat in plaga meridionali, & facies ejus versa ad occidentem, & imponebat ambas manus inter duo cornua sacrificii, dummodo nequid inter illas & cornua sacrificii intercederet; & confitebatur.* Vide *Misna Joma* 111. 8. In hac plaga aquilonari Holocausta, sacrificia pro peccato, & pro delicto, & pacifica cœtus, quæ sanctissima dicebantur, mactanda erant. *Mekiltha* 27. 4. וזבחת עליו כנגדו אתה אומ׳ עליו כנגדו או אינו אלא עליו כמשמעו והדין נותן ומה אם צפון המזבח שאינו כשר לכפרה כשר לשחיטה ראש המזבח שהוא כשר לכפרה דין הוא שיוכשר לשחיטה׃ והרי המזבח הפנימי יוכיח שהוא כשר לכפרה ואינו כשר לשחיטה והוא יוכיח על מזבח החיצון אע״פ שהוא כשר לכפרה לא יוכשר לשחיטה לא אם אמרת במזבח הפנימי שאינו לא מכשיר ולא מתיר ואינו גומר הכפרה לפיכך לא יוכשר לשחיטה ת״ל ועשית עולותיך הבשר והדם הבשר והדם בראש המזבח ר׳ אסי אומ׳ אף לשחיטה בראש המזבח והכתוב מסייעו שנ׳ מזבח אדמה תעשה לי כתוב אחד אומ׳ את עולותיך ואת שלמיך וכתוב אחר אומר ועשית עולותיך הבשר והדם כיצד יתקיימו שני מקראות הללו אמ׳ ר׳ יוסי ברבי יהודה מחצי המזבח לצפון כצפון ומחצי המזבח לדרום כדרום ואין לי אלא צפון המזבח שיהא כשר לשחיטה שאר כל צפון העזרה מנין ת״ל ושחט את הכבש במקום אשר ישחט את העולה שאין ת״ל במקום הקדש אלא להכשיר בו כל הקדשים אין לי אלא חטאת ועולה ושלמים שאר כל קרבנות מנין ת״ל את צאנך ואת בקרך משמע מביא את הקדשים ואת החולין אמרת במי הענין מדבר בקדשים בכל המקום וגו׳ Et offeretis super eo; *e regione illius; tu dicis* super eo, *e regione illius, aut non est explicandum* super eo *nisi juxta sensum literalem. Et est argumentum. Si plaga aquilonaris altaris, quæ non est idonea ad expiandum, est legitima ad mactandum. Vertex altaris, quæ est idonea ad expiandum, erit æquum, ut sit legitima ad mactandum. Ecce altare interius probet, quod est legitimum ad expiandum, non est legitimum ad mactandum illud probet de altari exteriori, quamvis sit idoneum ad expiandum, non erit legitimum ad mactandum; minime; si dixisti de altari interiori, quod neque rectificat,* neque

neque permittit, neque perficit expiationem, ideoque non est legitimum ad mactandum; idcirco dictum est; Deut. XII. 27. Et offeres oblationes tuas carnem, & sanguinem; carnem & sanguinem *in vertice altaris; at mactatio non erit peragenda in vertice altaris. R. Ase dicit; mactatio quoque peragitur in vertice altaris; & textus illi favet; Dictum est enim* Exod. XX. 24. Altare de terra facietis mihi. *In uno loco dicitur, ibid.* Holocausta tua, & pacifica tua; *& in alio dicitur* Deut. *l. c.* Et offeres oblationes tuas carnem & sanguinem. *Quomodo hi duo textus conciliantur? Dicit R. Jose filius R. Jehudæ; Dimidium altare ad aquilonem perinde existimatur ac pars aquilonaris; & dimidium altare ad austrum, perinde habetur ac plaga australis. Non probo nisi de plaga aquilonari altaris, quod sit legitima ad mactandum; reliquum omne spatium atrii aquilonare unde probatur? Ex eo quod dictum est;* Levit. VI. Immolabitque agnum in loco, ubi solet mactari holocaustum. *Non dictum est in loco sancto, nisi ad permittendas in eo omnes sanctitates; non probo nisi de sacrificio pro peccato, & holocausto, & pacifico; reliqua omnia sacrificia unde probantur? Ex eo quod dictum est Exod. l. c.* Oves tuas, & boves tuos; *Ex sensu literali includuntur sanctitates,* & *res profanæ; Dixisti? De quo subjecto agitur? De sanctitatibus in quovis loco &c. Siphra* 8. 2. ubi sermo est de mactatione holocausti. לשחט אותו אותו בצפון ואין העוף בצפון והלא דין הוא ומה אם בן הצאן שלא קבע לו כהן קבע לו צפון עוף שקבע לו כהן אינו דין שיקבע לו צפון, ת"ל ושחט אותו אותו בצפון ואין העוף בצפון ר' אליעזר בן יעקב אומ' אותו בצפון ואין הפסח בצפון והלא דין הוא ומה אם עולה שלא קבע לה זמן שחיטה קבע לו מקום שחיטה הפסח שקבע לו זמן שחיטה אינו דין שיקבע לו מקום שחיטה ת"ל אותו אותו בצפון ואין הפסח בצפון׃ ר' חייא אומר אותו בצפון ואין השוחט צריך להיות עומד בצפון לפי שמצינו שהמקבל צריך להיות עומד בצפון ומקבל בצפון אם עמדו בדרום וקבל בצפון פסול יכול אף השוחט ת"ל אותו אותו בצפון ואין השוחט צריך להיות עומד בצפון Immolabitque illum, illum *in aquilone, non avem in aquilone; at probari posset argumento, si filio ovis, cui non Sacerdos statuitur plaga, aquilonaris statuitus, volucri, cui statuitur Sacerdos, non erit æquum, ut statuatur plaga aquilonaris? At dictum est;* immolabitque illum, illum *in aquilone, non volucre in aquilone. R. Eleasar filius Jacobi dicit; illum in aquilone, non Pascha in aquilone; at probari posset argumento; si holocausto, cui non statuitur tempus mactationis, statuitur locus mactationis; sacrificio Paschali; cui statuitur tempus mactationis, non erit æquum ut statuatur locus mactationis? Ideo dictum est;* illum, illum in aquilone, *non Pascha in aquilone. R. Chija dixit;* illum in aquilone, *non mactans necesse est ut stet in aquilone; eo quod deprehendimus, quod accipiens* (Sanguinem) *necesse sit ut stet in aquilone; si accipiat in aquilone, & stet in austro, illegitimum est. Crederem etiam de mactante. Ideo dictum est;* illum, illum in aquilone, *at mactans non est necesse, ut stet in aquilone.* De sacrificio pro peccato in aquilone mactando iterum *Siphra* 12. ושחט אותו במקום אשר ישחט העולה היכן עולה נשחטת בצפון אף זה בצפון וכי מיכאן אני למד והלא נאמר במקום אשר תשחט העולה תשחט החטאת לפני יי' ולמה יצא מעתה לקובעו שאם לא נשחט בצפון פסול אתה האומר לכך יצא או לא יצא אלא ללמד שאין טעון צפון ת"ל במקום אשר ישחט אין לי אלא זה בלבד מניין לרבות כל חטאות ת"ל ושחט את החטאת במקום אשר ישחט את העולה לרבות כל החטאות שלא תהא שחיטתה אלא בצפון או אינו מביא אלא כיוצא בזה מה זה מיוחד חטאת זכר קבוע מכפר ובא מן הצאן ובא על חטא ידוע אף אני אינו מרבה אלא את כיוצא בו ואת מה אני הרבה את שעירי עבודה זרה׃ שהם חטאת זכרים קבועים ומכפרים ובאים מן הצאן ובאים על חטא ידוע או פרים הנשרפים שהו חטאת זכרים קבועין מכפרים ובאין על הטא ידוע אבל אינן באין מן הצאן או שעירי רגלים שהן חטאת זכרים קבועין מכפרין ובאין מן הצאן אבל אינן באין על חטא ידוע שקל הוא שיבאי כולן וכשהוא אומר תשחט לרבות חטאת עבודה זרה שהיא חטאת קבועה מכפרת ובאה מן הצאן ובאה על חטאת ידוע אבל אינה באה זכר או שעיר יום הכפורים שהוא חטאת זכר קבוע מכפר ובא מן הצאן אבל אינו בא על חטאת ידוע שקל הוא שיבואו שתיהן כשהוא אומ' תשחט לרבות חטאת מטמא מקרש שהיא חטאת מכפרת ובאה מן הצאן ובאה על חטאת ידוע אבל אינה באה זכר ואינה באה קבועה או חטאת נזיר שהיא חטאת קבועה ומכפרת ובאה מן הצאן אבל אינה באה זכר ואינה באה על חטא ידוע שקל הוא שיבואו שניהם כשהוא אומ' תשחט לרבות חטאת מצורע שאינה חטאת קבועה אלא מכפרת אחר שריבינו דברים שהם כיוצא בו ודברים שאינן כיוצא בו ולמה יצאת מעתה לקובעו שאם לא נשחט בצפון פסול יכול זה בלבד אם לא נשחט בצפון יהא פסול אבל כל שאר חטאות מצוה לשוחטם בצפון ואם לא נשחטו בצפון יהיו כשירות ת"ל לשחט את החטאת במקום העולה בניין אב לכל חטאות שאם

לא

לא נשחטו בצפון יהיו פסולות. Cumque immolaverit eum in loco, ubi solet mactari holocaustum. *Ubinam holocaustum mactabatur? in latere aquilonari; etiam hoc in latere aquilonari; ex hocne loco ego doceor? Nonne dictum est*; Levit. VI. 25. Ista est lex hostiæ pro peccato in loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino? *Cur igitur exiit? ad statuendum, quod si non mactaverit in aquilone, esset illegitimum. Tu dicis hac de causa exiisse; at ego dicam, hac de causa exiisse, ad docendum, hoc solum obligatum fuisse ad aquilonem; ideo dictum est*; in loco ubi solet mactari &c. *Non probo nisi pro isto tantum; pro reliquis omnibus sacrificiis pro peccato unde probatur? ex eo quod dictum est*; Cumque immolaverit eum in loco, ubi solet mactari holocaustum; *ad includenda omnia sacrificia pro peccato non fuisse mactanda nisi in aquilone. Aut dicam hic non includi nisi sui similia, sicuti hoc est sacrificium privatum pro peccato, masculum, stabile, expians, & afferebatur ex ovibus, & adducebatur pro peccato cognito, ita ego non includam nisi huic similia sacrificia. Quæ includam? hircos Idololatriæ, qui sunt sacrificia pro peccato, mascula, stabilia, & expiantia, & afferebantur ex ovibus, & adducebantur pro peccato cognito; aut includam juvencos comburendos, qui erant sacrificia pro peccato, mascula, stabilia, expiantia, & offerebantur pro peccato cognito, quamvis non afferrentur ex ovibus; aut includam hircos solennitatum, qui erant sacrificia pro peccato, mascula, stabilia, expiantia, & afferebantur ex ovibus, quamvis non offerrentur pro peccato cognito; jam demonstratum est hæc omnia esse includenda. Cum vero dicitur*; mactabitur; *venit ad includendum sacrificium pro peccato Idololatriæ, quod erat sacrificium pro peccato stabile, expians, & afferebatur ex ovibus, & offerebatur pro peccato cognito, at non erat masculum, aut hircum diei expiationum, qui erat sacrificium pro peccato masculum, stabile, expians, & offerebatur ex ovibus, sed non offerebatur pro peccato cognito; probatum est ambos esse includendos. Cum vero dicitur*; & mactabitur; *ad includendum sacrificium pro peccato ejus, qui polluerit Sanctuarium, quod erat sacrificium pro peccato expians, & adducebatur ex ovibus, & offerebatur pro peccato cognito; at non erat masculum, neque stabile; aut sacrificium pro peccato Nazyræi, quod erat sacrificium pro peccato stabile, & expians, & afferebatur ex ovibus, at non erat masculum, neque offerebatur pro peccato cognito; probabile est ambos includi. Cum vera dicitur*; mactabitur; *ad includendum sacrificium pro peccato leprosi, quod non erat sacrificium pro peccato stabile; sed erat expians. Postquam inclusimus cum similia tum dissimilia; cur igitur exiit? ad statuendum, quod si non mactaverit in aquilone, sit illegitimum. Crederem, si hoc unum tantum non fuisset mactatum in aquilone fuisse illegitimum; at crederem præceptum fuisse mactanda esse reliqua omnia sacrificia pro peccato in aquilone, si vero non mactata essent, fuisse legitima; idcirco dictum est*; Cumque immolaverit eum in loco, ubi solet mactari holocaustum; *Constitutio principii pro omnibus sacrificiis pro peccato, si non mactata essent in aquilone, fuisse illegitima*. De sacrificio pro delicto dictum est *Levit.* VII. 1. 2. *Hæc quoque lex hostiæ pro delicto; sancta sanctorum est; Idcirco ubi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto*. Et de agno pro sacrificio delicti Leprosi Ibidem XIV. 12. *Immolabit agnum, ubi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum*; Ubi *Siphra* 38. 2. מה תל׳ לפי שיצא לידון בעמידה יכול מקום העמדה האת שחיטה תל׳ במקום אשר ישחט את החטאה ואת העולה יכול על טבעתו תל׳ במקום הקודש להכשיר את כל הרוח אין לי אלא אשם במקום הקודש מניין אף חטאת ועולה במקום הקודש תל׳ את החטאת ואת העולה במקום הקודש. *Cur dictum est? exiit crederem ad argumentandum; in loco, ubi stabat, fuisse mactandum? idcirco dictum est*; ubi solet immolari hostia pro peccato, & holocaustum. *Crederem ad annulum suum; ideo dictum est*, in loco sancto; *ad comprobandum totum latus. Non probo nisi sacrificium pro delicto mactari in loco sancto; sacrificium pro peccato, & holocaustum unde probatur? ex eo quo dictum est*; hostia pro peccato & holocaustum in loco sancto. De sacrificiis pacificis cœtus probatur sic in *Siphra* 17. 4. במקום אשר תשחט העולה תשחט את החטאת לפני יי׳ זהו שאמ׳ לרבות כל חטאות שלא תהא שחיטן אלא בצפון ור׳ אלעזר אומ׳ מכאן לעולה חובה שלא תהא שחיטתה אלא בצפון קודש קדשים לרבות זבחי שלמ׳ ציבור שלא תהא שחיטתה אלא בצפון. In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur hostia pro peccato coram Domino; *hoc dictum est ad includendum omnia sacrificia pro peccato non fuisse mactanda nisi in aquilone; R. Eliezer dicit; hinc probatur holocaustum ex debito non fuisse mactandum nisi in aquilone*. Sanctum Sanctorum est; *ad includendum sacrificia*

tia pacifica cœtus non fuiſſe mactanda niſi in aquilone. Peſiktha 10 2. במקום אשר תשחט העולה תשחט החטאת לפני יי׳ מלמד שכל החטאות טעונות צפון׃ קרש קרשים היא לרבות זבחי שלמי צבור לצפון כרתנן זבחי שלמי צבור ואשמות אלו הן אשמות אשם גזילות אשם מגילות אשם שפחה שפכה אשם נזיר אשם מצורע אשם תלוי שחיטתן בצפון וכו׳. In loco ubi offertur holocauſtum, immolabitur hoſtia pro peccato coram Domino; *ad includendum omnia ſacrificia pro peccato obliganda fuiſſe ad aquilonem*. Sanctum ſanctorum eſt; *ad includendum ſacrificia pacifica cœtus mactanda fuiſſe ad aquilonem; juxta traditionem;* Sacrificia pacifica cœtus & ſacrificia pro delicto, iſta vero ſunt delicta, delictum rapinæ, delictum prævaricationum, delictum ancillæ probro dimiſſæ; delictum Nazyræi, delictum leproſi delictum dubium) mactantur in aquilone. Vide *Miſna Sevachim* v. & *Maim. Maaſe* Korbanoth cap. IV. ubi probat ſacrificia pacifica cœtus in aquilone mactanda fuiſſe ex Lev. XXIII. 19. *Facietis & hircum pro peccato, duoſque agnos anniculos hoſtias pacificorum* לפיכך הן קרשי קרשים כחטאת ונשחטין במקום שחיטתה חטאת; *ideoque erant ſanctiſſima ſicut hoſtia pro peccato, & eodem loco, ubi illa, mactabantur*.

Videtur ab ſuo ſitu remotum fuiſſe altare ab Achazo, ut ibi aram ſuam Damaſcenam collocaret ex 4. *Reg.* XVI. 14. ubi legitur; *Porro altare æreum quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi & de loco altaris, & de loco templi Domini, poſuitque illud ex latere altaris ad aquilonem*. Conſulendi ſunt in hoc loco interpretes Judæi, inprimis *Kimchius*, *& Ralbag*; quorum alter ſcribit. ואת המזבח הנחשת והוא המזבח שעשה שלמה כמו שפירשתי בבנין הבית אמ״ש זה המזבח נתן אותו עם המזבח אשר לפני יי׳ ופירוש ויקרב אמרת פני הבית הקריב זה המזבח ממזבח הנחשת שהיה בעזרה את פני הבית הקריב יותר לצד הבית ונתן אותו בין המזבח ובין בית יי׳ על ירך המזבח לצד צפון. Et altare æneum. *Hoc eſt altare quod fecit Salomon, ut a me explicatum eſt in ædificio domus; dicitur collocaſſe hoc altare cum altari quod erat coram Domino, & explicatur illud;* Et admovit ad faciem templi, *admovit hoc altare pluſquam altare æneum*, *quod erat in templo*, ad faciem templi, *ſc. admovit hoc magis ad latus templi, & collocavit inter altare & domum Dei ad latus altaris ad plagam aquilonarem;* Alter vero ita explicat ואת מזבח הנחשת אשר לפני יי׳ ר״ל שזה המזבח שבנה אוריה היה בחצר הכהנים עם מזבח הנחשת אשר לפני יי׳ שבנה שלמה והיה המזבח השני יותר קרוב אל פני ההיכל כאלו היה מבין המזבח ומבין בית השם אלא שלא היה מכוון לפני הבית אבל אצל ירך המזבח צפונה היה ואפשר ששמהו לפאת צפון להיותם עבודים לצבא השמים והכוכבי׳ הצפונים הם היותר חזקים בפעולותיהם בזה העולם לפי מה שסדר השי׳ מעניינם ולזה תמצא פעל השמש יותר חזק במזלות הצפונים. Et altare æneum, quod erat coram Domino; *id eſt; hoc altare quod exſtruxit Urias, erat in atrio Sacerdotum cum altari æneo, quod erat coram Domino, quod ædificavit Salomon; & hoc altare ſecundum propinquius erat faciei templi, eo quod ſitum erat inter altare & domum Domini; at non erat omnino erectum ad faciem templi, ſed reſpiciebat latus aquilonare altaris; & fieri poteſt, quod ea de cauſa collocaverit ad plagam aquilonarem; ut ibi ſerviret exercitui cœlorum, & ſtellis aquilonaribus, quod in ſuis operationibus ſint potentiores, propter influtum, qui a Deo illis impartitus eſt; ideoque deprehendetur virtus ſolis potentior in planetis aquilonaribus*. Videtur ex horum Interpretum ſententia non fuiſſe remota ab ſitu ſuo noſtra hæc ara, ſed Damaſcena inter illam & Dei domum fuiſſe collocata; id eſt in eo ſpatio 22. cubitorum, quod inter ulam & altare intererat. Non audiendus eſt in hoc loco *Raſchi*, qui putat labra & baſes ab Achazo fuiſſe remota, non altare æneum. ואת מזבח הנחשת ויקרב וגו׳ אי אפשר לומר מזבח הנחשת שעשה משה שהרי נגנז ואי אפשר לומר מזבח אבנים שעשה שלמה וקראו בדברי הימים מזבח הנחשת שהרי אי אפשר לקריב לזורת אלא אם הורסו והרי שנינו אש שירדה בימי שלמה בלא נסתלקה מעל המזבח עד שבא מנשה וסילקה שהוא הרס את המזבח כמו שמצינו באגדת חלק אין לי לפרש מזבח זה אלא אלא בכירות ומכנות של נחשת שהיו צרכי מזבח והיו אצל המזבח הקדש וכשעשה אחז את המזבח לעז סילק את הכיור והקריבו לצד אחר מאת פני הבית וגו׳. Porro altare æneum -- poſuitque; *Dici non poteſt fuiſſe altare æneum, quod fecit Moſe, quod jam abſconditum erat; neque dici poteſt fuiſſe altare lapideum, quod fecit Salomon; eo quod in* Paral. *appellatur* altare æneum; *neque poterat dimoveri ex uno ad alterum angulum, quominus dirueretur; Jam legimus ignem, qui deſcendit de cœlo diebus Salomonis, non remotum fuiſſe ab altari niſi eo tempore, quo venit Manaſſe, eumque removit, diruitque altare, uti refertur in* Gemara Sanhedrin *cap.* XI. *Neque hoc altare explicari poteſt niſi de labris & baſibus*

sibus æneis, quæ altari necessaria erant, sitaque erant prope altare sanctum; cum vero exstruxit Achaz altare Idololatriæ, removit labrum, & ad aliud latus admovit de facie templi &c. Extitisse adhuc altare æneum in hoc situ anno sexto, mense sexto captivitatis Joachim Regis Juda testatur *Ezechiel* cap. VIII. 1. & IX. 2. *Et factum est in anno sexto, in sexto mense &c. Et steterunt juxta altare æneum.* Ubi *Kimchius*; ויעמדו אצל מזבח הנחשת זהו מזבח העולה שהיה לפני האולם בעזרה ואותו עשה שלמה כמו שכתוב בדברי הימים. Et steterunt juxta altare æneum; *hoc est altare holocausti e regione Ulam in atrio, quod fecit Salomon, uti scriptum est in* Paral. In Templi incendio combustum fuisse credendum est, cum de illo nulla fiat mentio inter spolia templi, quæ Babylonem deportata sunt, neque 4. *Reg.* XXV. ubi scriptum est; *Columnas autem æneas, quæ erant in templo Domini, & bases & mare æneum, quod erat in templo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem; ollas quoque æneas & trullas, & tridentes & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt; nec non & thuribula, & phialas, quæ aurea, aurea, & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ.* Neque *Jerem.* LII. 17. *Columnas quoque æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in templo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem; & lebetes & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerant, tulerunt; & hydrius, & thymiamateria, & urceos, & pelves, & candelabra, & mortaria, & cyathos; quotquot aurea, aurea; & quotquot argentea, argentea, tulit magister militiæ.* Anno decimo nono, mense quinto Nabuchdnesarii regis Babyloniæ dirutum incensumque est templum, uti legitur 4. *Reg.* XXV. 8. De die non conveniunt Interpretes Judæi; *Tosaphta Taanith* cap. ult. כשחרב הבית בראשונה מוצאי שבת היה ומוצאי שביעית היה ומשמרתו של יבויריב היתה ותשעה באב היה וכן בשנייה והלוים עומדים על דוכנן ואומר וישב עליהן את אונס וגו׳ למחר כשיבנ׳ הבירת מהו אומר ברוך ה׳ אלהי ישראל מן העולם ועד העולם עושה נפלאות לפניו וברוך שם שם כבוד וגו׳ בט׳ בחדש הב עקרה העיר בשניה ובראשונה בשבעה בו אם נאמ׳ בשבעה בחדש למה נאמר בט׳ בחדש ואם נאמ׳ בתשעה בחדש למה נאמר בשבעה בחדש אלא כז׳ בחדש כיבשו גוים את ההיכל ונסלואת העמודי׳ ואת הים ואת המכונות והיו מקרקרי׳ שביעי שמיני ותשיעי עד שפנה יום וכן הוא אומר אוי לנו כי פנה היום כי ינטו צללי ערב לעיתורת ערב הציתו בו האור ונשרף עם שקיעת החמה בעשור לחדש. *Diruta est domus prima in exitu Sabbathi & anni septimi, ministrante classe Jebojarib, nono Ab, idemque contigit in secunda; & Levitæ stantes in eorum pulpitis dicebant.* Et reddet illis iniquitatem ipsorum &c. Psalm. 93. 23. *Cras quando ædificabit domus, quid dicet?* Benedictus Dominus Deus Israel ex hoc nunc & usque in sæculum, qui facit mirabilia coram ipso; sit benedictum; & sit benedictum nomen gloriæ ejus &c. *Nono mensis rupta est civitas in secunda domo, in prima die septimo; cur dictum est nono mensis. Si dicitur die septimo, cur dictum est nono? Si dicitur nono, cur dictum est septimo? Septimo mensis gentes subegerunt templum, & extulerunt columnas, & mare & bases, & devastarunt septimo, octavo, & nono, donec declinaret dies; sicuti dictum est Jerem.* VI. 7. Væ nobis quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi; *ad vesperam injecerunt ignem; & combustum est usque ad solis occasum in decimo mensis. Babyl. Taamith* 29. 1. דכתיב בחדש החמישי בשבעה לחדש היא שנת תשע עשריה שנה למלך נבוכר נצר מלך בבל בא נבוזר ארן רב טבחים עבר מלך בבל ירושלם וישרף את בית יהוה וגו׳ וכתיב בהדש החמישי בעשור לחדש היאשנת תשע עשרה שנה למלך נבוכר נצר מלך בבל בא נבוזר ארן רב טבחים עמד לפני מלך בבל בירושלם וגו׳ ותניא אי אפשר לומר בשבעה שארי כבר נאמ׳ בעשור ואי אפשר לומר בעשור שהרי כבר נאמ׳ בשבעה הא כיצד בשבעה נכנסו נכרים להיכל ואנלו וקלקלו בו שביעי שמיני ותשיעי וסמוך להשכם הציתו בו את האור והיה דולק והולך כל היום כולו שנ׳ אוי לנו פנה הוים כי ינטו צללי ערב והיינו דאמ׳ ר׳ יוחנן אלמלי הייתי באותו הדור לא קבעתיו אלא בעשירו מפני שרובו של היכל בו נשרף ורבנן אתחלתא דפורענות עדיפ׳ *Scriptum est* 4. Reg. XXV. 8. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regni Nebuchdnezaris regis Babylonii; venit Nabuzardan princeps exercitus servus Regis Babylonis in Jerusa-em; & succendit domum Domini &c. *Et Hierem.* LII. 12. In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nebuchdnezaris regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Jerusalem. *Traditio. Dici non potest in die septimo, quia jam dictum est, die decimo: neque dici potest*

est die decimo, quia jam dictum est die septimo. Quomodo? In septimo ingressi sunt alienigenæ in templum, ibique ederunt, & polluerunt septimo, octavo, & nono; & diluculo injecerunt in illud ignem, arsitque toto illo die; dictum est enim Jerem. VI. 4. Væ nobis quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ. *Hinc dixit R. Jochanan; si in ea generatione vixissem, non constituissem jejunium nisi in decimo die, in quo maxima templi pars combusta est. At Sapientes punitionis principium respexerunt.* Vide *Misna*, *Gemar. Hieros. Maim. Taanith* cap. ult. & *Kimchii & Ralbag.* commentar. ad 4. Reg. XXV. 8. In hoc ipso situ nondum exstructo templo iterum ædificatum fuisse altare post captivitatem testantur Judæi *Sevachim* 62. אמ' ר' יוחנן שלשה נביאים עלו עמהם מן הגולה אחד שהעיד עליה' על המזבח ואחד שהעיד עליה' על מקום המזבח ואחד שהעיד להם שמקרבין אעפ שאין בית במתנית' הנה ר"א בן יעקב אומר ג' נביאים עלו עמהן מן הגולה אחד שהעיד להם על המזבח ועל מקום המזבח ואהר שהעיד להם שמקרבין אעפ שאין בית ואחד שהעיד להם על התורה שכתב אשורית *Dixit R. Johanan; tres prophetæ cum iis adscenderunt ex captivitate; unus testatus est de altari, alter de loco altaris, & alter testatus est ibi sacrificia offerri licere, quamvis nondum templum exstructum esset. In Misna R. Ach. filius Jacobi dicit; Tres prophetæ cum iis adscenderunt ex captivitate; unus testatus est de altari, & de loco altaris; alter, quod ibi sacrificia offerentur, quamvis nondum esset templum exstructum; & alter, quod Scriptura Assyriace scriberetur.* Cl. *Cramerus* in sua de *ara exteriore* eruditissima dissertatione cap. 1. l. c. *Sevachim* ita legit. השלשה נביאים אשר עלו מן הגולה מבבל האחד העיד על מקומו השני על מדותיו והשלישי שמקריבין על המזבח הזה כל הקרבנות אעפ' שאין שם בית. Altare *tribus prophetis, qui ex captivitate* Babylonica *adscenderunt excitatum est; Unus locum ejus ostendit; alter mensuras docuit; & tertius, quod liceat quascunque victimas super eo offerre, etiam templo nondum ædificato.* Hæc postrema lectio confirmatur a *Maimonide* cap. 11. *de domo electa.* שלשה נביאים עלו עמהם מן הגולה אחד העיד להם על מקום המזבח ואחד העיד להם על מדותיו ואחד העיד להן שמקריבין על המזבח הזה כל הקרבנות אעפ שאין שם בית. *Tres prophetæ cum iis ex captivitate adscenderunt; unus attestatus est de loco altaris, alter de ejus mensuris, & alter ibi offerri licere omnia sacrificia, quamvis nondum exstructo templo.* Patet 1. *Esdr.* II. 68. templum in situ suo reduces Judæos ex captivitate ædificasse. *Sponte obtulerunt in domum Dei, ad exstruendam eam in loco suo.* Pariterque ibid. III. 2. demonstratur nondum exstructo templo, ædificatum fuisse altare, atque in eo oblata fuisse sacrificia.

§. II. Constat ex multis Scripturæ locis Deum voluisse, in uno tantum loco, atque in uno altari sibi offerri sacrificia, ne ex multiplici ara animorum & religionis dissidium oriretur, atque Israelitæ a vero cultu ad Idololatriam averterentur; ut optime observavit *Theodoretus* in 3. *Reg.* Quæst. 56. T. 1. Τὸν Ἰσραὴλ διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς γνώμης ἐν ἑνὶ χωρίῳ λατρεύειν ἐνομοθέτησεν (ὁ Θεὸς) ἵνα μὴ λαβόντες ἄδειαν προσκυνήσωσι καὶ τοῖς ψευδωνύμοις Θεοῖς. *Deus jussit Israelem propter animi facilitatem, uno in loco colere, ne si eis data esset libera potestas, adorarent* etiam *falso nominatos Deos.* Idem sentit *S. Jo: Chrysostomus* To. 3. *expos. in Psal.* 121. in illud: Illuc adscenderunt tribus Domini ad testimonium Israel. τοῦτο ἐγένετο εἰς θεογνωσίας ὑπόθεσιν ἵνα μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι ἀφορμὰς καὶ ἐξόδους ἐπὶ τὴν εἰδώλων θεραπείαν &c. *Hoc fiebat, ut id eis esset causa cognitionis Dei, ne si quoquoversus vagarentur, occasio sumeretur, viaque muniretur ad cultum simulacrorum. Et ideo* Hierosolymis tantum *sacrificare, orare, convenire, diesque festos agere jussit* τῇ στενοχωρίᾳ τοῦ τόπου τὴν πεπλανημένην αὐτῶν διάνοιαν ἀποτειχίζων &c. *Loci angustiis mentem eorum aberrantem & ad impietatem vergentem coercens, refrœnans, & reprimens.* Describenda præterea sunt, quæ commentatur in *Psalm.* 114. Συνεχῶς δὲ μέμνηται τοῦ οἴκου καὶ τῶν αὐλῶν, προσηλῶν αὐτοὺς τῷ τόπῳ καὶ οὐκ ἐῶν ἀποπηδᾷν, ὥστε πάσης ἀσεβείας τε, καὶ εἰδωλολατρείας ἀναίρεσιν αὐτοῖς γενέσθαι τὸ πρὸς ἕνα τόπον πάντας συνάγεσθαι &c. *Templi autem & atriorum assidue meminit, eos locos affigens, & non sinens resilire, ut omnis impietatis & simulacrorum interitus causa esset, quod omnes in unum locum cogerentur, & non libere & effuse vagarentur, nec nemora, fontes, montes, & colles usurparent, & converterent in occasionem impietatis; illic sacrificantes & libantes in excelsis.* Vid. idem commentar. in *Psalm.* 95. Nec ab horum sententia multum differt opinio *Radulphi Flaviacensis comment. in Levit.* lib. 13. cap. 1. *Prohibentur* (inquit) *alibi sacrificare nisi ad ostium tabernaculi*, vel templi, *ut & loci sacri reverentia, & aliorum societate, qui in solennibus vi-*

Ctimis pietatem servabant, Deo potius quam idolis sacrificare consuescerent. Primum jubetur *Exod.* xx. 24. *Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oves vestras, & boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benediam tibi.* Ubi *Raschi* בכל מקום אשר אזכיר שמי אשר אתן לך רשות להזכיר שם המפורש שלי אבא אליך וברכתיך מכאן אתה למד שלא נתן רשות להזכיר שם המפורש אלא במקום שה שהשכינה באה שם וזהו בית הבחירה שם נתן רשות לכהנים להזכיר שם המפורש בנשיאות כפים ולברך את העם. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei; *i. e. ubicunque dedero tibi facultatem commemorandi nominis mei ineffabilis*; veniam ad te, & benedicam tibi; *Hinc doceris non licuisse commemorare nomen ineffabile, nisi in loco, quo Divinitas venerit; & hæc est domus electa; ibi data fuit sacerdotibus facultas commemorandi nominis ineffabilis, & elevandi manus, & benedicendi populo.* Secundo *Levit.* XVII. 3. *Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bovem aut ovem, sive capram in castris, vel extra castra; & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino; sanguinis reus erit, quasi si sanguinem fuderit; sic peribit de medio populi sui &c. Homo de domo Israel, & de advenis, qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum, sive victimam; & ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit eam, ut offeratur Domino, interibit de populo suo.* Ubi *Siphra* 42. 2. בני ישראל חייבים משום השוחט והמעלה בחוץ ואין הנוים חייבים משום השוחט והמעלה בחוץ ולא זו בלבד אלא שהנוים מותרין לעשות במה בכל מקום ולעלות לשמים אי בני שראל אין לי אלא בני ישראל מניין לרבות את הגרים ואת העבדים ת״ל ואמר אליהם יכול ישראל שחייבי׳ על העלייא בפנים חייבי׳ על השחיטה בחוץ אהרן ובניו שאין חייבי׳ על העלייה בפני׳ לא יהו חייבי׳ על השחיטה בחוץ ת״ל אהרן ובניו ובני ישראל אין לי אלא אהרן ובניו ובני ישראל מניין לרבות ראשי המטות ת״ל זה הדבר ולהלן נאמ׳ זה הדבר מה זה הדבר האמור להלן ראשי המטות אף זה הדבר האמור כאן ראש המטות ומה זה הדבר האמור כאן אהרן ובניו ובני ישראל אף זה הדבר האמור להלן אהרן ובניו ובני ישראל זה הדבר אשר אוה מלמד שהפרשה נאמרה בכת אמור אין לי אלא זו בלבד מניין שכל הפרשות נאמרו בכה אמ׳ ת״ל זה הדבר אשר צוה יי׳ בניין אב לכל הפרשות שהיו בכה אמר איש איש מבית ישראל אשר ישחט שור או כשב או עז במחנה יכול השוחט חטאת ברום יהיה חייב ת״ל מחוץ למחנה אי מחוץ למחנה יכול עד שישחט חוץ לשלש מחנות ומניין אף במחנה לוים ת״ל במחנה אי במחנה יכול אף השוחט חטאת ברום יהיה חייב ת״ל מחוץ למחנה מה מחוץ למחנה מיוחד שאינו כשר לשחיטת כל זבח אף מחנה שאינו כשר לשחיטת כל זבח יצא השוחט חטאת בדרום שהוא כשר לשחיטת קדשים קלים אין לי אלא השוחט את הבהמה יהיה חייב מניין לשוחט את העוף יהיה חייב ת״ל אשר ישחט יכול המולק את העוף יהיה חייב ודין הוא ומה אם שחיטה שאין דרך הכשירה בכך בפנים חייבים עליה בחוץ מליקה שדרך הכשירה בפנים אינו דין שיהיה חייב עליה בחוץ ת״ל אשר ישחט על השחיטה הוא חייב ואינו חייב על המליקה יכול השוחט חולין בפנים יהא חייב ודין הוא ומה אם קדשים שיהיה להם שעת היתר בחוץ חייבים עליהם משום שוחט בחוץ חולין שלא להם שעת היתר בפני׳ אינו דין שיהו חייבים עליהם משום השוחט בפני׳ ת״ל קרבן על הקרבן הוא חייב ואינו חייב על החולין איק רבן יכול יהיו חייבים על הקדש ברק הבית ת״ל אל פתח אהל מועד לא הביאו יצא הקדש ברק הבית שאינו בא אל פתח אוהל מועד אוציא הקדש ברק הבית שאינו בא אל אהל מועד אוציא את הרובע ואת הנרבע והמוקצה והנעבד והאתנן והמחיר והכלאים והטרפה ויוצא דופן ובני יונה שעבר זמנם ובעלי מומים קבועי׳ ת״ל להקריב הכשירי׳ ליקרב יצאו אילו שאין כשירי׳ ליקרב או יכול אוציא פר חטאת ושעיר המשתלח ת״ל ליי׳ המיוחדים לשם יצאו אילו שאין מיוחדים לשם ואוציא את אילו שאינן מיוחדים לשם ולא אוציא עולה ומחוסר זמן בנופה וחטאת בין בנופה בין בבעלי׳ ותורים שלא הגיע זמנם ובעלי מומים עוברים ת״ל לפני משכן יי׳ הכשירים ליקרב עכשיו יצאו אילו שאין כשירים אלא לאחר זמן ר׳ שמעון אומר הואיל והם כשירים לאחר זמן יהיו חייבים עליהם בלא תעשה או יכול שאני מוציא עולה מחוסר זמן בבעלים ואשם נזיר ואשם מצרע ששחטו שלא לשמן ת״ל שור מכל מקום כשב מכל מקום עז מכל מקום דם יחשב לאיש ההוא ולא לשולחיו דם שפך אחר ששפך חייב שנים ששחטו פטורים והלא דין הוא ומה אם במקום שהמעלה להדיוט פטור חייב שני׳ שהעלו מקום ששוחט להדיוט חייב אינו דין שנחייב שנים ששחטו ת״ל דם שפך אחר ששחט חייב שנים ששחטו פטורים ונכרת האיש ולא הציבור ההיא לא אונס ולא שונג ולא מוטעה מקרב עמו ולא עמו ועמו שלום· עד כאן מדבר בקדשים שהקדישם בשעת איסור הבמות והקריבים בשעת איסור הבמות מבחוץ שהרי עונשם אמור אזהרתם מניין ת״ל השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה כי אם במקום מינן ואילך הוא מדבר בקדשים שהקדישם בשעת היתר הבמות והקריבם בשעת איסור הבמות

הבמות שנ׳ למען יביאו בני ישראל את
זבחים אשר הם זובחים זבחים המותרים
להם כבר אל פני השדה מלמד שכל
הזובח בבמה כזובח בשדה והביאום ליי׳
מצות עשה ומצות לא תעשה מניין ת״ל
ולא יזבחו עוד את זבחיהם לשעירים אשר
הם זונים אחריהם ואינו מרע אם אילו
קדשים קריבים בבמה ת״ל שלמים אין לי
אלא שלמים מניין לרבות את העולה ת״ל
זבחי׳ או יכול שאני מרבה חטאת ואשם
ת״ל אתם מה ראית לרבות את אילו
ולהוציא את אילו אחר שריבה הכתוב
מיעט ת״ל שלמים מה שלמים מיוחדים
שהם באים בנדר ובנדבה אף אינו מרבה
אלא כל שהוא בא בנדר ובנדבה אף
המנחות והנזירות דברי ר׳ מאיר וחכמים
אומרים אין לך קרב בבמה אלא עולה
ושלמים בלבד וזרק הכהן את הדם על
מזבח יי׳ זריקת כהן במזבח ואין זריקת
כהן בבמה אלא אף הגרים אף הנשים
אף העבדים כשירי׳ בבמה מזבח יי׳ פתח
אהל מועד אין מזבח יי׳ בבמה אלא אפילו
העלה על הסלע או על האבן חייב דברי
ר׳ מאיר ר׳ ישמעאל אומר לעולם אינו
חייב עד שיבנה כמין מזבח ויעלה עליו
והקטיר את החלב לריח ניחוח ליי׳ ואין
ריח ניחוח בבמה ולא יזבחו עוד את זבחיהם
לשעירים ואין שעירים אלא שירים שנ׳
ושעירים ירקדושם אשר הם זונים אחריהם
לרבות שאר עבודה זרה חוקת עולם
לבית עולמים תהיה בזמן הזה זאת להם
ואין חייבי׳ עליהם כרת לדורותיכם שינהוג
הדבר לדורות ואליהם תאמ׳ ככל האמור
בעניין ישראל אילו ישר׳ גר אלו הגרים
אשר יגור לרבו׳ נשי הגרים בתוכם לרבות
נשים והעבודי׳ ואם כן למה נאמר איש
איש לרבות שנים שהעלו דברי ר׳ שמעון
אמ׳ ר׳ שמעון ודין הוא ומה אם במקום
שהשוחט להדיוט חייב פטר שנים ששחטו
מקום שהמעלה להדיוט פטור אינו דין
שנפטור שנים שהעלו ת״ל איש איש
להביא את השנים ר׳ יוסי אומ׳ ההוא אחד
שהעלה חייב שנים שהעלו פטורים אשר
יעלה עולה או זבח אין לי אלא עולה
מניין אימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי
קדשי קדשים ואימורים קדשים קלים ת״ל
זבח ומניין לרבות את הדם ת״ל או זבח
מניין הקומץ והלבונה והקטרת מנחת כהנים
ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ושלשת
לוגים מים ושלשת לוגים יין ת״ל אל פתח
אהל מועד חייבים עליו אין לי אלא
כשירים פסולים מניין הלן והיוצא והטמא
ושנשחט חוץ לזמנו וחוץ למקומו ושקיבלו
בו הפסולים וזרקו את דמו והניתנים למטה
שנתנם למעלה והניתנים למעלה שנתנם
למטה והניתנים בפנים שנתנם בחוץ והניב
בחוץ שנתנם בפנים והפסח והחטאת
ששחטם שלא לשמן ת״ל לא יביאנו לעשות
כל המתקבל לבוא אל אהל מועד חייבים
עליו חייב על השחיטה ועל העלייה ר׳ יוסי
הגלילי אומ׳ שחט בפני׳ והעלה בחוץ חייב
שחט בחוץ והעלה בחוץ פטור שלא העלה

אלא דבר פסול אמרו לו אף השוחט
בפנים והעלה בחוץ כיון שהוציאו פסלו רבי
אומר מה לשוחט בפנים ומעלה לחוץ חייב
שכן הייתה לו שעת הכושר תאמר בשוחט
בחוץ ומעלה בחוץ שלא הייתה לו שעת
הכושר ר׳ אליעזר בר׳ שמעון אומ׳ מה
לשוחט בפני׳ ומעלה בחוץ חייב שכן המזבח
מקבלו תאמ׳ בשוחט בחוץ ומעלה לחוץ
שאין המזבח מקבלו טמא שאכל בין קודש
טמא בין קודש טהור חייב ר׳ יוסי הגלילי
אומ׳ טמא שאכל טהור חייב וטמא שאכל
טמא פטור שלא אכל אלא דבר טמא אמ׳
לו אף טמא שאכל טהור כיון שנגע בו
טמאהו וטהור שאכל טמא פטור שאין
חייב אלא על טומאת הגוף יכול המעלה
פחות מכזית מן העולה פחות מכזית מן
האימורים פחות מכזית מן הקומץ פחות
משלשת לונים יין יהיה חייב ת״ל אותו על
השלם הוא חייב ואינו חייב במקצת יכול
המעלה מבשר חטאת מבשר אשם מבשר
קידש קדשים מבשר קדשים קלים מותר
העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי
מנחות יהיה חייב ת״ל עולה מה עולה
מיוחדת שהיא ראויה לאישים יצאו אילו
שאין ראוים לאישים יכול היוצא והיוצק
והבולל והפותת והמולח והמניף והמגישה
המסדר את השולחן והמטיב את הנירות
הקומץ והמקבל דמים בחוץ יהא חייב ת״ל
עולה מיוחדת שהיא ראויה לאישים והיא
משם עבודה יצאו אילו שאינן משם עבודה
ונכרת האיש ההוא ולא הציבור ההוא
אחד שהעלה חייב שנים שהעלו פטורים
דברי ר׳ יוסי ר׳ שמעון אומר איש איש
להביא את שנים חזר והעלה וחזר והעלה
חייב על כל העלייה והעלייה דברי ר׳
שמעון ר׳ יוסי אומ׳ אינו אלא אחת אינו חייב
עד שיעלה ראש המזבח ר׳ שמעון אומר
אפילו העלה על הסלע או על האבן
חייב. *Filii Iſrael tenentur propter mactationem & oblationem foris peractam, at gentiles non tenentur, ſi foris mactent & offerant; neque hoc tantum; ſed etiam gentilibus licet ædificare excelſum in quovis loco, & Deo offerre. Ex filiis Iſrael; non probo niſi de filiis Iſrael; unde probatur ad includendum proſelytos, & ſervos? ex eo quod dictum eſt;* Et dices ad eos. *Credendum, quod filii Iſrael, qui tenentur propter ingreſſum interiorem, teneantur, ſi foris mactent, Aaron & ejus filii, qui propter ingreſſum interiorem non tenentur, non teneantar, ſi foris mactent; ideo dictum eſt;* Aaron & filiis ejus, & filiis Iſrael; *Non probo niſi pro Aaron & filiis ejus, & filiis Iſrael; unde probatur de principibus tribuum? Ex eo quod dictum eſt;* Et dices ad eos. Iſte eſt ſermo, *& alibi ſc.* Num. xxx. 1. *dictum eſt;* iſte eſt ſermo; *ſicut ibi principibus tribuum, etiam hoc loco principibus tribuum; ſicuti hoc loco Aaron, & filiis ejus, & filiis Iſrael, etiam illo loco.*

Iste est sermo, quem mandavit Dominus, *ad docendum hanc sectionem hoc modo ita expressam esse*. Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bovem, aut ovem, sive capram in castris, vel extra castra; *crederem, si quis mactaret sacrificium pro peccato ad austrum, quod teneretur; ideo dictum est* extra castra; *si* extra castra, *crederem, usquedum mactaret extra tria castra; Unde probatur vel in castris Levitarum? Ex eo quod dictum est*; in castris; *Crederem, si quis mactaret sacrificium pro peccato ad austrum, quod teneretur; ideo dictum est* extra castra; *Sicuti locus extra castra est locus peculiaris, ubi nulla mactari sacrificia licet; etiam locus in castris est locus peculiaris, ubi nulla licet mactare sacrificia; excluditur qui mactat sacrificium pro peccato ad austrum, ubi licet mactare sacrificia minus sancta*: Non *probo nisi de eo, qui animal mactat; quod teneatur qui volucrem mactat, unde probatur? Ex eo quod dictum est*; qui mactaverit. *Crederem, quod qui unguesecuerit volucrem, teneretur. Et æquum est; Si propter mactationem, qua intus volucris non fiebat legitima, si foris mactet, tenetur; propter unguesectionem, qua volucris legitima fiebat, non erit æquum, si foris ungue secet, ut teneatur? Ideo dictum est*; qui mactaverit; *propter mactationem tenetur, propter unguesectionem non tenetur. Crederem, si quis mactet intus profana, quod teneretur. Et est æquum; Animantia sacra, quibus foris fuit tempus permissionis, si qui foris mactent, tenentur; profana, quibus non fuit intus tempus permissionis, si qui foris mactent, non erit æquum ut teneantur? Idcirco dictum est* קרבן sacrificium; *propter sacrificium tenetur, propter profana non tenetur. Si sacrificium; credendum quod tenerentur propter consecrata ad instaurationem domus; ideo dictum est*; & ad ostium Tabernaculi testimonii non adduxerit; *excluditur quod est consecratum ad instaurationem domus, quod non adducitur ad ostium tabernaculi testimonii; excludatur quod est consecratum ad instaurationem domus, quod non adducitur ad ostium tabernaculi conventus; at non excludam bestiam, quæ coiit cum fœmina, aut inita est ab homine, & destinatam, & oblatam Idololatriæ, & donum meretricis, & pretium canis, & heterogeneam, & discerptam & egredientem ex latere* (matris) *& filios columbæ, quorum tempus præterierit, & bestias vitio stabili affectas; ideo dictum est*; ut offeratur; *quæ idonea sunt ut offerantur; excluduntur hæc, quæ non sunt idonea ut offerantur, aut crederem excludendum esse juvencum in sacrificium pro peccato, & caprum emissarium; ideo dictum est*; Domino; *quæ sunt destinata Domino; excluduntur isti, qui non sunt destinati Domino; Aut istos excludam, qui non sunt destinati Domino, at non excludam holocaustum, & egens tempore in se ipso, & sacrificium pro peccato tam egens tempore in se ipso, quam in dominis, & turtures, quorum non advenerit tempus, & ea, quæ sint vitio instabili affecta; ideo dictum est*; ante tabernaculum Domini; *ea quæ sint idonea, ut statim offarantur; excluduntur hæc, quæ non sunt idonea nisi ad aliud tempus. R. Simeon dicit; quoniam sunt idonea, ut tempore suo offerantur, ob præceptum negativum tenentur. Aut possem excludere holocaustum, quod propter dominos sit egens tempore, & sacrificium pro delicto Leprosi, quæ non sint mactata suo nomine*; ideo *dictum est*; bovem *quovis modo*; ovem *quovis modo*; capram *quovis modo*; sanguinis reus erit, *non vero, qui sunt ab eo legati*; Quasi si sanguinem fuderit; *si unus sanguinem fundat, reus est; si duo mactent, liberi sunt; Et æquum est; Si ubi unus offerens pro privato absolvitur, duo qui offerunt, tenentur, hic ubi unus pro privato mactans, tenetur, non erit æquum ut rei sint duo, qui mactant? Idcirco dictum est* quasi si sanguinem fuderit; *si unus mactet tenetur, at duo qui mactent, non tenentur*; & excindetur vir, *non vero cœtus*; ההוא ille, *non coactus, non ignorans, non deceptus*, de medio populi sui, *non ejus populus, & populo suo pax. Hactenus dictum est de sanctitatibus, quæ consecratæ essent eo tempore, quo prohibita essent excelsa, & tempore, quo interdicta essent excelsa, foris immolatæ essent; pœna jam expressa est; præmonitio unde probatur? ex eo quod dictum est*; Deut. XII. 13. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris. *Hinc & ulterius loquitur de sanctitatibus, quæ consecratæ essent eo tempore, quo permissa essent excelsa, & foris oblatæ essent eo tempore, quo interdicta essent excelsa; sicuti dictum est*; Unde quando adducent filii Israel sacrificia sua, quæ ipsi sacrificant, (sic Hebræus) *sacrificia jam ipsis permissa*; in agro; *ad docendum, quod qui sacrificat in excelso perinde ac sacrificet in agro*. Adducent ad Dominum; (sic Hebræus) *præceptum affirmativum; præceptum negativum unde probatur? ex eo quod dictum est*; Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas Dæmonibus, cum quibus for-

fornicati sunt; *at nesciebam, an istæ essent nec ne sanctitates, quæ in excelso offerri poterant; ideo dictum est*; hostias pacificas; *non probo nisi pro pacificis; unde probatur ad includendum holocaustum? ex eo quod dictum est* sacrificia. *Aut possem includere sacrificium pro peccato & pro delicto; ideo dictum est* אתם illa; *quid vidisti ut illa includeres, & hæc excluderes? Postquam textus inclusit, excludit; ideo dictum est* hostias pacificas; *sicuti sacrificia pacifica peculiaria erant, & sponte & ex debito afferebantur, ego quoque non includam nisi quod sponte & ex debito afferebatur; etiam munera, & sacrificia Nazyræi; verba R. Meir; at Sapientes dicunt; non offerenda erant in excelso nisi holocaustum, & pacifica duntaxat*. Fundetque sacerdos sanguinem super altare Domini; *adspersio sanguinis per sacerdotem fiebat in altari; at in excelso adspersio a sacerdote non peragebatur; at fieri poterat etiam a proselytis, etiam a mulieribus, etiam a servis*; super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii; *at non erat altare Domini in excelso; etiamsi obtulisset super saxo, aut super lapide, tenebatur; verba R. Meir; R. Ismael dicit, nunquam reus erat, nisi quando ædificasset ad similitudinem altaris, & in illo obtulisset*; & adolebit adipem in odorem suavitatis Domino; *at non erat odor suavitatis in excelso*. Et nequaquam ultra immolabant hostias suas Dæmonibus; שעירים *non suunt nisi Dæmones; sicuti dictum est* Isai. XIII. 21. Et pilosi saltabunt ibi; Cum quibus fornicati sunt; *ad includendum reliquas Idololatrias*; legitimum sempiternum; *domui seculorum*. תהיה erit *eo tempore*; זאת להם hoc illis; *at pro his non rei sunt excidii*; generationibus vestris, *ut hoc præceptum observetur a generationibus*. Et ad ipsos dices; *juxta ea omnia, quæ in argumento continentur*; Israel, *hi sunt Israelitæ*; & advena, *hi sunt proselyti*, qui peregrinantur; *ad includendum uxores proselytorum*; apud vos *ad includendum mulieres, & servos. Si ita se res habet, cur dictum est* איש איש vir, vir, *ad includendum duos, qui offerant; verba R. Simeonis. Dicit R. Simeon; & est æquum; si ubi unus mactans pro privato tenetur, absolvuntur duo qui offerunt; ubi unus offerens pro privato absolvitur, non erit æquum ut duo, qui offerant absolvantur? Ideo dictum est* vir vir *ad includendum duos; R. Jose dicit*; ההוא ille; *unus qui offerat, tenetur; duo qui offerunt, absolvuntur*. Qui obtulerit holocaustum, sive victimam; *non probo nisi pro holocausto; adipes sacrificii pro peccato, & adipes sacrificii pro delicto, & adipes sanctissimorum, & adipes sacrificiorum minus sanctorum, unde probantur? Ex eo quod dictum est* זבח sacrificium. *Pugillus, & thus, & suffitus, & munus sacerdotum, & munus sacerdotis uncti, & munus libaminum, & tres logi aquarum, & tres logi vini unde probantur? Ex eo quod dictum est*; & ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit; *pro omnibus, quæ adducuntur ad ostium tabernaculi conventus, tenentur; Non probo nisi pro legitimis; illegitima, pernoctans, & egrediens, & immundum, & mactatum extra tempus & locum suum, & quod acceperint illegitimi, & ejus sanguinem adsperserint, atque illa, quorum sanguines infra adspergendi erant, supra adspersisset, & illa quorum sanguines supra aspergendi erant, infra adspersisset; & illa, quorum sanguines intus adspergendi erant, foris adspersisset, & quorum sanguines foris adspergendi erant, intus adspersisset, & sacrificium Paschale, & sacrificium pro peccato, quod non esset mactatum nomine suo, unde probantur? Ex eo quod dictum est*; non adduxerit; *ad efficiendum, ut pro omnibus, quæ acceptabilia erant, ut adducerentur ad ostium tabernaculi conventus, tenerentur. Tenetur propter mactationem, & propter oblationem; R. Jose Galilæus dicit; Si mactet intus, & foris offerat, reus est; si foris mactet, & foris offeret, liber est; eo quod non obtulerit nisi quod reprobum est; Responderunt illi; Ille etiam, qui intus mactat, & foris, offert, quando foris offert, fit illegitimum. Rabi dicit; qui mactat intus, & foris offert, hac de causa reus est, eo quod aliquo tempore fuit legitimum; dices ne idem de eo, qui foris mactat, & foris offert, quod nullo unquam tempore fuit legitimum? R. Eleasar filius R. Simeonis dicit. Qui intus mactat, & foris offert, ea de causa reus est, eo quod altare illud acceperit; dicesne idem de eo, qui foris mactat, & foris offert, quod nuquam altare accepit? Immundus qui ederit sive sanctum immundum, sive sanctum purum; reus est; R. Jose Galilæus dicit; Immundus qui ederit purum, reus est; & immundus qui ederit immundum, liber est; eo quod non ederit nisi immundum; Respondit illi; etiam immundus, qui ederit purum, postquam tetigit, pollutum est; & purus, qui ederit immundum, liber est, eo quod non tenetur nisi propter sui ipsius immunditiem. Crederem, si obtulerit quantitate olivæ ex holocausto, minus*

nus quantitate olivæ ex adipibus, minus quantitate olivæ ex pugillo, minus tribus logis vini, quod teneatur; idcirco dictum est אותן *illa, pro integro tenetur, at pro parte non tenetur. Crederem, si obtulerit de carne sacrificii pro peccato, de carne sacrificii pro delicto, de carne sanctissimorum, de carne sacrificiorum minus sanctorum, si residuam manipuli, duos panes, si panem facierum, si reliquias munerum, quod teneretur: idcirco dictum est;* holocaustum; *sicut holocaustum est peculiare, & idoneum erat, ut igni combureretur; ita excluduntur hæc, quæ non erant idonea, ut igni comburerentur. Crederem, si quis egrediens affundat, & misceat, & contundat, & saliat, & ventilet, & admoveat, & qui ordinet mensam, & qui disponat lucernas, & qui pugillo colligat, & qui sanguines foris accipiat quod tenerentur; idcirco dictum est* holocaustum; *sicut holocaustum peculiare, & igni conveniens est, & est propter ministerium; ita hæc excluduntur, quæ non sunt propter ministerium;* inter ibit vir, *non cœtus;* ההוא *ille; unus qui offerat reus est; duo qui offerant, liberi sunt; verba R. Jose; R. Simeon dicit* איש איש *vir, vir; ad includendum duos; si offerat, & iterum offerat; pro singulis oblationibus reus est; verba R. Simeonis; R. Jose dicit; non tenetur nisi pro una tantum; neque reus est, nisi offerat super verticem altaris. R. Simeon dicit; vel si offerat super saxo, aut super lapide, reus est.* Vide *Pesiktha* 23. *Misna Sevachim* cap. XIII. *Tosaphta Korban.* cap. XII. *& Maim. Maase Korban* XVIII. & XIX. Demonstratur 3. *Deut.* XII. 5. *Sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitat in eo venietis, & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas, & primitias manuum vestrarum, & vota, atque donaria, primogenita boum & ovium &c. In loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo, illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum, & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vovebitis Domino. Cave ne offeras holocausta aua in omni loco, quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum offeres hostias & facies quæcunque præcipio tibi.* Quæ loca sic in *Siphri* 39. illustrantur כי אם אל המקום אשר יבחר יי׳ אלהיכם מכל שבטיכם דרוש על פי נביא יכול תמתין עד שיאמר לך נביא ת״ל לשכנו תדרשו ובאת שמה דרוש ומוצא ואחר כך יאמר לך נביא וכן אתה מוצא בדוד זכור יי׳ לדוד את כל ענותו אשר נשבע ליי׳ נדר לאביר יעקב אם אבא באהל ביתי אם אתן שנת לעיני עד אמצא מקום ליי׳ משכנו׳ לאביר יעקב מניין שלא תעשה אלא על פי נביא שנ׳ ויבוא גד ביום ההוא אל דוד ויאמר לו עלה הקם ליי׳ מזבח בגורן ארונה היבוסי ואומר ויחל שלמה לבנות את בית יי׳ בירושלם בהר המוריה אשרנ ראה לדוד אביהו כתוב אחד אומר באחד שבטיך וכתוב אחר אומ׳ מכל שבתיכם כיציד יתקיימו שני כתובים הללו יודעים היו שבית המקדש עתיד לבנות בחלקו של יהודה ובנימן לפיכך הפרישו דושנה של יריחו מיריחו מי אכלו כל אותם השנים בני קיני חותן משה אכלוהו ארבע מאות וארבעים שנה שנ׳ ובני קיני חותן משה עלו מעיר התמרים אבל משבנה הבית נסעו והלכו להם דברי ר׳ שמעון ר׳ יהודה אומר אצל יעבץ היו שהלכו ללמוד תורה שנ׳ ומשפחות סופרי׳ יושבי יעבץ כתוב אחד אומ׳ באחד שבטיך וכתוב אחד אומ׳ מכל שבטיך הכסף מכל השבטים באחד שבתיך זה שילה מכל שבטיך זה ירושלם וכן הוא אומ׳ ויקן דוד את הגורן ואת הבקר בכסף שקלים חמשה וכתוב אחד אומ׳ ויתן דוד לארונה במקום שקלי זהב משקל שש מאות כיצד יתקיימו שני כתובים הן שנים עשר שבטים נטל חמשים שקלים מכל שבט ושבט נמצא לכל השבטים שש מאות שקלים לשום את שמו שם ׃ נאמ׳ כאן לשום ונאמ׳ להלן ושמו את שמי מה שמו האמור להלן בלשון הקודש אף שמו האמור כאן בלשון הקודש מה שמו האמור להלן ברכת כהנים אף שמו האמור כאן ברכת כהנים אין לי אלא במקדש בנבולים מנין ת״ל בכל המקום אשר הזכיר את שמי אבוא אליך וברכך אם כן למה נאמ׳ לשום את שמו שם לשכנו הדרשו במקדש אתה אומר ככתבו ובנבולים בכינויו ׃ ובאת שמה והבאתם שמה למה נאמ׳ לפי שנאמ׳ אלה תעשו ליי׳ במועדיכם לבד מנדריכם ונרבותיכם לעולותיכם למנחותיכם ולנסכיכם ולשלמוכם יכול אין לי שקרב ברגל אלא קרבנות הרגל בלבד מניין לקרכנות ציבור שהוקדשו לפני הרגל שיביאו ברגל ת״ל אלה תעשו ליי׳ במועדיכם לרבות עופות ומנחות להתיר שכולם יבואו ברגל יכול רשות ת״ל אלה תעשו ליי׳ במועדיכם אם להתיר כבר התיר אם כן למה נאמר אלה תעשו ליי׳ במועדיכם לקובעם חובה שכולם יבאו ברגל יכול באיזה רגל שירצה ת״ל ובאת שמה והבאתם שמה אם להתיר כבר התיר ואם לקבוע כבר קבע אם כן למה נאמ׳ ובאת שמה והבאתם שמה לקובעם חובה שלא יהא אלא ברגל הראשון שקבע ושפגע בו יכול אם עבר רגל אבד ולא הביא יכול יהיה עובר עליו משום בל תאחר ת״ל אלה תעשו ליי׳ במועדיכם הא אין עובר עליו משום בל תאחר עד יעברו עליו רגלי שנה כולה עולותיכם עולת יחיד ועולת ציביר הבחיכם זבחי שלמי יחיד וזבחי שלמי ציבור.

ציבור מעשרותיכם ר׳ עקיבא אומר בשתי מעשרות הכתוב מדבר אחד מעשר דגן ואחד מעשר בהמה ותרומת ידיכם אילו ביכורים כעניין שנ׳ ולקח הכהן הטנה מידך והניחו לפני מזבח יי׳ אלהיך ובכורות זה הבכור בקרכם וצאנכם אילו חטאות ואשמות ונו׳ והיה המקום אשר יבחר יי׳ אלהיכם לשכן שמו שם עולותיכם השמר לך בלא תעשה פן תעלה עולותיך ולא עולות גוים דברי ר׳ שמעון ר׳ יהודה אומר ולא עולות גוים שהוקרשו בחוצה לארץ בכל מקום אשר תראה אבל מעלה אתה בכל מקום שיאמר לך הנביא כדרך שהעלה אליהו בהר הכרמל ותכוב אחד אומ׳ באחד שבטיך וכתוב אמד אמור מכל שבטיכם זו שר׳ יהודה אומ׳ בסף מכל שבטיכם בית הבחירה משבט אחד כי אם אל המקום אשר יבחר יי׳ באחד שבטיך שם תעלה עולותיך אין לי אלא עולות שאר קורבנות מנייך ת״ל ושם תעשה את כל אשר אנכי מצוך ועדייך אני אומר עולה שהיא בעשה ובלא תעשה שאר קרשים שלא יהו בעשה ובלא תעשה מניך ת״ל שם תעלה עולתיך עולה היתה בכלל ולמה יצאת להקיש אליה ולומר לה מה עולה מיוחדת שהיא בעשה ולא תעשה כך כל שהיא בעשה הרי היא בלא תעשה. Sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris; *Inquirendum est ex ore prophetæ; crederem expectandum esse, donec tibi dicat propheta, idcirco dictum est* & habitet inquiretis illuc venies; *inquirendum & inveniendum est; & posthæc tibi dicet propheta; Sic deprehenditur de David* Psalm. CXXXI. Memento Domine David, & omnes mansuetudines ejus, sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob; si introjero in tabernaculum domus meæ &c. si dedero somnum oculis meis &c. donec inveniam locum Domino tabernaculum Deo Jacob. *Unde probatur non esse faciendum nisi ex ore prophetæ? Dictum est enim 2. Reg.* XXIV. 18. Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei; Ascende & constitue altare Domino in arca Areuna Jebusæi. *Pariterque dictum est* 2. Paral. III. 1. Et cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus. *In altero textu dicitur*; in una tribuum tuarum; *& in altero dicitur* de cunctis tribubus vestris. *Quomodo hi duo textus conciliantur? Notum erat iis, domum Sanctuarii ædificandam fuisse in portione Juda, & Benjamin, ideoque separarunt pinguedinem Jericho de Jericho. Quinam his omnibus annis comederunt? Filii Kinei cognati Mosis comederunt; dictum est enim* Judic. I. 16. Filii autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de civitate palmarum. *Verum postquam ædificata est domus, profecti sunt & abierunt; Verba R. Simeonis. R. Jebuda dicit; apud Jabes abierunt ad discendam legem; dictum est enim* 1. Paral. II. 55. Cognationes quoque Scribarum habitantium in Jabnes. *In altero textu dicitur*; in una tribuum tuarum; *in altero dicitur*; de cunctis tribubus; *argentum ex omnibus tribubus*; in una tribuum tuarum, *hic est Silo*; de cunctis tribubus tuis; *hæc est Jerusalem; Pariterque dictum est* 2. Regum XXIV. 24. Emit ergo David aream & boves argenti siclis quinquaginta; *& in altero loco sc.* 2. Paral. XXI. 25. Dedit ergo David Ornan pro loco siclos auri justissimis ponderis sexcentos. *Quomodo duo textus conciliantur? Erant duodecim tribus, ex singulis tribubus accepit quinquaginta siclos; deprehenduntur ex omnibus tribubus sexcenti sicli* לשום את שמו שם; ut ponat nomen suum ibi; *dictum est hic* לשום, *& dictum est* alibi ושמו את שמי; sicut שמו *eo loco dictum lingua sancta, ita etiam* שמו *hoc loco dictum lingua sancta; sicut* שמו *eo loco dictum indigitatur benedictio sacerdotum, etiam* שמו *hoc loco dictum indigitatur benedictio sacerdotum; non probo nisi in Sanctuario, in provinciis unde probatur? Ex eo quod dictum est* Exod. XX. 24. In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi; *Si ita est, cur dictum est*; ut ponat nomen suum ibi, & habitet, inquiretis; *In Sanctuario tibi dicendum est, sicut scriptum est; in provinciis ejus attributis.* Veni illuc & adduce tu illuc; *Cur dictum est? quia dictum est* Num. XXIX. 39. Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris, præter vota, & oblationes spontaneas in holocausto in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis. *Crederem non immolari in solennitate, nisi tantum sacrificia solennitatis duntaxat; Unde probatur sacrificia publica, quæ sanctificata sint ante solennieatem, offerri posse. Clege* ברגל) *in sollennitate, & sacrificia privata, quæ sanctificata sint ante solennitatem? Ex eo quod dictum est*; Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris; *Ad includendum volucres, & munera, ad permittendum, quod omnia in solennitate possent offerri. Crederem ex arbitrio; ideo dictum est*; Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris; *Si ad permittendum, jam permisit, si ita est; cur dictum est*: Hæc offeretis in solennitatibus vestris? *ad obligandum quod omnia ex debito in solennitate adducenda essent.*

Cre-

Crederem in quavis ſolennitate libuerit; idcirco dictum eſt: Venies illuc, & adducetis illuc; *ad obligandum, quod in prima ſolennitate, quæ occurrat, offerri debeant, quod ſi præterierit ſolennitas, & non adduxerit, crederem, quod prævaricaretur præceptum; non tardabis; idcirco dictum eſt:* Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris; *Non prævaricatur præceptum, non tardabis, niſi quando præterierint omnes anni ſolennitates:* Holocauſta veſtra, *& holocauſtum privatum, & holocauſtum publicum;* Et victimas veſtras; *ſacrificia pacifica privata, & publica.* Decimas veſtras. *Rabi Akiba dicit: De duabus decimis textus loquitur; altera eſt decima frumenti, & altera animantis.* Et primitias manuum veſtrarum; *Hæc ſunt primitiva, ſicuti dictum eſt* Deut. XXVI. 4. Suſcipienſque Sacerdos cartallum de manu tua ponet ante altare Domini Dei tui. *Primogenita, hoc eſt primogenitum.* Boum & ovium: *Hæc ſunt ſacrificia pro peccato, & pro delicto.* In loco, quem elegerit Deus veſter, conferetis holocauſta veſtra &c. Cave ne offeras holocauſta tua; *neque holocauſtum gentilium, verba Rabi Simeonis. R. Jehuda dicit, neque holocauſtum gentilium, quod ſanctificatum ſit extra terram.* In omni loco quem videris. *At tibi offerre licet in omni loco, quem tibi dixerit propheta; ſicut obtulit Elia in monte Carmeli. In altero textu dicitur,* in una tribuum tuarum, *& in altero dicitur,* de cunctis tribubuſ veſtris: *Hoc eſt quod dixit R. Jehuda, argentum ex omnibus tribubus veſtris, Domus Sanctuarii in una tribu.* Sed in eo quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum, offeres holocauſta tua: *Non probo niſi holocauſta, reliqua ſacrificia unde probantur? ex eo quod dictum eſt:* Et facies quæcunque præcipio tibi. *Ego dicam de holocauſto tantum, in quo eſt præceptum affirmativum, & negativum, reliquæ ſanctitates in quibus non eſt præceptum affirmativum, & negativum, unde probatur? ex eo quod dictum eſt,* ibi offeres holocauſta tua: *Holocauſtum erat in generali, cur exiit? ad comparandum, & dicendum. Sicut holocauſtum eſt peculiare, in quo eſt præceptum affirmativum & negativum, ſic etiam in quibus omnibus ſit præceptum affirmativum, erit quoque negativum.* Confirmatur præterea hoc præceptum ibid. verſ. 17. *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia quæ voveris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum. Sed coram Domino Deo comedes ea in loco, quem elegerit Dominus &c.* Et verſ. 26. *Quæ autem ſacrificaveris, & voveris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus.* Et cap. XIV. 22. *Decimam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis, qui naſcuntur in terra per annos ſingulos. Et comedes in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, ut in eo nomen illius invocetur, decimam frumenti, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ovibus tuis, ut diſcas timere Dominum Deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via, & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, ibique benedixerit, nec potueris ad eum cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabiſque manu tua, & proficiſceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Et cap. XV. 19. *De primogenitis quæ naſcuntur in armentis, & in ovibus tuis &c. In conſpectu Domini Dei tui comedes ea per annos ſingulos, in loco quem elegerit Dominus.* Et cap. XVI. 5. *Non poteris immolare Phaſe in qualibet urbium tuarum, quam Dominus Deus daturus eſt tibi, ſed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi, immolabis Phaſe &c.* Et verſ. 15. *Septem diebus Domino Deo tuo feſta celebrabis in loco, quem elegerit Dominus &c. Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit &c. Sed offeret unuſquiſque quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei ſui &c.* Et capit. XXVI. 3. *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in Cartallo, pergeſque ad locum, quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen ejus &c. Suſcipienſque Sacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui.* Non ſolum ſanctitates, & ſacrificia offerenda erant in loco electo, ſed etiam ibi comedenda, quaſi Deus ipſe cum populo ſuo convivium agere voluiſſe videretur. *Siphri* 39. 4. לא תוכל לאכול בשעריך רבי יהושוע בן קרחה אומר יכול אני אבל איני רשאי כיוצא בו אתה אומר ואת היבוסי יושבי ירושלם לא יכלו להורישם יכולים היו אבל אינן רשאי ומעשר אין לי אלא טהור טמא מניין ת״ל דגנך לקוח בכסף מעשר מניין ת״ל תירושך אין לי אלא טהור טמא מניין ת״ל ויצהריך ר׳ שמעון אומ׳ מכלל שנ׳ לא אכלתי באוני ממנו ולא בערתי ממנו בטמא היכן הוא מוזהר איני יודע ת״ל ולא תוכל לאכול בשעריך מעשר דגנך תירושך ויצהריך יכול הנותן במתנה יהא חייב ת״ל לא תוכל לאכול בשעריך האוכל חייב ואין נותן במתנה

במתנה חייב ר׳ יוסי אומר יכול לא יהיו
חייבים אלא על טבל שלא הורם ממנו
כלום מניין הורם ממנו תרומה ולא הורם
ממנו מעשר ראשון מעשר ראשון ולא
הורם ממנו מעשר שיני מעשר שיני ולא
הורם ממנו מעשר עני מניין תל׳ לא
תוכל לאכול בשעריך ר׳ שמעון אומר לא
בא הכתוב אלא ליתן מחיצה בין קודשי
קדשים לקדשים קלים ותרומת ידיך אילו
הביכורים וכי מה בא הכתוב ללמדינו אם
לאכול ביכורים חוץ לחומה קל וחומר
ממעשר ומה מעשר שמותר לזרים האוכל
ממנו חוץ לחומה עובר בלא תעשה ביכורים
שהם אסורים לזרים האוכל מהם חוץ
לחומה אינו דין שיהו עוברים בלא תעשה
נדבתך אילו תודה ושלמים וכי מה בא
ללמדנו הא לא בא הכתוב ללמדנו אלא
לאוכל ביכורים עד שלא קרא עליהם עובר
בלא תעשה נדבתך אילו תודה ושלמים וכי
מה בא ללמדנו אם אוכל תודה ושלמים
חוץ לחומה קל וחומר ממעשר ומה מעשר
שאין חייבים עליו משום פגול ונותר וטמא
האוכל מהם חוץ לחומה עובר בלא תעשה
תודה ושלמים שהם חייבים עליהם משום
פינול ונותר וטמא האוכל מהם חוץ לחומה
אינו דין שהוא עובר בלא תעשה הא לא
בא הכתוב ללמדך אלא לאוכל תודה
ושלמים לפני זריקת דם שהוא עובר בלא
תעשה ובכורות זה הבכור וכי מה בא
הכתוב ללמדנו אם לאכול בכור חוץ לחומה
קל וחומר ממעשר אם לפני זריקת דמים
קל וחותר מתודה ושלמים ומה תודה
ושלמים שמותרים לזרים האוכל מהם לפני
זריקת דם עובר בלא תעשה בכור שאסור
לזרים האכול ממנו לפני זריקת דם אינו
דין שיהא הוא עובר בלא תעשה הא לא
בא הכתוב ללמדך אלא לזר שאכל בשר
בכור בין לפני זריקת דמים בין לאחר
זריקת דמים שיהא עובר בלא תעשה בקרך
וצאנך זו חטאת ואשם וכי מה בא הכתוב
ללמדנו אם לאכול חטאת ואשם חוץ
לחומה קל וחומר ממעשר לפני זריקת
דמים קל וחומר מתודה ושלמים לאחר
זריקת דמים קל וחומר מן הבכור ומה
בכור שהן קדשים קלים האוכל ממנו לאחר
זריקת דמים עובר בלא תעשה חטאת
ואשם שהם קדשי קדשים האוכל מהם
לפני זריקת דמים אינו דין שיהא עובר
בלא תעשה הא לא בא הכתוב ללמדך
אלא לאוכל חטאת ואשם חוץ לקלעים
שהוא עובר בלא תעשה ונדריך זו עולה
וכי מה בא הכתוב ללמדנו אם לאוכל
עולה חוץ לחומה קל וחומר ממעשר
לפני זריקת דמים קל וחומר מתודה
ושלמים לאחר זריקת דמים קל וחומר מן
הבכור חוץ לקלעים קל וחומר מחטאת
ואשם ומה חטאת ואשם שמותרים באכילה
האוכל מהם חוץ לקלעים עובר בלא
תעשה עולה שאסור באכילה האוכל
ממנה חוץ לקלעים אינו דין שיהא עובר
בלא תעשה הא לא בא הכתוב ללמדך
אלא לאוכל עולה לפני זריקת דמים ובין

לאחר זריקת דמים בין לפנים מן הקלעים
בין חוץ לקלעים שעובר בלא תעשה כי
אם לפני יי׳ אלהיך זו שילה תאכלינו
במקום אשר יבחר יי׳ זו ירושלם. Deut. XII. 17. Non poteris comedere in oppidis tuis. *R. Jehosua filius* Charcha *dicit, possem ego, at non-licet; cujusmodi tu dicis.* Josue XV. 63. Jebulæum autem habitatorem Jerusalem non potuerunt delere. *Potuerunt, sed non licuit.* Decimam; *non probo nisi pro pura, immunda unde probatur? ex eo quod dictum est*; frumenti tui; *Comparatum ex argento decimæ unde probatur? ex eo quod dictum est* תירושך, *non probo nisi pro pura, immunda unde probatur? ex eo quod dictum est* ויצהריך. *R. Simeon dicit, comprehenditur; dictum est enim* XXVI. 14. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia; *Ubinam præmonetur? non constat: Idcirco dictum est*: Non poteris comedere in oppidis tuis תירושך ויצהריך מעשר דגנך. *Crederem, si donaverit, quod teneretur; idcirco dictum est*; Non poteris comedere in oppidis tuis. *Comedens tenetur, at donans non tenetur. R. Jose dicit: Crederem, quod non teneretur nisi propter indecimatum, ex quo nullæ oblationes separatæ sint; si separaverit ex eo primitias, at non separaverit decimam primam, & si separaverit decimam primam, at non separaverit decimam secundam; & si separaverit decimam secundam, at non separaverit decimam pauperis, unde probatur? Ex eo quod dictum est*: Non poteris comedere in oppidis tuis. *R. Simeon dicit: non venit textus nisi ad statuendum discrimen inter sanctissima & minus sancta*; ותרומת ידיך; *Hæc sunt primitiva. Ecquid nos venit textus ad docendum? Si de edente primitiva extra muros, jam probatur argumento a minori ad majus ex decimis; sicuti decimæ sunt licitæ alienis, si quis ex eis ederit extra muros, prævaricatur præceptum negativum; si quis edat primitiva extra muros, quæ sunt vetita alienis, non erit æquum, ut putetur violare præceptum negativum?* נרבתך; *hæc sunt eucharistica, & pacifica. Ecquid venit textus ad nos docendum? Non venit nisi ad nos docendum, quod siquis ederit de primitivis antequam super iis legerit, prævaricetur præceptum negativum*: נרבתך. *Hæc sunt eucharistica, & pacifica. Ecquid venit textus ad nos docendum? Si de edente eucharistica & pacifica extra muros, jam probatur argumento a minori ad majus ex decimis; Sicuti pro decimis non tenentur abominando, residuo & immundo; siquis eas ederit extra muros, prævaricatur præ-*

ceptum negativum, eucharistica & pacifica, pro quibus tenentur abominando residuo, & immundo, si quis ederit extra muros, non erit æquum, ut putetur prævaricari præceptum negativum? Ecce textus non venit, nisi ad te docendum, quod si quis edat eucharistica & pacifica ante sanguinis adspersionem, prævaricetur præceptum negativum. ובכורות; *hoc est primogenitum. Ecquid venit textus ad nos docendum? Si de edente primogenitum extra muros, jam probatur argumento a minori ad majus ex decimis; si ante sanguinum adspersionem, jam probatur argumento a minori ad majus ex eucharisticis & pacificis; sicuti eucharistica & pacifica, quæ sunt licita alienis, si quis edat ante sanguinis adspersionem prævaricatur præceptum negativum; primogenitum, quod est vetitum alienis, si quis edat ante sanguinis adspersionem, non erit æquum ut putetur prævaricari præceptum negativum? Ecce textus non venit nisi ad te docendum, quod si alienus ederit de carne primogeniti, sive ante sive post sanguinum adspersionem, prævaricetur præceptum negativum.* בקרך וצאנך; *hoc est sacrificium pro peccato & pro delicto. Ecquid venit textus ad nos docendum? Si de edente sacrificium pro peccato & pro delicto extra muros, probatur argumento a minori ad majus ex decimis; si ante sanguinum adspersionem, probatur argumento a minori ad majus ex eucharisticis & pacificis; si post sanguinum adspersionem, probatur argumento a minori ad majus ex primogenito; Primogenitum, quod est sacrificium minus sanctum, si quis ederit post sanguinum adspersionem, prævaricatur præceptum negativum; sacrificia pro peccato & pro delicto, quæ sunt sanctissima, si quis ederit ante sanguinum adspersionem, non erit æquum ut putetur prævaricari præceptum negativum? Ecce textus non venit nisi ad te docendum, quod si quis ederit de sacrificio pro peccato & pro delicto extra vela, prævaricetur præceptum negativum.* ונדריך, *hoc est holocaustum. Ecquid venit textus ad nos docendum? Si de edente holocaustum extra murum, jam probatur argumento a minori ad majus ex decimis; si ante sanguinum adspersionem, jam probatur argumento a minori ad majus ex eucharisticis & pacificis; si post sanguinum adspersionem, jam probatur argumento a minori ad majus ex primogenito; si extra vela, jam probatur argumento a minori ad majus ex sacrificio pro peccato & pro delicto; sacrificia pro peccato & pro delicto, quæ licite comeduntur, si quis edat extra vela, prævaricatur præceptum negativum; holocaustum, quod non licet comedere, si quis edat extra vela, non erit æquum ut putetur prævaricari præceptum negativum? Ecce textus non venit nisi ad te docendum, quod si quis edat de holocausto sive ante sive post sanguinum adspersionem, sive intra sive extra vela, prævaricetur præceptum negativum.* Sed coram Domino Deo tuo, *hic est Silo*, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus; *hæc est Jerusalem*. Si quis procul abesset a loco electo, non cogebatur statim adducere sacrificia sua, sed licebat offerre in tribus solennitatibus, in quibus ex legis præcepto comparere debebat coram Domino. *Siphra* 52. 1.

מנייך למוספי שבת שיקרבו עם אימורי הרגל תל מלבד שבתות יי׳ מלבד מתנותיכם ומלבד כל נדריכם ומלבד כל נדבותיכם אשר תתנו ליי׳ מה תל שיכול אין לי קרב ברגל אלא קרבנות הרגל בלבד מניין קרבנות היחיד וקרבנות הציבור ושהוקדשו ברגל שיבואו ברגל תל מלבד שבתות יי׳ מלבד מתנותיכם ומלבד כל נדריכם ומלבד כל נדבותיכם אשר תתנו ליי׳ אילו העופות והמנחות לרבות את כולם שכולם יבואו ברגל יכול רשות תל אלא תעשו ליי׳. במועדיכם אם להתיר כבר התיר אם כן למה נאמר אלא תעשו ליי׳ במועדיכם אלא קבעם חובה שיבואו ברגל כולם יכול באיזה רגל שירצה תל ובאת שמה והבאתם שמה אם להתיר כבר התיר אם לקבוע כבר קובע אם כן למה נאמר ובאת שמה והבאתם שמה אלא זה רגל ראשון שפגעתה בו יכול אם עבר רגל ולא הביא יהיה עובר עליו משום בל תאחר תל אלה תעשו ליי׳ במועדיכם אינו עובר עליו משום בל תאחר עד שיעברו עליו רגלי שנה כולה ר׳ שמעון אומר שלשה רגלים כסידרן וחג המצות ראשון כיצד נדר לפני הפסח עד שיעברו עליו הפסח והעצרת והחג נדר לפני עצרת עד שיעברו עליו העצרת והחג והפסח והעצרת דהחג נדר לפני החג עד שיעברו עליו החג ופסח ועצרת וחג. *Unde probatur, quod sacrificia additiția sabbathi offerantur cum adipibus sacrificii solemnitatis? Ex eo quod dictum est*; Levit. XXIII. 38. præter Sabbatha Domini, præter dona vestra, & præter ea quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino. [sic Hebræus] *Cur hoc dictum est? Hæc sunt volucres & munera ad includendum omnia, quod cuncta in solennitate offerenda essent. Crederem mihi dicendum esse, non potuisse offerri in solennitate nisi sacrificia solemnitatis duntaxat; sacrificia privata & publica, quæ sanctificata essent in solennitate, quod adducenda fuissent in solennitate, unde probantur? Ex eo quod dictum est*; præter sabbatha Domini, præter dona vestra, & præter-

ter ea omnia, quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino. *Crederem ex arbitrio fuiſſe; idcirco dictum eſt* Num. XXIX. 39. Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris; *Si ad permittendum, jam permiſit; ſi ita eſt, cur dictum eſt;* Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris; *ad obligandum, quod omnia in ſolennitate eſſent afferenda. Crederem in quavis ſolennitate libuerit. Idcirco dictum eſt* Deut. XII. 5. 6. ובאת שמה והבאתם שמה; Et venies illuc, & afferetis illuc [ſic Hebræus] *Si ad permittendum, jam permiſit, ſi ad obligandam, jam obligavit, ſi ita eſt; cur dictum eſt?* Et venies illuc, & afferetis illuc? *ad ſtatuendum, ut adducantur in prima quæ occurrat ſolennitate. Crederem, ſi ſolennitas præterierit, & non adduxerit, quod prævaricaretur præceptum;* non tardabis; *Idcirco dictum eſt:* Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris; *non prævaricatur præceptum:* non tardabis; *niſi omnes integri anni ſolennitates præterierint. R. Simeon dicit: tres ſolennitates juxta ordinem; & ſolennitas azymorum eſt prima. Quomodo? Si voverit ante Paſcha, donec præterierint Paſcha, Pentecoſte, & ſolennitas Tabernaculorum. Si voverit ante Pentecoſte, donec præterierint Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum, & Paſcha, & Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum. Si voverit ante feſtum Tabernaculorum, donec præterierint feſtum Tabernaculorum, & Paſcha, & Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum. Hierol. Roſch. Haſchana* 56. 2. מאן תנא רגלים ר' שמעון דרבי שמעון אמ' שלשה רגלים כסדרן ובלבד חג המצות ראשון אשכחת אמ' פעמים חמשה פעמים ארבעה פעמים שלשה לפני עצרת חמשה לפני החג ארבעה לפני הפסח שלשה ר' לעזר בי ר' שמעון אמ' ובלבד חג המצות אחרון אשכחת אמר פעמים שלשה פעמים שנים פעמים אחד וחכמים אומרים רגל שפגע בו תחילה ובלבד שיעברו עליו רגלי שנה כולה כתיב מלבר שבתות יי' ומלבר מתנותיכם וגו' אשר תדרו ליי' מה ת"ל שיכול אין ליקרב ברגל אלא קרבנות הרגל בלבר מניין קרבנות היחיד וקרבנות הציבור שהוקדשו ברגל שיבואו ברגל שהוקדשו לפני הרגל שיבואו ברגל ת"ל מלבר שבתות יי' אשר תדרו ליי' אילו עופות ומנחות לרבות את כולם שיהו קריבין ברגל יכול רשות ת"ל אלה תעשו ליי' במועדיכם אלה קבוע חובה שיהו כולן קריבין ברגל יכול באי זה רגל שירצה ת"ל ובאת שמה והבאתם שמה אם להתיר כבר התיר אם לקבוע כבר קבע אם כן למה נאמר ובאת שמה והבאתם שמה אלא זה רגל הראשון שפגעת בו יכול אם עובר אחד מהם ולא הביא יהא עובר עליו משום בל תאחר ת"ל אלה תעשו ליי' במועדיכם אינו עובר עליו משום בל תאחר עד שיעברו עליו רגלי השנה כולה ר' שמעון אומ' שלשה רגלים כסדרן כיצד נדר לפני הפסח עד שיעברו עליו פסח ועצרת וחג נדר לפני העצרת עד שיעברו עליו עצרת וחג ופסח ועצרת נדר לפני החג עד שיעברו עליו החג ופסח ועצרת וחג. *Qui docet quod ſpectat ad ſolennitates, eſt R. Simeon; dicit enim R. Simeon: tres ſolennitates juxta ordinem ſuum, dummodo ſolennitas azymorum ſit prima; deprehenditur quod dicat; aliquando quinque, aliquando quatuor, aliquando tres. R. Elieſer ex ſchola R. Simeonis dicit, dummodo ſolennitas azymorum ſit poſtrema; deprehenditur, quod dicat: aliquando tres, aliquando duæ, aliquando una. At Sapientes dicunt: prima ſolennitas, quæ occurrat a principio, dummodo præterierint integri anni ſolennitates; Scriptum eſt enim:* præter ſabbatha Domini, & præter dona veſtra &c. quæ tribuetis Domino. *Cur dictum eſt? Crederem, quod in ſolennitate non eſſent offerenda niſi ſacrificia ſolennitatis duntaxat; ſacrificia privata & pubblica, quæ ſanctificata ſunt in ſolennitate, quod afferenda eſſent in ſolennitate, & quæ ſanctificata ſunt ante ſolennitatem, quod afferenda eſſent in ſolennitate, unde probantur? ex eo quod dictum eſt:* præter Sabbatha Domini, quæ tribuetis Domino; *Hæc ſunt volucres, & munera, ad includendum, quod omnia in ſolennitate offerenda eſſent. Crederem ex arbitrio; idcirco dictum eſt:* Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris. *Hæc ad obligandum, quod omnia offerenda eſſent in ſolennitate. Crederem in quavis ſolennitate libuerit; idcirco dictum eſt:* & venies illuc, & afferetis illuc; *Si ad permittendum, jam permiſit; ſi ad obligandum; jam obligavit; ſi ita eſt, cur dictum eſt:* Et venies illuc, & afferetis illuc? *Quod offerre deberet in prima, quæ occurreret ſolennitate, crederem, quod ſi una ex iis præterierit, & non adduxerit, prævaricaretur præceptum;* non tardabis. *Idcirco dictum eſt:* Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris; *non prævaricatur præceptum,* non tardabis, *niſi præterierint integri anni ſolennitates. R. Simeon dicit: tres ſolennitates juxta ordinem ſuum. Quomodo? Si voverit ante Paſcha, donec præterierint Paſcha, & Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum; Si voverit ante Pentecoſte, donec præterierint Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum, & Paſcha, & Pentecoſte, & feſtum Tabernaculorum; ſi voverit ante feſtum Tabernaculorum, donec præterierint feſtum Tabernaculorum, donec præterierint feſtum Taber-*

bernaculorum, *& Pascha*, *& Pentecoste*, *& festum Tabernaculorum*. 1. *Sam.* I. 4. legitur Elcana statis temporibus ascendisse in Silo ut sacrificia solennia & votiva immolaret. *Venit ergo dies*; Ubi *Kimchius* ויהי היום יום מועד ובת״י יומא דמועדא ובדרש ר׳ יהושע בן לוי אומר זה יומא של עצרת. Venit ergo dies; *dies conventus*, *sive solennis*; *& juxta Targum Jonathan*, dies solennis. *Et in commentario R. Jehousa filius Levi dicit*: Dies Pentecostes. Ibid. vers. 21. *Ascendit autem vir ejus Elcana*, *& omnis domus ejus*, *ut immolaret Domino hostiam solennem*, *& votum suum*. Ubi iterum *Kimchius* את זבח הימים כתרגומו ית דבח מועדיא ואת נדרו לזבוח את זבח הימים רגיל לזבוח את זבח המועד מימים ימימה ועלה גם כן לזבוח נדרו כי נדר קרבן לי״י על בנו ובת״י ולשלמא ית נדריה. Hostiam solennem; *juxta Targum ejus*, sacrificium solennitatis, & votum suum; *ad offerendum sacrificium solenne & statum*, *eo quod erat diligens in offerendo sacrificio solenni statis temporibus*; *pariterque ascendit ad offerendum votum suum*, *quod voverat sacrificium Domino pro filio suo*; *& juxta Targum Jonathan* ad absolvendum votum suum. *Raschi* ibid. את זבח הימים ית דבח מועדיא ואת נדרו נדרים שנדר בין רגל לרגל היה מקריב ברגל. Hostiam solennem. *Sacrificium statum & solenne*, & votum suum; *vota*, *quæ voverat inter unam & alteram solennitatem*, *in solennitate obtulit*. *Ralbag.* ibid. עלה האיש אלקנה וכל ביתו לזבוח לי״י שלמי היום טוב ההוא ואת נדרו אשר נדר בשנה ההיא כי בבאו שם חייב לשלם שנ׳ ובאת שמה והבאתם שמה עולותיכם וזבחיכם. Ascendit autem vir ejus Elcana & omnis domus ejus ut immolaret Domino *sacrificia pacifica diei festi*, & votum suum, *quod voverat in eo anno*, *eo quod qui debebat*, *illuc adducebat*; *dictum est enim*: Et venies illuc, & afferetis illuc. Vide *Siphri* 39. 2. & 44. 3. *Tosaphta Rosch Haschana* cap. 1. & *Tosaphta Erachin*.

Præter hæc loca, quæ jam adduximus de unico altari, & unico loco, ubi offerenda erant sacrificia, exstat luculentissimum testimonium Jos. XXII. ubi cum Israelitæ cognovissent a tribubus Ruben & Gad, & a dimidia tribu Manasse in regione transjordanica ædificatam esse aram, rati eo consilio ab iis excitatam esse, ut ibi sacrificia immolarent, missis legatis, qui excidium transjordanicis Hebræis minitarentur, si altare non diruissent, qui tamen cognita causa & consilio exstructæ aræ, a bello, quod indicturi & illaturi erant, abstinuerunt. *Cumque venissent* [sic ibid. legitur vers. 10. usque ad finem] *ad tumulos Jordanis in terram Chanaan*, *ædificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis*. *Quod cum audissent filii Israel*, *& ad eos certi nuntii detulissent*, *ædificasse filios Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse altare in terra Chanaan super Jordanis tumulos contra filios Israel*; *Convenerunt omnes in Silo*, *ut ascenderent & dimicarent contra eos*; *Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazaris Sacerdotis*, *& decem principes cum eo*, *singulos de singulis tribubus*. *Qui venerunt ad filios Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse in terram Galaad*, *dixeruntque ad eos*: *Hæc mandat omnis populus Domini*: *Quæ est ista transgressio*? *Cur reliquistis Dominum Deum Israel*, *ædificantes altare sacrilegum*, *& a cultu illius recedentes &c.* *Et vos hodie reliquistis Dominum*, *& cras in universum Israel ira ejus desæviet*. *Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestræ*, *transite ad terram*, *in qua tabernaculum Domini est*, *& habitate inter nos*; *tantum ut a Domino & a nostro consortio non recedatis*, *ædificato altari præter altare Domini Dei nostri &c.* *Responderuntque filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse principibus legationis Israel*: *Fortissimus Deus Dominus*, *ipse novit & Israel simul intelliget*, *si prævaricationis animo hoc altare construximus*, *non custodiat nos*, *sed puniat nos in præsenti*. *Et si ea mente fecimus*, *ut holocausta & sacrificium*, *& pacificas victimas super eo imponeremus*, *ipse quærat & judicet*; *& non ea magis cogitatione*, *atque tractatu*, *ut diceremus*: *Cras dicent filii vestri filiis nostris*: *quid vobis & Domino Deo Israel*? *Terminum posuit Dominus inter nos & vos*, *o filii Ruben*, *& filii Gad*, *Jordanem fluvium*; *& idcirco partem non habetis in Domino*: *& per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros a timore Domini*; *Putavimus itaque melius*, *& diximus*: *Exstruamus nobis altare non in holocausta*, *neque ad victimas offerendas*; *sed in testimonium inter nos & vos*, *& sobolem nostram vestramque progeniem*, *ut serviamus Domino*, *& juris nostri sit offerre & holocausta & victimas*, *& pacificas hostias*, *& nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris*: *Non est vobis pars in Domino*. *Quod si voluerint dicere*, *respondebunt eis*: *Ecce altare Domini*, *quod fecerunt patres nostri*, *non in holocausta*, *neque sacrificium*, *sed in testi-*

testimonium nostrum ac vestrum. Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus a Domino, & ejus vestigia relinquamus, exstructo altari ad holocausta, & sacrificia & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod exstructum est ante tabernaculum ejus &c. Vocaveruntque filii Ruben & filii Gad altare, quod exstruxerant, testimonium nostrum, quod Dominus ipse sit Deus. Perpendendus est diligenter hic locus, ex quo mirum in modum sententia de unico altari confirmari possit. Primo: allato nuncio de erectione aræ transjordanicæ Israelitæ omnes tanto scelere commoti, quasi de imperii & religionis summa ageretur, convenerunt Silo, i. e. in celeberrimum universæ gentis concilium, ut adscenderent, & dimicarent contra rebelles. Secundo: Mittuntur Legati nobilissimi ex universa gente, Phinees filius summi Sacerdotis, & principes ex singulis tribubus, a quibus incolæ transjordanicæ regionis propter erectum altare prævaricationis & rebellionis contra Deum iterum ac tertio accusantur, quod crederentur eo consilio ab iis excitatam fuisse aram, ut in ea sacrificia sua offerrent מה המעל הזה אשר מעלתם באלהי ישראל לשוב היום מאחרי יהוה בבנותכם לכם מזבח למרדכם היום ביהוה וגו׳ ואתם תשבו היום מאחרי יהוה והיה אתם תמרדו היום ביהוה ומחר אל כל עדת ישראל יקצף. Quæ est ista vestra prævaricatio contra Deum Israelis? hodie reliquistis Dominum, ædificantes vobis altare, rebellastis hodie contra Dominum &c. hodie reliquistis Dominum; & rebellastis hodie contra Dominum, & cras in universum Israel ira ejus desæviet. Tertio: quo eorum animi ab ara exstructa averterentur, pollicentur illis assignaturos sedes & agros inter reliquas tribus. ואך אם טמאה ארץ אחזתכם עברו לכם אל ארץ אחזת יהוה אשר שכן שם משכן יהוה והאחזו בתוכנו וביהוה אל תמרדו ואותנו אל תמרדו בבנתכם לכם מזבח מבלעדי מזבח יהוה אלינו. Si vero immunda sit terra possessionis vestræ, transite vos ad terram possessionis Domini, in qua tabernaculum Domini est, & possidete inter nos, ne rebelles sitis, ne rebelles vos sitis in Dominum ob exstructam vobis aram aliam præter altare Domini Dei nostri. Quarto: Israelitæ, qui habitabant trans Jordanem semel iterumque Deum & Israelem obtestantur non eo consilio ædificasse altare, ut in eo sacrificia sua immolarent, sed ut esset posteris suis in testimonium, se partem in Domino habuisse, ita ut hæc ara monimentum potius, quam altare appellandum videatur. אל אלהים יהוה אל אלהים יהוה הוא ידע וישראל היה ידע אם במרד ואם במעל ביהוה אל תושיענו היום הזה לבנות לנו מזבח לשוב מאחרי יהוה ואם להעלות עליו עולה ומנחה ואם לעשות עליו זבחי שלמים יהוה הוא יבקש ואם לא מדאגה מדבר עשינו את זאת לאמר מחר יאמרו בניכם לבנינו לאמר מה לכם וליהוה אלהי ישראל וגו׳ ונאמר נעשה נא לנו לבנות את המזבח לא לעולה ולא לזבח כי עד הוא בינינו ובניכם ובין דרותינו אחרינו וגו׳ ונאמר והיה כי יאמר אלינו ואל דרתינו מחר ואמרו ראו את תבנית מזבח יהוה אשר עשו אבותינו לא לעולה ולא לזבח כי עד הוא בינינו וביניכם וגו׳ ויקראו בני ראובן ובני גד למזבח עד הוא בינתינו כי יהוה האלהים. Dominus Deus Dominus Deus novit, novitque Israel, quod propter rebellionem & prævaricationem in Deum non ædificaverimus hodie hoc altare, ut derelinqueremus Dominum; si vero exstruxerimus ad offerendum in eo holocaustum, & munus, & immolandum sacrificia pacifica, ipse Deus inquiret. Sed propter hanc curam fecimus, dicentes: Cras dicent filii vestri filiis nostris, quid vobis & Domino Deo Israel? Itaque diximus: Damus operam, ut ædificemus nobis altare non ad holocaustum & sacrificium offerendum, sed ut sit testimonium inter nos & vos, & inter posteros nostros &c. Quod si dicent cras nobis & posteris nostris, respondebunt: Videte similitudinem altaris Domini, quod exstruxerunt patres nostri non ad holocaustum & sacrificium offerendum, sed ut esset testimonium inter nos & vos &c. Vocaruntque filii Ruben & filii Gad: quod esset inter nos testimonium, quod Dominus ipse sit Deus. Quinto: Profitentur in una ara sita in Tabernaculo Domino sacrificare licuisse, in alia ne liceret, divina lege prohiberi; חלילה לנו ממנו למרד ביהוה ולשוב היום מאחרי יהוה לבנות מזבח לעלה למנחה ולזבח מלבד מזבח יהוה אלהינו אשר לפני משכנו Absit a nobis, ut rebellemus contra Dominum, & relinquamus Dominum ædificantes altare ad holocaustum, munus & sacrificium offerendum præter altare Domini Dei nostri, quod est in conspectu Tabernaculi. Postremo hoc altare dicitur מזבח גדול למראה altare infinitæ magnitudinis, ut videantur transjordanicæ tribus hoc consilio tantæ molis magnitudinem excitare voluisse, ut posteris suis perennius esset hoc monimentum.

In hac ara unis ex Aharonitica familia Sacerdotibus immolare licebat, ceteri

teri mortis pœna ab altaris ministeriis arcebantur; Scriptum est enim Num. I. 51. *Quisquis externorum accesserit, occidetur.* Et ibid. XVIII. 1. 7. *Dixitque Dominus ad Aaron; Tu & filii, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitutem Sanctuarii; & tu, & filii tui simul sustinebitis peccata Sacerdotii vestri; Sed & fratres tuos de tribu Levi, & sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint & ministrent tibi; tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii; Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita duntaxat ut ad vasa Sanctuarii, & ad altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus ceremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia Sanctuarii, & in ministerio altaris &c. Tu autem & filii tui custodite Sacerdotium vestrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent & intra velum sunt per Sacerdotes administrabuntur; Siquis externus accesserit, occidetur.* Siphri 19. 2. 4. והזר הקרב יומת לעבודה אתה אומר לעבודה או לעבודה ושלא לעבודה אמרת ומה בעל מום שלא ענש בו מיתה לא ענש בו אלא לעבודה זר שענש בו מיתה דין הוא שיענוש בה לעבודה ושלא לעבודה הא מה ת״ל והזר הקרב יומת לעבודה והזר הקרב יומת אפילו עובד בטהרה או אפי׳ עובר בטומאה אמרת אם הנכנס בטומאה שלא לעבודה חייב קל וחומ׳ לעבודה ומה ת״ל והזר הקרב יומת אפילו עובד בטהרה יומת ר׳ ישמעאל אומ׳ נאמר כאן יומת ונאמר להלן יומת מה יומת האמור להלן סקילה אף יומת האמור כאן סקילה ר׳ יוחנן בן נורי אמ׳ נאמר כאן יומת ונאמר להלן יומת מה יומת האמור להלן בחנק אף יומת האמור כאן בחנק והזר הקרב יומת עונש שמענו אזהרה לא שמענו ת״ל וזר לא יקרב אליכם. Siquis externus accesserit occidetur; *propter ministerium; tu dicis propter ministerium; aut si ministraverit, aut si non ministravarit; Dixisti? Si vitio affectus, in quo non est pœna mortis, non punitur nisi propter ministerium; extraneus, in quo est pœna mortis, erit æquum ut puniatur sive ministraverit sive non ministraverit; Cur igitur dictum est;* Si quis externus accesserit, occidetur? *propter ministerium.* Siquis externus accesserit, occidetur, *etiamsi in puritate, aut etiamsi in immunditie ministraverit; Dixisti? Si quis immundus ingrediatur, quamvis non ministraverit tenetur, multo magis si ministraverit. Cur igitur dictum est;* Siquis externus accesserit, occidetur? *Vel si mundus ministraverit, occidetur. R. Ismael dicit; dictum est hic* יומת occidetur, *& dictum est illuc,* sc. Num. XV. 35. יומת occidetur, *sicut* יומת *eo loco dictum lapidatione, sic etiam* יומת *hoc loco dictum lapidatione. R. Jochanan filius Nuri dicit; dictum est hic* יומת, *& dictum est illuc, sc.* Exod. XXI. 15. יומת, *sicut* יומת *dictum eo loco strangulatione, sic etiam* יומת *hoc loco dictum strangulatione.* Siquis externus accesserit, occidetur; *pœnam audivimus; præmonitionem vero non audivimus; idcirco dictum est;* וזר לא יקרב אליכם & alienigena non accedat ad vos; sic Hebræus. In quatuor præcipue ministeriis mortis pœna ab altari extranei arcebantur, ut in *Hierosol. Joma* 49. 2. זר שתרם ר׳ יוחנן אמר חייב ר׳ שמעון בן לקיש אמר פטור מה טע׳ דרבי שמעון בן לקיש עבודה מתנה יצא זה שהוא בהרמה מה טעמא דרבי יוחנן לכל דבר המזבח ר׳ יוסי בי ר׳ בון בשם רב ארבע עבודות שהכהן מתחייב עליהן מבחוץ זר מתחייב מבפני׳ ואיזו זו זו הקטרה והריקה וניסוך המים והיין ואתיא כר׳ שמעון בן לקיש לוי אמ׳ אפי׳ לתרומת הדשן ואתיא כר׳ יוחנן חתה גחלי׳ תפלוגת׳ דר׳ יוחנן ודר״ש בן לקיש הוציא שאר הדשן תפלוגתא דר׳ יוחנן ודר׳ שמעון בן לקיש אתי׳ כמאן דאמר אחרים פחותים מהן ברם כמאן דאמר אחרים לרבות בעלי מומים היא זר היא בעל מום הכל מודין בזר שסידר מערכה של עצים שהוא חייב אמר ר׳ זעורא ובלבד שני גזירי עצים שהכתוב מזהיר עליהן לעבודת כהונה ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח וערכו עצים תני אמ׳ ר׳ יהודה מניין להצתת האליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת ת״ל ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אמ׳ ר׳ שמעון וכי עלת על לב שהזר קרב על גבי המזבח אם כן למה נאמר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח לימד על הצתת האש שלא תהא אלא בראשו של מזבח. *Si alienus decineraverit, R. Jochanan dicit, quod tenetur. R. Simeon ben Lachisk dicit, liber est. Quænam est ratio R. Simeonis ben Lachisk? Ex eo quod dicitur* מתנה עבודה *ministerium doni; excluditur hoc, quod fit sublatione. Quænam est ratio R. Jochanan? ex eo quod dicitur* לכל דבר המזבח, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent. *R. Jose e Shola R. Bon nomine Rab dicit; Pro quatuor ministeriis, pro quibus foris Sacerdos tenetur? intus alienus tenetur. Quænam illa sunt? adolitio, adspersio sanguinis, libatio aquarum & vini; & res se habet juxta R. Simeon ben Lachisk; Levi dicit; etiam ablatio cineris; & res se habet juxta R. Jochanan; in prunis accipiendis est dissensio inter R. Jochanan & R. Simeonem*

nem ben Lachisk ; in educendis reliquiis cineris dissensus est inter R. Jochanan, & R. Simeonem ben Lachisk ; res se habet juxta illum qui dicit אחרים alias, *sc. his deteriores ; verumtamen juxta illum qui dicit* אחרים, *ad includendum macula affectos ; sive sit alienus, sive vitio affectus ; in alieno omnes conveniunt, si struem lignorum ordinaverit, quod teneatur ; dicit R. Zangora, tantummodo pro duobus ligni segmentis, eo quod de iis textus præmoneat ad Sacerdotii ministerium pertinere : Scriptum est anim* Levit. I. 7. Et subjicient filii Aharon Sacerdotis ignem in altari, & ordinabunt ligna. Sic Hebræus. *Dicit R. Jehuda ; unde probatur non fuisse incendenda tenuia segmenta nisi a Sacerdote idoneo cum vestibus ministerii ? Ex eo quod dictum est :* Et subjicient filii Aharon Sacerdotis ignem in altari. *Dicit R. Simeon, ecquid ? Venitne tibi in mentem, quod extraneus ad altare accedere potuerit ? si ita se res habet, cur dictum est,* & subjicient filii Aharon Sacerdotis ignem? *ad docendum, quod ignis accendi non possit nisi in vertice altaris.* Uberius & clarius. *Babyl. Joma* 24. אמר רב ארבע עבודות

זר חייב עליהן מיתה זריקה והקטר' וניסוך
המים וניסוך היין ולוי אמר אף תרומת
הדשן וכן תני לוי במתניתיה אף תרומת
הדשן מאי טעמא דרב דכותיב ואתה ובניך
אתך תשמרו את כהונתכם לכל דבר המזבח
ולמבית לפרוכת ועבדתם עבודת מתנה אתן
את כהונכם והזר הקר' יומת עבודת מתנה
ולא עבודת סילוק ועבודתם עבודה תמה
ולא עבודה שיש אחריה עבודה ולוי רבי
רחמנא לכל דבר המזבח ורב ההוא לאיתוי
שבע הזאות שבפנים ושבמצורע ולוי נפקא
ליה מדבר וכל דבר ורב דבר וכל דבר
לא דריש ואימא לכל דבר המזבח כלל
עבודת מתנה פרט כלל ופרט אין בכלל
אלא מה שבפרט עבודת מתנה אין עבודת
סילוק לא אמר קרא ולמבית לפרכת ועבדתם
לפרוכת הוא דעבודת מתנה ולא עבודת
סילוק הא בחוץ אפילו עבודת סילוק אי
הכי ועבדתם נמי אל מבית לפרכת הוא
דעבודה תמה ולא עבודה שיש אחריה
עבודה הא בחוץ אפילו עבודה שיש אחריה
עבודה ועבדתם הדר ערביה קרא בעי
רבא עבודת סילוק בהיכל מהו לפנים
מדמינן ליה או לחוץ מדמינן ליה הדר
פשטא מבית ולמבית אלא מעתה זר
שסידר את השלחן ליחייב איכא סידור
בזיכין סידור בזיכין ליחייב איכא סילוק
והקטרה זר שסידר את המנורה ליחייב
איכא נתינת פתילה נתן פתילה ליחייב
איכא נתינה שמן נתן שמן ליחייב איכא
הדלקה הדליק ליחייב הדלקה לאו עבודה
היא ולא והתניא נתנו בני אהרן הכהן
אש על המזבח וערכו עצים על האש לימד
על הצתת אליתה שלא תהא אלא בכהן

כשר ובכלי שרת הצתת אליתה עבודה
הדלקה לאו עבודה היא אלא מעתה זר
שסידר את המערכה ליחייב איכא סידור
שני גזירי עצים סידור שני גזירין ליחייב
איכא סידור איברים והא אמר ר' אסי
אמר ר' יוחנן זר שסידר שני גזירי עצים
חייב הא פליגי מר סבר עבודה תמה
היא ומר סבר לאו עבודה תמה היא תניא
כותיה דרב תניא כותיה דלוי תניא כותיה
דרב עבודות שזר חייב עליהן מיתה זריקת
דם בין לפנים בין לפני ולפנים והמצה
בחטאת העוף והממצ' והמקטי' בעולת
העוף והמנסך שלש' לוגין מי' ושלש' לוגין
יין תניא כוותיה דלוי עבודות שזר חייב
עליהן מיתה המרים את הדשן ושבע הזאות
שבפני' ושבמצורע המעלה על גבי המזבח
בין דבר כשר בין דבר פסול. *Dicit Rab ; pro quatuor ministeriis extraneus reus est mortis, pro adspersione, & suffitu, & libatione aquarum & vini. Pariterque docet Levi in Misna sua etiam cineris elationem. Quænam ratio Rab ? ex eo quod scriptum est.* Num. XVIII. 7. ואתה
ובניך אתך תשמרו את כהונתכם לכל
דבר המזבח ולמבית לפרוכת ועבדתם
עבודת מתנה אתן את כהנתכם והזר הקרב
יומת. Tu autem & filii tui custodite Sacerdotium vestrum & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, & ministrabitis ministerium doni Sacerdotii vestri, siquis externus accesserit, occidetur ; *ministerium doni, non vero ministerium ablationis, & ministrabitis, ministerium perfectum, non vero ministerium, quod alterum ministerium consequatur. At Levi* (dicit) *quod textus includat* לכל דבר המזבח omnia quæ ad altare pertinent ; *at Rab. includit septem adspersiones interiores, & adspersiones leprosi. At Levi deducit* מדבר וכל דבר ; *at Rab.* דבר וכל דבר. *Dicam* לכל דבר המזבח *omnia quæ ad altare pertinent, sit ministerium doni : particulare, generale, & particulare, non est in generali, nisi quod continetur in particulari, ministerium doni, maxime, ministerium ablationis. minime. Dicit Scriptura, quod* ולמבית לפרכת ועבדתם אל מבית לפרוכת, *& quæ intra velum sunt, & ministrabitis, quæ sunt intra velum, & ministerium doni, non vero ministerium ablationis ; sed extra velum, vel ministerium ablationis ; si ita est* ועבדתם אל מבית לפרכת, & ministrabitis intra velum *erit ministerium perfectum, non vero ministerium, quod alterum ministerium consequatur : Sed extra velum, vel ministerium, quod alterum ministerium consequatur* ועבדתם, & ministrabitis, *iterum textus conjungit. Quærit Rabba, ministerium ablationis in templo quidnam erat ? Comparaturne ministerio*

rio interior, an exterior? Respondetur juxta sensum literalem, dici poterat מבית *intra, at dictum est* מלמבית, *&* *intra. Extraneus si ordinaverit mensam, teneturne? Erat ordinatio posthæc acerrarum, si acerras ordinaverit, teneturne? Erat deinde oblatio, suffitus: Si extraneus ordinaverit candelabrum, teneturne? Erat posthæc impositio ellychnii, si posuerit ellychinium, teneturne? erat deinde impositio olei, si oleum posuerit, teneturne? erat deinde incensio, si accenderit, teneturne? accensio non erat ministerium: Nonne dictum est?* Subjicient filii Aharon Sacerdotis ignem in altari, & ordinabunt ligna super ignem; *ad docendum, quod non essent accendenda segmenta tenuia nisi a Sacerdote idoneo in vestibus ministerii; accensio tenuium lignorum erat ministerium, accensio vero lucernarum non erat ministerium; si vero extraneus ordinaverit struem, teneturne? erat deinde ordinatio duorum ligni segmentorum, si duo segmenta ordinaverit, teneturne? erat posthæc ordinatio membrorum. Ecce dicit R. Ase; dicit R. Jochanan; si extraneus duo ligni segmenta ordinaverit, tenetur; In quo consistit controversia? Hic doctor putat ministerium perfectum, ille doctor putat non esse ministerium perfectum; Traditio juxta sententiam Rab, traditio juxta sententiam Levi; traditio juxta sententiam Rab; ministeria, pro quibus extraneus tenetur morte, sunt adspersio sanguinis sive exterioris, sive interioris, & expressio in sacrificio pro peccato volucris, & expressio, & adolitio in holocausto volucris, & libatio trium logorum aquarum, & trium logorum vini; Traditio juxta mentem Levi; ministeria, pro quibus extraneus morte tenetur, sunt ablatio cineris, & septem adspersiones interiores, & adspersiones Leprosi, & oblatio super altare rei sive legitimæ sive illegitimæ. Vid. Maim. de ingressu Sanctuarii cap.* IX.

Quæ cum ita sint, nescio quo jure non solum ceteri Israelitæ, sed sanctissimi quoque viri, qui Sacerdotali ministerio non erant insigniti, extra tabernaculum ubivis locorum in Palæstina sacrificare potuerint. Si Judæis interpretibus fides habeatur, dicentur excelsa post erectum tabernaculum aliquando licita, aliquando interdicta fuisse, in quibus permissionis tempore cuivis immolare licuerit; teste *Kimchio*, ut prætercam sexcentos alios, ad *Judic.* XXII. 12. עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות משהוקם המשכן נאסרו הבמות באו לגלגל הותרו הבמות באו לשילה נאסרו הבמות באו לנוב וגבעון הותרו הבמות באו לירושלם נאסרו הבמות ולא היה להם היתר עוד. *Antequam erectum esset tabernaculum, licita erat excelsa; post erectum tabernaculum vetita sunt; venerunt in Gilgal, permissa sunt excelsa, venerunt in Silo, interdicta sunt excelsa, venerunt Nob & Gabaon, permissa sunt excelsa, venerunt Hierusalem, interdicta sunt excelsa, neque unquam in posterum permissa sunt.* Nonnulli equidem leguntur in Scriptura ex præcipuo Dei mandato aras ubi immolarent, excitasse. Primus *Josue* jubetur *a Domino post transitum Jordanis ædificare altare; Jos.* VIII. 30. 32. *Tunc ædificavit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal; sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi: Altare vero de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit, & obtulit super eo holocausta Domino, immolavitque pacificas victimas; & scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel.* Ubi *Kimchius* אז יבנה או כשעברו את הירדן ואין מוקדם ומאוחר בתורה כי כן כתיב בספר תורת משה והיה ביום אשר תעברו את הירדן וגו' והקמות לך אבני' גדולו' וסדת אותם בסיד ובנית שם מזבח וגו' ואז הותרו הבמות כל זמן שהיו בגלגל וכן אמרו רז"ל בו ביום עברו את הירדן ובאו להר גריזים ולהר עיבל והביאו את האבני' וסדוהו בסיד וכתבו עליהם את כל דברי התורה ובנו מזבח והעלו עולו' ושלמי' ואכלו ושתו ושמחו וברכו וקלסו וקפלו את האבני' ולנו ואמרו אין נתרת הבמה אלא על ידי נביא. Tunc ædificavit; *aut quando transierunt Jordanem; non est enim neque prius neque posterius in lege; eo quod ita scriptum sit in libro legis Mose;* Deut. XXVII. 2. eo die, quo transieritis Jordanem &c. eriges ingentes lapides, & calce lævigabis eos, & ædificabis ibi altare &c. *Et tum permissa fuerunt excelsa, omni tempore, quo steterunt in Galgal; pariterque dicunt Sapientes nostri f. m. Eo die transierunt Jordanem, & profecti sunt ad montem Garizim, & montem Ebal, & adduxerunt lapides, & calce illeerunt, & omnia legis verba inscripserunt, & exstruxerunt altare, & super illo obtulerunt holocausta, & pacifica, lætati sunt, & comederunt, & biberunt, & benedixerunt, & glorificarunt & lapides abraserunt, & pernoctarunt, & dixerunt; non permissa sunt excelsa nisi per prophetam. Gedeon*, pariter jubetur a Domino ædificare sibi altare; sicuti scriptum est *Judic.* VI. 24. 26. *Ædificavit ibi Gedeon altare Domino &c. Nocte ille* dixit

dixit Dominus ad eum; Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem, destruesque aram Baal, quæ est patris tui, & nemus quod circa aram est, succide; & ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ hujus, supra quam ante sacrificium posuisti; tollesque taurum secundum, & offeres holocaustum, super struem lignorum, quæ de nemore succideris. In hoc sacrificio testantur Judæi interpretes in *Hierosol. Megilla* 72. 3. multa permissa fuisse. אמ׳ ר׳ אבא בר כהנא שבע עבירות הותרו בפרו של גרעון אבנים פסולות ועצי אשירה ומוקצה ונעבר ולילה וזר ואיסור במה. *Dicit R. Aba bar Cahana; septem transgressiones permissæ fuerunt in bove Gedeonis, lapides profani, & ligna luci, & Idololatriæ destinatum, & Idololatrico cultu adoratum, & nox, & extraneus, & excelsi interdictum. Kimchius* ad loc. cit. *Judic.* ואמרו שמנה דברים הותרו באותה הלילה חוץ וזר ולילה וכלי שרת וכלי אסר ועצי אשרה ומוקצה ונעבר. *Octo permissa fuerunt in ea nocte, sacrificium oblatum foris, & extraneus, & nox, & instrumenta ministerii, & instrumenta interdicti, & ligna luci, & Idololatriæ destinatum, & Idololatrico cultu adoratum.* Vide in h. l. commentar. *Raschi, & Ralbag. Manue* quoque *Judic.* XIII. 19. dicitur super petra obtulisse hædum & libamenta. *Tulit itaque Manue hædum de capris, & libamenta, & posuit super petram offerens Domino;* Ubi Kimchius ומה שהעלה מנוח עולה על הצור לי״ בשעה איסו׳ הבמות שכל זמן שהיה אוהל מועד בשילה נאסרו הבמות ארז״ל הוראת שעה היתה כי הנה המלאך אמ׳ לו אם תעלה עולה לי״ תעלנה. *Cur obtulit Manue holocaustum super petra Domino quo tempore interdicta erant excelsa? etenim quo tempore fuit tabernaculum conventus in Silo, vetita fuerunt excelsa. Dixerunt Sapientes nostri f. m. legem permissam fuisse ea hora duntaxat; Dixit enim illi Angelus;* Si autem vis holocaustum facere, offerre illud Domino. Dicuntur præterea *Judic.* XXI. 2. 4. Israelitæ pugnaturi contra Benjamin, convenientes in Silo, ædificasse altare, & sacrificia obtulisse. *Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu ejus sedentes usque ad vesperam, levaverunt vocem, & magno ululatu cœperunt flere dicentes &c. Altera autem die diluculo consurgentes extruxerunt altare, obtuleruntque holocausta & pacificas victimas.* Ubi Kimchius ויבנו שם מזבח אם בית אל זה הוא שילה למה בנו שם מזבח וכי לא היה שם מזבח המשכן ואם היא העיר הנקרא ביתאל גם

שם היה המזבח שבנה יעקב אבינו כמו שאנו עתידין לפרש בספר שמואל בפסיק עולים אל האלהים ביתאל וי״ל שבנו שם מזבח חרש והיה המקום הזה שילה או ביתאל ובנות המזבח הוא דרישת האל כמו שנמצה במקומות רבים שהיו בונין מזבח לדרוש יי׳ ומפני המקרה הרע הזה שקרה להם בדבר בנימן בנו המזבח והעלו עולות; *Si Bethel erat hæc, aut Silo, cur ibi exstruxerunt altare? nonne ibi erat altare tabernaculi? si vero erat urbs, quæ appellatur Bethel, ibi pariter erat altare, quod exstruxit Jacob pater noster, sicuti nos explicaturi sumus in libro I. Samuelis* LX. *vers.* 3. Adscendentes ad Deum in Bethel. *Et dici potest ibi extructum fuisse altare novum, & hunc fuisse Silo, aut Bethel, & ædificatum fuisse hoc altare ad consulendum Dominum, uti deprehenditur in multis locis, quod altare exstruerent ad consulendum Dominum; & propter malum casum, qui iis acciderat, in causa Benjamin, ædificarunt altare, & holocausta immolarunt. Samuel* præterea 1. *Sam.* VII. 9. ex genere Levitico, cui ex lege sacrificare non licebat, dicitur obtulisse agnam in holocaustum. Tulit autem Samuel agnam lactentem unam, & obtulit illam holocaustum integrum Domino. Ubi *Kimchius* ויעלה כתיב שהיתה נקב׳ ומכן סמכו שעולת נקב׳ כשרה בבמת יחיד וקבלו כן כי זר מקריב בבמת יחיד כי משחרב משכן שילה ובאו להם לנוב הותרו הבמות כל זמן שהיה אהל מועד בנוב ובגבעון עד שיבנה בית עולמים שנאסרו ושוב לא היה להם היתר ואמרו אין הבמה נתר׳ אלא ע״י נביא כי שמואל העל׳ ראשון בבמת יחיד משחרב משכן שילה וכן בגלגל יהושע העל׳ בבמת יחיד ראשון שנ׳ אז יבנ׳ יהושע. Et obtulit, *scriptum est, eo quod esset fœmina; & hinc deduxerunt, quod holocaustum ex fœminis sit legitimum in excelso privato; pariterque ex traditione acceperunt, quod extraneus possit sacrificare in excelso privato; eo quod post destructum tabernaculum Silo cum venissent in Nob permissa fuerint excelsa toto eo tempore, quo stetit tabernacculum in Nob & Gabaon usque ad exstructionem demus seculorum, quo tempore fuerunt interdicta, neque amplius fuerunt permissa; Illud quoque dixerunt, quod excelsum non permittatur nisi per prophetam; eo quod Samuel primus obtulerit in excelso privato post destructum tabernaculum Silo, pariterque in Gilgal Josua obtulerit primus in excelso privato; sicut dictum est* Jos. VIII. 30. Tunc ædificavit Josue altare. *Ralbag.* ibid. ואפשר שהעלה אותה על ידי כהן כי שמואל לא היה כהן ואפשר שהיתה הוראת שעה והנה הותרה במת

יחיד

יחיד כי כבר חרב משכן שילה ולא היה שם עדיין במת צבור. *Fieri potest, quod obtulerit per Sacerdotem; eo quod Samuel non erat Sacerdos; pariterque fieri potest, quod ea hora esset permissum; Nam permissum erat excelsum privatum, quia jam destructum erat tabernaculum Silo; neque ibi futurum erat excelsum publicum.* Hierosol. Megilla 72. 3. ר' יוחנן בר מריה שמע לה מן ההא אז יבנה יהושע מזבח ליי' אלהי ישראל בהר עיבל אין לי אלא הר עיבל שילו מניין ויקח שמואל טלה חלב אחד ויעלהו עולה כליל ליי' אבא פר בהנא שלש עבירות הותרו בשוי של שמואל הוא ועורו ותמחוסר זמן ולוי היה. *R. Jochanan bar Marija hinc probat;* Tunc ædificavit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal. *Silo unde probatur? ex eo quod dictum est.* Tulit autem Samuel agnum lactentem unam, & obtulit illam holocaustum integrum Domino. *Dicit R. Aba ben Cahana; tres transgressiones permissæ fuerunt in agna Samuelis, ipsa, & ejus pellis, & deficiens tempore, & Levita erat.* Præterea ibid. vers. 17. dicitur *Samuel* in Ramatha ædificasse altare. Revertebaturque in Ramatha, ædificavit etiam ibi altare Domini. Ubi *Kimchius* ויבן שם מזבח ליי' מיו' שנחרב שילה שהותרו הבמות עשה הוא במתו שהיה מקריב עליה כשהיה רוצה להקריב נדרים ונדבות וזבחי שלמים כי זר מקריב בבמ' יחיד כמו שכתבנו. Ædificavit ibi altare Domino, *post excidium Silo cum permissa essent excelsa, ædificavit excelsum, ut quando libuerit, in eo offerret vota, & sacrificia spontanea, & pacifica; eo quod extraneo licebat sacrificare in excelso privato, uti scripsimus. Ralbag* ibid. והנה בנ השם מזבח ליי' לא נאסרה אז במת יחיד כמו שזכרנו. Et ecce ibi ædificavit altare Domino; *tunc enim excelsum privatum non erat interdictum, uti commemoravimus.* Confirmantur hæc ibid. cap. IX. 12. ubi dicitur *Samuel* venisse in terram Suph, ut ibi immolaret sacrificium pro populo. *Hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes urbem statim invenietis eum, antequam adscendat excelsum ad vescendum; neque enim comesurus est populus, donec ille veniet, quia ipse benedicit hostiæ &c. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut adscenderet in excelsum &c. Et respondit Samuel Sauli dicens; ego sum videns; adscende ante me in excelsum &c. Et descenderunt de excelso in oppidum.* Ubi *Kimchius* לעם בבמה כל במה בזה הענין ובדומה לו תרגם יונתן בית אסחרותא לפי שהיו זבחי שלמים שהם נאכלין לכל אדם ואדם אחר הקטרת חלבי' וזריקת דם והיו עושין אנשי העיר אותו זבח לאכול אותו בבית הבמה אשר עשו אותה לשעה כי היתר הבמות היה באותו הזמן משחרב שילה והיה המשכן בנוב. Pro populo in excelso; *omne excelsum in hac forma, & similitudine Jonathan interpretatur* domum accubitus ad comedendum, *eo quod sacrificia pacifica a singulis hominibus comederentur post adipum adolitionem, & sanguinis adspersionem; atque incolæ illius urbis obtulerunt sacrificium ad comedendum ex eo in domo excelsi, quod extruxerunt eo tempore, eo quod tum excelsa erant permissa post destructionem Silo, & tum tabernaculum erat in Nobe.* Iterum *Kimchius* ad 1. Sam. x. 3. עולים אל האלהים בית אל ושם היה המזבח שבנה יעקב ובשעת היתר הבמות היו מקריבים שם ואותו הבית היה קדוש והיו באים שם ישראל באותו הזמן להתפלל בזכות יעקב; Adscendentes ad Deum in Bethel; *ibique erat altare, quod exstruxerit Jacob, atque eo tempore, quo permissa erant excelsa, & hæc domus erat sancta, ideoque eo tempore ad eam Israelitæ adscendebant, ut in meritis Jacob orarent,* Ibid. 5. memorantur *greges prophetarum descendentes de excelso.* Ibid. XI. 15. dicuntur Israelitæ immolasse sacrificia in Galgala, cum eo tempore Arca Domini esset in Nobe. *Et fecerunt ibi Regem Saul coram Domino in Galgala, & immolaverunt ibi victimas pacificas Domino.* Ubi *Kimchius* ואמר שמואל לחדש המלוכה בגלגל לכבוד הארון ואהל מועד שהיו שם מתחלה כשבאו לארץ לפיכך היו מכברי' אותו המקום אע"פ שעתה לא היה שם כי בנוב היה. *Et dixit Samuel ut renovaretur regnum in Galgal propter honorem Arcæ & tabernaculi conventus, ubi a principio fuerunt, quando venerunt in terram; ideoque honore hunc locum prosecuti sunt, quamvis eo tempore non in hoc loco, sed in Nobe esset. Ralbag.* ibid. ואמר לפני יי' בגלגלכי שם בנו מזב' וזבחו בו ובראשונה כמו שנזכר בספר יהושע בתחלתו. *Dictum est* coram Domino in Galgal; *eo quod ibi a principio exstruxerunt altare, & sacrificarunt; uti fit mentio in initio libri Josue;* Ibid. XIII. 9. in Judæorum commentariis dicitur *Saul* peccasse, quod *Samuelis* adventum non exspectaverit, sed licite sacrificia offerre potuisse. Ubi *Kimchius* הנישו אלי העולה כי שמואל אמר לו שהוא יבא אליו שם לסוף שבעת ימים להעלות עולות לזבוח זבחי שלמים לאמר לו שבעת ימים תוחל עד בואי אליך וכאשר ראה שאול כי לא בא ביום השביעי בבקר להעלות העולה וכבר הכין העולה והשלמים כמו שאמר לו שמואל אמר שאול שגישו אליו העולה והשלמים כי הוא יעלה אותם וחטא

וחטא בזה כי היה להוחיל כל היום עד הערב כי הוא בזמנו בו ביום כמו שנ׳ ויהי ככלתו אבל בהקריבו קרבן והוא זר לא חטא בזה כי היתר הבמות היה אז וזר מקריב בבמת יחיד. Afferte mihi holocaustum; *Cum Samuel ei dixerit, quod ad eum esset venturus in fine septem dierum ad offerendum holocaustum, & immolandum sacrificia; & illi dixit;* Septem diebus expectabis, donec veniam ad te; *At postquam vidit Saul, quod non venisset mane in die septimo ad offerendum holocaustum, cum jam præparasset holocaustum, & sacrificia pacifica; sicuti ei dixerat Samuel, dixit Saul, quod sibi afferentur holocaustum & sacrificia pacifica, ut ipse ea offerret. Et in hoc peccavit, quod expectare debebat toto die usque ad vesperam; eo quod eo tempore in eo die venit, sicuti dictum est;* cumque complesset; *At in offerendo sacrificio, quod esset extraneus, non peccavit; quia tum permissa erant excelsa, & extraneo in excelso privato sacrificare licebat. Ralbag* ibid. לא חטא במה שהעלה העולות והשלמים והוא זר כי אז היה לזר להקריב בבמת יחיד כמו שנתבאר בסוף זבחים. *Non peccavit, quod cum esset extraneus, obtulerit holocausta, & sacrificia pacifica, quia tum extraneo licebat in excelso privato immolare, sicuti demonstratum est in fine tractatus* Sevachim. Ibid. xiv. 35. commemoratur altare exstructum a Saule, ut ibi populus immolaret, ne amplius animantia comederet cum sanguine. *Ædificavit autem Saul altare Domino, tuncque primum cœpit ædificare altare Domino;* Ubi *Raschi* צאן ובקר ובני בקר אומר אני זהאן ואת בנו לא תשחטו ולכך קרא׳ חוטאי׳ ורבותינו אמרו בשחיטת קדשי׳ שהיו׳ מקדישי׳ אותם שלמים ואוכלים לפני זריקת דם הוא שאמר ויאכל העם על הדם אוכלים קדשים ועדיין דם במזרק גלו אלי לשון גללו היום מבעוד יום ולמט׳ נאמ׳ ויגישו איש שורו בידו הלילה רבותינו נחלקו בדבר בסוף מסכ׳ זבחים יש מהם פירשו כאן בחולין כאן בקדשים ויש מהן פירשו כאן בקדשים שהוקדשו ליקריב בבמה נוב גדולה כאן בקדשים שהוקדשו ליקרב בבמה קטנה לימד על עולת יחיד שכשיר לישחט בלילה אבן גדולה עשא׳ במה לזרוק עלי׳ דם והקטיר חלבי׳ ושחטם בזה כאן במקום שחיטה ד״א סכין ברק להם פוצו בעם הכריזו במקומות הרבה ויהיו המכריזי׳ נפוצי׳ בעם הלילה בהמו׳ של חולין נשחטו בלילה כך מפורש בזבחים אותו החל המזבח ראשון למזבחו׳ שבנה שאול. Oves & boves, & vitulos. *Ego dico; ipsum & ejus filium nolite mactare, ideoque vocantur peccatores. Et nostri Sapientes dixerunt, in mactatione sanctitatum, quæ in pacifica sanctificatæ sunt, easque ante sanguinis adspersionem comederunt; dictum est enim:* comeditque populus cum sanguine; *comederunt Sanctitates, & sanguis erat adspergendus.* Volvite ad me, *significatione devolvendi;* hodie, *durante jam die; & infra dicitur:* Et adduxit unusquisque bovem in manu sua nocte. *Distrahuntur in varias partes Sapientes nostri in fine tractatus* Sevachim: *Ex his alii explicant:* hic agitur *de sanctitatibus, quæ sanctificatæ sunt, ut offerrentur in excelso magno, quod erat in Nobe, & illic agitur de sanctitatibus, quæ sanctificatæ sunt, ut offerrentur in excelso parvo, ad docendum quod holocaustum privatum in nocte immolare liceret.* Saxum grande; *ad construendum excelsum, ut super illo adspergeretur sanguis, & adipes adolerentur.* Et mactate super istud; *hic in loco mactationis. Altera explicatio; exploravit cultrum.* Dispergimini in vulgus. *Proclamate in multis locis; & præcones inter populum dispergantur;* nocte; *animalia profana, quæ nocte mactari possunt; sic explicatur in* Sevachim. Ipse cœpit ædificare altare, *primum ex altaribus, quæ ædificavit Saul. Kimchius ibid.* אתו החל לבנו׳ מזבח ליי׳ פי׳ אותו המזבח היה תחלת המזבחו׳ שבנה שאול כי מה שהקריב קרבנות בגלגל מצא שם המזבח בנוי׳ ובדר׳ אתו החל והלא כמה מזבחות בנו ראשונים נח בנה מזבח אברהם בנה מזבח יצחק בנה מזבח יעקב בנה מזבח משה בנה מזבח יהושע בנה מזבח ואת אמרת אותו החל לבנות מזבח אמר יורן החל במלכים ועוד יש דרש אותו המזבח החל לבנותו כלומר הוא בעצמו נתן האבן הראשונה ואחר כך בנו הבוני׳ המזבח עד כלותו. Tuncque primum cœpit ædificare altare Domino; *exponitur, hoc altare fuisse principium altarium, quæ ædificavit Saul; si obtulit sacrificia in Galgal, invenit ibi altare jam exstructum; & in Midrasch:* Tuncque primum cœpit: *Nonne multa altaria veteres exstruxerunt? ædificavit altare Noe, ædificavit altare Abraham, ædificavit altare Isaac, ædificavit altare Jacob, ædificavit altare Mose, ædificavit altare Josue. Dicit R. Jodan, quod primus ex regibus ædificaverit; præterea exponendum est: quod hoc altare ipse inceperit ædificare, id est, quod ipsemet posuerit primum lapidem, & posthæc usque ad perfectionem exstruxerint cæmentarii altare.* Ralbag ibid. שנ׳ כי שאול החל לבנות מזבח ליי׳ שהרי כמה וכמה אנשי׳ בנו מזבח קודם שאול כמו שאמרו במדרש ונרא׳ בעיני שהרצון בזה כי כשצו׳ שאול לגול אבן גדולה לשחוט עליה איש שורו ואיש שיהו החל הענין ההוא לבנו׳ מזבח ליי׳ כי בלילה ההוא לא

בנהו כי היה נחפז לרדף אחרי פלשתים אך היתה האבן ההוא התחלת הבנין ושם בנה המזבח אחר כן להזכיר אנס שנעשה להם ולתת תורה לשם ית וגו . *Dictum est, quod Saul cœperit ædificare altare Domino : Quot homines ædificarunt altare ante Saulem ? uti dixerunt in* Medrasch *: & mihi videtur hic sensus esse ; quod, cum jussit Saul volvi lapidem magnum, ut in illo unusquisque bovem & arietem immolaret, inceperit hac de causa ædificare altare Domino ; eo quod ea nocte non fuit exstructum ; quod occupatus fuit in persequendis Philistæis, veruntamen hic lapis fuit principium ædificii, ibique exstruxit postea altare ad commemorandum miraculum pro iis patratum, & ad agendas gratias Deo benedicto.* Ibid. xv. 12. dicitur Saul venisse in Galgala, ibique holocausta immolasse. Ubi *Kimchius* ועבר לו הגלגל לזבוח שם כמו שאמר והטעם לפי שהיה שם המזבח ואהל מועד תחילה כשבאו לארץ ואעפ׳ שעתה היה בנוב היו מכבדים מקום אהל מועד בגלגל והיו זובחים שם בשעת היתר הבמות וכן חרשו שם המלוכה וזבחו שם זבחי שלמי׳ . *Et transiit in Galgal, ut ibi sacrificaret, uti dictum est, atque ea de causa, quod ibi fuerit a principio altare & tabernaculum conventus, quando venerunt in terram, & quamvis eo tempore esset in Nobe, tamen honorarunt locum tentorii conventus in Galgal, ibique sacrificarunt eo tempore, quo permissa erant excelsa, pariterque ibi renovarunt regnum, & obtulerunt sacrificia pacifica.* Ibid. xvi. 2. 5. jubetur a Deo Samuel se conferre in Bethlehem Juda, ut ibi immolaret, & ungeret David in regem. *Et ait Samuel : quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tua ; & dices : Ad immolandum Domino veni. Et vocabis Isai ad victimam &c. Ad immolandum Domino veni ; sanctificamini, & venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Isai, & filios ejus, & vocavit eos ad sacrificium.* Ubi *Kimchius* ואמר לו הקב״ה עגלת בקר תקח בידיך בכל מקום היו רשאין להקריב באותו זמן כי זמן היתר הבמות היה כל זמן שהיה אהל מועד בנוב ובגבעון. Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tua. *Etenim in omni loco licebat immolare eo tempore, quia erat tempus permissionis excelsorum, tum cum tentorium conventus sterit in Nobe & Gabaon. Ralbag* ibid. וכבר היה אפשר לו זה כי אז נתרו הבמות והיה אפשר לו להקריבו בבמות יחיד ואעפ״ שיהיה המשכן בנוב. *Atque hoc erat illi permissum; eo quod tum licita erant excelsa ; & illi licebat offerre in excelso privato, quamvis esset tabernaculum in Nobe.* Ibid. xx. 6. commemoratur sacrificium statum, quod in Bethlehem a familia David celebrabatur. *Rogavit me David ut iret celeriter in Bethlehem civitatem suam, quia victimæ solennes ibi sunt universis contribubibus suis.* Ubi *Raschi* זבח הימים משנה לשנה בזמן הזה. Sacrificium statum, solenne; *de anno in annum eo tempore. Kimchius* זבח הימים היה מנהגם לעשות זבחי שלמי׳ בני המשפחה יום בשנה וכן נאמ׳ באלקנה לזבוח את זבח הימים. Sacrificium solenne & statum ; *Erat consuetudo, ut consanguinei facerent uno die in singulos annos sacrificia pacifica ; sicut dicitur de Elcana, quod offerret sacrificium solenne. Ralbag* ibid. כי זבח הימים שם המשפחה יתכן שעל דבר נס עשה השם ית׳ להם היו עושים שנה שנה בשנה ביום ההוא זבחי שלמים וזה היה נקרא זבח שלמים לכל המשפחה. Quia victimæ solennes ibi sunt universis contribulibus suis. *Conveniens erat, ut propter miraculum, quod fecerat illis Deus benedictus, singulis annis hoc die offerrent sacrificia pacifica ; & hæc vocantur sacrificia pacifica pro universa familia.* Præterea 2. *Sam.* vi. 13. dicuntur, quo die translata fuit arca in civitatem David, in viis Hierosolymæ immolata fuisse sacrificia. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabant bovem & arietem. Babyl. Sota *ad cap.* vii. ויהי כי צעדו נושאי ארון יי׳ ששה צעדים ויזבח שור ומריא וכתיב שבעה פרים ושבעה אילים אמר רב פפא בר שמואל על כל פסיעה ופסיעה שור ומריא על כל שש פסיעות שבעה פרים ושבעה אילים אמר ליה רב חסדא אם כן מלאת את כל ארץ ישראל במות אלא אמר רב חסדא על שש פסיעות שור ומריא על כל ששה סדרים של שש פסיעות שבעה פרים ושבעה אילים. Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini, sex passus, immolabant bovem & arietem, 2. Sam. v. 13. *Et scriptum est* 1. Paralip. xv. 26. septem tauri & septem arietes. *R. Papa bar Samuel dicit ; ad unumquenque gressum bovem & arietem ; ad senos quosque gressus, septem juvencos, & septem arietes. Respondit illi R. Chasda : si ita se res habet, universam terram Israelis implebis excelsis. Itaque dicit R. Chasda, ad senos gressus, bovem & arietem, ad sex gressus senis vicibus iteratos, septem juvencos, & septem arietes.* Ibid. xv. 7. dicitur Absalon precatus esse patrem suum, ut sibi liceret se conferre Hebron ad sacrificandum. *Dixit Absalon ad Regem David : Vadam & red-*

reddam vota mea, quæ vovi Domino in Hebron; Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Ubi *Kimchius* ואשלם את נדרי אמר שיקריב קרבן נדרו בחברון אשר נדר בגשור כי שעת היתר הבמות היה והיה האדם מקריב בכל מקום שירצה אעפ שאהל מועד היה בגבעון. Et absolvam vota mea; *Dixit, se velle offerre sacrificium voti sui in Hebron, quod voverat in Gessur; Quia tum erat tempus, quo excelsa erant permissa, & quivis quolibet loco poterat offerre; quamvis tentorium conventus esset in Gabaon. Ralbag* ibid. ואשלם את נדרי ליי׳ בחברון ידמה שהיתה אז במת צבור בחברון ואמר אבשלום לזבוח שם זבחי׳ ליי׳ כי לא נאסרו הבמות כי אז היו בין המנוח׳ והנחלה ר״ל בין משכן שילה ובין בית המקדש ולא נאסרו הבמות לגמרי עד שנבנה בית המקדש בהר המוריה כמו שנתבאר בתורה ולזה אמ׳ בספר מלכי׳ רק העם מזבחי׳ ומקטרי׳ בבמות כי לא נבנה בית לשם יי׳ עד הימי׳ ההם. Et absolvam vota mea Domino in Hebron; *Videtur fuisse tunc excelsum publicum in Hebron; & dixit Absalom:* ibi sacrificabo hostias Domino; *eo quod nondum interdicta essent excelsa; quia tunc erant inter requiem & hæreditatem, i. e. inter tabernaculum Silo & domum Sanctuarii; neque omnino vetita sunt excelsa usque ad ædificationem domus Sanctuarii in monte Moria, uti explicatum est in lege; atque ea de causa dictum est* 1. Reg. III. 2. Attamen populus immolabat in excelsis, non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum. Ibid. XXIV. 18. Jubetur a Gad propheta David in area Areuna ædificare altare, atque ibi immolare sacrificia. Ubi *Ralbag* ויעל עולות ושלמים הנה לא נאסרו הבמות עד שנבנה בית המקדש ולזה היה אפשר לדוד לעלות עולות ושלמים ואעפ שהיה זר. Et obtulit holocausta & pacifica. *Non erant vetita excelsa usque ad ædificationem domus Sanctuarii, atque ea de causa potuit David offerre holocausta & pacifica, quamvis esset extraneus.* In hac area immolavit David, quia timuit se conferre Gabaon ubi erat altare holocaustorum, uti dicitur 2. *Paral.* XXI. 29. *Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso Gabaon. Et non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obsecraret Deum; nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium Angeli Domini.* 2. *Reg.* I. 9. legitur Adonias quo die salutatus est rex, una cum Abiathar summo Sacerdote juxta lapidem Zoheleth sacrificia obtulisse. *Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & universis pinguibus juxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel &c.* Ibid. III. 3. Dicitur immolasse Salomon in excelso magno, quod erat in Gabaon. *Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto quod in excelsis immolabat, & accendebat thysmiama; Abiit itaque in Gabaon ut immolaret ibi; illud quippe erat excelsum maximum.* Ubi *Kimchius* רק בבמות הוא מזבח ומקטיר קודם שנבנה הבית כי אחר שנבנה הבית לא ראינו שזבח בבמות ואכ למה אמ׳ רק והלא מותרות היו הבמות עד שבנה הבית לפי שאמר בחקות דוד אביו ודוד לא זבח אלא במזבח אשר לפני הארון בירושלם או בבמה אשר בגבעון ולא ראינו שזבח וקטר בבמות אחרות כי הרבות הבמות מביא האדם לעז כי הוא משפט הגוים שבונים במה בכל הר וגבעה ותחת כל עץ רענן היא הבמה הגדולה לא קראה גדולה לגדול מדתה כי היא מזבח הנחשת שעשה משה וכן בדברי הימים ויעל שלמה שם על מזבח הנחשת אשר לפני יי׳ אשר לאהל מועד ויעל עולות אלף אלא נקראת גדולה למעלת׳ על האחרות כי הוא המזבח שעשה בצלאל במצות משה כמו שצוהו האל ובו היתה תמיד האש העליונה שירדה ביום השמיני למלואי׳ והאחרי׳ נעשות ע״י הדיוט איש הישר בעיניו והו היו במות קטנו׳ במעל׳ כנגד אותה אשר בגבעון וכן במשנה אין בין במה גדולה לבמה קטנה. Excepto quod in excelsis immolabat, & accendebat thymiama, *antequam ædificaretur domus; etenim post ædificatam domus non videmus illum immolasse in excelsis; si ita est, cur dictum est:* excepto? *Nonne permissa erant excelsa, donec ædificata fuit domus? Eo quod dictum est:* in præceptis David patris sui; *at David non sacrificavit nisi in altari, quod erat coram arca in Hierusalem, aut in excelso, quod erat in Gabaon; neque videmus illum immolasse, aut suffitum incendisse in aliis excelsis. Etenim multa excelsa excitarunt homines Idololatriæ. Hic enim erat ritus gentilium, ut excitarent excelsum in omni monte, & colle, & sub omni ligno frondoso; erat excelsum maximum; non vocatum est maximum, ut maxima esset ejus mensura; Etenim erat altare æneum, quod fecerat Moses; atque ita in* 2. Paral. I. 6. Ascenditque Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. *At vocatum est magnum propter excellentiam præ reliquis aliis; quia erat altare, quod fecerat Bezaleel jussu Mosis,* uti

uti præceperat ei Deus, *ibique erat ignis perpetuus cœlestis*, *qui descendit in die octavo impletionum*; *at alia excelsa facta sunt per privatum*, *juxta beneplacitum suum*; *& hæc sunt excelsa parva præ excellentia ad illud*, *quod erat in Gabaon*; *atque ita dicitur in* Misna: Non est discrimen inter excelsum magnum & parvum &c. Sed luculentissime demonstrari potest aliquandiu ante ædificatum templum in excelsis sacrificari licuisse ex loco 1. Reg. III. 2. ubi dictum est: *Attamen populus immolabat in excelsis*; *non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum*. Ubi *Raschi* מזבחים בבמות לשם שמים כל הרוצה בונה מזבח בראש גגו או בחצרו. *Immolabant in excelsis nomini Dei*; *quicunque volebat ædificabat altare in summitate tecti*, *aut in atrio*. Et *Kimchius* מזבחים בבמות עד שנבנה הבית כי היתר הבמות היה מחרבן שילה עד שנבנה בית עולמים. *Immolabant in excelsis*, *donec ædificata fuit domus*; *eo quod permissa fuerint excelsa ab excidio Silo usque ad ædificationem domus seculorum*. Et *Ralbeg* רק העם מזבחים בבמות כי לא נבנה בית לשם יי׳ עד הימים ההם זה ממה שיורה כי בין המנוחה והנחלה הותרו הבמות ר״ל בין משכן שילה ובין בית עולמים אך אח׳ זה נאסרו כיון שנבנה בית לשם יי׳. Attamen populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum. *Hinc docetur*, *quod inter requiem & hæreditatem permissa fuerint excelsa*, *i. e. inter tabernaculum Silo & domum seculorum*; *posthac interdicta fuerunt*, *postquam ædificata fuit domus nomini Domini*. Præcipue ex *Deut.* XII. 8. Interpretes Judæi probare conantur aliquandiu ante templi ædificationem permissa fuisse excelsa, in quibus victimas immolare liceret, ut in *Siphri* 39. illustratur. לא תעשון ככל אשר אנחנו עושים עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן ואסרו הבמות ועבודה בכהנים עד שלא באו לשילה הותרו הבמות משבאו לשילה נאסרו הבמות באו לנוב וגבעון הותרו הבמות באו לירושלם נאסרו הבמות מכאן ואליך לא הותרו ד״א לא תעשון וגו׳ אנו מטלטלים את המשכן היום אנו אסורים בבמה משנבוא לארץ אין אנו מטלטלים המשכן ואין מותרים בבמה ר׳ יהודה אומר יכול יהיה ציבור מקריב בבמה ת״ל איש היחיד מקריב בבמה ואין הצבור מקריב בבמה כל הישר בעיניו כל שנידר ונידב קרב בבמות יחיד וכל שאינו נדר ונידב אינו קרב בבמת יחיד ד״א פה היום היום אנו מקריבי׳ חטאות ואשמות משנבוא לארץ אין אנו מקריבים חטאות ואשמות כי לא באתם עד עתה ליתן היתר בבמה אל המנוחה ואל הנחלה נחלה זו שילה מנוחה זו ירושלם שנאמר זאת מנוחתי עדי עד פה אשב כי אויתיה דברי ר׳ שמעון ר׳ יהודה אומר חילוף הדברים. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus; *Antequam erectum esset tabernaculum*, *excelsa erant permissa*, *& ministerium per primogenitos peragebatur*; *postquam erectum est tabernaculum*, *excelsa sunt interdicta*, *& ministerium per Sacerdotes peragebatur*; *antequam in Silo se contulerunt*, *permissa fuerunt excelsa*, *postquam se in Silo contulerunt*, *vetita sunt excelsa*; *venerunt Nobe & Gabaon*, *permissa sunt excelsa*; *venerunt Hierusalem*, *vetita sunt excelsa*, *neque unquam amplius in posterum permissa sunt*. *Altera explicatio*. Non facietis &c. *Nos transferimus tabernaculum hodie*, *nobis vetita sunt excelsa*; *postquam pervenerimus in terram*, *non transferemus tabernaculum*, *neque nobis permissa erunt excelsa*. *R. Jebuda dicit*; *crederem*, *quod cœtus sacrificare posset in excelso*; *idcirco dictum est* איש vir, *privatus potest offerre in excelso*, *at cœtus non potest offerre in excelso*; quod sibi rectum videtur. *Omne votum & spontaneum potest offerre privatus in excelso*; *quod vero non sit votum neque spontaneum non poterit offerre privatus in excelso*. *Altera explicatio*. Neque enim usque in præsens tempus. *Hodie possumus offerre sacrificia pro peccato & pro delicto*; *postquam pervenerimus in terram*, *nobis non licebit offerre sacrificia pro peccato & pro delicto*. Neque enim usque in præsens tempus venistis; *ad permittendum excelsum*; ad requiem & possessionem; *hæreditas est Silo*; *requies est Hierusalem*; Dictum *est enim* Psal. CXXXI. 14. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. *Verba R. Simeonis*. *R. Jebuda dicit commuta verba*. Uberius in *Tosaphta Korbanoth* cap. XIII. עד שלא הוקם המשכן היו׳ הבמות מותרות מה הן מקריבין בהמה חיה ועוף גדולים וקטנים זכרים ונקבות תמימים ובעלי מומין טהורים אבל לא טמאים הכל קרב עולה וטעונה הפשט וניתוח הנוים בזמן הזה מותרים לעשו׳ כן עד שלה הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבורה בבכורות משהוקם המשכן היו הבמות אסורות ואין כשרה אלא בכהנים קדשי קדשים נאכלו לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל מחנות ישראל הנותן ע״ג מזבח בשעת פירוקם או בשעת שנלה הרוח את היריעה לא עשה כלום בשעה מסעות קרשים נפסלים וטמאים פורשים כל אחד ואחד חוץ למחיצתו באו לגלגל הותרו הבמות קרשי קרשים נאכלין לפנים מן הקלעים קרשים קלים בכל מקום ר׳ יהודה ור׳ שמעון אומרי׳ בכל הרואה

איזה

איזה הוא הרואה הרואה ואינו מפסיק באו
לשילה נאסרו הבמות קרשי קרשים נאכלין
לפנים מן הקלעים וקרשים קלים בכל
מקום ר׳ יהודה ור׳ שמעון אומרים בכל
הרואה איצה הוא הרואה הוראה ואינו
מפסיק ימי אהל מועד שבמדבר ארבעים
חסר אחת ושבגלגל ארבע עשר שנה
ושבשילה שלש מאות ושבעים חסר אחת
ושבנוב ובגבעון חמסים ושבע בבית עולמים
ארבע מאות ועשר לבניינו הראשון ארבע
מאות ועשרים לבניינו האחרון ארבע כללות
הורה ר׳ שמעון בקרשים כל שהקרישו
בשערת איסור ושחיטתו בשערת אסור
המעלה אותו בחוץ חייב בעשה וחייב בלא
תעשה וחייב בהכרת כל שהקרישו בשעת
היתר ושחיטתו בשעת אסוך המעלה אותו
בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה ופטור
בהכרת כל שהקרישו בשערת אסור
ושחיטתו בשעת היתר חייב בעשה ופטור
בלא תעשה ופטור בהכרת כל שהקרישו
בשעת היתר ושחיטתו בשעת היתר פטור
בעשה ופטור בלא תעשה ופטור בהכררת
וקרישי׳ שהקרישו בבמה גרולה יקרבו בבמה
קטנה אי זה הוא שהקרישו בשעת איסור
ושחיטתו בשעת אסור קרשים שהיקרשו
במשכן יקרבו במשכן בשילה בבית עולמים
יקרבו בבית עולמים לפיכך המעלה אותן
בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה וחייב
בהכרת אי זהו שהקרישו בשעת היתר
ושחיטתו בשעת איסור קרשי׳ שהקרישו
יקרבו במשכן בגלגל ובאו לשילה יקרבו
בשילה בנוב וגבעון ובאו לבית העולמים
יקרבו בבית העולמים לפיכך המעלה אותו
בחוץ חייב בעשה וחייב בלא תעשה ופטור
בהכרת אי זהו שהקרישו בשעת אסור
ושחיטתו בשעת היתר קרשים שהוקרישו
במשכן באו לגלגל יקרבו בגלגל בשילה
ובאו לנוב וגבעון יקרבו בנוב וגבעון לפיכך
המעלה אותן בחוץ חייב בעשה ופטור בלא
תעשה ופטור בהכרת אי זה היא שהקרישו
בשעת היתר ושחנטתו בשעת היתר קרשים
שהקרישו בגלגל יקרבו בגלגל בנוב ובגבעון
יקרבו בנוב ובגבעון לפיכך המעלה אותן
בחוץ פטור בעשה פטור בלא תעשה ופטור
בהכרת הכל כשרין לקרב בבמה אף עבדים
משוחררין כל שנידר ונידב קרב בבמרת
יחיד כל שאין נידך ונידב אין קרב
בבמרת יחיד דברי ר׳ מאיר וחכמים
אומרים אין קרב בבמרת יחיד אלא עולה
ושלמים בלבר בבמת יחיד אין נסכים דברי
ר׳ מאיר וחכמים אומרים טעונה נסכים ר׳
יהודה אומר כל שהצבור ויחיד מקריבין
באהל מועד שמדבר מקריבין באהל מועד
שבגלגל אין בין אהל מועד שבמדבר לאהל
מועד שבגלגל אלא במדבר אין בו
התר הבמה ושבגלגל יש בו התר הבמה
במתו שבראש גגו אין יחיח מקריב עליה
אלא עולה ושלמים בלבר וחכמים
אומרים כל שהצבור מקריבין בהל מועד
שבמדבר מקריבין באהל מועד שבגלגל
כאן וכאן אין יחיד מקריב עלי׳ אלא
עולה ושלמים בלבר ר׳ יהודה אומר

אף הציבור לא היו מקריבים באהל
מועד שבמדבר אלא במ׳ שקבוע לו מן
התורה בלבר וכן היה ר׳ שמעון אומר
השוחט את הפסח על היחיד בחוץ בשעת
אסור הבמה אסו׳ בשעת התר הבמה מותר
שנ׳ שעריך לא תוכל לזבוח את הפסח
יכול אף בשאר ימורת השנה ת״ל באחד
שעריך בשעה שישראל מתכנסין במקום
אחד הוי אומר בשעת הרגל אלו דברים
שבין במה גרולה לבמה קטנה קרן וכבש
ויסוד בבמה גרולה אין קרן וכבש ויסוד
בבמה קטנה כיור וכנו בבמה גרולה אין
כיור וכנו בבמה קטנה חזה ושוק לכהנים
בבמה גרולה חזה ושוק לבעלים בבמה קטנה
עור עולה לכהנים בבמה גרולה עור עולה
לבעלים בבמה קטנה חוץ למקומו בבמה
גרולה אין חוץ למקומו בבמה קטנה אלו
דברים ששוות במה גרולא לבמה קטנה
שחיטה בבמה גרולה שחיטה בבמה
קטנה הפשט ונתוח בבמה גרולה הפשט
וניתוח בבמה קטנה רם מתיר מכשיר
ומפעל בבמה גרילה רם מכשיר בבמה
קטנה מום פוסל בבמה גרולה מום פוסל
בבמה קטנה חוץ לזמנו בבמה גרולה חוץ
לזמנו בבמה קטנה אי זו היא במה גרולה
בשעת התר במה אהל מועד נטוי כדרכו
אין הארון נתון שם אי זו היא במה קטנה
בשעת התר הבמה עושה ארם במה על
פתח חצרו ועל פתח גינתו מקריב עליה
הוא ובנו בתו ועברו ושפחתו אי זו היא
מנוהה זו שילה ונחלה זו ירושלם שנ׳ כי
לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל
הנחלה ואומ׳ העיט צבוע נחלתי לי ואומ׳
היתה לי נחלתי כאריה ביער דברי ר׳ יהודה
ר׳ שמעון אומ׳ נחלה זו שילה מנוחה זו
ירושלם שנ׳ כי בחר ה׳ בציון וגו׳ זאת
מנוחתי עדי עד פה אשב כי איויתיה.

Antequam erectum esset tabernaculum, excelsa erant permissa; Quænam in iis offerebantur? animal, fera, & volucris, tam magna, quam parva, tam mares, quam fœminæ, tam perfecta, quam vitiata, munda, non vero immunda; omnia in holocaustum offerebantur, & pelle exuenda, & in membra dividenda erant; & gentilibus hæc hodie peragere licet, & ministerium per primogenitos peragebatur; postquam erectum est tabernaculum, excelsa fuerunt interdicta; & ministerium non fuit legitimum nisi per Sacerdotes; Sanctissima intra vela comedebantur, & sanctitates leves in omnibus castris Israelitarum. Qui dedisset super altare quo tempore ventus cortinas aperuisset, nihil fecisset. Tempore profectionum, sanctitates erant interdictæ, & singuli immundi separabantur extra septum suum. Venerunt in Gilgal, permissa sunt excelsa, sanctissima comedebantur intra vela; & sanctitates leves in quovis loco; R. Jehuda, & R. Simeon dicunt in omni loco, quousque visus pertingit. Quidnam est

quo

quo usque visus pertingit? Quod sine interpositione videbatur. Venerunt in Silo, vetita sunt excelsa, & sanctissima comedenda erant intra vela, & Sanctitates leves in omni loco quo usque visus pertingit; Quidnam est quo usque visus pertingit? Quod sine interpositione videbatur. Venerunt Nobe, & Gabaon, permissa sunt excelsa, sanctissima comedenda erant intra vela, & sanctitates leves in quovis loco. R. Jehuda, & R. Simeon dicunt in omni loco quo usque visus pertingit. Quidnam est quo usque visus pertingit? Quod sine interpositione videbatur. Tempus tentorii conventus in deserto fuit quadraginta annorum minus uno, & in Gilgal quatuordecim annorum, & in Silo 370. annorum minus uno, & in Nobe & Gabaon 57. annorum; ædificium domus primæ seculorum stetit 410. annis, ædificium domus secundæ stetit 420. annis. Quatuor regulas docuit R. Simeon in sanctitatibus. Quod sanctificatum est tempore probibitionis, & ejus mactatio fiat tempore probibitionis, si quis foris offerat, prævaricatur præceptum affirmativum, & negativum, & reus est excidii. Quod sanctificatum est tempore permissionis, & ejus mactatio fiat tempore probibitionis, siquis foris offerat, prævaricatur præceptum affirmativum, & negativum, at liber est ab excidio. Quod sanctificatum est tempore interdicti, & ejus mactatio fiat tempore permissionis, prævaricatur præceptum affirmativum, at liber est a præcepto negativo & ab excidio. Quod sanctificatum est tempore permissionis, & ejus mactatio fiat tempore permissionis, liber est a præcepto affirmativo, & negativo, & ab excidio; & sanctitates, quæ sanctificatæ fuerunt in excelso magno, possunt offerri in excelso parvo. Quodnam est, cujus sanctificatio fuit tempore probibitionis, & ejus mactatio tempore probibitionis? Sanctitates quæ sanctificatæ fuerunt in tabernaculo, offerendæ erant in tabernaculo, in Silo & in domo seculorum, offerende sunt in domo seculorum; ideoque siquis foris obtulisset; prævaricabatur præceptum affirmativum, & negativum, & reus erat excidii. Quodnam est cujus sanctificatio fuit tempore interdicti? Sanctitates, quæ sanctificatæ fuerunt in Gilgal, & venerunt in Silo, offerendæ erant in Silo, in Nob & Gabaon, & venerunt in domum seculorum, offerendæ erant in domo seculorum; ideoque si quis foris abtulisset, prævaricabatur præceptum affirmativum & negativum, ex liber erat ab excidio. Quodnam est, cujus sanctificatio fuit tempore permissionis, & ejus mactatio tempore permissionis? Sanctitates, quæ sanctificatæ essent in Gilgal, offerendæ erant in Gilgal, in Nobe & Gabaon, offerendæ erant in Nobe & Gabaon, ideoque siquis foris obtulisset, liber erat a præcepto affirmativo, & negativo, & ab excidio; Omnes legitimi erant ad offerendum in excelso, vel servi libertate donati. Quod ex voto, & sponte non offerebatur, licebat offerri in excelso privato; verba R. Meir; at Sapientes dicunt; non poterant offerri in excelso privato, nisi holocaustum & pacifica duntaxat; in excelso privato non erant libamina; verba R. Meir; at Sapientes dicunt; erant libamina. R. Jehuda dicit; Omnia, quæ cœtus & privatus offerebant in tentorio conventus in deserto, offerebantur in tentorio conventus, quod erat in Gilgal; nullum erat discrimen inter tentorium conventus quod erat in deserto, & tentorium conventus, quod erat in Gilgal, nisi quod in deserto erant interdicta excelsa, & in Gilgal permissa. In excelso, quod erat in cacumine tecti, privatus non potest offerre nisi holocaustum & pacifica duntaxat; At Sapientes dicunt; Omnia, quæ cœtus offerebat in tentorio conventus in deserto, offerebantur in tentorio conventus, quod erat in Gilgal; & in utroque privatus non offerebat super illo nisi holocaustum, & pacifica duntaxat. R. Jebuda dicit. Ne cœtus quidem offerebat in tentorio conventus in deserto nisi ea tantum quæ ex lege constituta erant; Pariterque dicit R. Simeon; qui mactaverit Pascha pro privato, & foris obtulerit tempore interdicti excelsi, vetitum est, tempore permissionis excelsi, licitum est; sicut dictum est. Deut. XVI. 5. Non poteris immolare Phase. *Crederem vel reliquis anni diebus; idcirco dictum est;* in qualibet urbium tuarum; *quo tempore Israelitæ conveniunt in locum unum; dicendum tibi est, tempore solennitatis. Hæc intercedunt inter excelsum magnum & parvum; cornu & collis, & fundamentum in excelso magno; at non est cornu, & collis, & fundamentum in excelso parvo; labrum & ejus basis in excelso magno; at labrum & ejus basis non erat in excelso parvo. Pectus & armus cedebant Sacerdotibus in excelso magno, at in parvo pectus & armus cedebant dominis; pellis holocausti in excelso magno cedebat Sacerdotibus, at in parvo dominis. Observabatur præceptum ne immolaretur extra locum suum in excelso magno; at non in parvo. Hæc sunt quæ paria erant in excelso magno & parvo; mactatio, & decorticatio, & divisio in membra in excelso magno; mactatio decortica-*

tica-

ticatio, & divisio in membra in excelso parvo; sanguis permittens, rectificans, & quod reddebat abominandum, obtinebat in excelso magno; sanguis rectificans obtinebat in parvo; macula reprobabat in excelso tam magno, quam parvo; præceptum de non offerendo extra tempus suum obtinebat in excelso tam magno, quam parvo. Quodnam erat excelsum magnum? Quo tempore erat permissum excelsum, extensum erat tentorium conventus juxta ritum suum, at arca in eo non erat collocata. Quodnam est excelsum parvum? Quo tempore erat permissum excelsum, aliquis sibi ædificabat excelsum super porta sui atrii aut horti, & ibi offerebat tam ipse, quam ejus filius, & filia, & ejus servus, & ancilla. Quænam est requies? est Silo. Et hæreditas quænam est? est Hierusalem; dictum est enim. Deut. XII. 9. Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem & possessionem. *Pariterque dictum est* Jerem. XII. 9. Numquid avis discolor hæreditas mea mihi? *Itemque dictum est ibid.* 8. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylva. *Verba R. Jebudæ. At R. Simeon dicit; hæreditas est Silo; requies est Hierusalem, sicuti dictum est* Psal. CXXXI. 13. III. Quoniam elegit Dominus Sion &c. Hæc requies mea in seculum seculi; hic habitabo, quoniam elegi eam. *In Hierof. Megilla* 72. I. 3. 4. accuratius hæc disputantur הכל קרב בבמה
בהמה וחיה ועופות גדולים וקטנים זכרים
ונקיבות תמימין אבל לא בעלי מומין
טהרים אבל לא טמאים הכל קרב עולה
ואינן טעונין הפשט וניתוח ונוים בזמן הזה
רשאין לעשות כן זכרים ונקיבות מנין ר׳
אבהו בשם ר׳ יוסי בר חנינה ואת הפרות
העלו עולה ליי׳ תמומים אבל לא בעלי
מומין מניין אמ׳ ר׳ יסא פשט ר׳ לעזר
לחברייא מכל החי מכל בשר שיהו שלימים
באיבריהן וגו׳ אין בין במה גדולה לבמה
קטנה אלא פסחים בלבד ודלא כרבי ר׳
יהודה דר׳ יהודה אמ׳ חטאת פסח ליחיד
בבמה גדולה אין חטאת פסח ליחיד בבמ׳
קטנה ׳תני אמר ר׳ יהודה כל מה שהציבור
מקריב באוהל מועד שבמדבר הוא מקריב
באוהל מועד שבגלגל מה בין אוהל מועד
שבמדבר לאוהו המועד שבגלגל אוהל מועד
שבמדבר היה לוהיתר במה אהל מועד
שבגלגל היה לו היתר במה ובמתו בראש
גנו ואין מקריב עליה אלא עולה ושלמים
בלבד וחכמים אומרים כל מה שהציבור
והיחיד מקריבין באוהל מועד שבמדבר
מקריבין באוהל מועד שבגלגל מה טעמא
דר׳ יהודה לא תעשו בגלגל ככל אשר
אנחנו עושים פה מיום מה תעשו שם דבר
שהוא בא לידי ישרות ואי זו זו זי עולה
ושלמים מה טעמון דרבנן במקום איש
הישר בעיניו יעשה לא תעשון ככל אשר

אנחנו עושים פה היום ומה תעשו שם
דבר שהוא בא לידי ישרורת ואי זו זו זו
עולה ושלמים ר׳ יהודה אומ׳ היחיד הוזהר
והיחיד הותר הוזהר ובמתו בראש גנו
והותר לעולה ושלמים רבנן אמרי אף
הציבור והיחיד הוזהרו ציבור הותר מכללו
יחיד לן באיסורו תני בשם ר׳ שמעון הציבור
אינו מביא אלא מה שקבע עליו הכתוב
סבר ר״ש משנקבע מעשר שני עוד לא
פסק מה ביניהון ר׳ בא בר ממל אמ׳ פר
העלם דבר ביניהן ר׳ יוסה אומ׳ נדברת
הציבור ביניהון תני אחד האיש ואחד האשה
אמ׳ ר׳ יוחנן לירת באן אשה איש כתוב
בפרשה תני אף הנזירות אר׳ יוחנן לירת
כאן נזירורת חובה היא תני אף
הנסכים א״ר יוסה בי ר׳ בון מאן תנא
נסכים דלא כרבי דתני ר׳ אומר אף
משנכנסו ישראל לארץ אין נסכים קריבין
אלא מבפנים מה טעמה בקודש הסך נסך שכר
ליי׳ אין כתיב בלא תעשה אלא מבפנים מניין
מבחוץ נישמעינה מן הרא מניין לשחוט לפסח
וליחיד ולבמת יחיד ולבמת ציבור בשערת
איסור במה שהוא עובר בלא תעשה ת״ל
לא תוכל לזבוח את הפסח באחת ענוש
כרת וארת אמר הכין ר״ש בן לקיש אמ׳
בשוחט משש שעות ולמעלן שלא לשמו
בשעת היותר במה ולמה הוא אומ׳ בשעת
איסור במה בשעת איסור במתו ולמה לי
שלא לשמו שלא תאמ׳ שלמים הן והן
כשירין ועוד מן הרא יכול אם משש שעות
ולמעלן יהא כשר מה אית לך משש שעות
ולמטן יהא פסול לא שלא לשמו אמ׳ ר׳
יוסה הרא אמרה שלמים הבאין מחמורת
פסח כשירי׳ בבמה עולה הבאה מחמורת
אשם על דעת׳ דר׳ לעזר מהו שתהא
כשירה בבמה נישמעינה מן הרא זה הכלל
כל שהו׳ נידר ונידב קרב בבמה וכל שאינו
לא נידר ולא נידב אינו קרב בבמה וגו׳ ר׳
יסא בשם ר׳ יותנן זה סימן כל זמן שהארון
מבפנים הבמורת אסורורת יצא הבמות
מותרות ר׳ זעורה בעא קומי ר׳ יסא אפילו
לשעה כגון ההיא דעלי ר׳ אבהו בשם ר׳
יוחנן שם שם מה שם שנ׳ להלן הבמורת
אסורות אף שם שנ׳ כאן הבמות אסורורת
ר״ש בן לקיש בעא קומי ר׳ יוחנן מעתה
אם אין ארון אין פסח אמ׳ ר׳ יוסי בי דר׳
בון אזכרה אזכרה מה אזכרה שנ׳ להלן
דבמות אסורות אף אזכרה שנ׳ כאן הבמות
אסורות וכן היה ר׳ יודה ור״ש אומר מעשר
שני בנוב ובגבעון ניחא כר׳ יהיודה דר׳
יודה אמ׳ חטאת פסח ליחיד בבמה גדולה
אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה כר״ש
דר״ש אמ׳ אף הציבור אינו מביא אלא מה
שקבע עליו הכתוב וגו׳ אית תניי תני מנוחה
זו שילה נחלה זו ירושלם אית תניי תני
מנוחה זו ירושלם נחלה זו שילה מאן
דאמר מנוחה זו שילה כי לא באתם
עד עתה אל המנוחה נחלה זו ירושלם
העיט צבוע נחתי לי מ״ר נחלה זו שילה
היתה לי נחלתי כאריה ביער מנוחה זו
ירושלם זאת מנוחתי עדי עד וגו׳ לאחר
שעשה לו חבילה וביה נינח בה כך באוהל
מועד

מועד נאסרו הבמות בגלגל הותרו הבמות בשילה נאסרו הבמות בנוב ובגבעון הותרו הבמות בירושלם נאסרו הבמות למלך שאמר לעבדו אל תשת היין לא מטבריא ולא מקיסרין ולא מציפורין הא בינתיים מותר כך באוה' מועד עשו ארבעים חסר אחת בגלגל עשו ארבע עשרה שבע שכיבשו ושבע שחילקו בשילה עשו שלש מאות וששים ותשע בנוב ובגבעון עשו חמשים ושבע שלש עשרה בנוב וארבעים וארבע בגבעון ובירושלם עשו בבניין הראשון ארבע מאות ועשר ובבניין האחרון ארבע מאות ועשרים לקיים מה שנ' גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון. *Quivis poterat offerre in excelso animal, & feram, & volucres tam magna, quam parva, tam mares quam fœminas, perfecta, at non vitiata; munda, at non immunda; quivis poterat offerre holocaustum, neque tenebatur pelle exuere, & in membra dividere; Et gentilibus hoc tempore hæc peragere licet. Mares & fœminæ unde probantur? Rab. Abau nomine R. Jose, bar Chanina probat ex ex eo quod dictum est* ואת הפרות העלו עולה ליי'. *Vasuaque imposuerunt super ea holocaustum Domino* I. Sam. VI. 14. *perfecta at non vitiata unde probantur? Dicit Rab. Isa dicit; Rab. Elieser declaravit sociis suis* מכל החי מכל בשר; *ex eo cunctis animantibus universæ carnis.* Genes. VI. 19.; *ut sint in membris suis perfecta.* מרטים; *depilata, declarat R. Elieser ex eo* כל צפור כל כנף; universæ oves, omnesque volucres; *Ibid.* VII. 14. *Excluduntur depilata. Et munda, at non immunda unde probantur? Dicit R. Aba fil. R. Papi, R. Jehosua Sicananiensis nomine R. Levi; Noe meditatus est legem per legem; Jam dictum est mihi* כירק עשב נתתי לכם את כל, *quasi olera virentia tradidi vobis omnia; Quare multiplicavit textus munda? pro sacrificiis &c. Nullum est discrimen inter excelsum magnum & parvum nisi ratione Paschæ duntaxat; Quod non est juxta mentem R. Jehudæ, etenim R. Jehuda dicit, sacrificium pro peccato, & Pascha pro privato offertur in excelso magno, neque sacrificium pro peccato & Pascha pro privato offerri potest in excelso parvo. Traditio. Docens dicit R. Jehuda; Quod cœtus offerebat in tentorio conventus in deserto, offerebat etiam in tentorio conventus, quod erat in Gilgal. In tentorio conventus in deserto non fuerunt excelsa permissa, at in tentorio conventus, quod fuit in Gilgal, fuerunt permissa excelsa; In excelso, quod fecerit in cacumine tecti sui, non licet offerri nisi holocausta, & pacifica duntaxat; At sapientes dicunt; ea omnia quæ cœtus & privatus offerebant in tentorio conventus in deserto, poterant offerri in tentorio conventus, quod erat in Gilgal. Ubi nititur ratio R. Jehudæ? in eo quod dictum est,* Deut. XII. 8. Non facietis *in Galgal*, quæ nos hic facimus hodie. *Quid ibi faciebant? quod ducebat ad id quod rectum erat. Et hoc quodnam erat? holocaustum, & pacifica. At ubi sapientum ratio nititur? in eo quod ibid. dictum est;* singuli, quod sibi rectum videtur, facientes. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie. *Et quid ibi faciebant? quod adducebat ad id quod rectum erat. Et hoc quidnam erat? holocaustum & pacifica.* R. Jehuda dicit; *privatus monetur; & privato permittitur; monetur, & in excelso, quod sit in cacumine tecti sui; & permittitur in holocaustis & pacificis. At Sapientes dicunt; etiam cœtus & privatus admonetur; cœtus præmonetur ab ejus generali, privatus manet in suo interdicto. Traditio nomine R. Simeonis; cœtus non offert, nisi quod illi a textu statuitur. Putat R. Simeon; postquam constituta erat decima secunda, nunquam amplius cessasse. In quo est differentia inter eos? R. Ba bar Mimal dicit, differentiam inter illos esse in juvenco offerendo propter errorem rei. R. Jose dicit discrimen esse inter illos in oblatione spontanea cœtus. Traditio; tam vir quam fœmina. Dicit R. Jochanan; non comprehenditur hic fœmina;* איש *vir scribitur in sectione. Traditio, etiam Naziræatus; Dicit R. Jochanan; non comprehenduntur hic Nazyreatus; Nazyreatus ex debito sunt. Traditio; etiam libamina. Dicit R. Jose e schola R. Bon; Qui docet licita fuisse libamina, non docet juxta mentem Rabi; docens dicit Rabi; Ego dico, postquam Israelitæ ingressi sunt in terram, non fuisse oblata libamina nisi intus; quanam ratione? ex eo quod dictum est.* Num. XXVIII. 7. בקודש הסך נסך שכר ליי'. In loco sancto libato libamen generosi vini Domino. *Sic Hebræus. Non scriptum est præceptum negativum nisi intus; unde foris probatur? Inde intelligitur. Si quis mactaverit Pascha, & pro peccato, & in excelso privato, & in excelso publico, tempore probibitorum excelsorum, quod prævaricetur præceptum negativum, unde probatur? ex eo quod dictum est* Deut. XVI. 5. Non poteris immolare Phase in qualibet urbium tuarum; *Est pœna excidii. Tu ita dicis. R. Simeon ben Lachisch dicit de eo, qui mactat a sexta hora & superius sine suo nomine tempore probibitionis excelsi. Et cur dicit, tempore probibitionis excelsi? in tempore probibitio-*

tionis sui excelsi ; & unde probo, sine suo titulo ? ne dicantur fuisse pacifica, & fuisse legitima : & præterea hinc crederem si mactatum sit ab sexta hora & inferius, fuisse legitimum; Quid tibi ab sexta hora & inferius erit illegitimum non sine suo titulo? Dicit R. Jose; hic dicitur, quod pacifica, quæ afferuntur propter Pascha, sint legitima in excelso; holocaustum, quod affertur propter sacrificium pro delicto, juxta sententiam R. Eliеser quid? eritne legitimum in excelso? Hinc intelligitur; Hæc est regula generalis. Omne quod ex voto, ut sponte affertur, offerri potest in excelso; & omne id, quod & voto & sponte non affertur, non potest offerri in excelso &c. R. Josa nomine R. Jochanan dicit; hoc est signum; Quo tempore arca intus sita fuit, excelsa fuerunt interdicta; cum educta est, fuerunt permissa; R. Zagura quæsivit coram R. Josa, vel una hora uti fuit tempore Heli. R. Abau dicit nomine R. Jochanan; dictum est hic שם, *& dictum est illic* שם, *sicut* שם *eo loci dictum, excelsa fuerunt interdicta ; etiam* שם *hoc loco dictum excelsa fuerunt prohibita . Rab. Simeon filius Lachisch quæsivit coram Rab. Jochanan ; quo tempore, si non est arca, non est Pascha. Dicit R. Jose e schola R. Bon, dictum est hic* אזכרה *& dictum est illic* אזכרה; *sicut* אזכרה *eo loci dictum, excelsa fuerunt interdicta, etiam* אזכרה *hoc loci dictum excelsa fuerunt probibita; atque ita R. Juda, & R. Simeon dicit; decima secunda in Nobe & Gabaon; Placet juxta sententiam R. Juda, quia R. Juda dicit, sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso magno, non est sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso parvo; juxta sententiam R. Simeonis, quia R. Simeon dicit; Ne cœtus quidem affert nisi quod illi ab textu statuitur. Putat R. Simeon, postquam costituta fuerit decima secunda, nunquam amplius cessasse &c. Est qui docet, quod requies sit Silo, & hæreditas sit Hierusalem : Est qui docet, quod requies sit Hierusalem, hæreditas sit Silo; Levi dicit, quod requies sit Silo, probat ex eo quod scriptum est*, Deut. XIX. 4. Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem; *Quod hæreditas sit Hierusalem, probatur ex eo, quod dictum est* Jerem. XII. 9. Nunquid avis discolor hæreditas mea mihi? *Qui dicit, quod hæreditas sit Silo, probat ex eo quod dictum est ibid.* 8. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylva. *Requies est Hierusalem*; dictum est enim Psal. CXXXI. 14. Hæc requies mea in sæculum sæculi &c. *Simile illi, qui facit sibi fasciculum, ut ibi requiescat. Ideo in tentorio conventus interdicta fuerunt excelsa, in Galgal permissa; in Silo interdicta, in Nobe & Gabaon permissa, in Hierusalem interdicta. Simile regi, qui dicit servo suo;* Noli *bibere vinum neque ex Tiberiade, neque ex Cæsarea, neque ex Tsipori, inter ea licet; ita etiam in tentorio conventus operati sunt 7. annis minus uno; in Gilgal* 14. *septem in subigenda terra, & septem in distribuenda; in Silo 369. In Nobe & Gabaon 57. in Nobe 13. & in Gabaon 44. & in primo templo 410. & in postremo 420. ut confirmaretur quod dictum est* Hagg. II. 10. Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam primæ. *Non annis, sed Messiæ præsentia. Vide* Misch. & Babyl. Sevachim, *cap. ultim.* & Pesiktha fol. 2. 2. Præter hæc illud non est prætermittendum, excelsum non fuisse legitimum, nisi primum a Propheta permitteretur; Hierosol. Megilla 72. 3. אֹר יוסי בן חנינה אין הבמה ניתרה אלא בנביא מה טעמא השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה כי אם במקום וגו׳. *Dicit R. Jose filius Chanina; non permittitur excelsum nisi per Prophetam; qua de causa? ex eo quod dictum est*, Deut. XII. 13. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo &c. Siphri 39. 4. בכל מקום שאתה תראה אבל מעלה אתה בכל מקום שיאמר לך הנביא כדרך שהעלה אליהו בהר הכרמל. In omni loco quem videris; *at offerre poteris in omni loco, quem tibi dixerit propheta, sicuti obtulit Elia in monte Carmeli.* Pesiktha 72. 3. בכל מקום שאתה תראה אבל מעלה אתה בכל מקום שיאמר לך הנביא כמו שהעלה אליהו בהר הכרמל וגדעון בן יואש על פי המלאך. In omni loco quem videris; *sed poteris offerre in omni loco, quem tibi dixerit Propheta, sicuti obtulit Elia in monte Carmeli, & Gedeon filius Joas ex ore Angeli.* Kimchius ad I. Sam. VII. 9. ואמרו אין הבמה נתר׳ אלא ע״י נביא כי שמואל העלי ראשון בבמה יחיד משחרב משכן שילה וכן בגלגל יהושע העלי בבמת יחיד ראשון שנ אז יבנ׳ יהושע. *Præterea dixerunt; non permittitur excelsum nisi per Prophetam; etenim Samuel primus obtulit in excelso privato, postquam destructum fuit tabernaculum Silo; pariterque Josue in Gilgal primus obtulit in excelso privato; sicuti dictum est* Jos. VIII. 30. Tunc ædificavit Josue altare. *Docent Judæi pro brevi tempore exigente vel utilitate, vel necessitate aliquod legis præceptum positivum potuisse violari; uti testatur* Mai-

Maimonides IX. 5. de fundamentis legis וכן אם יאמר לנו הנביא שנודע לנו שהוא נביא לעבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה או על מצות הרבה בין קלות בין חמורות לפי שעה מצות לשמוע לו וכן למדנו מחכמים ראשונים מפי השמועה בכל אשר יאמר לך הנביא עבור על דברי תורה כהליהו בהר הכרמל שמעז לו חוץ מעכו מוהוא שיהיה דבר לפי שעה כגון אליהו בהר הכרמל שקריב עולה בחוץ וירושלם נבחרת לכך והמקריב בחוץ חייב כרת ומפני שה וא נביא מצוה לשמוע לו וגם בזה נאמראליו תשמעו׳ ואילו שאלו את אליהו ואמרו היאך נעקור מה שכתוב בתורה פן תעלה עולותך בכל מקום אשר תראה היה אומר לא צוה המקום אלא המקריב בחוץ לעול׳ חייב כרת כמו שצוה משה אבל אני אקריב היום בחוץ כדבר ה׳ כדי להכחיש נביאי הבעל. *Pariter si nobis dixerit propheta, quem nobis constat esse prophetam, violandum esse unum ex omnibus præceptis, quæ memorantur in lege, aut multa præcepta sive levia, sive gravia brevi tempore; jubemur ei ausculare; Atque ita a priscis sapientibus per traditionem docemur; In omnibus, quæ tibi dixerit propheta, transgredere verba legis, sicut Elia in monte Carmeli; audiendus est, excepta Idololatria; dummodo sit pro brevi tempore; sicut Elia in monte Carmeli obtulit holocaustum extra locum suum, cum Hierusalem esset electa; ideoque qui foris offerebat, excidio tenebatur, sed quia erat propheta, auscultandum illi erat. Atque hinc etiam dicitur* Deut. XVIII. 15. Ipsum audies. *Si interrogasent Eliam, eique dixissent; quomodo extirpabitur, quod scriptum est in lege;* Cave ne offeras in omni loco, quem videris? *Ille respondisset; Non præcepit Dominus nisi de eo, qui semper foris offerat, quod teneatur excidio, sicut præcepit Mose; at ego hodie in loco extraneo offeram juxta verbum Domini ad mendacii arguendos prophetas Baal.* Unus post ædificatum templum Elias legitur in loco extraneo legitime sacrificasse, qui I. *Reg.* XVIII. 30. dicitur curasse altare Domini, quod destructum erat, atque ex duodecim lapidibus juxta numerum tribuum filiorum Jacob in monte Carmeli extruxisse. Curavit altare Domini, quod destructum erat, & tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens: Israel erit nomen tuum, & ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini. *Ubi* Kimchius את מזבח יי׳ ההרוס אמר כי מזבח היה שם מקדם שנבנה לשם יי׳ ואמרו בדר׳ כי זה המזבח בנה אותו שאול והוא מה שאמר והנה מציב לו יד והיה זה המזבח הרוס כי הרסו עובדי הבעל לכל המזבחות שנבנו לשם יי׳ בשעת היתר הבמות ועתה מעשה שעשה ירבעם העגלים מנע מהקריב במקום אחר אלא או בבית אל או בדן והרסו המזבחות כמו שאמר אליהו את מזבחותיך הרסו ובנה אליהו מזבח והקריב עליו בשעה איסור הבמות לצורך שעה ויש מפרשים וירפא את מזבח יי׳ ההרוס כי בנס שנעשה על ידו שבו בני ישראל בתשובה זבחים במזבח יי׳ שהידה ונו׳ מהם כמספר שבטי בני יעקב שתועיל זכות השבטים ברב׳ הזה ויענהו השם בתפללתו או להראותם כי שנים עשר שבטי בני יעקב עליהם להיות מחוברים ידבקים ביי׳ והעלות במזבח אחד לא כמו שהיו עושים עתה כי שני השבטים היו מעלים עולה במזבח יי׳ והשאר במזבח הבעל לפיכך בנה לעיניהם המזבח משנים עשר אבנים וטעם אשר היה דבר יי׳ אליו לאמר ישראל יהיה שמך כי בבית אל שבנה שם יעקב אבינו מזבח ליי׳ נאמר שם ישראל יהיה שמך כדי להגדיל שם זרעו אם יהיו דבקים בו כי ישראל הוא שם שררה כמו שאמר כי שרית עם אלהים ועם אנשי׳ ובו במקום שנבנה יעקב אבינו מזבח ליי׳ ונאמר לו שם שמך ישראל עשו הם ענל ובנו מזבח לבעל ובדברי רז״ל ישראל יהיה שמך למה נאמר כאן לפי שביום שנגלית שכינה על יעקב בבית אל וקראו ישראל בו ביום אמר לו גוי וקהל וגוי׳ יהיה ממך עתידים בניך להקהל כשאר הגוי׳ לבנות מזבח ולהקטיר קטורת עליו בשעת איסור הבמות ואני מתרצה בדבר. Altare Domini quod destructum erat; *dictum est, quod ibi antiquitus fuerit altare, quod ædificatum fuit nomini Domini; & dixerunt in* Midrasch, *quod hoc altare Saul extruxerit; hoc est quod dicitur* I. Sam. XV. 12. והנה מציב לו יד, & ecce constituit sibi manum; sic Hebræus. *Et erat hoc altare destructum; eo quod ministri Baal diruissent omnia altaria, quæ extructa erant nomini Domini tempore permissionis excelsorum; & tum cum Jeroboam fecit vitulos prohibuit, ut in alio loco immolaretur, quam aut in Bethel, aut in Dan; & destructa erant altaria, uti dicit Elias* I. Reg. 19. 10. Altaria tua destruxerunt; *Et ædificavit Elias altare, & in eo sacrificavit tempore interdictorum excelsorum; eo quod tum necesse erat; At aliqui ex interpretibus dicunt;* curavit altare Domini, quod destructum erat; *ut propter miraculum, quod per illum patratum est, filii Israel converterentur ad pœnitentiam, & immolarent sacrificia in altari Domini, quod destructum erat &c.* Juxta numerum tribuum filiorum Jacob; *ut in hoc manifestarentur merita tribuum, & in suis precibus a Deo exaudirentur; aut ut illius demonstrare-*

straretur, quod duodecim tribus filiorum Jacob consociatæ essent, & adhæsissent Deo, & in uno altari sacrificassent; quod tum non ita faciebant; eo quod duæ tantum tribus in altari Domini holocaustum offerrent, & reliquæ in altari Baal; ideoque ipsis inspectantibus ædificavit altare ex duodecim lapidibus; Quod vero dicitur; ad quem factus est sermo Domini; dicens: Israel erit nomen tuum; *ea de causa dictum est, quod in Bethel, ubi Jacob pater noster extruxit altare Domino; ibi dictum est* Genes. XXXII. 28. Israel erit nomen tuum; *ut ibi ejus semen magnificaretur, si sibi adhæreret, quia Israel est nomen imperii; sicuti dictum est ibid.* Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? *Et in eo ipso loco, ubi ædificavit Jacob pater noster altare Domino, atque ubi illi dictum est;* nomen tuum erit Israel; *fecerunt vitulum, & ædificarunt altare Baal; Et juxta verba nostrorum Sapientum f. m.* Israel erit nomen tuum; *cur dictum est hoc loco? Eo quod quo die se Divinitas manifestavit Jacob in Bethel, & vocatus est Israel, eo ipso die illi dixit;* gens & congregatio gentium nascetur ex te; *congregabuntur filii tui sicut reliquæ gentes, & ædificabunt altare, & in eo suffitum adolebunt tempore interdictorum excelsorum; & hoc erit mihi acceptabile. Raschi ibid.* ומדרשו שמעתי ששאול בנה מזבח בהר הכרמל והו שאמר בא שאול הכרמלה והנה מציב לו יד ולהלן הוא אומר ובנה שם מזבח ומלכי ישראל הרסו כל המזבחות והבמות שבארצם שנעשו לשם שמי׳ ובנה אליהו מזבח זה של שאול שהיה הרוס אשר היה דבר יי׳ אליו לאמר ישראל יהיה שמך למה נאמר כאן לפי שביום שנגלתה שכינה על יעקב בבית אל וקראו ישראל בו ביום אמר לו גוי וקהל גוים יצאו ממך עתידי׳ בניך להקהל כשאר הגוי׳ ולבנות מזבח ולהקטיר עליה בשעת איסור הבמות ואני מתרצה בדבר. *Ex Midrasch intellexi, quod Saul ædificaverit altare in monte Carmeli; sicut dictum est* I. Sam. XV. 12. Quod venisset Saul in Carmelum והנה מציב לו יד; *ecce costituit sibi manum. Et eo loco dicitur.* Constituit ibi altare; *at Reges Israelis diruerunt omnia altaria & excelsa quæ erunt in eorum regionibus, quæ extructa erant Nomini Domini; & instauravit Elias hoc altare Saul, quod erat destructum.* Ad quem factus est sermo Domini, dicens: Israel erit nomen tuum. *Cur dictum est hoc loco? Eo quod quo die se manifestavit Divinitas Jacobo in Bethel, & vocavit eum Israel, eo ipso die illi dixit;* Gens & congregatio gentium nascetur ex te; *Filii tui congregabuntur, sicuti ceteri populi, & ædificabunt altare, & in eo adolebunt tempore prohibitorum excelsorum; & hoc erit mihi acceptabile. Vide ibid.* Ralbag. *Idem sentiunt præfati interpretes ad loc. cit.* I. Sam. XV. 12. Raschi מציב לו יד בונה לו מזבח הוא מזבח שנ׳ באליהו וירפא מזבח יי׳ ההרוס ויונתן תירגם והא מתקין ליה תמן אתר לפלגה ביה ביזתא. Constituit sibi manum. *Ædificavit sibi altare; & hoc est altare, de quo dicitur in Elia;* Et curavit altare Domini, quod destructum erat. *At* Jonathan *interpretatur:* Sibi paravit ibi locum ad dividendam prædam. Kimchius ibid. מציב לו יד מכין לו שם מקום לחנות החיל ולחיל ולחלו׳ הבזה וכן תרגם יונתן מתקין ליה תמן אתר לפלגה ביה ביזתא ובדר׳ בונה לו מזבח שם בכרמל והוא המזבח שנ׳ בהליהו וירפא את מזבח יי׳ ההרוס. *Paravit sibi locum, in quo exercitus castrametaretur, & asservaretur præda; atque ita* Jonathan *interpretatur;* paravit sibi locum ad dividendam prædam. *At in* Medrasch dicitur. *Ædificavit sibi altare eo loco, & hoc erat altare, quod dictum est in Elia;* & curavit altare Domini, quod destructum erat. Ralbag ibid. בא שאול הכרמלה והנה מציב לו יד ירמה שיהיה הרצון בזה שיהיה לו מקום לסבת בו ולעבוד השי׳ שם ולתת לו תודה על כל הטובה אשר הטיב לישראל והנה היה המקום שהיה מציב לו יד בו בגלגל כי שם היו נקבצים ישראל תמיד על כל הדברים הגדולים ולזה אמר ויסב ויעבר וירד הגלגל. Quod venisset Saul in Carmelum; Et ecce constituit sibi manum; *videtur hic sensus esse, quod statuerit sibi locum, ubi quiesceret, & serviret Deo benedicto, eique gratias ageret pro omnibus bonis, quibus Israeli bene fecerat; atque hic locus,* ubi constituit sibi manum; *erat Galgal, ubi pro omnibus rebus maximis semper congregabantur Israelitæ; atque ea da causa dicitur;* & reversus transisset, descendissetque in Galgal. Et videtur ex eo quod ibidem dicitur; *Et Saul offerebat holocaustum Domino;* exstruxisse in hoc loco Saul altare. Excepto hoc uno Eliæ sacrificio post ædificatum templum cetera omnia Deo abominata sunt, quæ extra domum Sanctuarii sunt oblata, improbataque excelsa omnia, quamvis ab Judæis interpretibus Deo ipsi consecrata censeantur; sicut testatur *Kimchius ad* I. *Reg.* XV. 14. והבמות לא סרו ירמה שאלו הבמות היו מזבחים בהם לשי׳ כמו שהיו עושין קודם בנין בית המקדש ובזה היו חוטאי׳ העם. Excelsa autem non abstulit: *Videntur in his ex-*

celsis

celsis sacrificasse Deo, sicut ante ædificationem domus Sanctuarii operabantur, & in hoc populus peccavit. Raschi ibid. והבמות לא סרו במה היחיד שהורגלו ליקרב עליהם לשמים משחרבה שילה עד שנבנה הבית שהיו הבמות מותרות לא סרו עתה אעפ׳ שנאסרו משבנה הבית והיו ענושים עליה כרת. Et excelsa non abstulit; *Excelsum privatum, ubi consueverant Deo sacrificare, ab excidio Silo usque ad ædificationem domus permissa erant excelsa, hoc tempore non abstulit, quamvis post domus ædificationem interdicta essent; atque illi excidio multabantur. Idem ad* 2. Paral. xv. 17. לא סרו הבמות יחיד במה יחיד שהורגלו להקריב לשמי׳ משחרבה שילה עד שנבנה הבית והיו ענשי׳ עליה כרת. Excelsa autem derelicta sunt; *excelsum privatum, ubi consueverant Deo sacrificare ab excidio Silo usque ad Domus ædificationem, atque ea de causa multabantur excidio. Et* Ralbag ad 1. Reg. xiv. 23. ויבנו גם המה להם במות הנה׳ אמר כי כבר נאסרו הבמות מעת שנבנה בית המקדש ולזה חטאו בזה אעפ״ שיזבחו ליי׳. Et ædificavit sibi excelsa, *hic dicitur; quia jam excelsa fuerunt interdicta ab domus Sanctuarii ædificatione; atque ea de causa peccarunt, quamvis Deo sacrificarent. Idem* ibid. xxii. 44. עוד העם מזבחים ומקטרים בבמות ר״ל לשם יי׳ אך היו חוטאים מפני שכבר נאסרו הבמות אחר הבנו׳ בית המקדש. Adhuc enim populus sacrificabat incensum in excelsis; *i. e. nomini Dei; tamen peccabant; eo quod interdicta fuerunt excelsa post ædificatam domum Sanctuarii*. Neque prophetarum minis, neque decem tribuum exilio & deportatione reliqui Judæi ab hujusmodi cultu deterreri potuerunt; sed montes omnes, & colles, & urbes, & loca omnia hujusmodi abominationibus inquinata sunt; Dictum est enim 1. *Reg.* xiv. 23. *Ædificarunt & ipsi sibi aras & statuas & lucos super omnem collem excelsum & subter omnem arborem frondosam. Et* 2. Reg. xvii. 9. *Et ædificarunt sibi excelsa in cunctis urbibus a turre custodum, usque ad civitatem munitam; feceruntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum & adolebant ibi incensum super aras in morem gentium*. Tanta erat religio seu superstitio excelsorum apud Israelitas, ut Asa, Josaphat, Amasias, ceterique pietate insignes Reges, qui templum ab Idololatriæ pollutione emundarunt, pristinumque Dei cultum instaurarunt, neque valuerint, neque ausi fuerint excelsa destruere, veriti, credo ne excelsorum excidio populi turbas & defectionem excitarent. Quod vero dicitur de Asa 2. *Paral.* xiv. 2. *Fecit autem Asa quod bonum & placitum erat in conspectu Dei sui, & subvertit altaria peregrini cultus & excelsa*. Et ibid. iterum de Asa dicitur xv. 17. *Excelsa autem derelicta sunt in Israel, attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus ejus*; & de *Josaphat* ejus filio ibid. xvii. 6. *Etiam excelsa & lucos de Juda abstulit* Et de eodem ibid. xx. 33. *Verumtamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum*; hoc modo explicandum mihi videtur; quod Asa & Josaphat excelsa artificialia, quæ exstructa erant in urbibus Juda, dextruxerint, naturalia vero, i. e. montes & colles ubi aræ excitatæ erant, delere non potuerint. De hujusmodi excelsis artificialibus in urbibus exstructis fit mentio 2. *Reg.* xvii. 9. *Et ædificarunt sibi excelsa in cunctis urbibus &c.* & 2. *Paral.* xxi. 1. *Insuper & excelsa fabricatus est in urbibus Juda, & fornicari fecit habitatores Jerusalem, & prævaricari Judam*. Hæc excelsa artificialia in urbibus excitata sublimes aræ fuisse credendæ sunt, ut aliquo pacto excelsorum naturalium speciem præseferre possent. Altissimæ aræ Diis superis consecratæ apud Ethnicos leguntur. *Pausanias* lib. v. aram Olympicam ita describit; τὸ δὲ ὕψος τοῦ βωμοῦ τὸ σύμπαν ἐς δύο καὶ εἴκοσιν ἀνήκει πόδας. *Universa autem altaris altitudo pedes duos prope & viginti conficit*. Et post pauca de ara Dianæ ἀνήκων ἠρέμα ἐς ὕψος *fastigium paulatim in sublime tollens; Et Lucianus* in Pseudomant. de Alexandro loquens scribit; ἐπὶ βωμόν τινα ὑψηλὸν ἀναβὰς &c. *ad altare quoddam excelsum adscendisse*. Et *Apollonius Rhodius* lib. 2. *Argonautic.* v. 19.

- - - - - τὰ δὲ ῥέξομεν οἷα πάρεστι
Βωμὸν ἀναστήσαντες ἐπάκτιον - - - -
Justaque solventes, in primo struximus aram
Littore sublimem.

Vitruvius lib. iv. cap. 8. *Ararum altitudines ita sunt explicandæ, ut Jovi, omnibusque cœlestibus quam excelsissimæ constituantur, Vestæ, Terræ, marique humiles collocentur*. Tandem Josias Ezechiæ exemplo excitatus, & avi sui Manasses impietate & miseria deterritus excelsa omnia sacrificulorum cineribus, & mortuorum ossibus inquinata in omnibus Juda & Israelis regionibus destruxit, & vestigia omnia Idololatriæ abolevit; sicut scriptum est 2. *Reg.* xxiii. 5. 20. *Et delevit omnes aruspices, quos posue-*

posuerant reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, & in circuitu Jerusalem, & eos qui adolebant incensum Baal &c. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda, & contaminavit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes de Gabaa usque Bersabee &c. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, & altaria quæ fecerant reges Juda in duobus atriis templi Domini, destruxit rex &c. excelsa quoque quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis offensionis, quæ ædificaverat Salomon rex &c. polluit rex. Et contrivit statuas & succidit lucos, replevitque loca eorum ossibus mortuorum. Insuper & altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod fecerat Jeroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel, & altare illud & excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum. Et conversus Josias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte, misitque, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare & polluit illud juxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei qui prædixerat verba hæc &c. Insuper & omnia fana excelsorum, quæ erant in civitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Josias, & fecit eis secundum omnia opera, quæ fecerat in Bethel. Et occidit universos Sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria, & combussit ossa humana super ea &c. Ubi *Kimchius* אשר בנה שלמה והיאך לא ביערו אותם אסא ויהוספט כל עבודה זרה אשר היתה בארץ ישראל לפניהם עבודה זרה בערו אבל הבמות לא בערו כיהיו אז מקריבים עליהם לאל כי בכלם נאמרו והבמות לא סרו עוד העם מזבחים ומקטרי׳ בבמות ויאשיהו נתץ גם כן הבמות כיון שנעשו מתחלה לעז׳ או כדי שלא יקריבו עליהם אפילו לשם שמי׳ שכיון שהיה בית המקדש קיים אסורות היו הבמות לפיכך כתוב עליו לא היה לפניו מלך אשר סב אל יי׳ בכל לבבו ובכל נפשו ובכל מאודו כי המלכי׳ אשר היו לפניו לא אסירו הבמות אע״פ שהיו מלכים טובים Quæ ædificaverat Salomon; *Nonne combusserunt Asa & Josaphat omnem Idololatriam, quæ antea constituta erat? Omnem Idololatriam combusserunt, at excelsa non combusserunt, eo quod ipsi tum in illis Deo sacrificarent, etenim de omnibus dictum est;* Et excelsa non abstulit; adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis; *At Josias excelsa quoque destruxit; quum a principio Idololatriæ exstructa essent, aut ne in illis vel Deo sacrificaretur; quandoquidem stante domo Sanctuarii, interdicta erant excelsa; ideoque de illo scriptum est ibid. 25.* Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua. *Etenim Reges, qui ante illum regnarunt, non destruxerunt excelsa, quamvis probitate insignes essent.*

A Palæstina, & a finitimis regionibus ad ceteras gentes consuetudo sacrificandi in excelsis derivata est. *Herodotus* lib. I. cap. 131. de Persis testatur. Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν; *in altissimos montium vertices adscendentes Jovi sacrificare.* De Græcis *Apollonius Rhodius* Argonautic. v. 524.

> Καὶ βωμὸν ποίησε Διὸς ἰκμαίου
> Ἱερα τ᾽ εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν
> *Et magnam Jovis humentis excitavit aram,*
> *Sacra etiam fecit in montibus.*

Appianus lib. de Bell. Mithrid. docet Mithridatem juxta Ponti & Cappadociæ consuetudinem in monte excelso sacrificasse Jovi; ἔθυε τῷ στρατίῳ Διῒ (πάτριον) θυσίαν (ἐπί ὑψηλȣ͂). In excelso monte sacrum patrium *fecit bellipotenti Jovi.* Crediti quoque sunt montes Jovis & superorum Deorum domus; *Philostrato* teste de vita *Apollon.* lib. 2. cap. 5. *Indi Caucasum altissimum montem* Θεῶν οἶκον vocant, & *Melanthes* lib. de sacrificiis scribit πᾶν ὄρος τȣ͂ Διὸς ὄρος ὀνομάζεται ἐπεὶ ἔθος ἦν τοὶς παλαιοῖς ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὕψει θυσίας ποιεῖσαι *mons omnis mons Jovis appellatur, eo quod antiquis id moris esset, ut cum Deus altissimus existat, ei in loco sublimi sacrificarent.* Apud *Julianum* scriptum est; ἐπὶ τούτȣ τῆς κορυφῆς ὁ πατὴρ πάντων κάθηται τῶν θεῶν; *in illo vertice omnium Deorum pater sedet.* Montes præcipue Jovi uti Deorum potentissimo attributi sunt; *Maximus Tyrius* differt. 38. culmina montium Jovis esse scribit, additque Ὀλύμπȣ καὶ Ἴδης καὶ ἄ τι ἄλλο ὄρος πλησιάζει τῷ ὀυρανῷ *ut Olympi & Idæ, aut siquis præterea montium cœlo proximus est;* Hinc dictus Ζεὺς ἐπάκριος, *Olympius* a montibus ubi cultus est. Quin etiam Deus Israelis 1. *Reg.* xx. 23. a Syris, cujus potentia & virtute victi turpiter, fugatique sunt, Deus montium dictus habitusque est. *Servi vero regis Syriæ dixerunt ei: Dii montium sunt dii eorum; ideo superarunt nos; sed melius est, ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos &c.* & v. 28. *Hæc dicit Dominus; quia dixerunt Syri; Deus montium est* Do-

Dominus, & non eſt Deus vallium; dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & ſcieris, quia ego ſum Dominus. Quin etiam ipſe Deus Iſraelis *Pſal.* XCIV. dicit ſe eſſe deorum Deum, & montium altitudines, quas Dii gentium ſibi vendicarunt, ſuas eſſe כי אל גרול יהוה ומלך גרול על כל אלהים אשר בירו מחקרי ארץ ותועפות הרים לו; *Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos; quoniam in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt*. Præcipue tamen incolere montem Sion dicitur *Pſal.* II. 6. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus*. Ibid. XIX. 12. *Pſallite Domino, qui habitat in Sion*. Ibid. XIV. 2. *Aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Ibid. XIX. 2. *Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te*. Ibid. XXIII. 3. *Quis aſcendet in montem Domini?* Ibid. XLVII. 1. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus*. Ibid. LXXIII. 3. *Redemiſti virgam hæreditatis tuæ; mons Sion in quo habitaſti in eo*. Ibid. LXXV. 2. *Et factus eſt in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion*. Ibid. LXXVII. 68. *Sed elegit tribum Juda; montem Sion, quem dilexit*. Ibid. LXXXVI. 5. *Numquid Sion dicit: homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam altiſſimus?* Ibid. XCVII. 2. *Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos*. Ibidem CXXXI. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion; elegit eam in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi; hic habitabo, quod elegi eam*. Ibid. CXXXIV. 21. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jeruſalem*. Quod gentes oraturæ aut immolaturæ in montes adſcenderent aut excelſa Diis ſtatuerent, ea una cauſa factum eſt, quod crederentur Dii in locis excelſis facilius eorum preces fuiſſe audituri, uti teſtatur *Tacitus* Annal. lib. XIII. *Eos maxime locos* (ſc. montes) *propinquare cœlo, preceſque mortalium nuſquam propius audiri*. Et *Lucianus* lib. de Dea Syr. ὅτι -- τῶν εὐχολέων ἄγχοθεν ἐπαΐουσιν (οἱ Θεοὶ) *Quippe quod -- Dii preces a propinquo facilius exaudirent*.

CAPUT SECUNDUM.

I. *De Materia*. II. *De Menſuris*. III. *De Cornibus Altaris*. IV. *De Collatione inter victimam pro peccato & J. Chriſti ſacrificium*. V. *De Colle*. VI. *De Sanctitate Altaris*.

I. ALtare ex lapidibus impolitis ædificandum eſſe aſſerunt Judæi omnes interpretes adducti præcipue loco *Exod.* XX. 25. *Quod ſi altare lapidem feceris mihi; non ædificabis illud de ſectis lapidibus*. Ubi *Mekilta* 27. 4. ואם מזבח אבנים תעשה לי רבי ישמעאל אומר כל אם שבתורה רשות חוץ משלשה ואם תקריב מנחת בכורים חובה אתה אומר חובה או צינו אלא רשות תל תקריב את מנחת בכוריך חובה ולא רשות כיוצא בו אם כסף תלוה את עמי וגו חובה אתה אומר חובה או אינו אלא רשות תל העבט תעביטנו חובה ולא רשות כיוצא בו ואם מזבח אבנים תעשה לי חובה אתה אומר חובה או אינו אלא רשות תל אבנים שלמות תבנה רשות אתה אומר רשות או אינו אלא חובה תל מזבח אבנים תעשה לי רשות ולא חובה ומה תל ואם מזבח אבנים רצה של אבנים יעשה של לבנים עושה והרי דברים קל וחומר לשאר כל הכלים ומה אם מזבח החמור אם רצא לשנות ישנה קל וחומר לשאר כל הכלים. Quod ſi altare lapideum feceris mihi. *R. Iſmael dicit: Quotieſcunque vox ſi occurrit in lege, eſt ex arbitrio, exceptis tribus locis;* Si autem obtuleris munus primarum frugum: Levit. II. 14. *ex debito; aut non eſt niſi ex arbitrio; Idcirco dictum eſt;* & offerres primitias tuas. *Ibid. ex debito, non ex arbitrio. Simile huic dictum eſt*. Si pecuniam dederis populo meo &c. Exod. XXII. 25. *ex debito; tu dicis ex debito; aut non eſt niſi ex arbitrio; idcirco dictum eſt* Deut. XV. העבט העביטנו; *ex debito, non ex arbitrio; ſimile huic dictum eſt;* Quod ſi altare lapideum feceris mihi; *ex debito, tu dicis ex debito; aut non eſt niſi ex arbitrio; idcirco dictum eſt;* Altare lapideum facies mihi; *Et cur dictum eſt;* Si altare lapideum feceris mihi? *ſi non vis lapideum facere, fac lateritium. Et ecce argumentum a minori ad majus pro reliquis omnibus vaſis; ſi in altari, quod eſt grave, ſi mutare libuerit, mutare tibi licet, quanto magis in ceteris omnibus vaſis! Mekiltha* iterum 24. 3. אם כסף תלוה תת עמי ר׳ ישמעאל אומר כל אם ואם שבתורה רשות חוץ מזה ועוד שנים ואם תקריב מנחת בכורים חובה אתה אומר חובה או אינו אלא רשות תל תקריב מנחת חובה ולא רשות כיוצא

בו

כו אם מזבח אבנים תעשה לי חובה אתה אומר חובה או אינו אלא רשות כשהוא אומר אבנים שלמות תבנה חובה ולא רשות. Si pecuniam mutuam dederis populo meo. *R. Ismael dicit; quotiescumque vox si occurrit in lege, est ex arbitrio, excepto hoc loco, & duobus aliis.* Si autem obtuleris munus primarum frugum. Levit. II. 14. *Ex debito; tu dicis ex debito, aut potius ex arbitrio; idcirco dictum est;* offeres munus; *ex debito, non autem ex arbitrio. Similiter.* Quod si altare lapideum feceris mihi. Exod. 20. 25. *ex debito, tu dicis ex debito, aut potius ex arbitrio, idcirco dictum est.* De saxis informibus & impolitis ædificabis. Deut. XXVII. 6. *Maimonides* de Domo electa I. 13. ואם מזבח אבנים מפי השמועה למדו שאינו רשות אלא חובה. Quod si altare lapideum; *ex traditione docemur; non fuisse arbitrium, sed debitum.* Si Mosaica, & Solomonæa ara excipiatur, altaria omnia lapidea fuisse in lege recensentur. At Raschi Salamoneum quoque altare ex veterum Scriptorum sententia ad 1. Reg. VIII. 64. lapideum fuisse testatur את תוך החצר דברים ככתבן דברי ר׳ יהודה קדש את רצפת העזרה כקדשת מזבח להקטיר על הרצפת כי מזבח הנחשת מזבח האבנים שעשה תחת מזבח הנחשת קטן מהכיל את העולה ואת המנחה שהרבו להביא אמר לו ר׳ יוסי והלא כבר נאמר אלף עולות יעלה שלמה על המזבח שעשה משה וכשאתה מניע לחשבון אמות ולמניין עולות זה של אבנים גדול משל משה שמזבח משה מקום מערכתו אמה על אמה וזה היה כד׳ על כ׳ד הרי של שלמה חמש מאות ושבעי׳ ושש משל משה אם כן מהו קידש המלך את תוך החצר שקבע בו מזבח של אבנים מחוב׳ ברצפה וקטן מהכיל בשל משה הוא אומר כאדם שאומר לחבירו ננס פלוני ופסול לעבודה. Medium atrii; *verba sicut scripta sunt; verba R. Jehudæ; sanctificavit pavimentum atrii juxta sanctitatem altaris, ut adoleret super pavimento;* Quoniam altare æneum; *altare lapideum, quod fecit pro altari æneo;* minus erat & capere non poterat holocaustum, & sacrificium; *quæ multa adducta sunt; Dixit illi R. Jose; nonne dictum est.* Ibid. III. 4. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare quod fecit Mose? *Nam si conferas numerum cubitorum cum numero holocaustorum; hoc lapideum Mosaico majus erit; etenim Mosaici pyra cubitum quaquaversum patebat; at hujus pyra 24. cubitos quaqueversum patebat; ecce altare Salomonæum præ Mosaico erit 476. si ita se res habet; cur sanctificavit rex medium atrii? ut in eo conjunctum pavimento altare lapideum statueretur.* Minus erat & capere non poterat; *De Mosaico dicitur; sicut homo qui dicit socio suo, talis est pumilio, & illegitimus ad ministerium. Kimchius.* Ibid. ודברי רבותינו ז״ל מחלוק׳ בזה יש אומרי כי רצפת החצר הוא הקדש כמו שפירשנו וי״א כי מזבח אבני׳ בנה תוך החצר ואמר עוד כי מזבח אבני׳ הוא שעשה שלמה לא מזבח נחשת ומה שאמר בדברי הימים ויעש שלמה את מזבח הנחשת וכן אמר כי מזבח הנחשת אשר עשה שלמה לא יכול להכיל כי מזבח אבני׳ שעשה שלמה תחת מזבח הנחשת שעשה משה ואלה דברים של תימה. *Verba nostrorum Sapientum f. m. in hoc dissentiunt; nonnulli dicunt; quod ille pavimentum atrii sanctificaverit, sicut nos exposuimus; & alii dicunt, quod in medio atrii exstruxerit altare lapideum, & præpterea dixit, quod altare lapideum, non æneum ædificaverit Salomon; Quod vero dicitur* 2. Paral. IV. 1. Fecit quoque altare æneum; *similiter dicitur* 1. Reg. XIII. 64. Quoniam altare æneum &c. quod fecit Salomon, minus erat, & capere non poterat; *ita explicandum sit; quoniam altare lapideum, quod fecit Salomon pro altari æneo, quod fecit Moses; sed hæc sunt admiranda.* Nemo non videt, quam aliena sit hæc expositio a sensu literali. Dicendum potius est, cum reliquis Judæis intèrpretibus æneum, sicut Mosaicum, fuisse altare Solomónæum, sed lapidibus juxta legem infarctum *Ralbag* ad 1. Reg. VIII. 64. והנה קרא אותו מזבח הנחשת לפי שהיה מצופ׳ נחשת אבל תחתיו היה של אבנים שלמות כמו שנזכר בתורה אבנים שלמות תבנה את מזבח יי׳ אלהיך. *Et ecce appellatur altare æneum, eo quod ære obductum esset, at infra erat ex lapidibus; sicut commemoratur in lege.* Deut. XXVII. 6. De saxis informibus, & impolitis ædificabis altare Domino Deo tuo. Abarbanel in 1. *Reg.* VIII. 64. ואם היותו מזבח אבנים כמו שצותה התורה הנה קראו מזבח הנחשת לפי שהיה מצופה נחשת כמו שנקרא מזבח הזהב להיותו מצופה זהב. *Quamvis altare hoc lapideum ex decreto legis fuerit, tamen æneum appellatur, quia ære fuit obductum, quemadmodum altare suffitus eo quod fuit auro obductum, aureum dicitur. Gemara Babyl. Sevachim* de Ara Mosaica in Silo *61. 2.* ר׳ נתן אומר מזבח של שילה של נחשת היה חלול ומלא אבנים. *Rab. Nathan dicit. Altare Silo æneum fuit vacuum, & plenum lapidibus.* Illud imprimis cavendum erat, ne de sectis lapidi-

pidibus ædificaretur altare. *Mekilta* ibid. לא תבנה אתהן גזית אין גזית אלא גזוזות שהונף עליהם ברזל ר׳ נתן אומר הרי שבנה שתי אבנים גזוזות שהניף עליהם ברזל שומע אני יהא המזבח פסול ת״ל לא תבנה אתהן גזית הן פסולו׳ ולא המזבח כלו פסול לא תבנה אתהן גזית בו אי אתה בונה אבל אתה בונה בהיכל ובקדש הקדשים שהיה כדין ומה אם מזבח הקל אסור לבנות בו ההיכל וקדש הקדשים החמורי׳ דין הוא שלא יהו בונין בו גזית ת״ל לא תבנה אתהן גזית בו אי אתה בונה גזית אבל אתה בונה גזית בהיכל ובקדש הקדשים ומה אני מקיי׳ ומקבות והגרזן כל כלי ברזל לא נשמע בבית בהבנותו בבית אינו נשמע אבל בחוץ נשמע׳ כי חרבך הנפת עליה׳ וגו׳ מכאן היה רבי שמעון בן אלעזר אומר המזבח נברא לאריך שנותיו של אדם והברזל לקצר שנותיו של אדם אינו רשאי להניף המקצר על המאריך. Non ædificabis illud de sectis lapidibus. *Non est* גזית *nisi incisum; super quos levatum sit ferrum. R. Nathan dicit; si ædificaveris duos lapides incisos, super quos levatum sit ferrum, crederem, quod altare esset profanatum; idcirco dictum est;* Non ædificabis illud de sectis lapidibus; *illi sunt polluti; non autem totum altare profanatum est.* Non ædificabis illud de sectis lapidibus; *illud non ædificabis; at potes ædificare templum & sanctum sanctorum. Sed est argumentum. Si altare quod est leve, vetitum est ædificari de sectis lapidibus, templum & sanctum sanctorum, quæ sunt gravia, erit æquum ne ædificetur de sectis lapidibus; Idcirco dictum est;* Non ædificabis de sectis lapidibus; *illud non ædificabis, at licet ædificare templum, & sanctum sanctorum. Quomodo ego confirmabo,* & malleus & securis, & omnem ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur? &c. I. *Reg.* VI. 7. *In domo non sunt audita, at foris audita sunt.* Si enim levaveris cultrum super eo &c. *Hinc dixit R. Simeon filius Elesaris; Altare creatum est ad producendos annos hominis, & ferrum ad abbreviandos; Non est conveniens, ut elevetur abbrevians super prolongans.* Vid. *Joseph.* lib. VI. cap. 8. de Bello, & *Philo* περὶ θυόντων, & *Hecathæus* apud *Josephum*. Qua de causa Deus voluerit sibi ædificari altare de impolitis lapidibus variæ a variis afferuntur rationes. *Abarbanel* comentar. in Exod. hanc affert causam שלה יבואו לעשות באבנים צורות *ne Israelitæ e devenirent, ut in lapidibus formarent imagines.* Quod confirmatur ab *Onkeloso*, & *Jonathan*, quorum alter hos lapides sectos פסילן (quæ vox sepæ figuras & sculpturas notat) alter appellat חצבן sculptos, unde מחצבן sculptilia derivantur. Idem sentit *Maimonides More Nevochim* part. III. cap. 45. *Probibitionis illius, qua Deus probibuit ne altare exstruatur ex lapidibus cæsis, & ne super illo ferrum moveatur, vel elevetur, nosti quam nostri Sapientes causam reddant, dum ajunt* אין דין המקצר על המאריך, *quæ quidem optima est secundum rationem allegoricam. Sed vera illius causa est manifesta, hæc nempe: Quia Idololatræ tum temporis altaria sua ex lapidibus cæsis ædificarunt, ideo interdixit, ne assimilemur ipsis, & ut omnibus modis id vitemus, præcepit altare fieri ex terra; sicut dictum;* Altare de terra facietis mihi. Exod. XX. 24. *Et siquidem absque lapidibus fieri non possit, ut lapides in forma sua naturali maneant, neque cædantur, vel dolentur, sicut etiam proibuit lapidem pictum, & plantationem arborum juxta altare;* Levit. XXVI. 1. & Deut. XVI. VI. *Horum quippe omnium una, & eadem est intentio, videlicet ne colamus ipsum eo modo, quo Idololatræ fictitia sua colere solebant, quam rem generaliter & universaliter probibuit, dicens.* Sicut coluerunt gentes istæ Deos suos, ita & ego colam. Deut. XII. 30. *Vult dicere, illos non debere ita facere Deo, idque propter causam, quam subjungit;* Omnes enim abominationes, quas aversatur Dominus, fecerunt diis suis. *Diodorus Siculus* Biblioth. lib. I. Osimanduæ monumentum describens, aram ornatissimam memorat. Κατὰ δὲ μέσον τὸν περίστυλον ὑπαίθριον βωμὸν κατεσκευάσθαι, τοῦ καλλίστου λίθου τῇ τε χειρουργίᾳ διάφορον καὶ τῷ μεγέθει θαυμαστόν. *In medio perystilio ara sub dio, ex lapide pulcherrimo constructa erat, artificio manuum excellens, & magnitudine admiranda. R. Jochanan* putat ideo præceptum fuisse, ut ara ex lapidibus שלמות extrueretur, quod pacem afferant; *Mekiltha* 28. I. ר׳ יוחנן בן זכאי אומר הרי הוא אומר אבנים שלמות תבנה אבנים שמטילות שלום והרי דברים ק״ו ומה אם אבנים מזבח שאינם רואות ולא שומעות ולא מדברות על שמטילות שלום בין ישראל לאביהם שבשמים אמר הקב״ה לא תניף על מהם ברזל המטיל שלום בין איש לאיש בין איש לאשתו בין עיר לעיר בין אומה לאומה בין ממשלה לממשלה בין משפחה למשפחה על אחת כמה וכמה שלא תבא עליו פורענות. *Dixit R. Jochanan; ecce dictum est;* De saxis informibus ædificabis; *de saxis, quæ afferant pacem inter Jsrael & eorum patrem, qui in cœlis est; ecce argumentum a minori ad majus;*

majus ; Si de ſaxis , quæ non vident , neque audiunt , neque loquuntur , eo quod afferant pacem inter Iſrael & eorum patrem qui in cœlis eſt , dixit Deus ; non elevabis ferrum ſuper illos ; *qui affert pacem inter virum & virum , inter virum & fœminam , inter gentem & gentem , inter imperium & imperium , inter familiam & familiam , quanto magis non adducet ſuper illum vindictas .* Veroſimillima omnium videretur *Theodoreti* ſententia , ſi lex de exſtruendo ex lapidibus impolitis altari in deſerto tantum obtinuiſſet , qui *Quæſt.* 44. in *Exod.* 10. T. I. *Quia* (inquit) *Iſraelitæ quadraginta annos permanſerunt in deſerto , continenter abeuntes , & loca mutantes , ideo vetat e lapidibus fabrefactis altaria conſtrui* ἵνα μὴ τούτων τὴν γῆν ἐπιγγελμένην ἀπειληφότων ἐν τοῖς θυσιαςηρίοις τούτοις οἱ πλησιόχωροι τὰς τῶν Δαιμόνων ἐπιτελέσωσι &c. *Ne cum hi terram promiſſam obtinuiſſent , vicini in aris illis Dæmonum ſacrificia celebrarent . Idcirco præcepit ex terra , vel e lapidibus , quales natura produxit , altaria conſtrui ; Nam utrumque facile diſſolvitur .* Hoſce lapides impolitos , quos *Aben Ezra* comment. ad Exod. appellat אבנים שלמות כמו שהן נבראות *lapides informes ea forma , qua creati ſunt ,* extracti dicuntur *Middoth* III. 4. ex *Beth Cherem* אחד אבני הכבש ואחד אבני המזבח מבקעת בית כרם וחופרין למטה מהבתולה ומביאים משם אבנים שלמות שלא הונף ברזל שהברזל פוסל מנגיעה ובפגימה לכל דבר נפגמה אחת מהן היא פסולה וכולן כשרות *Lapides cum collis , tum altaris adducebantur ex* Beth Cherem *quos effoderunt infra terram incultam ; atque inde afferebantur lapides integri , ſuper quos non fuerit elevatum ferrum ; quia ferrum tactu ex qualibet crena reprobat ; ſicui lapidi crena inciſa ſit , ipſe vitiatus , reliqui legitimi ſunt . Maimonides* de Domo electa I. 14. ומהיכן היו מביאין אבני מזבח מן בתולת הקרקע חופרין עד שמגיעין למקום הניכר שאינו מקום עבודה ובניין ומוציאין ממנו האבנים או מן הים הגדול ובונין מהן . *Unde adducuntur lapides altaris ? e terra virgine ; fodiunt , uſque dum perveniant ad locum , quem conſtet nunquam cultum , & ædificatum fuiſſe , & inde eliciuntur lapides , aut ex mari magno , & ex his extruitur . Tres* Virgines in *Additamentis Schevith* memorantur שלשה בתולות הן בתולת אדם בתולת אדמה בתולת אילן ; *tres virgines , nimirum , virgo homo , virgo terra , & virgo arbor .* Cap. XVI. *Obolotb* dicitur עד ההוא מגיע לסלע ולבתולת . *Donec perveniat ad petram , &* terram *virginem .* Terra virgo *Bartenoræ* dicitur שלא נחפרה לעולם , *quæ nunquam foſſa fuit . Et Schilte Haggibborim* XXVII. ואחד אבני הכבש ואחד אבני המזבח היו מביאין אותן ממקום נקרא בית כרם שבו היו נמצאות האבנים שלמות וטובות וחופרו למטה בקרקע הבתולה היינו במקום שלא חפרו שם מעולם . *Lapides tam collis quam altaris eliciuntur ex loco , qui vocatur* Beth Cherem , *ubi inveniebantur lapides integri & optimi ; & fodiebant in terra virgine , ideſt in loco , qui nunquam antea fuiſſet effoſſus .* Lapides vitiati rejiciebantur. *Gemara Cholin* fol. 18. I. כל אבן שנפגמה כדי שתחגור בה צפורן הרי היא פסולה ומתיבי פגימת המזבח ר׳ שמעון ב״י אמר טפח אליעזר בן יעקב אומר כזית ומשני לא קשיא הא בסידה הא באבנה . *Omnis lapis , qui ſit vitiatus , ut in ejus crena ungis deprehendatur , profanus eſt . Opponunt . Quanta erit labes altaris ? R. Simeon filius Jochai dicit palmarem ; R. Eleaſar filius Jacobi in quantitate Olivæ . Sed in neutro eſt difficultas ; Hic in calce ; & ille in lapide . Schilte Haggibborim ibid.* והנה מזבח שנפגם מבניינו אם נפגם טפח פסול פחות מטפח כשר והוא שלא היה נשאר אבן פגומה כן כתב הרמב״ם ז״ל בהלכות בית הבחירה פרק שני פסקא כ״ח אמנם בפרק קמא דחולין נראה דפגימת המזבח היא כדי שתחגור בה צפורן ואמרינן שם מתיבי כמה פגימת המזבח ר׳ שמעון בן יוחאי אמר טפח ר׳ אליעזר בן יעקב אומר כזית ומשני לא קשיא הא בסידה הא באבנה ופי׳ רש״י ז״ל באבנא כל דהו דכתיב אבנים שלמות ופסק הרמב״ם ז״ל כרשב״י משום דמאריה דגמרא הוא טפי מראב״י ואף על גב דקל״ל משנת קב ונקי אפשר דהני מילי במשנ׳ אבל לא בבריתא כן כתב כמהו״ר יוסף קארו בבסף המשנה שלו . *Si altare vitiatum fuiſſet poſtquam fuiſſet ædificatum , ſi vitium fuiſſet palmare , erat illegitimum ; ſi minus palmo , erat legitimum ; quando non ibi remaneret lapis vitiatus ; ita ſcripſit* Maimonides f. m. *in conſtitutionibus de domo electa* cap. II. 18. *Verum* cap. I. Cholin *videtur vitium altaris ejuſmodi fuiſſe , ut in illud unguis ingrederetur ; & ibi dicitur ; Opponitur ; Quantum eſt altaris vitium ? R. Simeon filius Jochai dicit palmare ; R. Eleaſar filius Jacobi dicit in quantitate olivæ . Reſpondetur ; non eſt objectio ; alter in calce , & alter in lapide . At in commentario* Raſchi *f. m. dicitur in lapide quantulumcunque , quia dictum eſt ;* lapides integros ; & Maimonides *decidit juxta ſententiam R. Simeonis ben Jochai , qui in* Gemara *R. Elieſer filio Jacobi peritior erat ; & quamvis* Miſna *R. Elieſeris filii*

lii Jacobi ſit brevis & pura, tamen hoc non erat intelligendum in Baraitha; ita ſcribit R. Joſeph Kaaro *in ſuo* Ceſeph Miſna. Præterea *Exod.* xx. 24. *Memoratur altare terreum*. Altare de terra facietis mihi. Ubi *Mekiltha* 24. 7. מזבח אדמה תעשה לי מזבח מיוחד לי שלא תבנהו מתחל' לשום אחר ר' ישמעאל או' מזבח אדמה תעשה לי שלא תבנהו על גבי כיפים ולא על גבי עמודים. Altare terreum facies mihi; *altare mihi peculiare, ne a principio nomine alieno ædificetur. Rab. Iſmael dicit;* altare terreum facies mihi, *ne ſuper arcubus, neque ſuper columnis exſtruatur*. Paraphr. Hieroſol. in l. c. מדבח קביע בארעא תעבד לשמי. *Altare in terra fixum ſtatues nomini meo*. Sevach. fol. 58. 1. שיהיה מחובר באדמה שלא תבנהו על גבי כיפין או מחילות. *Ut ſit terræ conjunctum, neque ſupra arcus, aut ſupra cavitates poſitum. Ralbag in* Exod. xx. מזבח אדמה תעשה לי ר"ל שיהיה מחובר לקרקע שלא תבנהו על גבי כיפין ולא על גבי עמודים כדי שלא תתן התנשאות ורוממות למה שתעבוד בו השם יתע' כיזה הוא יביא לחשוב שתהיה אותם העבודה הנעשית במקדש לתמונה ההיא ואצל המזבח בעזרה מזבח עליו עולותיך ושלמיך. Altare terreum facies mihi, *i. e. conjunctum ſolo, ne ædifices illud ſuper fornicibus, & ſuper columnis, ne excelſa & loca elata cultu divino ſacrarentur; facile quippe cogitare populus potuiſſet cultum in tabernaculo futurum huic ſimilem, in altari hoc in atrio holocauſta, & eucbariſtica tua offeres*. Vide *Maimon.* de domo electa cap. 1. Sed probabilior mihi videtur eorum ſententia, qui per altare terreum aram terra impletam intellexerunt. *Sevachim* ibid. מעיקרא בימי שלמה דרשו מזבח אדמה אטום באדמה שלא יהיה חלול. *Ab initio in diebus Salomonis per altare terræ intellexerunt terra impletum, & quod nullo modo vacuum eſt. Et Jonathan ben Uſiel* illud *Exod.* XXVII. 8. נבוב לוחות תעשה אותו ita interpretatur חליל לוחין מלי עפרא; *Tabulis equidem concavum, ſed terra repletum facies illud*. Et *Mekiltha* ibid. ר' נתן אומר חלול באדמה נעשה שנ' נבוב לוחות תעשה אותו איסי בן עקיבא אומר מזבח נחשת מלא אדמה תעשה לי שנ' כי מזבח הנחשת אשר לפני יי' קטן מהכיל את העולה. *R. Nathan dicit; concavum in terra faciendum eſt; dictum eſt enim.* Exod. XXVII. 8. Sed inane, & cavum intrinſecus facies illud. *R. Iſi filius Akibæ dicit; Altare æneum terra repletum facies mihi; dictum eſt enim* 1. Reg. VIII. 64. Quoniam altare æneum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocauſtum. *Raſchi* ad l. c. *Exod.* שהיה ממלא חלל מזבח הנחשת אדמה בשעת חניותן. *Implebatur inanitas altaris ænei terra, quum caſtra metabantur. Raſchi* iterum ad *Exod.* xx. מזבח אדמה מחובר באדמה שלא יבננו על גבי עמודים או על גבי כפים דבר אחר שהיה ממלא את חלל מזבח הנחשת אדמה בשעת חניותן. Altare terreum, i. e. *terræ junctum, ne illud erigant ſuper columnis, aut fornicibus; Alia expoſitio; Implebatur terra concavum altaris ænei, quum caſtra metarentur. Bechai* ad *Exod.* XXVII. נבוב לוחות תעשה אותו מרובע היה כי כן כתוב רבוע יהיה והיו הלוחות של עצי שטים לארבעת רבעיו וחלול באמצע והנה בחלל המזבח היו ממלאין אותו אדמה בשעת חניותן כדי להקריב עליו והוא שכתוב מזבח אדמה תעשה לי. Inane & cavum intrinſecus facies illud; *quadratum vero erat; quia ſic ſcriptum eſt. Ibid. verſ.* 1. Quadrum erit. *Tabulæ quoque de lignis Schitim erant quadratæ, & in medio concavæ; & hæc cavitas altaris terra replebatur, quo tempore caſtra metabantur; ut in eo ſacrificare poſſent; & hoc eſt quod ſcribitur;* Altare terreum facies mihi. *Abarbanel* in l. c. *Exod.* ואמרו שיהיה מזבח עצי שטים ר"ל שיהיו דפנות המזבח מעצי שטים לא גגו כי ימלאוהו עפר כמו שאמר מזבח אדמה תעשה לי וזבחת עליו וג'. *Dicitur quod fiat altare de lignis Schitim, i. e. ut latera altaris de lignis Schitim conſtruantur, non vero ejus tectum; etenim altare pulvere implebatur; ſicuti dictum eſt;* Altare terreum facies mihi, & offeres ſuper eo &c. Idem ad *Exod.* xx. aliter ſentire videtur; מזבח אדמה תעשה לי ואין זו מצוה אלא הגדת העתיד כלומר עתיד אני לצוותך שתבנה מזבח לשמי ויהיה מעפר האדמה כי רם יי' ושפל יראה לא בזהב וכסף כי אם מאדמה. Altare terreum facies mihi; *non ſunt hæc ex præcepto; ſed quid futurum eſt, indicant; ſc. futuro tempore præcipiam tibi, ut ædifices nomini meo altare; eritque e pulvere terræ;* Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit. Pſalm. CXXXVII. 6. *Non ergo vult aureum, & argenteum altare ſed terreum. Schilte Haggibborim* ibid. ואולי מפני שהיה נבוב במקום אדמה כמו שהיו עושין במדבר מלאו חללו מאבנים שלמו' כדין וכשורה והוא שאמר עליו ר' יוסי מתחלת לא היה אלה כ"ח על כ"ח בונה ועולה היינו בונה מקום חללו באבנים שלמות ובונה כמדה זו עד שנמצא מקום המערכה כ"ח על כ"ח. *Et forſitan, quia cavum fuit, pro terra, ſicuti faciebant in deſerto, impleverunt*

ejus

ejus vacuum lapidibus integris; sicut jus & fas postulabat. Et hoc est, quod de ara Salomonis R. Jose dixit; a principio non fuit nisi 28. cubitorum quaquaversum; & exstruebatur, & adscendebat; & ædificabatur, h. e. exstruebatur ejus concavitas ex lapidibus integris; & in hac mensura adscendebat, donec locus struis 28. cubitorum deprehenderetur. Ex his monumentis patet, nullas apud Hebræos cespititias aras fuisse, quales multæ apud Gentiles celebrantur, quas *Jamblichus* βωμὸς αὐτοσχεδίους, *altaria tumultuaria*, & Tertullianus Apol. cap. 25. *temeraria de cespite altaria*, quæ præcipue Marti sacratæ erant, uti testatur *Apulejus* de Asino aureo lib. 7. *Aram cespite virente Deo faciunt*. Memorant hujusmodi aras *Capitolinus* in vit. Max. & Balb. *Centum aræ uno in loco cespititiæ exstruuntur*; *Ovidius* lib. IV. Metamorph. vers. 752.

> *Dis tribus ille focos totidem de cespite ponit*

Et lib. VII. vers. 240.

> --- *statuitque aras e cespite binas*.

Idem lib. V. *Trist.* Eleg. V. vers. 9.

> *Araque gramineo viridi de cespite fiat*.

Senec. Med. Actu IV. sc. II. vers. 797.

> *Tibi sanguineo cespite sacrum*
> *Solenne damus*

Juvenalis Sat. 12. vers. 2.

> --- *Festus promissa Deis animalia cespes*
> *Expectat* --- ---

Horatius lib. III. od. VIII. vers. 2.

> *Quid velint flores, & acerra thuris*
> *Plena, miraris; positusque carbo*
> *cespite vivo?*

Idem lib. I. od. XIX. vers. 14.

> *Hic vivum mihi cespitem: Hic*
> *Verbenas pueri ponite, thuraque*.

Prudentius in *Apoth.* vers. 255.

> *Ridiculosque Deos venerans sale, cespite, thure*.

II. Fundamentum altaris patebat quaquaversum 32. cubitos, & unum cubitum assurgebat. *Babyl. Sevachin* 54. כיצד בונין את המזבח מביאין מלבן שהוא לב׳ על לב׳ וגובהו אמה ומביא חלוקי׳ מפולמות בין גדולות בין קטנות ומביא סיד וקוניא וזפת וממח׳ ושופך הוה מקום יסוד. *Quomodo exstruebatur altare? Afferebatur forma, quæ 32. cubitos quaquaversum patebat, ejusque altitudo erat unius cubiti; adducebantur lapides læves, & recentes cum magni tum parvi; pariterque afferebatur calx, & plumbum, & pix, quæ liquefacta infundebantur, & hic erat locus fundamenti*. Vid. *Misna Middot* cap. III. *Maimonid.* de domo electa cap. II. *Schilte Haggibborim* l. c. & *Kimchius* comment. ad Ezech. XLIII. 13. In australi plaga basis occupabat cubitum, pariterque alterum cubitum in meridionali. *Tosaphta Korbanoth* VI. היסוד היה מקיף פני כל המזבח מן הצפון לעמרב אמה על אמה כלפי מזרח אוכל בדרום אחרת ובמזרח אמה ובקרן דרומית מזרחית דרומה ומזרחה לא היה לה יסוד. *Basis circuibat facies totius altaris ab aquilone ad occidentem cubitum quaquaversum, versus orientem occupabant cubitum in austro, & cubitum in oriente, & in angulo australi orientali* (superflua sunt דרומה ומזרחה) *non erat basis*. Babyl. Sevachim 52. 2. עול טעונה יסוד וקרן מזרחית דרומית לא היה יסוד מ״ט אמר ר״א לפי שלא היתה בחלק של טורף דאמר ר׳ שמואל בר ר׳ יצחק מזבח אוכל בחלקו של יהודה אמה אמר ר׳ לוי בר חמא אמר ר׳ חמא בר חניא רצועה היתה יוצאה מקלחו של יהודה ונכנס בהלקו של בנימן והיה בנימן הצדיק מצטער עליה בכל יום לנטולה שנ׳ חופף עליו כל היום לפיכך זכה בנימן הצדיק ונעשה אושפיזכן להקב״ה שנ׳ ובין כתפיו שכן מיתיבי עולה העוף כיצד היתה נעשית היה מולק את ראשה ממול עורפה ומבדיל וממציא דמה על קיר המזבח ואי אמרת לא היה לה יסוד באוירא בעלמא הוא דקא עביד אמר רב נחמן בר יצחק אימ׳ כך איתנו אור׳ דבנימן קרקע דיהודה מאי לא הוה לא יסוד אוירא בעלמא הוא דקא עביד רב אמר בבניין לוי אמר בדמים רב מתרגם באחסנתי׳ יתבני מדבחא לוי מתרגם באחסנתיה יתבני מקדש מקום מוקודש לדמים תא שמע היסוד היה מהלך על פני כל הצפון ועל פני המערב אוכל בדרום אמה אחת ובמזרח אחת מאי אוכל נמי ברמים תא שמע המזבח היה לב׳ על לב׳ הכא במאי עסקינן מן הצר תא שמע נמצא פורח אמה על יסוד ואמה על סובב אימ׳ כנגד אמה יסוד וכנגד אמה סובב תא שמע דתני לוי. *Holocaustum obligabatur ad fundamentum. At in angulo orientali australi non erat fundamentum. Qua de causa? Dicit R. Eleasar, quia non erat in portione rapacis: Dicit R. Samuel bar R. Isaach; Altare occupabat cubitum in portione Juda: Dicit R. Levi bar Chama, dicit R. Chama bar Chania: Linea educebatur ex portione Juda, & ingrediebatur in portionem Benjamin: Qua de re Benjamin justus dolore excruciabatur tota die, hujus ablationis causa, dictum est enim:* Et erat dolens tota die; *ideoque dignus factus*

factus est Benjamin justus, ut Deum benedictum hospitio exciperet ; Dictum est enim, & inter humeros ejus requiescet. *Opponitur. Holocaustum volucris quomodo peragebatur ? Ungue secat caput ejus e regione cervicis ejus, & exprimit ejus sanguinem ad parietem altaris. Si dixeris fundamentum eo loci non fuisse; Num in aere operabatur ? Dicit Rab Nachman bar Isach; ita dicendum est, quod pacti essent, ut aer Benjamin, & solum Judæ attribueretur. Quid igitur ? Deerat ne basis? Num in aere operabatur? Rab dicit in ædificio; Levi dicit in sanguinibus. Rab interpretatur*. In hæreditate illius ædificabitur altare; *Levi interpretatur* ; In hæreditate illius ædificabitur sanctuarium, *locus sanctuarii pro sanguinibus. Veni & audi ; Basis pervadebat facies totius aquilonis, & facies occidentis, occupabat in austro cubitum, & cubitum in oriente. Quid* אוכל *occupabat? Etiam in sanguinibus. Veni & audi. Altare patebat 32. cubitos quaquaversum ; Hoc in qua re intelligitur ? de parte tantum. Veni & audi ; Deprehenditur defuisse angulus basi, & angulus ambitui ; Si dixeris e regione cubiti fundamenti, & e regione cubiti ambitus ; veni & audi ; Docet Levi &c.* Sed hæc, quæ obscura sunt, ex commentario *Raschi* illustranda sunt רצועה היתה יוצאת מקלחו של יהודה לדרמו של מזבח שחלקו של יהודה היתה במזרח כדתניא מה היה בחלקו של יהודה הר הבית בכניסתו והלשכות שבו והעזרות עזרת נשים כולה ועז׳ כ״ב אמה של עזרה מקום דריסת רגלי הכהנים ומקום דריסת רגלי מיקרו עזרו׳ נמצ׳ חלקו של יהודה במזרח המזבח ובצדו והמזב׳ אוכל בחלקו אמה במזר׳ אלא של קרן מזרחית היה כולה חלקו של יהודה שהיתה אותה יוצאה בדרום למזבח ונכנס׳ בחלקו של בנימן שממקו׳ הדריסה ולמעלה היה חלקו של בנימן אלא שצורעה זו היתה ליסוד׳ באה בתוך חלקו של בנימן בדרומו של מזבח ומזבח אוכל בה אמה והיא אמה שהיא כניס׳ היסוד ראוי להיות בה כדאמר מר עלה אמה וכנס אמה זהו יסוד כל אורך כותל מזרחו בעובי אמה הי׳ אוכל חלקו של יהודה וכן כותל דרומי לבד אמה סמוך לקרן דרומית מערבית וגו׳ ומבדיל בשתי סימין ולא בחטאת שהיא בסימן א׳ ולקמן יליף לה בפרק קדשי קדשים וממצה מרמה מקיף מחבר כמו אין מקיפין שתי חביות בירת מליקתו לקיר והוא מתמצה על ידי דוחקו בקיר ולקמן אמרינן שעל קרן מזרחית דרומית היה נעשית ואי אין לה יסוד נמצא שהיה מולקה באויר היא נמלק׳ והדם נופל לארץ לאיבו ואת נופל על הסובב שהרי למעלה היא נעשית הא קתני התם עשאה למטה מרגלו אפילו אמה אחת כשירה דלא קפיד אלא למעלה מן החוט באויר במעלה עביד בתמיה אימה כך כו ואיכא למימ׳ למעלה מ״נ דלאו קרקע הוא עשוי נמין בלוטי׳ קטנ׳ כנגד אותה הקרן לקבל בה דם העוף שלא יפול לארץ וקיר מזבח מיקרי אבל יסוד לא מיקרי להכשיר הקרן למתן דמים הזריכין לינתן כנגד היסוד שאין יסוד אלא המיוסד בארץ רב אמר בבניין בקרן דרומית מערבית בנו היסוד אמה באורך הדרום וחדלו להם כל הדרום וכל המזר׳ עד אמה סמוך לקרן צפונית מזרחית כדאמרינן לקמן אוכל במזרח אמה ובדרום אמה לוי אומר בדמים יסוד היה על פני כל המזבח אבל לא נותנין דמים בחלקו של יהודה יתבני מדבחא בניינ׳ נופיה משמע אוכל תופס במזרח אמה אחת ובמקצוע צפונית מזרחית משך לבד מזבח אמה ולא יותר כמו שאזירתי למעלה קשיא ללוי דהא בניינא משמ׳ ל״ב על ל״ב קשיא לרב דמשמע ריבוע היה מן הצד לאו בארבע׳ רבעיו קחשיב אלא מצד צפון היה ל״ב אבל מזר׳ ודרום לא היה ל״א על ל״א דקרן דרומית מזרחית חסרה לה אמה לדרום ואמה למזרח נמצ׳ בורח על אמה יסוד ועל אמה סובב וגו׳.

Linea producta erat ex portione Juda ad austrum altaris, quia portio Juda erat ad orientem, juxta traditionem ; Quid erat in portione Juda? mons templi in suo introitu, & conclavia, quæ in eo sita erant, & atria, totum atrium mulierum, & atrium, & viginti cubiti atrii, sc. loci ambulacri sacerdotum, & locus ambulacri vocabantur atria, deprehenditur portio Juda in oriente altaris, & in ejus latere, & altare in ejus portione cubitum occupabat in oriente, & angulus orientalis aquilonaris erat totus in portione Juda ; eo quod deduceretur in austro ad altare, & ingrederetur in portionem Benjamin ; eo quod spatium ab loco ambulacri ad partem superiorem esset in portione Benjamin. Verum hæc linea ad fundamentum procedebat in portionem Benjamin in plaga australi altaris, & in ea altare occupabat cubitum, & hic cubitus erat retractio fundamenti, quod conveniens erat, ut ibi esset ; sicuti dixit Mar; assurgebat cubitum, & contrahebatur cubitum, hoc erat fundamentum ; totam longitudinem parietis orientalis in crassitie cubiti portio Juda occupabat, pariterque parietem australem, excepto cubito proximo angulo austro-occidentali &c. separabat in duobus signis ; quod non ita fiebat in sacrificio pro peccato; quod uno tantum signo separabatur ; de quo antea dictum est in capite v. *& exprimebat de sanguine*, מחיף *i. e.* מחבר *conjungebat, sicuti non conjunguntur duo dolia ; locum unguesectionis, ad parietem; per pressionem exprimebat in pariete ; & antea*

antea jam dictum eſt, factam fuiſſe hanc unguesectionem ſuper angulo orientali; ſi illi non erat ſundamentum, deprehendetur hæc unguesectio in aere facta fuiſſe, & ſanguis cecidiſſe in terram, ut perderetur; ſi dices, cecidiſſe ſuper ambitum, quia ſupra peragenda erat; ecce ibi docetur; ſi fecerit infra pedes ſuos vel cubitum, legitimum eſt; non curat niſi ſupra filum; In aere in parte ſuperiori operabatur? Cum admiratione hoc dicitur; Poteſt dici, quod ſupra tres palmos, quod non erat ſolum, exſtructa fuerit quaſi prominentia parva e regione hujus anguli, ut in ea exciperetur volucris ſanguis, ne in terram caderet, & vocatus eſt murus altaris, non vero fundamentum appellatum eſt, ad reddendum angulum idoneum pro adſperſione ſanguinum, qui erant adſpargendi e regione fundamenti; non eſt fundamentum, niſi quod in terra fundatum eſt. Rab dicit in ædificio; in angulo auſtro-occidentali exſtruxerunt fundamentum unius cubiti in longitudine plagæ, auſtralis & ceſſarunt in tota plaga auſtrali, & orientali uſque ad cubitum proximum angulo aquilonari orientali; ſicuti ante diximus; Occupabat in oriente cubitum, & cubitum in auſtro; Levi dicit in ſanguinibus: Fundamentum erat ad facies totius altaris, at non adſpergebantur ſanguines in portione Juda; Edificabitur altare, ipſum ædificium intelligitur; אוכל *i. e.* תופס *occupabat in oriente unum tantum cubitum, & in angulo aquilonari orientali attrahebat altare unum cubitum, & non amplius, uti ſupra deſignavi; Difficultas adverſus Levi; eo quod ædificium intelligitur fuiſſe quaquaverſum* 32. *cubitorum. Difficultas contra Rab, quod intelligitur quadratum fuiſſe, ab uno tantum latere non vero in quatuor lateribus; numerat; In latere aquilonari erat* 32. *cubitorum, at in plaga meridionali & auſtrali non erat* 31. *cubitorum quaquaverſum, in angulo auſtrali orientali deerat cubitus ad auſtrum, & cubitus ad orientem; deprehenditur defuiſſe cubitus in fundamento, & cubitus in ambitu &c.* Vid. *Miſn. Middoth* cap. III. *Maimonides* ibid. & *Schilte Haggiborim ibid.* Erant in Baſi duo foramina tenuia, per quæ reliquiæ ſanguinis effundebantur in canalem. *Toſaphta Korbanoth* ibid. היה מנוקב כמין שני חוטמין דקין שבהן היו דמי׳ יורדין ומתערבין באמה ויצאין לנחל קדרון ונמכרין לזבל ומועלין בהן. *Baſis erat perforata inſtar duarum narium tenuium, per quas ſanguines dedeſcendentes miſcebantur in foſſa, & defluebant in torrentem Cedron, & vendebantur ad ſtercorandum, & in iis prævaricabantur.* Clarius in *Miſna Middoth* III. 2. ובקרן מערבית דרומית היו שני נקבים כמי שני חוטמין דקים שהדמים הניתנין על יסוד מערבי ועל יסוד דרומי יורדין בהן ומתערבין באמה ויצאין לנחל קדרון. *In angulo occidentali auſtrali erant duo foramina inſtar duarum narium tenuium, per quæ ſanguines, qui effundebantur in baſim occidentalem, & auſtralem, deſcendentes miſcebantur, & defluebant in torrentem Cedron.* Reliquiæ ſanguinum ſacrificii pro peccato tam interiorum, quam exteriorum poſt peractas adſperſiones, effundebantur ad baſim altaris holocauſti. *Siphra* 10. 4. את כל דם הפר ישפך לרבות דם פר יום הכפורים לשפיכה ישפך לא יטיף ישפך ולא יזה ישפך ולא יזרק אל יסוד מזבח העולה לא על יסוד מזבח הפנימי הלא דין הוא מזבח החיצון זכה במתן דמים ומזבח הפנימי זכה במתן דמים מה מזבח החיצון מקום מתן דם קרניו שם מתן יסודו אף מזבח הפנימי מקום דם קרניו שם מתן דם יסודו כשהוא אומר בעדה אל יסוד מזבח העולה שאין ת״ל אלא ללמד שאין יסוד לפנימי עצמו וכשהוא אומר בנשיא מזבח העולה שאין ת״ל אם את שיריו לא קבל מזבח הפנימי שירי מזבח החיצון הוא מקבל דבר אחר וכי יש יסוד לפנימי עצמו וא״כ למה נאמר אל יסוד מזבח העולה שיהא יסוד מזבח של עולה אל יסוד מזבח העולה אשר פתח אהל מועד זה יסוד מערבי׳. Omnem autem reliquum ſanguinem juvenci fundet; Levit. IV. 7. *ad includendum ſanguinem juvenci diei expiationum ad effuſionem*, fundet, *non guttatim fundet*; fundet, *non ſparget*; fundet, *non adſpergat*; in baſin altaris holocauſti; *non ad baſim altaris interioris; at erat argumentum; Altare exterius dignum habitum eſt adſperſione ſanguinum, & altare interius dignum factum eſt adſperſione ſanguinum; ſicuti in altari exteriori, ubi adſpergebatur ſanguis in cornibus, ibi quoque effundebatur ſanguis in ſuam baſim; etiam in altari interiori, ubi adſpergebatur ſanguis in cornibus, ibi quoque effundendus erit ſanguis in ſuam baſim. Cum vero dicitur in juvenco cœtus*; ad baſim altaris holocauſti; *quod dictu ſupervacaneum erat; venit tantum ad docendum, non fuiſſe baſim ipſi altari interiori. Cum vero dicitur in principe*; ad baſim altaris holocauſti; *quod non erat neceſſe, ut diceretur; ſi ſuas reliquias non recipiebat altare interius, accipietne reliquias altaris exterioris? Altera explicatio. Itane vero? Eratne baſis altari interiori? Si ita ſe res habet, cur dictum eſt* in baſim altaris holocauſti? *ut ſit*

baſis

Offeret eam ad altare; Levit. I. 15. *Quid necesse erat, ut diceretur*; & offeret eam Sacerdos, & ungue secabit? *Docemur, hanc unguesectionem non fuisse faciendam nisi a sacerdote. Etenim erat argumentum; si ovi, cui statuitur plaga aquilonaris, non statuitur Sacerdos; unguesectioni, cui non statuitur plaga aquilonaris, non erit æquum, ut non statuatur Sacerdos. Idcirco dictum est*. Sacerdos, & retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco; *ad docendum non fuisse faciendam unguesectionem nisi a Sacerdote; Crederem, cultro fuisse ungue secandam. Et est argumentum; si mactationi, cui non statuitur Sacerdos, statuitur instrumentum, unguesectioni, cui statuitur Sacerdos non erit æquum ut statuatur instrumentum? Idcirco dictum est*; Sacerdos, & retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco. *Dicit R. Akiba. Venit ne tibi in mentem, extraneo licuisse accedere ad altare? si ita res se habet, cur dictum est*; & retorto ad collum capite &c. *ad docendum non fuisse faciendam unguesectionem nisi ab ipso Sacerdote. Crederem licuisse unguesecari tam supra quam infra: Et est argumentum. In animali, cujus sanguis sacrificii pro peccato supra, ejusque holocausti sanguis infra adspergebatur; in volucri, cujus sanguis sacrificii pro peccato infra adspergebatur, non erit æquum ut ejus holocausti sanguis infra adspergeretur? Idcirco dictum est*: Confringetque ascellas ejus, & adolebit super altare; *altare relationem habet tam ad adolitionem, quam ad unguesactionem, sicut adolitio supra, ita etiam unguesectio supra facienda erat; &* ungue secabit; *unguesectio in cervice peragebatur. Crederem in quovis loco* [gutturis,] *ecce argumentum. Dicta est hic unguesectio, & dicta est ibi* Levit. vers. 8. *unguesectio; sicut unguesectio ibi expressa, in cervice, ita pariter unguesectio hoc loco expressa, facienda est in cervice. Dicam igitur, quod sicut eo loci unguesecabat, at non separabat, ita pariter hoc loci unguesecabit, & non separabit; Idcirco dictum est*; Confringetque ascellas ejus, & adolebit super altare. Decurrere faciet sanguinem super crepidinem. *Quomodo fieri poterat, ut post adolitionem sanguis exprimi posset? At dicitur, unguesectio fuisse similis adolitioni; sicut invenimus in adolitione cervicem seorsim, & corpus seorsim, ita pariter in unguesectione caput seorsim, & corpus seorsim, & unde probatur capitis adolitionem seorsim fuisse peragendam? Quando dicitur*, & adolebit eam Sacerdos ad altare: *Ecce dicta est adolitio corporis; at hic non ita dicitur caput ejus & adolebit; sed hæc est adolitio capitis seorsim; Quid invenimus in adolitione? caput seorsim, & corpus seorsim; ita pariter in unguesectione caput seorsim, & corpus seorsim*. Decurrere faciet sanguinem; *totum sanguinem; apprehendebat caput & corpus, & ex utroque exprimebat*; super crepidinem altaris; *non super parietem collis, neque super parietem fundamenti; neque super parietem templi; super crepidinem superiorem; crederem super parietem inferiorem; & erat argumentum; In animali,* cujus

cujus sanguis sacrificii pro peccato supra, ejusque holocausti sanguis infra adspergebatur; in volucri, cujus sanguis sacrificii pro peccato infra adspergebatur, non erit æquum ut ejus holocausti sanguis infra adspergeretur? idcirco dictum est; & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, & adolebit ad altare, & decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. *Altare relationem habet tam ad adolitionem, quam ad sanguinis expressionem; sicut adolitio supra, ita pariter sanguinis expressio supra peragenda erat. Quomodo peragebatur? Ascendebat collem, & ambitum circumibat, & veniebat ad cornu austro orientale, ibique ab cervicis parte ungue secabat caput, & separabat, & exprimebat sanguinem super parietem altaris; si vel in spatio cubitali infra pedes suos operatus esset, erat legitimum. R. Nehemia, & R. Elieser filius Jacobi dicit, omnem sanguinis expressionem non fuisse peragendam nisi in vertice altaris*. Vesiculum vero gutturis & plumas. *Hæc est ingluvies. Crederem, quod cultro eradicaret, & extraheret? Idcirco dictum est*; Cum plumis suis projiciet vesiculam. *Aba Jose filius Chanen dicit, cum ea ventriculos projiciebat*. Pesiktha fol. 3. 3. והקריבו הכהן אפילו פרידה אחרת ומלק׳ את ראשו מלמד שלא תהא מליקה אלא בכהן אמר ר׳ עקיבא וכי עלה על דעתך שזר מקריב על גבי מזבח אם כן למה נאמר והקריבו הכהן אל המזבח ומלק שלא תהא מליקה אלא בעצמו של כהן ומלק את ראשו ממול הערף והקטיר המזבחה מה מצאנו בהקטרה הראש לעצמו והגוף לעצמו אף מליקה הראש לעצמו והגוף לעצמו ונמצה דמו כולו אוחז בגוף ובראש וממצה משניהם על קיר המזבח כיצד עולה לכבש ופונה לסובב בא לי לקרן דרומית מזרחית היה מולק את ראשה ממול ערפה ומבדיל ומוצה דמה על קיר המזבח ואם עשאה למטה מרגליו אפילו אמה אחת פסולה. Offeret eam Sacerdos, *vel unum pullum*. Et retorto ad collum capite, & rupto vulneris loco; *ad docendum, non fuisse peragendam unguesectionem nisi a Sacerdote; Dicit R. Akiba; Quid tibi venit in mentem, extraneo licuisse ad altare accedere? Si ita se res habet; cur dictum est*; & & offeret eam Sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, & rupto vulneris loco? *Ne perageretur unguesectio nisi ab ipso Sacerdote*. Et retorto ad collum capite, & rupto vulneris loco; *a parte cervicis*; & adolebit super altare; *quid invenimus in adolitione? caput seorsim, & corpus seorsim, ita pariter in unguesectione caput seorsim, & corpus seorsim*. Et decurrere faciet sanguinem; *totum; apprehendebat corpore, & capite, & ex utroque exprimebat sanguinem super parietem altaris. Quomodo? Adscendebat collem, & ambitum circumibat, veniebat ad cornu austro orientale; ibi a parte cervicis caput unguesecabat, & separabat, ejusque sanguinem exprimebat altaris; si spatio cubitali infra suos pedes operatus esset, erat illegitimum*; Legendum כשרה; *erat legitimum*. Babyl. Sevachim 63. והקריבו מה ת״ל לפי שנ׳ והקריב מן התורין או מן בני יונה יכול המתנדב עוף לא יפחו׳ משני פרידין ת״ל והקריבו אפילו פריד אחת יביא אל המזבח מה ת״ל כהן לקבוע לו כהן שיכול והלא דין הוא ומה בן צאן שקבע לו צפון לא קבע לו כהן עוף שלא קבע לו צפון אינו דין שלא יקבע לו כהן ת״ל אל הכהן לקבוע לו כהן יכול מלקנו בסכין ודין הוא ומה אם שחיטה שלא קבע לו כהן קבע לה כלי מליקה שקבע לה כהן אינו דין שיקבע לה כלי ת״ל כהן ומלק׳ אמ׳ ר״ע וכי תעלה על דעתך שזר קרב לגבי מזבח אלא מה ת״ל כהן שתה׳ מליקה בעצמו של כהן יכול ימלקנה בין מלעלה בין מלמטה ת״ל ומלק והקטיר מה הקטרה בראש המזבח אף מליקה בראש המזבח ומלק ממול עורפו אתה אומר ממול עורף או אינו אלא מן הצואר ודין הוא נאמ׳ כאן ומלק ונאמ׳ להלן ומלק מה להלן ממול עורף אף כאן ממול עורף מה להלן מולק ואינו מבדיל אף כאן מולק ואינו מבדיל ת״ל ומלק והקטיר מה הקטרה הראש לעצמו והגוף לעצמו אף מליקה הראש לעצמו והגוף לעצמו ומניין שהקטר׳ הראש בעצמו והגוף בעצמו שנ׳ והקטיר אותו הקטרת הגוף אמורה הא מה אני מקיים והקטיר המזבחה בקטר׳ הראש הכתוב מדבר ונמצה דמו כולו אל קיר המזבח ולא על קיר הכבש ולא על קיר היכל ואי זה זה קיר עליון או אינו אלא קיר תחתון ודין הוא מה בהמה שחטאתה למעלה עולתה למטה עוף שחטאתו למטה אינו דין שעולתו למטה ת״ל ומלק והקטיר ונמצה דמו וכי תעלה דעתך לאחר שהקטיר חוזר וממצה אלא לומר לך מה הקטרה בראש המזבח אף מיצוי בראש המזבח הא כיצד היה עולה לכבש ופונה לסובב ובא לו לקרן דרומית מזרחית היה מולק את ראשה ממול עורפה וממצה דמה על קיר המזבח אם עשאה למטה מרגליו אפילו אמה כשרה ר׳ נחמיה ור״א בן יעקב אומר כל עצמה אין נעשה אלא בראש המזבח מאי בינייהו אביי ורבא דאמרי תרוייהו עושה מערכה על גב סובב איכא בינייהו. Offeret eam; *cur dictum est*; si obtulerit de turturibus, aut pullis columbæ; *Crederem; si sponte obtulerit volucrem, non possit offerre minus duobus pullis. Idcirco dictum est*, & offeret eam; *vel unum pullum offerat ad alta-*

altare; cur dictum est Sacerdos, ut illi statuatur sacerdos; at est argumentum; sicut filio ovis, cui statuitur plaga aquilonaris, non statuitur sacerdos, volucri, cui non statuitur plaga aquilonaris, non erit æquum ut non statuatur sacerdos? Idcirco dictum est; Sacerdos, *ut illi statuatur sacerdos; Crederem vel cultris; unguesecari licuisse; & est argumentum si mactationi, cui non statuitur sacerdos, statuuntur instrumenta, unguesectioni, cui statuitur sacerdos, non erit æquum ut ei statuantur instrumenta? idcirco dictum est;* Sacerdos, & retorto ad collum &c. *Dicit R. Akiba; venitne tibi in mentem extraneo licuisse ad altare accedere? at cur dictum est* Sacerdos? *ut unguesectio ab ipso sacerdote fiat. Crederem licuisse unguesecari tam supra quam infra; idcirco dictum est.* Et retorto ad collum capite, & adolebit; *sicut adolitio fiebat in vertice altaris; ita quoque unguesectio in vertice altaris; Et unguesecabit e regione cervicis; tu dicis e regione cervicis, aut potius dicendum e regione gutturis, & est argumentum; dictum est hic,* & retorto ad collum capite; *& dictum est illic* (sc. v. Levit.) retorquebit caput; *sicut ibi e regione cervicis, etiam hoc loco e regione cervicis; sicut ibi unguesecat, & non separat; hic quoque ungue secat & non separat; Idcirco dictum est;* Et retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco; & adolebit; *sicut adolitio capitis seorsim, & corporis seorsim, sic quoque unguesectio capitis seorsim, & corporis seorsim. Et unde probatur, quod adolitio capitis fieret seorsim, & corporis seorsim? ex eo quod dictum est;* Et adolebit eam; *Jam dictum est de adolitione corporis. Quomodo ego explicabo,* & adolebit super altare? *De adolitione capitis textus loquitur.* Decurrere faciet sanguinem, *totum,* super crepidinem altaris; *non super parietem collis, neque super parietem templi; Quinam hic est? paries superior; at dicendus est potius inferior; & est argumentum; si in animali, cujus sacrificii pro peccato sanguis supra, holocausti sanguis infra adspergebatur, in volucri, cujus sancrificii pro peccato sanguis infra adspergebatur, non erit æquum ut ejus holocausti sanguis infra adspergatur? Idcirco dictum est;* & retorto ad collum capite &c. & adolebit, & decurrere faciet sanguinem &c. *Putasne quod post adolitionem iterum exprimat sanguinem? Hoc ea de causa dictum est; sicut adolitio in vertice altaris, ita quoque sanguinis expressio in vertice altaris. Quomodo? Ascendebat collem, & se convertens veniebat ad cornu australe orientale, ibique unguesecabat caput e regione cervicis, & de ejus sanguine exprimebat super parietem altaris; si fecisset infra pedes suos vel cubitum, erat legitimum; R. Nehemia, & R. Elieser ben Jacob dicit; totum hoc non fiebat nisi in vertice altaris. Quænam differentia est inter eos? Abai, & Raba dicunt, quod ambo dicunt, faciendam fuisse ordinationem super ambitu; in hoc consistit controversia. Tosaphta* Korbanoth VII. 7. כשם שמולק בחטאת העוף כך מולק בעולת העוף אלא שבעולת העוף חוה מבדיל וממצה מדמה על קיר המזבח מיצה מן הראש פסול מן הגוף כשר מיצה על הכבש ועל הקרן ועל היסוד פסול עשאה ממקום שעמוד למעלה אמה כשרה ממקום שעומד למטה אמה כשרה ר׳ שמעון ור׳ יוחנן ברוקה אומר בראשו של מזבח היתה נעשית. *Eo modo quo fiebant, unguesectio sacrificii pro peccato volucris, fiebat quoque unguesectio holocausti volucris. At in holocausto volucris separabat, & ejus sanguinem exprimebat super parietem altaris; si expresserit ex capite illegitimum erat, si ex corpore, legitimum; si expresserit super collem, & super cornu, & super fundamentum, illegitimum erat; si operatus fuerit in spatio cubitali supra locum, ubi stabat, erat legitimum, si in spatio cubitali infra locum, ubi stabat, erat quoque legitimum; R. Simeon, & R. Jochanan filius Beroka dicit; in vertice altaris faciendum.* Babyl. Sevachim iterum ibid. cap. VI. דתניא דמים העליונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמעלה דמים התחתונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמטן דברי ר״מ ר״א בר״ש אומר במה דברים אמורים בעולת העוף אבל בחטאת בהמה היא עצמה אין נעשה אלא על גופה של קרן. *Traditio: Sanguines superiores adspergebantur a filo rubro & superius, sanguines inferiores adspergebantur a filo rubro & inferius; Verba R. Meir. R. Eleasar filius R. Simeonis dicit; De quo hæc dicuntur? De holocausto volucris, at sanguis sacrificii pro peccato animalis non adspergebatur nisi in ipso cornu.* Vid. Cod. *Sevachin* cap. VI. 4. & *Maimonid.* Maase Hakorbanoth cap. V. In angulo austro orientali peragenda erat unguesectio holocausti volucris, & sanguinis adspersio; ubi erat locus cineris, in quem post peractam sanguinis expressionem avis ingluvies projiciebatur. *Siphra* 5. 4. כיצד הוא עושה עלה לכבש ופנה לסובב בא לו לקרן דרומית מזרחית היה מולק את ראשה ממול ערפה ומבדיל ומוצה את דמה על קיר המזבח וגו׳ אצל המזבח סמוך למזבח קדמה

קרמה למזרחו של כבש אל מקום הרשן ששם יהו נותנין את הרשן ר׳ חנניה בן אנטיגנס אומר שני בתי רשנין היו שם אחר במזרחו של כבש ואחר במזרחו של מזבח זה שבמזרחו של כבש שם היו נותנין מראות העוף ודשין מזבח הפנימי והמנורה וזה שבמזרחו של מזבח שם היו שורפין פסולי קרשי׳ קרשים ואמורי קרשי׳ קלי. *Quomodo peragebatur? Adscendebat collem, & ambitum circumibat, veniebat ad cornu austro-orientale; in hoc loco e regione cervicis caput ungue secabat, & separabat, & sanguinem ejus ad crepidinem altaris exprimebat &c.* Prope altare, *juxta altare;* ad orientalem plagam; *ad orientem collis*; in loco in quo cineres effundi solent: *ubi cineres reponuntur. R. Chanania filius Antigoni dicit, duæ ibi erant domus cineris, altera erat in parte orientali collis, & altera in oriente altaris, in ea, quæ erat in Oriente collis, reponebantur ingluvies volucris, & cineres altaris interioris, & candelabri; & in ea, quæ erat in Oriente altaris, comburebantur sanctitates, sanctitatum quæ profanatæ erant, & membra sanctitatum levium.* Pesiktha ibid. אצל המזבח כמוך למזבח קרמה במזרחו של כבש אל מקום הרשן ששם היו נותנין רישון מזבח הפנימי והמנורה נבלעין היו׳ במקומםן. Prope altare: *juxta altare*; ad orientalem plagam: *in plaga orientali collis*; in loco in quo cineres effundi solent: *cineres altaris interioris, & candelabri in his locis absorbebantur.* Vid. Codex. Sevachin l. c. & Maimonid. cap. VI. Quæ causa fuerit in cornu austro-Meridionali adspergendi sanguinis holocausti volucris, describitur a *Bartenora* in Comment. ad cap. VI. 2. *Sevach.* עיקר מקומה בקרן דרומית מזרחית מפני ש קרובה לבית הרשן לזרוק שם מוראות נוצה׳ כרכתיב והשליך אותה אל מקום הרשן וכשהיא רבה שם שיש כהנים הרבה באותה הקרן עסוקים בעלות ואין להן מקום לעמוד בסובב רעולה העוף נעשית למעלה בא לו לקרן דרומית מערבית שאף היא סמוכה לבית הרשן יותר משאר שתי קרנות שבית הרשן סמוך לכבש היה במזרחו של כבש לדרומו של מזבח. *Primo offeruntur in cornu austro-meridionali, eo quod vicinius esset domui cineris, quo projiciebantur ingluvies & plumæ, sicuti scriptum est*; Et projiciet in loco, in quo cineres effundi solent: *Si vero multi Sacerdotes in illo loco occupati essent in holocaustis, neque Sacerdoti ministranti locus consistendi esset in ambitu (etenim holocaustum avis supra sacrificabatur) veniebat ad cornu austro-occidentale, quod præ reliquis duobus cornibus erat vicinius domui cineris, locus enim cineris prope collem erat in Oriente collis ad australem plagam altaris.* Quamobrem *Raschi* in comment. ad Sevach. 54. 1. putat in angulo orientali meridionali, fuisse aliquam prominentiam, quæ volucris holocausti sanguinem reciperet, ne in terram decideret. למעלה מ״נ לא קרקע הוא עשוי מי׳ בליטה קטנה כנגר אותו הקרן לקבל בו רם עולת העוף שלא יפול לארץ וקיר מזבח מיקרי אבל יסור לא מיקרי. *Quoniam angulus austro-orientalis fundamento caruit, oporteret ad istum angulum prominentiam quandam parvam magis quam tres cubitos a solo remotam constituere, ad recipiendum avis sanguinem, ne humi caderet, & hæc altaris, non fundamenti paries dicta est.* Denique animadvertendum est, quod ii, qui in altare adscendebant holocaustum avis ungue secturi, secus ac fieri consuevit, ad occidentem adscendisse, pariterque ad occidentem descendisse. *Tosaphta Hakorbanot* VII. כל העולין למזבח עולין למזרח ויורדין במערב בימין ויורדין בשמאל חוץ מניסוך המים והיין ועולת העוף שעולין במערב ויורדין במערב ויורדין בימין. *Qui adscendebant super altare, adscendebant ad orientem, & descendebant ad occidentem, adscendebant ad dextram, & descendebant ad sinistram; excepta libatione aquarum, & vini, & holocausto volucris; etenim adscendebant in occidente, & descendebant in occidente, & descendebant ad dexteram.* Vid. Codex *Sevachin* l. c. Hujus ritus ratio redditur in *Babyl. Sevachim* 63. 2. כל העולים למזבח מ״ט א״ר יוחנן נסכים שמה יתעשני ועולת העוף שמה תמו בעשן. *Omnes qui adscendunt in altare, qua de causa? Dicit R. Jochan ne libamina fumo corumpantur, & holocausta avis ne fumo moriantur.* Quæritur *Sevachim* 63. 2. si angulus austro-meridionalis fundamento caruerit, quomodo in illum exprimi potuerit sanguis holocausti volucris. מיתיבי עול העוף כיצד היתה נעשית היה מולק את ראשה ממול עורפה ומבריל וממציא רמה על קיר המזבח ואי אמרת לא היה לה יסור באוירא בעלמא הוא דקא עביד אמר ר׳ נחמן בר וצחק אומ׳ כך היתנו אויר׳ רבנימן קרקע ריהורה מאי לא הוה לא יסור אוירא בעלמא הוא רקא עביד רב אמר בבניין לוי אמר ברמים רב מתרגם באחסנתי׳ יתבי׳ מרבחא לוי מתרגם באחסנתירה יתבני מקרש מקום מקורש לרמים תא שמע היסור היה מהלך על פני כל הצפון ועל פני המערב אוכל ברום אמה אחת ובמזרח אמה אחת מאי אוכל נמי ברמים תא שמע המזבח היה ל״ב על ל״ב הכא במאי עסקינן מן הצר תא שמע נמצא פורח אמה על יסור ואמה על סובב אומ׳ כנגר אמה יסור כנגר אמה סובב תא שמע רתני לוי וגו׳. *Oppositio. Holocaustum*

avis quomodo fit? e regione cervicis caput ejus ungue ſecabat, & ſeparabat, & ejus ſanguinem ad altaris crepidinem exprimebat; ſi dixeris, ibi defuiſſe fundamentum; Num in aere operabatur? Dicit R. Nachman bar Iſaach; dicam, quod ita pacti eſſent, quod aer Beniamin, & pavimentum Judæ attribueretur. Si deerat fundamentum, num in aere operabatur? Rabh dicit in ædificio: Levi dicit in ſanguinibus: Rab interpretatur: In hæreditate illius ædificabitur altare: *Levi interpretatur*: In hæreditate illius ædificabitur ſanctuarium, *locus ſanctuarii pro ſanguinibus: veni & audi. Baſis pervadebat faciem totius aquilonis, & faciem occidentis: occupabat cubitum in auſtro, & cubitum in oriente: Quid* אוכל *occupabat? etiam in ſanguinibus. Veni & audi: Altare patebat duos & triginta cubitos quaquaverſum. Hoc ex parte tantum intelligendum eſt; Veni & audi; Deprehenditur decerpſiſſe cubitum ad fundamentum, & cubitum ad ambitum; Dicam e regione cubiti fundamenti, & e regione cubiti ambitus. Veni & audi: Docet Levi &c.*

Afferebatur altera forma patens in longitudine & latitudine octo & viginti cubitos, & in altitudine tres cubitos hic erat locus pyræ. *Kimchius ad Ezech.* וחוזר ומב יא מלבן שהוא כ״ח על כח ונובהו שלש אמות ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות ומביא סיד והפת וקוניא וממחה ושופך זהו מקום המערכה *Atque iterum afferebatur forma patens in latitudine & longitudine octo & viginti cubitos, & tres cubitos in altitudine, & adducebantur lapides læves, recentes tam magni quam parvi, & calx, & pix, & plumbum liquefactum, & infundebatur, hic erat locus ſtruis*. In loco, quem ſupra adduximus ex *Gemara Babylonica Sevachim* 63. 2. dicitur ſtrues quaquaverſum triginta cubitos patuiſſe. Locus integer ita ſe habet. דתני לוי כיצד בונין את המזבח מביאין מלבן שהוא ל״ב על ל״ב וגובהו אמה ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות ומביא סיד וקוניא והפת וממחה ושופך הוה מקום יסוד וחוזר ומביא מלבן שהוא ל״א על ל״א אמות וחוזר ומביא מלבן שהוא ל׳ על ל׳ וחוזר ומביא מלבן שהוא אמה על אמה וגו׳. *Docet Levi: Quomodo exſtruunt altare? Affertur forma patens in longitudine & latitudine duos & triginta cubitos, & cubitum in altitudine, & adducuntur lapides læves tam magni, quam parvi recentes, & calx, & pix plumbum liquefactum, & infunditur; hic erat locus fundamenti; atque iterum affertur forma patens quaquaverſum unum & triginta cubitos. Et rurſus affertur forma patens quaquaverſum triginta cubitos, & iterum affertur forma patens cubitum quaquaverſum &c.* Hinc plane videtur juxta mentem Levi fundamentum 32. ambitus 31. & ſtrues 30. cubitos patuiſſe. At ex integra Altaris deſcriptione in cap. III. *Middoth* deprehenditur, & demonſtratur locus pyræ quatuor & viginti cubitos patuiſſe. המזבח היה ל״ב על ל״ב עלה אמה וכנס אמה זה יסוד נמצא ל׳ על ל׳ עלה חמש ונכנס אמה זה הסובב נמצא כח׳ על כח׳ מקום הקרנות אמה מזה ואמה מזה נמצא כו׳ על כו׳ מקום הילך רגלי הכהנים אמה מזה ואמה מזה נמצא כד על כד׳ מקום המערכה. *Altare patebat quaquaverſum 32. cubitos; aſſurgebat cubitum, & in cubitum coarctabatur, hoc erat fundamentum, deprehendebatur quaquaverſum fuiſſe 30. cubitorum, aſſurgebat quinque cubitos, & in cubitum coarctabatur; hic erat circuitus; deprehendebatur fuiſſe quaquaverſum fuiſſe 28. cubitorum; Locus cornuum in omni parte erat unius cubiti; deprehendebatur quaquaverſum fuiſſe 26. cubitorum; Locus ambulacri Sacerdotum hinc inde erat unius cubiti, deprehendebatur locus pyræ quaquaverſum 24. cubitos patuiſſe*. Ex hac deſcriptione deprehenditur, excerpto cubito ex fundamento, & cubito ex ambitu & cubito cornuum, ex cubito ambulacri ſacerdotum quaquaverſum, locus pyræ 24. cubitos patuiſſe. Spatium cubitale interceſſiſſe pro ambulacro Sacerdotum inter cornua & pyram conſtat tum ex l. c. *Middoth*, tum ex *Gemara Sevachim* 62. 1. איזהו כרכוב בין קרן לקרן מקום הילוך רגלי כהנים אמה אטו הכהנים בין קרן לקרן היו אזלי אלא אימא ומקום הילוך רגלי הכהנים אמה והכתיב תחת כרכובו מלמטה עד חציו אמר רב נחמן בר יצחק תרי הוי חד לנוי וחד לכהנים שלא נשתרקו. *Quis eſt ambitus? ſpatium cubitale inrer cornua, locus ambulacri Sacerdotum cubitalis. Quomodo cornibus obſtantibus pergere potuerunt? Dicendum eſt ambitum comprehendiſſe ſpatium inter cornua, & ſpatium cubitale ambulacri Sacerdotum. At ſcriptum eſt*, Exod. XXVII. 5. ſub ambitu inferne ad medium altare. [Sic Hebræus) *Dicit R. Nathan bar Iſaach, duo erant, alter ad ornatum, & alter pro Sacerdotibus, ne impingerent*. Et Gemara Hieroſol. Scechalim 51. 2. איזהו כרכוב המזבח אמה בין קרן לקרן מקום הילוך רגלי הכהנים. *Quis eſt ambitus altaris, ſpatium cubitale inter cornua locus ambulacri Sacerdotum*. Toſaphta Schekalim III. 20. איזה הוא כרכוב בין קרן

קרן לקרן מקום הילוך רגלי הכהנים. *Quis est ambitus? spatium inter cornua locus ambulacri sacerdotum*. Minor hac pyra fuit strues altaris Salomonis, sed longe major Mosaica, utpote quæ xx. cubitos patuerit, uti constat ex 2. *Paral.* IV. 1. Fecit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis. Verum non ea fuit magnitudine, ut capere potuerit sacrificia, quæ die dedicationis templi oblata sunt, ita ut Salomon debuerit consecrare medium atrium in quo holocausta, & pacifica offerrentur uti scriptum est 1. *Reg.* VIII. 64. In die illa santificavit rex medium atrii quod erat ante domum Domini, fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum, quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum & sacrificium, & adipem pacificorum. *&* 2. *Paral.* VII. 7. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini, obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorum, quia altare æneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes. Dissentiunt inter se in hoc loco explicando Judæi interpretes; alii volunt in medio atrio sanctificato oblata eo die fuisse sacrificium, alii contendunt sanctificatum fuisse atrium, ut ibi altare statueretur. *Babyl. Sevachin* 59. דתניא ביום ההוא קידש המלך תוך החצר וגו׳ כי מזבח שעשה משה קטן מהכיל דברים ככתבן דברי ר׳ יהודה אמר ליה ר׳ יוסי והלא כבר נאמר אלף עולות יעלה שלמה על המזבח ההוא בבית עולמים הוא אומר ויזבח שלמה את זבח השלמים אשר זבח ליי׳ בקר עשרים ושנים אלף כשאתה מגיע לחשבון עולות ולמניין אמות זה גדול מזה אלא מהו קטן מהכיל כאדם האומר לחבירו פלוני ננס הוא ופסול לעבודה וגו׳ בשלמא לר׳ יהודה היינו דכתיב קידש אלא לר׳ יוסי מאי קידש לעמיד בה מזבח. *Scriptum est* 1. Reg. VIII. 64. In die illa sanctificavit rex medium atrii &c. Quia altare, quod fecerat Mose minus erat, & capere non poterat &c. *Res explicanda est juxta sensum literalem; verba R. Jehudæ. Dixit illi R. Jose; Nonne dictum est* 1. Reg. III. 4. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud? *In domo seculorum dictum est ibid.* VIII. 63. mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia. *Quod si holocausta numeres, & cum numero cubitorum conferas; hoc altare erit illo majus; Quomodo minus erat, & capere non poterat? sicut homo quis dicat socio suo - Talis pumilio est, & illegitimus ad ministerium &c. Concedatur quod dicit R. Jehuda; dictum est enim;* sanctificavit; *Sed quomodo explicat R. Jose?* sanctificavit, *ut in eo altare statueretur. Raschi ad* 1. *Reg.* VIII. 64. את תוך החצר דברים ככתבן דברי ר׳ יהודה קדש את רצפת העזרה כקדושת מזבח להקטיר על הרצפה כי מזבח הנחשת מזבח האבנים שעשה תחת מזבח הנחשת קטן מהכיל את העולה ואת המנחה שהרבו להביא אמ׳ לו ר׳ יוסי והלא כבר נאמ׳ אלף עולות יעלה שלמה על המזבח שעשה משה וכשאותה מגיע לחשבון אמות ולמניין עולות זה של אבנים גדול משל משה שמזבח משה מקום מערכתו אמה על אמה וזה היה מקום מערכתו כ״ד על כ״ד הרי של שלמה חמש מאות ושבעי׳ ושש בשל משה אם כן מהי קידש המלך את תוך החצר שקבע בו מזבח של אבנים מחוב׳ ברצפה וכטן מהכיל בשל משה הוא אומר כאדם שאומ׳ לחבירו ננס פלוני ופסול לעבודה. Sanctificavit medium atrii; *res intelligenda secundum sensum literalem; verba R. Jehudæ; sanctificavit pavimentum atrii juxta sanctitatem altaris, ut adoleret super pavimento.* Quia altare æneum, *altare lapideum, quod fecerat pro altari æneo,* minus erat & capere non poterat holocaustum, & sacrificium *præ multitudine. Dicit illi R. Jose; Nonne jam dictum est;* Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare, quod fecerat Mose? *Si conferatur computus cubitorum cum numero holocaustorum, hoc altare lapideum majus erit Mosaico. Mosaici pyra cubitum quaquaversum patebat; hujus vero strues quaquaversum erat 24. cubitorum; ecce hæc Salomonis præ Mosaica erat 576. Si ita se res habet; cur sanctificavit rex medium atrii? ut ibi pavimento conjunctum statueretur altare;* Et minus erat, & capere non poterat; *præ Mosaico dicitur; sicut homo dicit socio suo, talis est pumilio, & illegitimus ad ministerium* Kimchius ibid. קדש המלך את תוך החצר הרי אומ׳ למה קדשו לעשות שם העולה והמנחה והשלמים כי מזבח הנחשת שעשה שלמה היה קטן מהכיל רוב העולה והשלמים והינו אומ׳ על מזבח הנחשת שעשה שמה כי בפרו׳ אמרו בדברי הימים כי מזבח הנחשת אשר עשה שלמה לא יכול להכיל העולה ושל משה גנזו עם אהל מועד כמו שפירשנו למעלי מזבח הנחשת שעשה שלמה שהי׳ עשרי׳ אמה ארכו ועשרים רחבו לא היה יכול להכיל רוב העולות והחלבים שהרי מזבח הנחשת שעשה משה היה חמש על חמש ואמ׳ אלף עולות יעלה שלמה על המזבח ההוא ומזבח הנחשת

הנחשת שעשה שלמה היה עשרים על עשרים ולפי חשבון עולות וחשבון אמורת לא היה מזבח שעשה שלמה מכיל אלא ששה עשר אלף והוא אומ׳ בקר עשרים ושני׳ אלף וצאן מאה ועשרים אלף ואם תאמ׳ כל אלו לא היו אלא החלבים כי שלמי היו כל אלו ובמזבח של משה אמ׳ אלף עולות שהיו כלם כליל נאמר כי גם הנה היו עולות רבות ומנחות כי לא מנה אלא השלמי׳ והעלות שהיו רבים עד כי בין העולות והמנחות וחלבי׳ השלמים לא יכול מזבח הנחשת שעשה שלמה להכיל הכל׳ עד שהוצריך שלמה לקדש רצפת החצר ועשה שם מן העולה והמנחה וחלבי השלמים מה שלא יכול המזבח להכיל׳ ודברי רז״ל מחלוק׳ בו יש אומרים כי רצפת החצר הוא הקדש כמו שפירשנו ויש אומרים כי מזבח אבנים בנה תוך החצר ואמ׳ עוד כי מזבח אבנים הוא שעשה שלמה לא מזבח הנחשת ומה שאמ׳ בדברי הימים ויעש שלמה את המזבח הנחשת וכן אמר כי מזבח הנחשת אשר עשה שלמה לא יכול להכיל כי מזבח אבנים שעשה שלמה תחת מזבח הנחשת שעשה משה ואלה דברים של תימא הם ואפשר כי מה שאמ׳ אלף עולות יעלה שלמה על המזבח ההוא לא בפעם אח׳ אלא קוד׳ שובו מגבעון לירושלם כמו שפירשנו בדברי הימים. Sanctificavit rex medium atrii. *Ecce dicitur qua de causa sanctificaverit; sc. ut ibi offerret holocaustum, munus, & pacifica, quia altare æneum, quod fecerat Salomon, erat parvum, neque capere poterat multitudinem holocausti, & pacificorum, non dicitur super altare æneum, quod fecerat Mose; quia plane dicitur* 2. Paral. VII. 7. quod altare æneum, quod fecerat Salomon, non poterat continere holocaustum; *Altare vero Mosis absconditum est una cum Tabernaculo, uti supra exposuimus. Altare æneum quod fecerat Salomon, cujus longitudo erat 20. cubitorum, pariterque 20. cubitorum erat latitudo, non poterat continere multitudinem holocaustorum & adipum. Ecce de altari æneo, quod fecerat Mose, quod quinque cubitos quaquaversum patebat, dictum est;* Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud. *At altare æneum, quod fecerat Salomon, erat quaquaversum 20. cubitorum; & juxta computum holocaustorum & cubitorum, altare quod fecerat Salomon, non poterat continere nisi sexdecim millia; verum dictum est* 1. Reg. VIII. 63. Bovum viginti duo millia, & ovium centum viginti millia: *Si dixeris, hæc omnia fuisse adipes, eo quod omnia hæc fuerint pacifica; at de altari Mosis dictum est;* mille holocausta; *quod omnia essent integra; Dicetur hic quoque, quod multa fuerint holocausta, & munera; quia non numerantur nisi pacifica, & holocausta, quæ multa fuerunt; ita ut holocausta, & munera, & adipes pacificorum non potuerit altare æneum, quod fecerat Salomon, omnia continere, ut debuerit Salomon sanctificare pavimentum atrii, ut ibi offerret holocaustum, & munus, & adipes pacificorum, quæ altare capere non potuit. At verba sapientum nostrorum s. m. in varias partes in hoc distrahuntur; eo quod alii dicant, quod atrii pavimentum sanctificaverit, uti exposuimus, alii dicunt, quod altare lapideum in medio atrio exstruxerit, & præterea dicitur, quod altare lapideum fecerit Salomon, non altare æneum, & quod dicitur* 2. Paral. IV. 1. fecit quoque Salomon altare æneum; *Pariterque dicitur ibid.* VII. 7. Quia altare æneum quod fecerat Salomon; non poterat sustinere: *ita explicandum esse censent; quia altare lapideum, quod fecerat Salomon pro altari æneo, quod fecerat Mose &c. Et hæc admiratione digna sunt. Et probabile est, quod dicitur;* mille holocausta obtulit Salomon super altare illud; *non una tantum vice obtulerit, sed antequam a Gabaon Hierosolymam reverteretur, sicut in* Paral. *exposuimus.* Ralbag ibid. c. Kimchio *consentit.* ביום ההוא קרש המלך את תוך החצר ר״ל החצר כי מרוב הקרבנות שהקריבו ביום ההוא אוצרך שלמה לקרש את החצר ר״ל חצר הכהנים באופן שיקריבו שם הקרבנות על הרצפה כי מזבח הנחשת שעשה שלמה שהיה עשרים אמה ארכו ועשרים אמה רחבו כמו שנזכר בדברי הימים היה קטן מהכיל ושם כתיב בביר כי מזבח הנחשת שעשה שלמה קטן מהכיל. Kimchio *consentit*. In die illa sanctificavit rex medium atrii; *sc. quod propter multitudinem sacrificiorum, quæ eo die oblata fuerunt, debuerit Salomon sanctificare atrium, i. e. atrium sacerdotum, ut hoc modo ibi in pavimento sacrificia offerrentur; eo quod altare æneum, quod fecerat Salomon, cujus longitudo erat 20. cubitorum, pariterque 20. cubitorum erat latitudo, uti fit mentio in* Paral. *esset parvum, & capere non posset; Atque ibidem plane scriptum est;* Quia altare æneum, quod fecerat Salomon, non poterat sustinere. Mekiltha 27. 4. איסי בן עקיבא אומר מזבח נחשת מלא אדמה תעשה לי שנ׳ כי מזבח הנחשת אשר לפני יי׳ קטן מהכיל את העולה וכי קטן היה והלא כבר נאמר אלף עולות יעלה שלמה על המזבח ההוא ומה ת״ל קטן אלא ביום שנבנה זה נגנז זה. *Aisi filius Akibæ dicit; altare æneum plenum terra facies mihi; dictum est enim* 1. Reg.

Reg. VIII. 64. Quoniam altare æneum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum. *Parvum ne erat? nonne dictum est Ibid.* III. 4. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud? *Cur dictum est parvum? ad significandum, quod eo die, quo illud extructum est, hoc fuit absconditum* Ceterum quod spectat pyram altaris domus secundæ, quæ creditur, uti supra diximus, 24. cubitos patuisse, quamvis vetustissima & generali omnium Judæorum traditione muniatur, tamen rationes, quæ referuntur, pyræ præ Salomonæa amplificandæ mihi non probantur; de ea disseritur in *Gemara Babyl. Sevachim* 61.2.
וכשעלו בני העולה הוספו עליו ד׳ אמות
מן הדרום וד׳ אמות מן המערב כמין גמא
מאי טעמא א״ר יוסף משום דלא ספק א״ל
אביי השתא מקדש ראשון דכת׳ ביה יהודה
וישראל רבי׳ כחול אשר על שפת הים
ספק מקדש שני׳ דכת׳ ביה וכלה קהל כא׳
ארבע ריבוא לא ספק א״ל התם אש של
שמים מסייעתן וכא׳ אין אש של שמים
מסייעתן. *Quando reversi sunt ex captivitate, addiderunt illi (altari) quatuor cubitos ad austrum, & quatuor ad occidentem instar literæ gamma eo quod sacrificiis non esset sufficiens. Respondit illi Abai; Itane? Sanctuario primo de quo scriptum est* 1. Reg. IV. 20. Juda & Israel numerabiles sicut arena maris in multitudine; *sufficeit; sanctuario secundo, de quo scriptum, est* Esdræ II. 64. Omnis multitudo quasi unus quadraginta duo millia &c. *non erit sufficiens*? Respondit illi; *Illic cœlesti igni adjuti sunt, hic vero cœlesti igni adjuti non sunt*. Neque illud facile probari mihi poterit, quod hanc pyræ amplitudinem ex *Ezech.* cap. XLIII. 16. demonstrare conentur; *Gemara Babyl. Menachoth* 97.
כתיב וההריאל שתים ועשרה
אורך בשתים עשרה רחב רבוע יכול שאינו
אלא שתים עשרה על שתים עשרה כשהוא
אומר על ארבעת רבעיו שבאמצע הוא
מודד שתים עשרה אמה לכל רוח ורוח.
Scriptum est (Ezech. XLIII. 16.) & Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos in latitudine quadratum; *crederem non nisi duodecim cubitos quaquaversum patuisse; Quando vero dicitur*; versus quatuor quadraturas suas; sic Hebræus: *demonstratur a medio fuisse mensus duodecim cubitos ad singula latera*. Gemara Babyl. Sevachim 59.
כתיב וההריאל שתים
עשרה אמה לכל רוח או אינו אלא שתים
עשרה על שתים עשרה כשהוא אומר על
ארבעת רבעיו מלמד שמאמצע הוא מודד
Scriptum est. Et Ariel duodecim cubitorum; *ad singula latera; aut non est dicendum nisi duodecim cubitos quaqua versum patuisse. Quando vero dicitur*; versus quatuor quadraturas suas; *docetur, quod a medio fuerit mensus*. Raschi ad l. c. Ezech.
והאריאל שתים עשרה
אורך מקום המערכה היה כ״ד על כ״ד וזהו
שתים עשרה בשתים עשרה על ארבעת
רבעיו שמאמצעיתו מודד י״ב לכל רוח
הרי כ״ד על כ״ד כך מפורש בזבחים וכן
שנינו במסכת מדות מזבח היה ל״ב
על ל״ב וגו׳. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine; *locus pyræ erat 24. cubitorum quaquaversum; & hic 12. cubitorum quaquaversum*; versus quatuor quadraturas suas, *ab medio mensus est ad singula latera; ecce erit quaquaversum 24. cubitorum; sic explicatur in* Gemara Sevachim, *& ita legimus in tractatu* Middoth III. *Altare erat 32. cubitorum quaquaversum &c.* Non solum locum pyræ, sed etiam totius altaris mensuras, præsertim altitudinem ex l. c. *Ezechielis* Judæi sibi persuadent posse demonstrare in multis commentariis, præcipue in *Gemara Babyl. Menachoth* 97. ubi accuratissime altaris dimensiones recensentur, quæ priusquam a me describantur, nonnulla præmonenda mihi sunt; I. duo genera cubitorum fuisse, alterum quinque, & alterum sex palmorum; Quod demonstrari potest ex *Ezech.* XL.
וביד איש קנה המדה שש
אמות באמה וטפח; *& in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum in cubito & palmo; Quod Jonathan interpretatur*
שית אמין באמתא והיא אמתא
ופשך; sex cubitorum in cubito, qui constabat cubito & palmo. *Kimchius* in l. c.
וקנה המדה היו בו שש אמות באמה
וטפח באמה הידוע׳ שהיא של חמשה
טפחים וכן אמרינן במשנה אמר ר׳ יהודה
אמת הבנין ששה טפחים ושל כלים
חמשה ויונתן תרגם שית אמין באמתא
דהיא אמא׳ ופשך. Et calamus mensuræ sex cubitorum in cubito & palmo, *in cubito cognito, qui erat quinque palmorum; atque ita dicitur in* Misna; *Dicit R. Jehuda; cubitus ædificii est sex palmorum, & vasorum cubitus quinque palmorum; &* Jonathan *interpretatur; sex cubitorum in cubito, qui constabat cubito, & palmo. Raschi* ibid.
שש אמות
באמה וטופך שית אמין באמאת והיא
אמתא ופשך כן תרגם יונתן ז היא אמה
בינונית בת ששה שהיה אמה וטופח באמה
בת חמשה. Sex cubitorum in cubito & palmo; *sex cubitorum in cubito, qui constabat cubito & palmo; sic interpretatur* Jonathan; *hic erat cubitus mediocris constans sex palmis, id est cubito & palmo in cubito sex palmorum*. Kimchius

chius iterum Ibid. XLIII. 13. ואשר ואלה מדות המזבח כמו שאומר והולך עד ויאמר אלי בן אדם ופירוש באמות באומות הידועות בנבואה זו שכל אמה מהם אמה וטופח שהם ששה טפחים כי אמה בפתם בת חמשה טפחים וזאת המדה בת ששה טפחים וכן אמר בתחילת נבואה זו שש אמות באמה וטפח כמו שפירשנו. *Et dicitur* Hæ ſunt menſuræ altaris; *ſicut dixit*. Et venit; *uſque ad* & dixit mihi; fili hominis; *& exponitur in cubitis, in cubitis in hac prophetia cognitis, quia omnes cubiti ex his conſtabant cubito & palmo, qui ſunt ſex palmorum; Nam cubitus ſimpliciter eſt quinque palmorum, & hic ſex palmorum, & ſic dicitur in principio hujus prophetiæ*. Sex cubiti in cubito & palmo; ubi expoſuimus. Hieroſ. *ſota* 22. אמר ר׳ יוחנן באמה שש טפחים היה הארון עשוי מאן תנא אמה של ששה טפחים ר׳ מאיר היא דתנן ר׳ מאיר אומר כל האמות היו בבינוניות על דעתיה דר׳ מאיר דאמר באמה של ששה טפחים היה הארון עשוי ארכו של ארון חמשה עשר דכתיב אמתים וחצי ארכו אמה אשתה ואמה אשתה ופלגות אמתא תלתא וגו׳ ר׳ שמעון בן לקיש אמר באמה של חמשה טפחים היה הארון עשוי מאן תנא אמה של חמשה טפחים ר׳ יהודה דתנינן תמן ר׳ יהודה אומר אמת הבניין ששה טפחים ושל כלים חמשה והן הארון כלי הוא. *Dicit R. Jochanan ex cubito ſex palmorum extructa erat arca; qui docet ex cubito ſex palmorum, eſt R. Meir; etenim docemur; R. Meir dicit; omnes cubiti erant mediocres; juxta ſententiam R. Meir, qui dicit ex cubito ſex palmorum extructam fuiſſe arcam; Longitudo arcæ erat quindecim palmorum, ſcriptum eſt enim* Exod. XXXVII. & duos cubitos ac ſemiſſem in longitudine; *cubitum ſex palmorum, & cubitum ſex palmorum, & dimidium cubitum trium palmorum. R. Simeon ben Lakiſck dicit; ex cubito quinque palmorum factam fuiſſe arcam; Qui docet ex cubito quinque palmorum, eſt R. Jehuda; etenim ibi legimus; R. Jehuda dicit, cubitus ædificii eſt ſex palmorum, & vaſorum cubitus eſt quinque, at arca erat vas*. Et Hieroſolim. Schekalim 49. אמר ר׳ יוחנן באמה של ששה טפחים היה הארון עשוי מאן תנא באמה של ששה טפחים ר׳ מאיר היא דתנן ר׳ מאיר אומר כל האמות הוא בבניונות ר׳ יהודה אומר אמת הבנים ששה כלים חמשה על דעתיה דר׳ מאיר אמר באמה של ששה טפחים היה הארון עשוי אורכו של ארון חמשה עשר טפח דכתיב אמתים וחצי ארכו אמתא אשיתא ואמתא אשיתא ופלגות אמתא תלתא וגו׳ ר׳ שמעון בן לקיש אמר באמה של חמשה טפחים היה הארון עשוי מאן חנא באמה של חמשה טפחים ר׳ יהודה דתנינן תמן ר׳ יהודה אומר אמת הבניין ששה טפחים ושל כלים חמשה והחן ארון כלי הוא על דעתיה דר׳ יהודה אמר באמה של חמשה טפחים היה ארכו של ארון עשוי שנים עשר טפח ומחצה דכתיב אמתים וחצי ארכו אמתא חמשה ואמתא חמשה ופלגות אמתא תריי ופליג. *Dicit R. Jochanan, ex cubito ſex palmorum factam fuiſſe arcam; qui docet ex cubito ſex palmorum, eſt R. Meir; Diſcimus enim, R. Meir dicit, omnes cubitos fuiſſe mediocres; R. Jehuda dicit, cubitum ædificii fuiſſe ſex, & vaſorum cubitum quinque palmorum; juxta mentem R. Meir, hic dicit; ex cubito ſex palmorum factam fuiſſe arcam; ejuſque longitudinem fuiſſe quindecim palmorum; ſcriptum eſt enim* Exod. XXXVII. Duos cubitos ac ſemiſſem in longitudine; *cubitum ſex, & cubitum ſex palmorum, & dimidium trium palmorum. R. Simeon ben Lakiſch dicit, ex cubito quinque palmorum conſtructam fuiſſe arcam; qui docet ex cubito quinque palmorum, eſt R. Jehuda; Ibi enim legimus; R. Jehuda dicit, cubitum ædificii ſex, & cubitum vaſorum quinque palmorum fuiſſe; & arca erat vas; juxta mentem R. Jehuda hic dicit; in cubito quinque palmorum; erit longitudo arcæ duodecim palmorum cum dimidio; ſcriptum eſt enim;* duos cubitos ac ſemiſſem in longitudine; *cubitum quinque, & cubitum quinque palmorum, & dimidium cubiti duos cum dimidio*. Schilthe Haggibborim cap. LXXII. pag. 72. col. 4. לכן דעו כי האמות שדברו בם רז״ל לא היו לעולם שוות זו לזו כי הנה האמות של מזבח הזהב וקרן והסובב והיסוד היו של חמשה טפחים כדרבי יהודה במנחות פרק שתי הלחם משנה חמשית ואלה נקראו אמות קטנות אמנם אמות בנין הבית ושאר הדברים הקדשים היו של ששה טפחים כדרבי מאיר דהלכתא כותיה ובאלה מדד משה את המשכן ונקראו של משה או אמות בינוניות מפני שהיו במקדש אמות יותר גדולות מאלה אמרו רז״ל במסכת כלים פרק כל כלי בעלי בתים משנה תשיעית ששתי אמות היו על שער מזרחי של הר הבית שעליו שושן הבירה אחת על קרן מזרחית צפונית ואחת על קרן מזרחית דרומית ושעל קרן מזרחית צפונית היתה יתירה על של משה חצי אצבע ושעל קרן מזרחית דרומית היתה יתירה גם כן על האמה שעל קרן מזרחית צפונית חצי אצבע נמצא שזאת הית׳ יתירה על של משה אצבע אחד והאומנין העוסקין במלאכת הבית הגדול והקדוש הזה היו נוטלין תמיד הדברים העושים במלאכה בשל משה ומחזירין באמה הזאת שהיתה יותר גדולה ממנה

ממנה אצבע אחד היינו בדברי' השייכי' לבנין בדק הבית שלא היו גדולי הערך וזה כדי שיוסיפו דבר מה משלהם ולא יבואו לידי מעילה ליהנות מן ההקדש שלא כדת אך צורפי הכסף והזהב היו נוטלין בשל משה ומחזירין באמה היתירה עליה חצי אצבע בלבד כדי שלא יבואו לידי פסידה גדולה אם יהיו מחזירין באמה היתירה אצבע שלם אמנם במדת האמה שקראו אותה בינונית מודדין מקצת הדברים הקדשים כאמור כמו אורך ורחב הבית ומדת רוב הכלים השייכים לתשמישו וגם מודדין בה דברים הרבה של חול. *Sciendum, cubitos, de quibus loquuntur ſapientes noſtri f. m. non fuiſſe inter ſe æquales. Etenim cubiti altaris aurei, & cornu, & ambitus, & fundamenti fuerunt cubiti quinque palmorum, juxta ſententiam R. Jehudæ in cap.* II. Miſ*na 6.* Gemaræ Menachoth; *Et hi vocantur cubiti minores. At cubiti ædificii templi, & ceterarum rerum ſacrarum fuerunt ſex palmorum, juxta opinionem R. Meir; & deciſio eſt juxta ejus mentem. Atque his cubitis menſus eſt Moſe tabernaculum, & vocantur cubiti Moſaici, aut cubiti mediocres, quia in ſanctuario fuerunt his cubiti majores. Dixerunt ſapientes noſtri f. m. in* Maſſeketh Kelim *cap.* XVII. Miſna *9. duos cubitos fuiſſe ſuper porta orientali montis domus, ſuper qua erat Suſan regia, alterum ſuper angulo orientali aquilonari, & alterum ſuper angulo orientali auſtrali; illum qui erat ſuper angulo orientali aquilonari, dimidio digito Moſaicum ſuperaſſe; alterum, qui erat ſuper angulo orientali auſtrali, exceſſiſſe medio digito alterum, qui erat ſuper angulo orientali aquilonari, ita ut integro digito Moſaicum exceſſerit. Artifices occupati in opere hujus Sanctæ & eximiæ domus, ſemper accipiebant ea quæ faciebant cubito Moſaico, & reſtituebant hoc cubito, qui illum uno digito ſuperabat, in rebus pertinentibus ad fiſſuras ædificii inſtaurationis domus, quæ non fuerunt magni pretii; ita ut de ſuo aliquid adderent, ne prævaricationis rei fierent ex re ſacra utilitatem capientes. Verum aurifices & argentifices accipiebant cubito Moſis, & reſtituebant cubito dimidio digito duntaxat ampliore, ne damnum magnum acciperent, ſi redderent cubito integro majore. Cubito vero, qui vocatur mediocris, metiebantur, uti dictum eſt, res quaſdam ſacras, ſc. longitudinem, & latitudinem templi, magnam partem vaſorum, ejuſque utenſilium; eoque etiam demetiebantur multas res profanas* II. omnes cubitos altaris fuiſſe ſex palmorum, exceptis cubitis fundamenti, ambitus, & cornuum, qui quinque tantum palmis conſtabant; *Gemara Babyl. Menachoth* 97. ר' מאיר אומר כל אמות שהיו במקדש בינוניות חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד. R. *Meir dicit; omnes cubitos, qui erant in Sanctuario, fuiſſe mediocres, exceptis cubitis altaris aurei, & cornu, & ambitus, & fundamenti.* Raſchi ad Ezech. XLIII. 13. באמות אמה וטופח באמה בת ששה שהי' אמה וטופח באמ' בת חמשה וחיק האמה אבל היסוד שלו נמדד באמה של חול שהיא בת חמשה חיק וגו' והוא היסוד האמה אמת חול ולא אמה בת ששה וכן שנינו במנחות שהיסוד והסובב והקרנות נמדדין באמה בת חמשה. In cubitis, cubito & palmo, *cubito ſex palmorum, qui conſtabat cubito & palmo; in cubito quinque palmorum;* & in ſinu cubitus; *verum ejus fundamentum menſus eſt cubito communi, qui conſtabat quinque palmis, &c. & hoc erat fundamentum in cubito, in cubito communi, non vero in cubito ſex palmorum; ſicuti legimus in* Menachoth; *quod metiri conſueverint fundamentum, & ambitum cubito quinque palmorum.* Maimonides *Beth Habechira* II. עשר אמות של גובה המזבח מהן באמה בת חמישה טפחים ומהן באמה בת ששה טפחים ושאר כל אמות הבנין באמה בת ששה טפחים. *In decem cubitis altitudinis altaris, alii conſtabant quinque; alii ſex palmis conſtabant; reliqui omnes cubiti ædificii erant ſex palmorum.* III. altare in altitudine decem cubitorum fuiſſe excitatum; quod etiam in altari Moſaico demonſtrare conantur. *Babyl. Sevachim* 59. ר' יהודה שפיר קאמר ר' יוסי ר' יהודה לטעמיה דאמר מזבח שעשה משה גדול היה דתניה חמש אמות ארך וחמש אמות רוחב דברי ככתבן דבר' ר' יוסי ר' יהודה אומר נאמר כאן רבוע ונאמר להלן רבוע מה להלן מאמצעיתו היה מודד אף כאן מאמצעיתו היה מודד והתם מנלן דכתיב וההריאל שתי' עשרה אמה לכל רוח או אינו אלא שתים עשרה על שתים עשרה כשהוא אומר על ארבעת רבעיו מלמד שמאמצע הוא מודד ור' יוסי כי נמר גזירה שוה בגובהה דנמי' דתניא ושלש אמות קומתו דברים ככתבן דר"ר יהודה ר' יוסי אומ' נאמר כאן רבוע ונאמר להלן רבוע מה להלן גבוהו פי שני' כארכו אף כאן פי שנים כארכו אל ר' יהודה והלא כבר נאמר ואת החצר מאה אמה וגו' אי פשר כהן עומר על גבי המזבח ועבודה בידו וכל העם רואים אותו מבחוץ אמר לו ר' יוסי והלא כבר נאמר ואת קלעי' החצר ואת מסך שער החצר אשר על המשכן ועל המזבח מה משכן עשר אמות אף מזבח עשר אמות ואימא קלעים חמש עשרה אמה אל הכתף מה ת"ל חמש אמות משפת מזבח למעלה ומה ת"ל ושלש

אמות קומתו משפת סובב ולמעלה ור' יהודה כי גמיר גזירה שוה ברחבה הוא הוא דגמיר ולר' יהודה הא קא מתחזי כהן נהי דכהן מיתחזי. Recte *R. Jehuda; dicit R. Jose; R. Jebuda juxta rationem ejus dicit; altare quod fecit Mose, erat magnum; dictum est enim* Exod. XXVII. Quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine; *Verba sicut scripta sunt; verba R. Jose; R. Jebuda dicit; dictum est hic;* quadratum, *& dictum illic sc.* Ezech. XLIII. 16. quadratum: *sicut eo loco a medio dimensus est, hic quoque a medio dimensus est; Illic unde pabatur? ex eo quod scriptum est,* & Ariel duodecim cubitorum, *ad singula latera; aut non est intelligendum nisi duodecim cubitorum circumquaque fuisse; Quum vero dicitur;* versus quatuor quadraturas suas; *docetur a medio fuisse dimensum; At R. Jose docet a pari, de altitudine docet, dictum est* enim Exod. *ibid.* Et tres cubitos in altitudine; *verba sicut scripta sunt; verba R. Jebudæ; R. Jose dicit; dictum est hic* quadratum, *& dictum est illic, sc.* Ezech. l. c. quadratum; *sicut eo loci altitudo duplicata juxta ejus longitudinem, hic quoque pariter altitudo duplicata juxta ejus longitudinem; Respondit illi R. Jebuda; nonne dictum est* Exod. *ibid.* Et atrium centum cubitorum? &c. *poterat Sacerdotem stantem in vertice altaris, & ministrantem extrinsecus populus universus intueri? Respondit illi R. Jose; nonne dictum est* Num. IV. 26. Cortinas atrii, & velum in introitu, quod est ante tabernaculum, & altare? *sicut tabernaculum erat decem cubitorum, ita quoque altare erat decem cubitorum; Et dicam; Ibid.* XXXVIII. Cortinas quindecim cubitorum ad latus (sic Hebræus.) *Cur dictum est;* quinque cubitos? *Ab ora altaris & superius; & cur dictum est, & tres* in altitudine? *ab ora ambitus & superius; At R. Jebuda, qui docet a pari, de latitudine docet; & juxta mentem R. Jebudæ, videbatur sc. Sacerdos; videbatur certe* Sacerdos. Raschi ad Exod. XXVII. 1 ועשית את המזבח וגו' ושלש אמות קומתו דברי ככתבן דברי ר' יהודה ר' יוסי אומר נאמר כאן רבוע ונאמר בפנימי רבוע מה להלן גבהו פי שנים כארכו אף כאן גבהו פי שנים כארכו ומה אני מקיים שלש אמות קומתו משפת סובב ולמעלה. Facies altare &c. & tres cubitos in altitudine; *verba sicut scripta sunt; verba R. Jebudæ; R. Jose dicit, dictum est hic* quadratum, *& dictum est ibid.* XXX. *de altari interiori* quadratum; *sicut illic ejus altitudo duplicata juxta ejus longitudinem, hic quoque ejus altitudo duplicata juxta ejus longitudinem; Quomodo ego explicabo,* tres cubitos in altitudine? *ab ora ambitus, & superius.* Maimonides cap. II. 5. *Beth Habbechim.* מזבח שעשה משה ושעשה שלמה ושעשו בני הגולה ושעתיד להעשות כולן עשר אמות גובה כל אחד מהן וזה הכתוב בתורה ושלש אמות קומתו מקום המערכה בלבד. *Altare, quod fecit Mose, quod fecit Salomon, quod fecerunt filii captivitatis, in singulis erat altitudo trium cubitorum; Quod vero scriptum est* Exod. XXVIII. & tres cubitos in altitudine; *de solo pyræ loco intelligendum est.* Ex hac altaris accuratissima dimensione, deprehenditur ejus altitudo fuisse octo & quinquaginta palmorum. *Maimonides* ibidem וגובה כל המזבח שמנה וחמשים טפחים וכך היתה מדתו וצורתו עלה חמש' טפחים וכנס חמשה טפחים זהו יסוד נמצא רוחב שלשים אמה ושני טפחים על רוחב ל' אמה ושני טפחים עלה ל' טפחים וכנס חמשה טפחים זהו סובב נמצא רוחבה שמונה ועשרים אמה וארבעה טפחים על שמונה ועשרים אמה וארבעה טפחים ומקום הקרנות אמה מזה ואמה מזה סביב וכן מקום רגלי הכהנים אמה סביב נמצא מקום המערכה רוחבו עשרים וארבעה אמה וארבעה טפחים על כ"ד אמה וארבעה טפחים גובה כל קרן וקרן חמשה טפחים ורבוע כל קרן אמה על אמה וארבע הקרנות חלולות היו מתוכן וגובה מקום המערכה שמנה עשר טפחים נמצא חצי גובה המזבח בששה טפחים מסוף הסובב ולמטה וחוט של סקרא היה חגור באמצע המזבח להבדיל בין דמים העליונים לדמים התחתנים ונמצא גובהו מן הארץ עד מקום המערכה תשע אמות פחות תפח. *Totius altaris altitudo erat octo & quinquaginta palmorum; & hujusmodi erat mensura & forma, adscendebat quinque palmos, & quinque palmos coarctabatur; hoc erat fundamentum; deprehendebatur ejus latitudo quaquaversum triginta cubitorum, & duorum palmorum; assurgebat triginta palmos, & quinque palmos contrahebatur; hic erat ambitus, deprehendebatur ejus latitudo quaquaversum octo & viginti cubitorum, & quatuor palmorum; & locus cornuum hinc inde cubitum in circuitu occupabat; pariterque locus ambulacri Sacerdotum cubitum in circuitu occupabat; deprehenditur pyræ latitudo fuisse quaquaversum quatuor & viginti cubitorum, & quatuor palmorum; singulorum cornuum altitudo quaquaversum erat quinque palmorum; & quodvis cornu erat quadratum unius cubiti quaquaversum; & quatuor cornua intus vacua erant; & pyræ altitudo erat octodecim*

decim palmorum; deprehendebatur dimidia altaris altitudo fuisse sex palmorum ab termino ambitus & inferius. Et filum rubrum cingebat medium altare, ut fieret discrimen inter sanguines superiores, & inferiores; Hinc deprenditur altaris altitudo ab terra usque ad locum struis fuisse novem cubitorum minus palmo. Quibus si addantur quinque palmi cubiti cornuum, deprehendetur totius altaris altitudo fuisse octo & quinquaginta palmorum. Vide ejus commentar. ad *Middoth* cap. III. ubi hæc ex *Gemara Babylonica Sevachim* accuratius demonstrantur. Quibus sigillatim expensis nunc locus, quem promisi, *Gemaræ Babylonicæ Menachoth 97.* describendus mihi est, in quo altaris dimensiones, præsertim altitudo accuratissime illustrantur. תנן התם ר' מאיר אומר כל אמות שהיו במקדש בינוניות חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד ר' יהודה אומ' אמה בנין ששה טפחים ושל כלים חמשה אמר ר' יוחנן ושניהם מקרא אחד דרשו ואלה מדות המזבח באמות אמה אמה וטופח וחיק אמה ואמה רוחב וגבולה אל שפתה סביב זרת האחד וזה גב המזבח חיק האמה זה יסוד אמה רוחב זה סובב וגבולה אל שפתה סביב זרת האחד אלו קרנות זה גב המזבח זה מזבח הזהב ר' מ' סבר זהו באמה בת חמשה הא כל אמות כלי באמות בת ששה ור' יהודה סבר כזה יהו כל אמות כלים קא ס״ד מסוד ועד סובב באמות בת ה' בגובה ומאי חיק האמה ואמה רוחב הכי קא אמר מחיק האמה ועד רוחב באמה בת חמש גובה המזבח כמה הוי עשר אמות שית בני חמשה וארבעי בני שיתא שיתא מזבח כמה גבוה חמשין וארבעה פלגי' דמזבח כמה הוי עשר ושבעה מקרנות ועד סובב כמה הוי עשרין וארבעה כמה בציר לפלגיה דמזבח תלתא ותנן חוט של סקרא חוגרו באמצע להבדיל בין הדמים העליונים למרים התחתונים אלא הא דתניא גבי עולות העוף היה עולה בכבש ופנה לסובב ובא לו לקרן דרומית ומולק את ראשה ממול ערפה ומבדיל ומוצה את דמה על קיר המזבח ואם עשה למטה מרגליו אפילו אמה אחת כשירה הא קא יהיב עליונה למטה משני טפחים אלה חיק האמה כנסה אמה רחב כנסה גבולה אל שפתה סביב כנסה מזבח כמה הוה ליה שיתין פלגיה דמזבח כמה הוי תלתין מקרנות ועד סובב כמה הוי עשרים וארבע כמה בציר לפלגיה דמזבח ששה ונתן אם עשאה למטה מרגליו אפילו אמה אחת כשירה במאי אוקימתא בכונסה מימצית מוקמת לה בכנס' והא תנן מזבח היה ל״ב על ל״ב עלה אמה וכנס אמה זהו יסוד נמצא ל' על ל' ושני טפחים הוי ותו עלה חמש וכנס אמה זהו סובב נמצח כ״ח על כ״ח וארבע טפחים הוי וכי תימא כיון דלא הוי אמה לא חשיב לי' מקום קרנות אמה מזה ואמה מזה נמצא כ״ו על כ״ו עשרים ושבע הוו לא דק מקום הילוך רגלי כהנים אמה מזה ואמה מזה נמצה כ״ד על כ״ד מקום המערכה כ״ה הואי וכי תימא הכא נמי לא דק והא כתיב וההריאל שתים עשרה אורך בשתים עשרה רחב רבוע יכול שאינו אלא שתים עשרה על שתים עשרה כשהוא אומר על ארבעת רבעיו מלמד שבאמצע הוא מודד שתים עשרה אמה לכל רוח ורוח וכי תימא שית מיניהו מעי קרא באמה בת חמשה מייתי להו אם כן רוחא לה' עזרה היתה ארך מאה ושמוני' ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש ממזר' למערב מאה שמונים ושבע מקום דריסת רגלי ישראל אחת עשרה אמה ומקום דריסת רגלי הכהנים אחת עשרה אמה המזבח ל״ב בין אולם ולמזבח עשרים ושתים אמה ההיכל מאה אמה אחת עשרה אמה אחורי בית הכפורת אלא חיק הא מה בגובהה אמה רוחב כנסה גבולה אל שפתה לא שנא הכי ולא שנא הכי מזבח כמה הוי חמשים ותמניא פלגיה דמזבח כמה הוי עשרים ותשעה מקרנות ועד סובב כמה הוי עשרים ותלתא כמה בציר לפלגיה דמזבח שיתא ותנן אם עשאה למטה מרגליו אפילו אמה אחרת כשירה דיקא נמי דכתיב חיק האמה ואמה רוחב שמע מינה וכמה אמה בינונית א״ר יוחנן ששה טפחים א״ר יוסי בר אבין אף אנן נמי תנינא. *Docemur eo loco; R. Meir dicit, omnes cubitos, qui fuerunt in Sanctuario, fuisse mediocres, exceptis cubitis altaris aurei, & cornu, & ambitus, & fundamenti; R. Jehuda dicit, cubitum ædificii fuisse sex, & cubitum vasorum quinque palmorum. Dicit R. Jochaan, utrumque unum eumdemque textum interpretari;* Hæ sunt mensuræ altaris in cubitis, cubito, & palmo, & sinus cubiti, & latitudo cubiti, & terminus ejus ad labium ejus circum unius spithamæ; & hæc est altitudo altaris; sinus cubiti, *hoc est fundamentum*, latitudo cubiti, *hic est ambitus*, & terminus ejus ad labium ejus circum unius spithamę, *hæc sunt cornua*; hæc altitudo altaris; *hoc est altare aureum; R. Meir putat, cubito quinque palmorum; ecce omnes cubiti vasorum in cubito sex palmorum; at R. Jebuda putat omnes cubitos vasorum fuisse huic similes; Credisne a basi usque ad ambitum cubito quinque palmorum in altitudine? quid significat si*nus cubiti, & cubiti latitudo? *Hoc significat, ab sinu cubitus, & usque ad latitudinem cubito quinque palmorum. Altitudo altaris quanta erat? decem cubitorum, sex, qui constabant quinqupalmis, & quatuor, qui erant sex palmorum. Altitudo altaris quanta erat? quatuor & quinquaginta palmorum. Medium altare quantum erat? septemdecim;*

cim; a cornibus, & usque ad ambitum quantum erat? viginti quatuor. Quantum deerat ad dimidium altare? tres; nonne traditum est filo rubro cinxerunt medium altare, ut discrimen fieret inter sanguines superiores & inferiores; verum ecce traditio de holocaustis volucris, ascendebat collem, & se convertebat ad ambitum, & veniebat ad cornu australe & e regione cervicis unguesecabat caput & separabat, & exprimebat sanguinem ad parietem altaris; & si infra pedes suos vel cubito operatus esset, legitimum erat; ubi adspergit superiorem? infra duos palmos; verum sinus cubiti, *erat retractio*, cubiti latitudo *erat retractio*, terminus ejus ad labium ejus circum, *erat retractio; Altare quantum erat? sexaginta; medium altare quantum erat? triginta; a cornibus usque ad ambitum quantum erat? quatuor & viginti; quantum deerat ad medium altare? sex; nonne docetur. Si operatus fuerit infra pedes suos vel cubito, legitimum est. Quonam modo constitues? in retractione. Quo pacto poteris constituere in retractione? nonne traditum est? Altare patebat quaquaversum duos & triginta cubitos; assurgebat cubitum, & contrahebatur cubitum; & hoc erat fundamentum; deprehendebatur quaquaversum triginta cubitorum, & duorum palmorum, assurgebat quinque cubitos, & contrahebatur cubitum, hic erat ambitus, deprehendebatur quaquaversum octo & viginti cubitorum, & quatuor palmorum; dicesne quoniam non erat integer cubitus, non fuisse recensitum? locus cornuum patebat hinc inde cubitum, deprehendebatur quaquaversum fuisse sex & viginti cubitorum; at septem & viginti erant; non est consideratus locus ambulacri sacerdotum, qui patebat hinc inde cubitum; deprehendebatur fuisse quaquaversum quatuor & viginti cubitorum locus pyræ; quinque & viginti erant; dicesne hic quoque non fuisse consideratum? nonne scriptum est?* Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadratum; *crederem non fuisse nisi tantum duodecim cubitorum quaquaversum; quum vero dicitur;* versus quatuor quadraturas suas; *docetur, a medio fuisse mensum duodecim cubitos ad singula latera; dicesne sex ex istis a principio fuisse quinque palmorum? atrium erit latius Traditio extat. Longitudo atrii erat* 187. *cubitorum in latitudine* 135. *ab oriente ad occidentem,* 187. *locus ambulacri Israelitarum* 11. *pariterque* 11. *locus ambulacri Sacerdotum; altare erat* 32. *inter vestibulum & altare spatium* 22. *cubitorum; templum erat* 100. *cubitorum; locus post propitiatorium erat* 11. *Verum sinus cubiti in altitudine, cubiti latitudo, retractio; terminus ejus ad labium ejus circum; Vel hoc vel illo modo, non est discrimen. Altare quantum erat? octo & quinquaginta palmorum; medium altare quantum erat? novem & viginti; a cornibus ad ambitum quantum erat? trium & viginti. Quantum deerat ad medium altare? sex; nonne traditum est? si operatus fuerit infra suos pedes, vel unum cubitum, legitimum est. Præcise etiam scriptum est;* sinus cubiti, & cubiti latitudo; *hinc intelligitur. At quantus erat cubitus? mediocris; Dicit R. Jochanan cubitum sex palmorum fuisse; dicit R. Jose bar Abin, nos quoque ita docemus: Raschi* pariter ex hoc loco Ezechielis pene integrum altare domus secundę demonstrare conatur in suo ad c. l. commentario.

זאלה מדות המזבח שמפרש למטן ארבע עשרה ארוך בארבע עשרה רוחב באמות אמה וטופח באמה בת ששה שהי׳ אמה וטופח באמה בת חמשה וחיק האמה אבל היסוד שלו נמדד באמה של חול שהיא בת המשה והוא היסוד האמה אמת חול ולא אמה וטופח שהיא אמה בת ששה וכן שנינו במנחות שהיסוד והסובב והקרנות נמדדין באמה בת חמשה וחיק האמה זה יסוד ואמה רוחב זה הסובב וגבולה אל שפתה סביב זרת האחד אלו הקרנות זרת אחד מאמצעיתו מודדו זרת לכל רוח הרי אמה על אמה וזה גב המזבח ובאמה זו היה נמדד גב מזבח הזהב אמה ארכו ואמה רחבו רבוע כך מפורש בערובין ובמנחות מפורש יותר לפי החשבון חיק האמה בגובהה עלה אמה ואמה רחב כנסה כניסת הסובב אמה בת חמשה אבל עלייתו ששנינו עלה חמש וכנס אמה אינו באמה בת חמשה וגבולה אל שפתה הקרנות בין לרחבן בין לגובהן באמה בת חמשה ומחיק הארץ מן היסוד מקרקע הארץ עד עזרה התחתונה עד גג מלבן הראשון שתים אמות ולא היה כן בבית עולמים שם שנינו מביא מלבן של ל״ב על ל״ב וגובהו אמה וכאן גובהו שתים ורחב אמה אחד כשהניח מלבן השני עליו היה מלבן השני ל׳ על ל׳ נמצא כניסה סביב סביב רחב אמה והוא היסוד הרי עלה שתים וכנס אמה והוא היסוד י״ת עזרה מסתמתא לשון רצפה שהיה ממלא את המלבן חלוקי אבני׳ וזפת וסיד וקוניא וממחה ושופך ומחליקו למעלה והריהוא כמין רצפה ומהעזרה הקטנה עד העזרה הגדולה ארבע אמות מגג מלבן התחתון עד גג מלבן שעליו ארבע אמות גובה ורחב האמה היא כניסת הסובב עלה ארבע וכנס אמה זהו סובב והתחתון קורא קטנה לפי שאין גובהו אלא שתים והעליון גובהו ארבע וההראל הוא גובה גג המזבח מן הסובב ולמעלה ובבית עולמים לא היה אלא

אלא שלש וי"ת אף הוא ומדבחא ארבעא אמין והאריאל שתים עשרה אורך מקום המערכה היה כ"ד על כ"ד וזהו שתים עשרה בשתים עשרה על ארבעת רבעיו שמאמצעיתו הוא מודד שתים עשרה לכל רוח הרי כ"ד על כ"ד כך מפורש בזבחי' וכן שנינו במסכת מדות המזבח היה ל"ב על ל"ב עלה אמה וכנס אמה זה היסוד נמצא ל' על ל' עלה חמש וכנס אמה זה הסובב נמצא כ"ח על כ"ח מקום הקרנות אמה מזה ואמה מזה נמצה כ"ו על כ"ו מקום הולך רגלי הכהנים אמה מזה ואמה מזה נמצה כ"ד על כ"ד מקום המערכה והעזרה ארבע עשרה אורך גג המזבח עם מקום רגלי הכהנים כ"ח על כ"ח וארבע עשרה האמורים כאן מאמצעיתו מודד כמו שמפורש על ארבעת רבעיו והגבול סביב אותה י"ת גדנפא ורבותינו פרשוהו על הקרנות חצי האמה מאמצעיתו מודה נמצא אמה על אמה והחיק לה אמה זו כניס' היסוד. Hæ ſunt menſuræ altaris, *quæ infra explicantur*, quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuor decim cubitos latitudinis; in cubitis, cubito & palmo, *in cubito ſex palmorum qui conſtabat cubito & palmo, in cubito quinque palmorum*; & ſinus cubiti; *& fundamentum menſus eſt cubito communi qui erat quinqne palmorum: Et hæc erat baſis; cubito, cubito communi, non cubito & palmo, qui erat cubitus ſex palmorum; atque ita legimus in* Gemara Menachoth; *baſis, & ambitus, & cornua menſurantur cubito quinque palmorum*; & ſinus cubiti; *hoc erat fundamentum*; & cubiti latitudo; *hic erat ambitus*; & definitio ejus uſque ad labium ejus, in circuitu palmi unius; *hæc ſunt cornua, quæ erant unius ſpithamæ; ab ejus medio menſus eſt ſpithamam ad ſingula latera; ecce cubitus quaquaverſum*; hęc erat altitudo altaris; *& hoc cubito menſus eſt verticem altaris aurei, quod habebat cubitum longitudinis, & alterum latitudinis quadrangulum; ſic explicatur in* Gemara Erubhim, *& uberius in* Menachoth *explanatur juxta computum*; ſinus cubiti *in altitudine aſſurgebat cubitum*; & cubiti latitudo, *contrahebatur rectractio ambitus cubitum quinque palmorum; verum de illo legimus; aſſurgebat quinque cubitos, & contrahebatur cubitum, non in cubito quinque palmorum*. Et definitio ejus uſque ad labium ejus; *Cornua tam in latitudine quam in altitudine conſtabant cubito quinque palmorum*. Et a ſinu terræ; *a fundamento, ab ſolo terræ*; uſque ad crepidinem inferiorem, *uſque ad tectum primæ formæ*; duo cubiti; *non ita ſe res habebat in domo ſeculorum; de qua legimus, afferebatur forma patens duos & triginta cubitos quaquaverſum, & cubitum in altitudine; at in hoc loco altitudo erat duorum cubitorum, & latitudo cubiti unius; poſt impoſitam illi formam ſecundam, forma ſecunda patebat quaquaverſum triginta cubitos, deprehendebatur ejus retractionis circum circa latitudo fuiſſe unius cubiti, & hoc erat fundamentum; & aſſurgebat duos cubitos, & contrahebatur cubitum, & hoc erat fundamentum*; Jonathan עזרה *interpretatur* מסתמתא *in ſignificatione ſtrati, pavimenti, eo quod impleretur forma recentibus lapidibus, & pice, & plumbo liquefacto, & infundebatur, & erat inſtar ſtrati*, & a crepidine minore uſque ad majorem quatuor cubiti; *ab tecto formæ inferioris uſque ad tectum formæ ſuperioris erat altitudo quatuor cubitorum*; & latitudo cubiti unius; *erat retractio ambitus, qui quatuor cubitos aſſurgebat, & cubitum contrahebatur; hic erat ambitus; & inferiorem vocavit minorem, quia ejus altitudo non erat niſi duorum cubitorum, & altitudo ſuperioris erat quatuor cubitorum*. Et Ariel; *hæc erat altitudo tecti altaris, ab ambitu & ſuperius; at in domo ſeculorum non erat niſi trium cubitorum*; Jonathan *quoque interpretatur*; & altare erat quatuor cubitorum; & Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis; *locus pyræ patebat quaquaverſum quatuor & viginti cubitos; at hæc quaquaverſum erat duodecim cubitorum*; verſus quatuor quadraturas ſuas; *ab medio menſus eſt duodecim cubitos ad ſingula latera, ecce erat quatuor & viginti cubitorum quaquaverſum; Hoc modo explicatur in* Gemara Sevachim; *atque ita legimus in tractatu* Middoth; *Altare erat 32. cubitorum quaquaverſum, aſſurgebat cubitum, & contrahebatur cubitum; hoc erat fundamentum; deprehendebatur quaquaverſum fuiſſe 30. aſſurgebat quinque cubitos, & retrahebatur cubitum; hic erat ambitus; deprehendebatur quaquaverſum 28. potuiſſe; Locus cornuum occupabat cubitum hinc, & illinc cubitum; deprehendebatur quaquaverſum 26. fuiſſe; locus ambulacri ſacerdotum occupabat hinc cubitum, & illinc cubitum, deprehendebatur locus pyræ 24. quaquaverſum patuiſſe*. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis; *Tectum altaris cum loco cornuum, & cum ſpatio ambulacri ſacerdotum erat 28. tubitorum quaquaverſum; & quatuordecim cubitos hic commemoratos ab medio dimenſus eſt, ut explicatur*; verſus quatuor quadraturas ſuas; & corona in circuitu ejus, Jonatham inter-

interpretatur peripheriam ; *& sapientes nostri explicant de cornibus*: dimidii cubiti, *ab medio mensus est*; *deprebenditur cubitus quaquaversum ;* & sinus ejus unius cubiti ; *bæc erat retractio fundamenti*. Lector, vel me tacente, ex hac descriptione judicare poterit, non describi in hac *Ezechielis* ara dimensiones altaris domus secundæ, ut optime observat *Kimchius* in suo commentario ad h. l.

ואלה מדות המזבח רז״ל פירשו הפיסוק כן וחיק האמה זה יסוד ואמה רוחב זה סובב וגבולה אל שפתה סביב זרת האחד אלו הקרנות וזה גב המזבח זה מזבח הזהב יונתן תרעם ואילן משחת מדבחא באמיא באמתא דהיא אמא ופשך ותשויתא אמתא ואמתא פותיא וגדנפא מקף לה על סיפתיה סחור סחור זרתא חדא ודין טיקום מדבחא ובמסכת מדות שנינו המזבח היה לב׳ על לב׳ עלה אמה ונכנס אמה זהו יסוד נמצא ל׳ על ל׳ עלה חמש ונכנס אמה זהו סובב נמצא כ״ח על כ״ח עלה שלש וכנס אמה זהו מקום קרנות אמה מזה ואמה מזה נמצא כ״ו על כ״ו זהו מקום הלוך רגלי הכהנים אמה מזה ואמה מזה נמצא כ״ד על כ״ד זהו מקום המערכה אמר ר׳ יוסי מתחילה היה כ״ח על כ״ח וכונס ועולה במדה זו עד שנמצא מקום המערכה כ׳ על כ׳ וכשעלו בני הגולה הוסיפו עליו ארבע אמות מן הצפון וארבע אמות מן המערב כמין גמא שנ׳ והאריאל שתים עשרה ארך בשתים עשרה רחב רבוע יכול שאינו אלא י״ב על י״ב כשהוא אומר על ארבעת רבעיו מלמד שמן האמצע הוא מודד שתים עשרה אמה לכל רוח הנה תראה כי רז״ל פירשו כי מדות זה המזבח הם מדות מזבח בית שני ודעת יונתן אינו כדעתם כמו שתראה ונוכל לפרש כי מדה אחרת יהיה למזבח העדית ואמר ואלה מדות המזבח כמו שאומר והולך עד ויאמר אלי בן אדם ופירוש באמות בהאמות היודעות בנבואה זו שכל אמה מהם אמה וטופח שהם ששה טפחים כי אמה בסתם בת חמשה טפחים וזאת המדה היתה בת ששה טפחים וכן אמר בתחילת נבואה זו שש אמות באמה וטופח כמו שפירשנו וחיק האמה ואמה רחב באמצע המזבח היה גובה אמה ורחב אמה והוא מקום המערכה וגבולה אל שפתה סביב זרת האחד גבול האמה היה גבוה זרת אחד ופירוש וגבלה מסגרת כמושתרגם יונתן גדנפא וזה גב המזבח זה שספר הוא גב המזבח שהוא מקום המערכה שהיה גבוה על המזבח אמה לפיכך קראו גב ומחיך הארץ מאמצע הארץ וגו׳ העזרה העליונה לתחתונה שהמזבח היה בנתים ומקום מעמד הכהנים המקריבים על המזבח קורא עזרה כמו שקרא גם כן מקום מעמד ישראל עזרה והעליונה היה מהמזבח כלפי אולם והתחתונה מהמזבח כלפי מזרח ואמר שמאמצע הארץ שהוא מקום המזבח עד העזרה התחתונה שתים אמות ר״ל באורך ורוחב אמה אחת ומהעזרה הקטנה עד העזרה הגדולה ארבע אמות ורחב האמה לא ידענו איזו מן העזרות קורא קטנה העליונה או התחתונה ואיזו מהן קורא גדולה מכל מקום אמר כי מזו לזו היו ארבע אמות והוא מקום המזבח שנ׳ עליו ההריאל וגו׳ והעזרה ארבע עשרה ארך לא ידענו על אי זו עזרה אמר על הגדולה או על הקטנה והגבול כמו שפירשנו מסגרת וכמו שתי׳ גדנפא חצי האמה חצי אמה גובה המסגרת שהיה לה לעזרה סביב והחיק לה אמה סביב לא ידענו . היה משמש וה החיק בעזרה מה

Et hæ sunt mensuræ altaris. *Sapientes nostri f. m. hunc textum ita explicant ;* & sinus cubiti ; *hoc est fundamentum*, & cubiti latitudo, *hic est ambitus ;* & terminus ejus ad labium ejus circum unius spithamæ ; *hæc sunt cornua* , & hæc altaris eminentia ; *hoc est altare aureum* . Jonathan *interpretatur* ; *& hæ sunt mensuræ altaris in cubitis, in cubito, qui habet cubitum & palmum, & fundamentum ejus cubiti unius, & cubiti altitudo; & clausura ejus in circuitu super labium ejus circumquaque spithamæ unius; & ista est compositio altaris . Verum in tractatu* Middoth *hæc legimus. Altare erat* 32. *cubitorum circumquaque, assurgebat cubitum, & contrahebatur cubitum ; hoc erat fundamentum ; deprehenditur esse* 30. *cubitorum quaquaversum ; assurgebat quinque cubitos, & contrahebatur cubitum ; hic erat ambitus ; deprehendebatur* 28. *cubitorum quaquaversum ; assurgebat tres cubitos , & contrahebatur cubitum ; hic erat locus cornuum, qui hinc inde cubitum occupabat ; deprehendebatur quaquaversum* 26. *cubitorum ; hic erat locus ambulacri sacerdotum, qui hinc inde cubitum occupabat ; deprehendebatur quaquaversum* 24. *cubitorum ; & hic erat locus pyræ . Dicit R. Jose, a principio erat* 28. *cubitorum quaquaversum, & contrahebatur, & assurgebat juxta hanc mensuram : ut deprehenderetur locus pyræ circumquaque* 20. *cubitos patuisse ; Quando vero adscenderunt filii captivitatis, illi addiderunt quatuor cubitos ab aquilone, & quatuor ab occidente instar Gamma ; Dictum est enim ;* & Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis , quadratum; *crederem non patuisse nisi duodecim cubitos circumquaque ; Quum vero dicitur ;* versus quatuor quadraturas suas ; *docetur ab medio fuisse dimensum duodecim cubitos ad singula latera ; Hinc demonstratur, quod Sapientes nostri f. m. sint interpretati hujus altaris dimensiones fuisse mensuras altaris domus secundæ ; at sententia* Jonathanis *non convenit cum eorum opinione, uti demonstra-*

ſtratum eſt; *& explicari poteſt*, *quod alia menſura fuerit pro altari futuro*. *Et dictum eſt*; Et hę ſunt menſuræ altaris; *ſicuti dictum eſt*; *& venit uſque ad verſ.* & dixit mihi; fili hominis; *& explicatur in cubitis in hac prophetia cognitis*; *eo quod quiſque cubitus ex his conſtet cubito & palmo*, *i. e. ſex palmis*; *ſimiliter dicitur in principio hujus prophetiæ*; ſex cubiti in cubito & palmo, *uti explicavimus*; & ſinus cubiti, & cubiti latitudo; *in medio altari erat altitudo cubiti*, *& latitudo cubiti*; *& hic erat locus pyræ*; & terminus ejus ad labium ejus in circuitu unius ſpithamę; *terminus cubiti erat altus unam ſpithamam*; *& explicatur*; & terminus ejus *clauſura*, *ſicut interpretatur* Jonathan נדנפא *clauſura*; & hæc erat eminentia altaris; *hæc*, *quam dixit*, *erat eminentia altaris*, *qui erat locus pyræ*, *quæ cubitum ſuper altare eminebat*; *ideoque appellatur* גב *eminentia*. Et a ſinu terrę *a medio terræ &c.* Ab atrio ſuperiori ad inferius; *etenim altare inter ea ſitum erat*, *& locum*, *ubi ſtabant offerentes ſacerdotes*, *appellat atrium*, *ſicut pariter atrium appellavit locum*, *ubi ſtabant Iſraelitæ*, *& ſuperius erat ab altari verſus veſtibulum*, *& inferius ab altari verſus plagam auſtralem*, *& dicitur*, *quod in medio terræ eſſet ſitus altaris*, uſque ad atrium inferius cubiti, *i. e. in longitudine & latitudine unius cubiti*, & ab atrio minori uſque ad atrium majus quatuor cubiti, & latitudo cubiti; *ignoramus quodnam ex atriis appellet majus*, *aut minus*, *ſuperiuſne an inferius*, *& quodnam ex iis appellet majus*; *ſemper dicit*, *quod ex hoc ad illud eſſent quatuor cubiti*; *& iſte erat locus altaris*; *dictum eſt enim de illo Ariel*. *&c.* & atrium quatuordecim longitudinis; *ignoramus*, *de quonam atrio loquatur*, *de majorine an de minori*; & terminus; *ſicut expoſuimus*; clauſura, *& ſicut* Jonathan *interpretatur*, נדנפא clauſura; dimidii cubiti; *dimidii cubiti altitudo clauſuræ*, *quæ inerat atrio in circuitu*; & ſinus ei cubiti circum; *ignoramus cui uſui eſſet hic ſinus in atrio*. Integrum hunc commentarium deſcribendum putavi, ut inoteſceret quantum in hoc textu explanando ab reliquis Judæis interpretibus diſſentiat *Kimchius*, qui putarit in hoc loco non definiri menſuras altaris domus ſecundæ, ſed aræ futuræ, quam fruſtra adhuc expectant Judæi. Reliquum eſt ut de Ariel aliquid dicamus; hoc nomine enim pyra inſignita eſt; *de qua Kimchius* loco citato hæc commentatur. וההראל ארבע אמורת זה שטח מלמטה על הארץ ה אמות בארץ וברוחב וכן בגובה והוא הנקרא הראל כלומר בית אל לפי שהיו עובדים בכל מקום לאלהים אחרי׳ על ההרים הגבוהים וזה שהיה הראל לא היה גבהו אלא ד׳ אמורת לפיכך אמר ד׳ אמורת בסתם וכולל לטעתו וגבוהו ובסוף ארבע אמורת בגובה היה מתרחב המזבח והיו יוצאין אבני המזבח לחוץ ואותו המקום הוא הנקרא אריאל ואמרו רז״ל כי נקרא הראל כלומר ביתאל לפי שהאש הקודש היורדת מן השמים היתה רבוצ׳ בו כארי וזה המקום שנקרא אריאל היו שתים עשרה ארך בשתים עשרה רחב רבוע אל ארבעת רבעיו וממנו ולמעלה היו ארבע הקרנורת ומדרת המקום המערכה זכר למעלה וההריאל מביאר הוא ומה אראיל וכן והאראיל כתיב ביו״ד בין האלף והלמד וקרי היו״ד בין הר״ש והאלף והענין אחד Et Ariel cubitorum quatuor; *Hoc erat ſpatium quod in terra occupabat*; cubitorum quatuor *in longitudine*, *in latitudine*, *& in altitudine*; *& vocabatur* הראל Arel, *i. e. domus Dei*; *quia Idololatræ ſerviebant Diis alienis ſuper montibus editiſſimis*; *at hujus*, *quod erat Ariel*, *erat altitudo quatuor cubitorum duntaxat*, *ideoque dixit quatuor cubitos ſimpliciter*, *ut comprehenderetur etiam juxta loquendi modum ejus altitudo*; *& in fine quatuor cubitos dilatabatur altare*; *& prominebant lapides altaris extrinſecus*, *& hic locus vocabatur Ariel*; *verum ſapientes noſtri f. m. dixerunt*; *quod ea de cauſa vocaretur Ariel altare*, *quia ignis ſanctus*, *qui deſcendit de cœlo*, *recubabat in eo quaſi leo*; *& hic locus*, *qui vocabatur Ariel*, *erat duodecim cubitorum in longitudine*, *totidemque in latitudine quadratus*, *verſus quatuor quadraturas*; *& ex eo ad partem ſuperiorem erant quatuor cornua*; *& de menſura loci pyre jam ſupra mentio facta eſt*. והאראיל ומהאראיל וההראל, *pariterque ſcribitur cum Jod inter Aleph & Lamed & legitur Jod inter Reſc & Aleph*; *ſunt omnia ex eadem radice*, *aut ſpecie*. *Abarbanel* ad h. l. *Ezechielis*, *qui* Ariel interpretatur הר אל *i. e. montem Dei*, idem ſentit cum *Kimchio* ובסוף הד׳ אמורת בגובה״ היה מתחרב המזבח והיו יוצאים אבני המזבח לחוץ ואותו המקום בייחד הוא הנקרא אריאל. *Et in fine quatuor cubitorum altare dilatabatur*, *atque prominebant lapides altaris*; *& hic locus ſingulariter Ariel appellabatur*. Hieroſolyma quoque hoc nomine propter altare celebrata eſt; Viri, qui robare & virtute præſtabant, hoc etiam nomine inſigniebantur. 2. *Sam.* XXIII. 20. *Benaja percuſſit duos* אריאל *valentiſſimos*. *Eſdr.* XXXIII. 7. הן אראלם צעקו׳. *ecce valentiſſimi eorum clamabant*.

bant. Angeli quoque hoc nomine appellati sunt; *Gemara Chetuboth* cap. III.3. אראלים ומצוקי׳ אחזו בארון הקודש נצאו אראלי; *Angeli & sancti viri apprehenderunt arcam sanctam, sed victoriam reportarunt Angeli*.

Erant præterea in vertice altaris duo simpula, in quorum altero vinum, in altero aqua libabatur. *Tosaphta Suca* III.7. שני ספלים של בסף היו בראשו של מזבח אחד של מים ואחד של יין מערבי של מים לומזרחי של יין עירה של מים בתוך של יין או של יין בתוך של מים יצא ר׳ יהודה אומר של סיד היו אלא שהיו משחירין מפני היין ומנוקבין כמין שני חוטמין דקין שבהן יורדי׳ לשיתין שבנאו משבנה שלמ׳ את ההיכל הן יורדין לשית ומבקעין אותו ונבלעין בתוכו שנ׳ בקודש הסך שעשה לו המקום שיבלע בקדושה ר׳ יוסי אומר שית היה נקוב לתהום שנ׳ אשיר׳ נא לידידי שירת דודי לכרמי וגו׳ ויעזקהו ויסקלהו ויטעהו שורק ויבן מגדל בתוכו זה היכל יקב חצבבו זה מזבח וגם יקב חצבבו זה השית. *Duo simpula argentea erant in vertice altaris, unum aquæ, & alterum vini, occidentale erat aquæ, & orientale vini. Si quis aquam in vinum, aut vinum in aquam effudisset, officio functus erat; R. Jebuda dicit ex calce fuisse confecta, eo quod vini causa nigrescerent, & perforata erant instar duorum tenuium nasorum, per quos defluebant in Scithin, quem exstruxit Salomon quando condidit templum; hæc descendebant in Scith, & findebant, & in ipso absorbebantur, sicut scriptum est* Num. XXVIII. 7. & libabitis in sanctitate; *exstruxit illi locum, ut in sanctitate absorberetur. R. Jose dicit; Scith perforatus erat, & descendebat in abyssum; dictum est enim* Isai. V. I. Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei pro vinea mea &c. & sepivit eam, & lapides ab ea removit, & plantavit eam electam, & ædificavit turrim in medio ejus; *hoc est templum*; & torcular extruxit in ea; *hoc est altare*; atque etiam torcular excidit in ea; *bic est Scith*. Raschi ad *Suca* IV. 9. חוטם אחד בספל ונקב אחד בחוטמו והכהן מערה בפי הספלים והנסכים מקלחין ויורדין דרך החוטמין על גבהמזבח ובמזבח היה נקב שבו המים והיין יורדין לשיתי של מזבח שהיו נקין ובים וחלולים מאד. *Unus nasus erat in simpulo, & unum foramen in suo naso; & Sacerdos effundebat in orificium simpulorum, & libamina defluentia per nasos descendebant in superficiem altaris, ubi foramen erat, per quod aqua & vinum descendebant in Scith altaris, qui erat excavatus & valde profundus*. Raschi *iterum ad* Exod. XXIX. 40. ונסך לפסלים כמו ששנינו במסכת סוכה שני ספלים של כסף היו בראש המזבח ומנוקבי׳ כמין שני חוטמים דקים נותן היין לתוכו והוא מקלח ויוצא דרך החוטם ונופל על גג המזבח ומשם יורד לשיתין במזבח בית עולמים ובמזבח הנחושת יורד מן המזבח לארץ. *Et libatio fiebat in simpulis, uti legimus in tractatu* Suca; *duo simpula argentea erant in vertice altaris perforata instar duorum nasorum tenuium; vinum fundebatur in simpulum, & hoc projicit vinum, & defluit per nasum, & cadit in superficiem altaris, & inde descendit in Scithin in altari domus seculorum; & in altari æneo defluebat ex altari in terram*. Aliter sentit *Maimonides & Maase Hakarb.* qui putat vinum post libationem factam in altari. effusum fuisse super ejus fundamentum. יתנסך היין על המזבח ואין נותנין אותו על האש אלא מגביה ידו ויצק על היסוך והוא יורד לשיתין *Libatur vinuum super altare, neque super ignem adspergebatur; sed libans manum extollit, atque super fundamentum effundit, ut in Scithin descendat*. Qua de causa merito in hoc loco mihi videtur ab *R. Abrahamo ben David* reprehensus, qui scribit לא היה יוצק על היסוד אלא נספל של יין שהיה בקרן מערבית דרומית עם ספל של מים של ניסך המים בחג. *Non effundit* (vinum) *super fundamentum, sed in simpulum vinarium, quod erat in cornu occidentali australi una cum simpulo aquæ, quæ in festo Tabernaculorum libabatur*. In cornu australi occidentali hæc duo simpula necessario statuenda sunt, quia in eo spatio ab omnibus asseritur aquam & vinum libata fuisse. Misna *Sevachim* VI. 2. חטאת העוף היתה נעשית על קרן דרומית מערבית בבל מקום היתה כשרה אלא שזה היה מקומה שלשה דברים היתה אותה הקרן משמשת מלמטן ושלשה מלמעלן חטאת העוף וההנשות ושרי הדם מלמעלן ניסוך המים והיין ועולת העוף כשהיא רבה במזרח. *Sacrificium pro peccato volucris factum est super cornu australe occidentale; in omni loco legitimum erat; sed hic tamen fuit locus ejus. Tria sunt, quibus hoc cornu deorsum inserviit, & tria; quibus sursum; Quibus deorsum, erat sacrificium pro peccato volucris, & munerum admotiones, & sanguinis reliquiæ. Quibus sursum; libamen aquarum, vini, & holocaustum avis, tum quum in austro multa erant*. Maimonides Maase Hakorb. VII. 10. שלשה דברים היתה קרן דרומית מערבית משמשת למעלה ושלשה למטה מלמטה חטאת העוף והגשת המנחות ושירי הדם של עולות וחטאות הנאכלות ואשמות ושלמים ששופכין עליה זה שלשה של מעלה ניסוך המים שמנסכין בחג וניסוך היין של נסכים ועולות העוף בזמן שהוא רבה

רבה ואם אין קרן דרומית מזרחית מכילה אותה נפנין לקרן דרומית מערבירת ועושה אותה שם. *Tribus rebus ſupra, & tribus infra uſum præbebat cornu auſtrale occidentale; quibus deorſum; erant ſacrificium pro peccato volucris,* & *munerum ad motio, & reliquiæ ſanguinis holocauſtorum, & ſacrificiorum pro paccato comedendorum, & hoſtiarum pro delicto, & pacificorum, quæ ſuper illud effundebantur; Quibus ſurſum, erant libatio aquarum, quæ libabatur in feſto Tabernaculorum, & vinum libaminum, & holocauſta volucris, quando ſunt multa; quæ ſi cornu auſtro-orientale capere non poterat; Sacerdotes ſe convertebant ad cornu auſtro-occidentale, ibique offerebant.* Qui in altare conſcendebunt aquam & vinum libaturi ad ſiniſtram ſe convertebant, non autem ad dextram, ut in ceteris miniſteriis fieri conſuevit. *Toſaphta Hakorb.* VII. 6. כל העולין למזבח עולין למזרח ויורדין במערב בימין ויורדין בשמאל חוץ מניסוך המים והיין ועולרת העוף העולין במערב ויורדין במערב ויורדין בימין. *Omnes in altare adſcendentes, ad orientem adſcendebant, & in occidente deſcendebant, adſcendebant ad dextram, & deſcendebant ad ſiniſtram; excepta libatione aquarum & vini & holocauſto volucris, in quibus in occidente adſcendebant, & in occidente & ad dextram deſcendebant; Maimonides* ibidem, qui ritus hujus cauſam & rationem etiam deſcribit. כל העולין למזבח עולין דרך ימין ומקיפין ויורדים דרך שמאל חוץ כון העולה לאחר משלשה דברים אלו שלמעלה בקרן זו שהן עולין ונפנין על השמאל לקרן ועושין מלאכתן וחוזרין לעק' ומפני מה נפנין לשמאל כדי שיפגעו בקרן מערבית דרומית תחלה שאם נפנין על ימין ומקיפין את כל המזבח עד שיגיעו לקרן דרומית מערבית שמא יתעשן המים והיין או שמא ימות העוף בעשן המזבח לפיכך המנסך מים אוי יז כשהו' מקיף המזבח לא יהיה בידו כלו' ומתחיל ומקיף מקרן דרומית מזרחית למזרחית צפונית לצפונית מערבית למערבית דרומית ולא יהיה בידו כלום וכשמגיע למערבית דרומית נותנין המים או היין בידו ומנסך ואם לא הקיף עולה ופונה על שמאלו ועושה מלאכתו ויורד. *Omnes in altare conſcendentes, conſcendebant ad dextram, illudque circumibant, & deſcendebant ad ſiniſtrum, excepto illo, qui conſcendebat ad operandum unam ex his tribus rebus, quæ perficiendæ erant in parte ſuperiori hujus cornu; Iſti adſcendebant, & ſe convertebant ad ſiniſtram cornu, & opero peracto, retrorſum abibant. At qua de cauſa ſe convertebant ed ſiniſtram? ut primum ſibi occurreret cornu occidentale auſtrale. Si enim ſe convertiſſent ad dextram, tum totum altare circumiſſent, donec perveniſſent ad cornu auſtro-occidentale, periculum fuiſſet, ne vinum & aqua altaris fumo inficeretur, & avis moreretur. Idcirco qui aquam aut vinum libabat, cum altare circumibat, nihil manu ferebat. Initium circumeundi faciebat ab cornu auſtrali ad orientale aquilonare, ad aquilonare occidentale, ad occidentale auſtrale, nec quicquam manu ferebat; Quum venerat ad cornu occidentale auſtrale, in ejus manum dabatur aqua, aut vinum, quod libaret. Quod ſi non altare circumiret, adſcendebat, & ſe ad ſiniſtram convertens opus ſuum operabatur.* Liban aquas extolebat manus ſuas. *Suca* IV. 9. ולמנסך אומר לו הגבה ידך שפעם אחד נסך אחד על גבי רגילו ורגמוהו כל העם באתרוגיהם. *Libanti dicebatur;* Tolle manum tuam. *Quidam aliquando ſuper pedes ſuos libavit; qua de re univerſus populus eum malis citreis ſuis obruerunt.* Toſaphta *Suca* III. 8. מאימתי מנסכין אותם עם איברי תמיד שבה' היה מעשה בביתוסי אחד שניסך על רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהן ונפגמה קרנו של מזבח ובטלה עבודה עד שהבי' גוש אחד של מלח ונתנו עליו כדי שלא יראה מזבח פגום שבל' מזבח שאין לו קרן ולא יסוד פסול ר' יוסי ברבי יהודה אומר אף הסובב. *Quando libabant? cum membris ſacrificii jugis; Facinus legitur de Baithuſæo quodam, qui libavit ſuper pedes ſuos, & univerſus populus malis ſuis citreis eum obruerunt; fractumque eſt cornu altaris; & intermiſſum fuit miniſterium, donec allata maſſa ſalis altari apponeretur, ne deficiens videretur; eo quod omne altare, quod careret fundamento, & cornu, intardictum erat; R. Joſe filius Jehuda dicit etiam ambitum.* Inter veſtibulum & altare erat parvum foramen, per quod Sacerdrtes deſcendentes, ſingulis 70. annis, vinum coagulatum repetentes in ſanctitate comburebant; *Hieroſ. Suca* 54. 4. תני אמר ר' לעזר בי ר' צדוק לול קטן היה בין האולם ולמזבח אחרת לשבעים שנה היו פירחי כהונה יורדין ומעלים אותו בקדושה שהיה קרוש כעיגולי דבילה ובאין ושורפין אותו בקרושה כשם שהיה ניסוכו בקדושה כך היתה שרופתו בקדושה *Docens dicit R. Elieſer diſcipulus R. Zadock; Fuit foramen parvum inter veſtibulum & altare; ſingulis 70. annis juvenes Sacerdotes deſcendebant & extollebant ipſum* (vinum) *in ſanctitate, quod inſtar maſſæ ficuum coagulatum erat, & educentes in ſanctitate comburebant; ſicut ejus libatio fiebat in ſancti-*

tate, ita quoque ejus combustio in sanctitate. Tosaphta *Suca* III. 7. ר׳ אלעזר ברבי צדוק אומר לול קטן היה בין האולם ולמזבח למערבו של כבש ואחת לששים שבעים שנה פרחי כהונה יורדין לשם ומלקטין יין קרוש כעיגולי דבלה מעלין ושורפין אותו בקרושה שנ׳ בקרש הסך נסך כשם שנסוכו בקרושה כך שריפתו בקרושה. *R. Eliefer filius R. Zadok dicit; Fuit foramen parvum inter vestibulum & altare ad occidentem collis; & singulis 60. aut 70. annis juvenes Sacerdotes illuc descendentes colligebant vinum coagulatum instar massæ ficuum, & extollentes comburebant in sanctitate; dictum est enim;* Num. XXVIII. 7. In sanctitate libato libamen; *sic Hebræus sicut ejus libatio fiebat in sanctitate, ita quoque ejus combustio in sanctitate*. Iterum *Tosaphta Meila* I. 18. ר׳ אלעזר ברבי צרוק אומר לול קטן היה בין האולם למזבח למערבו של כבש אחד לששים ושבעים שנה פרחי כהונה יורדין לשם ומלקטין משם יין קרוש בעינולי רבלה מעלין ושורפין אותן בקרושה שנ׳ בקרש הסך נסך שכר לה׳ כשם שנסיכתו בקרושה כך שריפתו בקרושה ואומר ויבן מגרל בתוכו ונם יקב חצב בו ויבן מגרל זה היכל יקב חצבבו זה מזבח ונם יקב חצב בו זה השית. *R. Eliefer filius R. Zadok dicit, fuisse foramen parvum inter vestibulum & altare ad occidentem collis; singulis 60. aut 70. annis juvenes Sacerdotes illuc descendentes, colligebant inde vinum coagulatum instar massæ, & educentes comburebant in sanctitate; Dictum est enim;* In sanctitate libato libamen generosi vini Domino; *sicut ejus libatio fiebat in sanctitate, ita quoque ejus combustio in sanctitate. Pariterque dictum est* Isai. v. 2. Et ædificavit turrim in medio ejus, & torcular excidit in ea; & ædificavit turrim; *hoc est templum;* & torcular excidit in ea; *hoc est altare;* ac etiam torcular excidit in ea; *Hic est Schith*. In *Babyl. Meila* II. collocatur hoc foramen inter collem & altare. תניא אמר ר׳ אלעזר בר צרוק לול קטן הוה בין כבש למזבח במערבו של כבש. *Traditio; Dicit R. Eliefer filius Zadok fuisse foramen parvum inter collem & altare ad occidentem collis*. Vid. *Gemar. Babyl. Suca* 45. Judæi Schittim a principio mundi creatos esse in *Gemar. Babyl.* 45. fabulantur א״ר יוחנן שיתין משששת ימי בראשית נבראו שנ׳ חמוקי ירכיך כמו חלאים מעשה ידי אמן חמוקי ירכיך אלו השיתין כמו חלאים שמחוללין ויורדין עד התהום מעשה ידי ידי אמן זו מעשה ידי אמותנו של הקב״ה תנא דבי ר׳ ישמעאל בראשית אל תקרי בראשית אלא ברא שית תניא ר׳ יוסי אומר שיתין מחללין ויורדין עד התום שנ׳ אשירה נא לידידי שירת דורי לכרמו כרם היה לדידי בקרן בן שמן ויעקהו יוסקלהו ויטעהו שורק ויבן מגרל בתוכו ונם יקב חצב בו ויטעהו שורק זה בית המקרש ויבן מגרל בתוכו זה מזבח ונם יקב חצב בו אלו השיתין. *Dicit R. Jochanan; Schitin jam inde a sexto die in principio creata esse; dictum est enim* Cantic. VII. I. Juncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis; Juncturæ femorum tuorum *sunt Schittin, qui quasi monilia excavati fuere, atque ad abyssum usque potensi;* Per opus manus artificis *innuitur opus manuum firmum Dei Benedicti. Traditio: Docet discipulus R. Ismaelis non legendum* בראשית sed ברא שית. *Traditio: R. Jose dicit; Schittin excavatos fuisse & protensos usque ad abyssum; Dictum est enim* Isai. v. Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei vineæ suæ: vinea fuit dilecto meo in cornu filio olei [vel in clivo pinguissimo) & sepivit eam, & lapides removit ab ea, & plantavit eam electam, & ædificavit turrim in medio ejus; *hoc est altare;* & torcular excidit in ea; *hi sunt Schittin*. Hierosol. *Suca* 54. 4. תני ר׳ יוסי אומר השית היה נקוב עד התהום מה טעמה ויעזקהו ויסקלהו ויטעהו שורק ויבן מגרל בתוכו זה היכל ויקב חצב בו זה המזבח ונם יקב חצב זה השית ר׳ שמעון אומר מעשה שמים היו לפי שהיו׳ מעשה שמים יכול לא יהו נאים במעשה ידי אומן ת״ל חמוקי ירכים כמו חלאים מעשה ידי אומן נאים היו יותר ממעשה ידי אומן *Dicit R. Jose Scith usque ad abyssum excavatum fuisse; qua de causa? eo quod dictum est* Isai. v. sepivit eam, & lapides removit ab ea, & plantavit eam electam; & ædificavit turrim in medio ejus; *hoc est templum;* & torcular excidit in ea; *hoc est altare;* ac etiam torcular excidit; *hoc est Scith. R. Simeon dicit Scittin fuisse opus cœleste; eo quod erant opus cœleste, crederem non fuisse pulchra, si facta essent ex opere manus artificis; idcirco dictum est;* Juncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis; *pulchriora erant opere manus artificis*.

Ab Hebræis derivata esse videtur ad Gentiles consuetudo libandi vinum aquam in altaribus; *Virg. Georg.* 4.

> *Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.*

Ovid. Trist. lib. v. eleg. 5.

> *Da mihi thura puer pingues facientia flammas,*
> *Quodque pio fusum stridat in igne merum.*

Por-

Porphirius primo aquam, deinde mel postea oleum, postremo vinum libata esse scribit. τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν. Νηφάλια δ' ἐςὶν τὰ ὑδρόσπονδα, μετὰ ταῦτα μελίσπονδα· τοῦτον γὰρ ἕτοιμον παρὰ μελίττων πρῶτον ἐλάμβομεν τὸν ὑγρὸν καρπόν. ἔτ' ἐλαιόσπονδα. Τέλος δ' ἐπὶ πᾶσιν τὰ ὕςερα γεγόνοτα Οἰνόσπονδον. Ex imputata vite vinum esse debebat, jubente *Numa*. DIS EX IMPUTATA VITE NE LIBANTO; *Quod etiam vetuit Pythagoras* μὴ σπόνδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. *Plinius* Numæ legis causam interpretatur. *Romulum lacte non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis posthuma lex est: Vino rogum ne respergito. Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo dubitet. Eadem lege ex imputata vite libare vina diis nefas statuit; ratione excogitata, ut putare cogerentur alias aratores, & pigri circa pericula arbusti.* Præter hoc alia quoque vetita scribit *Plinius*; *E quoniam religione vita constat, prolibare diis nefastum habetur vino præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quamque juxta hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis pedibus calcata, & quod circumcisis vinaceis profluxerit, aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta; item Græca, quoniam aquam habent.* Vinum quod Diis libabatur; hac formula consecrabatur. MACTUS HOC VINO INFERIO ESTO· Quam explanat *Arnobius*. lib. VII. *adversus gent. Operæ pretium est verba ipsa depromere, quibus cum vinum datur, uti ac supplicare consuetudo est:* Mactus hoc vino inferio est. Inferio, *inquit* Trebatius, *verbum ea causa est additum, etque ratione profertur, ne vinum omne omnino, quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur, promtum est, esse sacrum incipiat, & ex usibus eripiatur humanis. Addito ergo hoc verbo, solum erit, quod inferetur, sacrum, nec religione obligabitur ceterum. Qualis ergo hic honor est, in quo imponitur quasi lex deo, ne plus quærat quam datum est &c.* Mactus hoc vino inferio est; *quid est aliud, quam dicere, tantum esto mactus, quantum volo, tantum amplificatus, quantum jubeo, tantum honoris adsumito, quantum te habere decerno, & librorum circumscriptione definio.* Si vinum inter libandum nigresceret, aut in sanguinem converteretur, triste quid portendebat. *Senec. Oed.* II. 51. 2. *vers.* 324.

Horresco intuens
Libata Bacchi dona permutat cruor

Idem *Thy. Actu* IV. sc. I. vers. 700.

Libata in ignes vina mutato fluunt
Cruenta Baccho.

Virg. lib. IV. *Æneid.* vers. 454.

Horrendum dictu, latices nigrescere sacros
Fusaque in obscœnum se vertere vina cruorem.

De aqua ab Gentilibus libata multa extant testimonia. *Homerus Odyss.* vers. 362.

Οὐδ' ἔχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν
Ἀλλ' ὕδατι σπένδοντες ἐπώπτων ἔγκατα πάντα

Neque habebant vinum ad libandum super incensa sacra,
Sed aqua libantes assabant intestina omnia.

Sophocles Oedip. col. vers. 482.

Ἱερὰς ἐξ ἀειῤῥύτου χοὰς
Κρήνης ἐνεγκοῦ δι' ὁσίων θιγὼν

Sacram undam ex perenni
Fonte puris manibus affer:

Ovidius metamorph. VIII. vers. 56.

Sacra Juvi facturus erat, jubet ire ministros,
Et petere e vivis libandas fontibus nudas

Virgil. Æneid. VIII. vers. 67.

Surgit & ætherei spectans orientia solis
Lumina, rite cavis unam de flumine palmis
Sustulit.

Pura & illimi fluvio, vel fonte saliente esse debebat aqua libanda. *Callimach. Hymn. in Apol. vers.* 110.

Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι
Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει,
Πιδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.

Cereri autem non ex omni fluvio aquam libant Melissæ,
Sed qui purus & nulla sorde infectus serpit
Fonte e sacro parvus latex eximius aquarum flos.

III. Cum jam a nobis, quantum licuit, ceteræ altaris partes illustratæ sint, una cornua reliqua sunt, quæ a nobis describantur. Post ambitum altare assurgebat tres cubitos, & contrahebatur cubitum; hic erat locus cornuum, quæ in quatuor altaris lateribus cubitum quaquaversum eminebant. *Gemara Babyl. Sevachim* 54. וחוזר ומביא מלבן שהוא אמה על אמה ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות

בין

בין קטנות ומביא סיד וזפת וקוניא וממחה ושופך וזה קרן וכן לכל קרן וקרן. *Et rursum afferebatur forma patens quaquaversum cubitum, & afferebantur lapides recentes & læves, tam magni quam parvi, & calx, & pix, & plumbum liquefactum, & infundebatur;* & hoc *erat cornu, atque hoc modo in singulis cornibus.* Kimchius ad *Ezech.* XLIII. 7. וחוזר ומביא מלבן שהוא אמה על אמה ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות ומביא סיד וזפת וקוניא וממחה ושופך וזה קרן וכן לכל קרן וקרן. *Atque iterum afferebatur forma patens cubitum quaquaversum, & afferebantur lapides recentes, & læves, tam magni quam parvi, & calx, & pix, & plumbum liquefactum, & infundebatur; & hoc erat cornu; atque hoc modo in singulis cornibus.* Cubitus cornu quinque tantum palmis constabat, *Babyl. Sevachin* 97. ר' מאיר אומר כל אמות שהיו במקדש בינוניות חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד ר' יהודה אומר אמת ששה טפחים ושל כלים חמשה אמר ר' יוחנן ושניה' מקרא אחד דרשו. *Dicit R. Meir, omnes cubitos, qui fuerunt in Sanctuario, fuisse mediocres, exceptis cubitis altaris aurei, & cornu, & ambitus, & fundamenti. R Jebuda dicit; cubitum fuisse sex, & cubitum vasorum quinque palmorum. Dicit R. Jochanan; Ambo unum eundemque textum exponunt.* Ubi *Raschi.* חוץ ממזבח הזהב שהיה אמה על אמה והקרן של מזבח העולה שהיה לו לארבע פינותיו ד' אבנים של אמה גובה ואמה על אמה עובי ואותה אמה היתה באמה בת חמש' טפחי' ולקמן מפרש אי דגובה אי דאורך ורוחב היסוד והסובב של מזבח העולה וכולהו מפרש לקמן אמת בנין כגון חומת הבית ומזבח העולה אמה וטופח על אותה אמה תהא צריך לאוסיף טפח דהוה ברת חמש שחסירה טפח מאמה בינונית. אמת כלים ארון ושולחן ומזבח הזהב. Exceptis cubitis altaris aurei, *quod cubitum quaquaversum patebat;* & cornu altaris holocausti, *quod habebat ad quatuor angulos suos quatuor lapides, quorum altitudo erat unius cubiti, pariterque crassities quaquaversum unius erat cubiti; & hic cubitus constabat quinque palmis; & supra explicatum est, quæ sit altitudo, & longitudo, & latitudo fundamenti, & ambitus altaris holocausti; & de omnibus supra dictum est. Cubitus ædificii, i. e. muri domus, & altaris holocausti, qui constabat cubito & palmo; huic cubito, qui erat quinque palmorum, addendus est palmus, cui præ cubito mediocri deerat palmus;* Cubitus vasorum, *sc. arcæ; & mensæ, & altaris aurei.* Hinc patet Cornua quadrata fuisse, utpote quæ dicantur in altitudine, in longitudine, & latitudine cubitum quinque palmorum patuisse. Verum *Maimonides* in commentario ad III. *Middoth* cornua in latitudine & longitudine sex palmorum fuisse testatur; *In Beth Habechira* non definit latitudinem, & longitudinem, sed tantum dicit cornua quaquaversum cubitum patuisse. כל קרן וקרן חמשה טפחים ורבוע כל קרן אמה על אמה. *Unumquodque cornu erat quinque palmorum, eratque quadratum, & unum cubitum circumquaque patebat.* Præterea patet cum ex his testimoniis, tum præcipue ex *Ezechiel.* XLIII. 15. ומהאריאל ולמעלה הקרנות ארבע. *Et ab Ariel usque ad sursum cornua quatuor.* Abarbanel in *Leg.* 192. ואמר ועשית קרנותיו על ד' פנותיו להגיד שיעשה ד' קרנות על ארבע זויותיו ונקראו קרנו' מפני שהיו בולטו' לצד מעלה כמו קרנו'. *Præterea dictum est;* Faciesque ejus cornua ad quatuor ejus angulos; *ad demonstrandum quod facta sints quatuor cornua ad quatuor ejus angulos, & appellata sunt cornua, eo quod ad latus sursum prominerent quasi cornua,* Intrinsecus vacua fuisse hæc cornua testantur Judæi omnes; *Babyl. Sevachim* 14. אמר רב כהנא אבנים של קרנות חלולות היו דכתיב ומלאו במזרק כזויות במזבח הכא נמי אבני שלימות אמר רחמנא אלא דמתית מידי מתותי ושקיל. *Dicit R. Cabana; lapides cornuum erant vacui; scriptum est enim* Zachar. IX. 15. & replebuntur ut phialæ & quasi cornua altaris; *Quamvis hic in textu dicuntur lapides integri; baculos tenues interponunt; & deinde auferunt.* Maimonides *ibid.* וארבע הקרנות חלולות היו מתוכן. *& quatuor cornua intus sunt cava. Abarbanel* in *Leg.* 192. rationem affert, quare cornua vacua extructa sint גם היו חלולות מפנים כדי לשפוך בהם הדם שמשם היו יורד למטה בתוך חלל הארץ אל יסוד המזבח ויורד על התהום ולא יראה לעין. *Præterea cornua intus vacua erant, ut in ea effunderetur sanguis, qui ex his infra descendebat in terræ cavitatem ad fundamentum altaris, & in abyssnm defluebat, neque amplius videbatur.* In ipso enim cornu acumine adspersio sanguinis sacrificii pro peccato animantis facta dicitur *Sevachim* 53. היכי עביד ר' יוחנן ור"א אמר נותן אמה אילך ואמה אילך מחטא ויורד כנגד חודו של קרן אליבא דר"א ברש"ד ראמר היא עצמה אינה נעשית אלא כנפ' של קרן דכולי עלמא לא פליגי כי פליגי אליבא דר' מר סבר אמה אילך ואמה אילך כנגד קרן הוא ומר סבר כנגד חודה אין טפי לא מיתיבי חטאת הציבור והיחיד כיצד

מתן

מתן דמן היה עולה לכבש ופנה לסובב ובא לו לקרן דרומית מזרחית וטובל באצבעו הימנית המיומנת שבימי' מן הדם שבמזרק וחוטף בגדולה מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה ומחטא ויורד כנגד חוד' של קרן עד שמכלה כל הדם שבאצבע וכן כל קרן וקרן הכי קאמר מצוה בחודה אי עבד אמה אילך ואמה אילך לית לן בה מאי ר' ומאי ר"א בר"ש דתניא דמים העליונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמעלה דמים התחתונים ניתנין מחוט הסיקרא ולמטן דברי ר"מ ר"א בר"ש אומר במה דברים אמורים בעולת העוף אבל בחטאת בהמה אין נעשה אלא על גופה של קרן. *Quomodo peragebatur adspersio digito. R. Jochanan & R. Eliezer dissentiunt; alter dicit; adsperget hinc inde cubitum de sanguine sacrificii pro peccato, & descendet e regione acuiminis cornu. Verum dicit R. Eliezer filius R. Simeonis non esse faciendum nisi in ipso cornu. Consentiunt inter se; sed in eo* dissentiunt, quod alter dicat, *adspergendum fuisse sanguinem hinc inde cubitum e regione cornu; & alter dicat, e regione acuminis; nec est ut hic, plura excipiantur, sacrificii pro peccato, publici & privati quomodo adspergitur sanguis? Adscendit collem, & se convertit ad ambitum, & venit ad cornu austro-orientalem, & intingit digitum dexterum, qui sit aptissimus in manu sua, in sanguine, qui est in cratere, ut pollice desuper, & parvo digito infra sanguinem ducendo defluere faciat e regione acuminis cornu, donec totum sanguinem absumserit; atque ita fiat, in singulis cornibus. Sic respondet* R. Eliezer filius R. Simeonis, *præceptum extare in lege, de sanguine ita conspergendo*, an vero hinc inde cubitum sit adspergendus, *nihil est, quod referat. Quænam est ratio Rabi? quænam R. Eliezeris filii R. Simeonis? Extat traditio; sanguines superiores adspergebantur a filo rubro & superius, sanguines inferiores adspergebantur a filo rubro & inferius; Verba R. Meir. R. Eliezer filius R. Simeonis dicit; de quo hæc dictæ sunt? De holocausto volucris; At adspersio sanguinis sacrificii pro peccato animalis non facienda erat nisi in ipso cornu.* Tosaphta *Hakorbanoth* VI. 7. חטאת הצבור והיחיד כיצד סדר מתן דמים שלהם היה עולה בכבש ופנה לסובב ובא לו לקרן דרומית מזרחית טובל אצבעו המיומנת בימין נותן גדולה מכן וגדולה מכן חוטף ויורד כנגד חוד' של קרן עד הדם שבאצבעו כלה נתן על הקרן מכן ומכן כשר מן הקרן ולפנים פסול שינה מתן קרנות פסול חיסר מן המתנות אפילו אחת פסולה שירי הדם היה שופך ויורד ליסוד דרומי ר' יוסי בר' יהודה ור' אליעזר בר' שמעון אומ' במקומו היה עומד ושופך ליסוד דרומי. *Quinam erat ordo adspergendi sanguines sacrificii pro peccato publici & privati? Adscendebat collem, & se convertens ad ambitum veniebat ad cornu australe orientale intingebat digitum dextræ indicem, & hinc inde digitis magnis sustinebat, & adspergebat, & descendebat contra acumen anguli cornu, donec sanguis quo intinctus erat digitus, absumeretur; si adsperserit hinc inde ad cornu legitimum erat, ab cornu & interius, illegitimum erat; si cornuum adspersiones immutaverit, illegitimum erat; si vel una ex adspersionibus defuisset, erat illegitimum, Reliquiæ sanguinum effundebantur, & defluebant in fundamentum australe; R. Jose filius Jehudæ & R. Eleasar filius Simeonis dicunt; in loco suo stabat, & effundebat in basim australem:* Legendum videtur נותן גדולה מכן וקטנה מכן; *hinc magno, & illinc parvo digito sustinebat.* Dici vix potest quot mendis *Tosaphtha* editiones omnes deformatæ sint. Cornua hac una de causa extructa esse legimus, ut in iis per sanguinis adspersionem peccata expiarentur, quasi peccator videretur in editissima altaris parte, in conspectu pyræ. i. e. mensæ Domini, ubi adipes sacrificiorum adolebantur, λύτρον sucum Deo ostentare voluisse. Imo dicendum est ipsum altare eo uno consilio ædificatum esse, ut in eo per victimarum sanguinem peccata expiarentur. *Raschi ad Exod.* XXXI. 18. scribit post conflatum vitulum, præceptum datum esse de erigendo tabernaculo, & offerendis sacrificiis. אין מוקדם ומואחר בתורה מעשה העגל קודם לצווי מלכאת המשכן יומים רבים היא שהרי בשבעה עשר בתמוז נשתברו הלוחות וביום הכפורים נתרצה הקדוש ברוך הוא לישראל ולמחרת התחילו בנדבת המשכן והוקם באחד בניסן. *Non est prius & posterius in lege. Opus illud vituli multis diebus præcessit præceptum operis tabernaculi. Nam decimo septimo die Tamutz fractæ sunt tabulæ, & in die expiationum Deus reconciliatus est Israeli; & postridie cœperunt dona sponte adferre ad erigendum tabernaculum, quod primo die Nisan erectum est.* Sed planius & uberius *Abarbanel* in commentario ad *Jeremiæ* VII. 22. fol. 106. quamvis ad *Exod.* XXXIV. 11. fol. 209. aliter sentiat נרצה לי בפירוש הפסוק הזא שהיה ישראל כשיצאו ממצרים ובאו לפני הר סיני ושמעו התורה והמצות לא צום דבר מעניך הקרבנות אבל צום ענינו האמונות והמעשים המשותבי אשר יעשו האמנם כאשר עשו העגל וראה השם יתברך שרירות לבם

הרע

הרע ובכל יום ויום חטאו לפניו הוצרך
להם צרי ורפואה למחלתם ורשעיהם ולכן
באו מצות הקרבנות והעולות אשר יעשו
על הרהורי לבם ומהחטאת והאשם ושאר
מיני הקרבנות כולם שלא נצטוו עליהם
אילי לא היו חוטאים וזהו אומרו כאן כי
לא דברתי את אבותיכם ולא צותיים ביום
הוציאי אותם מארץ מצרים רומז למעמד
הר סיני וקבול המצות שבפרשות וישמע
יתרו ומשפטים שבהם לא צוה אותם
השם יתברך על דברי עולה וזבח אבל
צורת אותם לאמר שמעו בקולי באופן
שאהיה לכם לאלהים ואתם תהיו לי
לעם ותלכו בכל הדרך אשר אצוה אתכם
ואותם הדורות שהיו אז לא שמעו ולא
הטו את אזנם וילכו במועצות בשרירות
לבם הרע שרומז בזה למה שחטא בעגל
במועצותם שהיו מתיעצים כי בושש משה
והיה זה להיותם מוטבעים באמונות
המצריים כי זהו שרירות לבם הרע ומפני
זה נענשו שם והוא אומרו ויהיו לאחור
ולא לפנים ועל זה מפני כובד חטאת
הוצרך למצות הקרבנות ואמנם אח״כ כפי
הדורות שבאו נוטים אל הפשעי לא
הספיקו הקרבנות והיו עכ״ז רעים וחטאים
לה׳ מאר עד שהוצרכו לשליחות הנביאים
Hujus textus explicatio hæc esse videtur, quod Israelitis ex Ægypto egressis, quando venerunt ad montem Sinai ut audirent legem & præcepta, nihil Deus præceperit de sacrificiis, sed de credendis & faciendis. At post conflatum vitulum, quum videret Deus benedictus speculationem & pravitatem cordis ipsorum, & quod quotidie peccarent in ejus conspectu, necesse fuit opobalsamum & medicinam morbo & iniquitati ordinari, qua de re tradita sunt præcepta de sacrificiis, & holocaustis faciendis, ut expiarentur cogitationes pravæ cordis, & de sacrificio pro peccato, & pro delicto, & de reliquis oblationum speciebus omnibus, quæ illis nisi peccassent, mandatæ non fuissent; Hoc est quod hic dicitur; Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti. Jerem. VII. 22. *Significans inter illa præcepta, quæ in sectionibus,* Uaijschma Jitro, *&* Mischpatim, i. e. *capitibus* 19. 20. 21. 22. 23. Exod. *continentur in statione illa ad montem Sinai promulgata, non fuisse quidpiam a Deo mandatum de holocausto & sacrificio, sed tantum de obedientia voci Dei præstanda, ut esset ipsis in Deum, & illi Deo in populum, & de ambulatione in omni via quam præciperet Deus. At illæ generationes tunc viventes Deo non auscultarunt, sed ambulaverunt in pravis cogitationibus suis* vers. 24. *quo designat peccatum vituli, quod perpetrarunt consiliis suis, quæ secum agitarunt, Mose in monte tardante,* Exod. XXXII. I. *Immersi enim erant cultui Ægyptiaco, quæ fuerant pravæ cogitationes cordis eorum, & propterea illic sunt puniti; hinc dicit propheta, quod iverint retrorsum, non antrorsum. Ideoque propter gravitatem peccati istius necessum erat, ut ipsis manderentur sacrificia, quæ sequentibus ætatibus ad prævaricationes deflectentibus non sufficiebant sed ad tanta scelera sunt prolapsi, ut indigerent legatione prophetarum.* Illud certum est primum sacrificium, quod in altari oblatum est, fuisse sacrificium pro peccato, quo conflati vituli crimen expiaretur; quod primo die Nisan immolatum est. *Siphra* 23. 2. ad Lev. IX.

ויהי ביום השמיני קרא זה מן הכתובי׳
צריך לדרוש נאמ׳ כאן ויהי ביום השמיני ונאמר
להלן ויהי ביום השלישי אין אנו יודעים
אם שלישי לשבת אם שלישי למניי׳ כשהוא
אומר כי ביום השלישי יורד יי׳ לעני כל
העם על הר סיני ויהי ביום השלישי
בהיות הבוקר הוי אומר שלישי למניי׳
שהוא ששה בחודש וכאן נאמר ויהי ביום
השמיני אין אנו יודעים אם שמיני למניין
אם שמיני לחודש כשהוא אומר כי שבעת
ימים ימלא את ידכם הוי אומר שמיני
למניין ולא שמיני לחודש אותו היום נטל
עשר עטרות ראשון למעשה בראשית
ראשון לנשיאים ראשון לכהונה ראשון
לעבודה ראשון לירידת האש ראשון
לאכילת קדשים ראשון לאיסור הבמות
ראשון לראשי חדשים ראשון לשכון שכינה
בישראל ראשון לברך את ישראל קרא
משה לאהרן ולבניו לפי שכיברו המקום
תחילה לאהרן אף משה כיברו בסוף
ומניין שכיברו תחילה לאהרן שנ׳ ועלית
אתה ואהרן עמך אף משה כיבדו בסוף
שנ׳ קרא משה לאהרן ולבניו ואחר כך
לזקני ישראל ויאמר אל אהרן קח לך
עגל בן בקר לחטאת מלמד שאמר לו
משה לאהרן אהרן אחי אעפ׳ שנתרצה
המקום לכפר על עונותיך צריך אתה ליתן
לתוך פיו של שטן שלך דורון לפניך עד
שלא תיכנס למקדש שמא ישנאך בביאתך
למקדש ושמא תאמר אין צריך כפרה
אלא אני והלא אף ישראל צריקים כפרה
שנ׳ ואל בני ישראל תרבר לאמר קחו
שעיר עזים לחטאת וכי מה ראו ישראל
להביא יותר מאהרן אלא אמר להם אתם
יש בידכם בתחילה ויש בידכם בסוף יש
בידכם בתחילה וישחטו שעיר עזים ויש
בידכם בסוף עשו להם עגל מסכה יבא
שעיר עזים ויכפר על מעשה עזים יבא
עגל ויכפר על מעשה עגל ושור ואיל
לשלמים לפי שנדמית עבירה לשני מינים
שנ׳ עשו להם עגל מסכה ולהלן הוא אומר
וימירו את כבודם בתבנית שור אוכל עשב
יבוא שור ויכפר על מעשה שור יבוא
עגל ויכפר על מעשה עגל תדעו שנתרצה
המקום לכפר על עונותיכם עבירה שאתם
מיראים

מיראים ממנה כבר נזבחה לפני המקום
שנ׳ לזבוח לפני יי׳ אמרו ישראל לפני
משה וכי היאך מקלסת מרינה את המלך
ואינה רואה פני המלך אמ׳ להם על מנת
כן כי היום יי׳ נראה אליכם ויקחו את
אשר צוה משה בזריזות ויקרבו כל העדה
ויעמדו לפני יי׳ קרבו כולם בשמחה ועמדו
לפניו ומשל למלך שכעס על אשתו
והוציאה לאחר ימים נתרצה לה מיד
חגרה מתניה קשרה כתיפיה והיתה משמשת
אותו יותר מדאי אף כך ישראל כיון
שראו שנתרצה המקום לכפר על עונותיהם
קרבו כולם בשמחה ועמדו לפניו לכך נאמר
ויקרבו כל העדה ויעמדו לפני יי׳ ויאמר
משה זה הדבר אשר צוה יי׳ תעשו אמר
להם משה לישראל אותו יצר הרע העבירו
מלבכם ותהיו כולם ביראה אחת ובעצה
אחת לשרת לפני המקום כשם שהוא
יחידי בעולם כך תהא עבודתכם מיוחדת
לפניו שנ׳ ומלתם את ערלת לבבכם מפני
מה כי אני יי׳ אלהיכם הוא אלהי האלהים
ואדוני האדונים עשיתם כן וירא אליכם כבוד
יי׳ ויאמר משה אל אהרן זהו שאמ׳ הכתי׳
משה ואהרן בכהניו ושמואל בקוראי שמו
קוראים אל יי׳ והוא יענם בעמוד ענן ידבר
אליהם מלמד ששלשתן שקולים זה בזה
קרב אל המזבח משל למה הדב׳ דומה
למלך בשר ודם שנשא אשה והיתה
מתבישת מלפניו ונכנסה אחותה אצלה
אמר לה על מה נבנסת לדבר זה אלא
שתשמשי את המלך הגיסי דעתיך ובואי
ושמשי את המלך כך אמ׳ משה לאהרן
אהרן אחי על מה נתבחרת להיו׳ כהן
גדול אלא שתשרת לפני הקדוש ברוך
הוא הגיס דעתך ובוא ועבוד עבודתך ויש
אומרים היה אהרן רואה את המזבח
כתבנית שור והיה מתיירה ממנו וא״ל
משה אחי לא ממה שאתה מתיירה ממנו
הגיס דעתך וקרב אליו לכך נאמר קרב
אל המזבח ויקרב אהרן אל המזבח
בזריזות וישחט את עגל החטאת אשר לו
בקרבנו התחיל תחילה ויקרב את קרבן
העם משנפנה מקרבנותיו בא לו לקרבן
העם תדע שקרבנו מכפר יותר מקרבן
העם שקרבן העם אינו מכפר על הכהנים
וקרבנו מכפר על ידו ועל ידי העם שנ׳
ועשה את חטאתך ואת עולתך וכפר בעדך
ובעד העם ועשה את קרבן העם וכפר
בעדם שנ׳ וישחטאו ויחטאו כראשון מה
הראשון טעון חיטוי אף זה טעון חיטוי
מה הראשון טעון שתי מתנות שהם ארבע
אף זה טעון שתי מתנות שהם ארבע וגו׳
ויהי ביום השמיני הוא יום שמיני לקרושת
אהרן ובניו או יכול שמיני בחודש כשהוא
אומר ויהי בחודש הראשון בשנה השנית
הוקם המשכן מלמד שבראש חודש הוקם
המשכן יכול הוקם בראש חודש ושרתה
שכינה בשמיני בחודש ת״ל וביום הקים
את המשכן כסה הענן מלמד שביום הוקם
המשכן בו ביום שרת שכינה על מעשה
ידי אהרן שכל מעשה שבעת ימי המילואים
היה משה משמש ולא שרת שכינה על
ידו עד שבא אהרן ושימש בבגדי כהונה
גדולה ושרתה שכינה על ידיו שנ׳ כי
היום יי׳ נראה אליכם מה ת״ל ויהי מלמד
שהיתה שמחה לפניו כמרום ביום שנבראו
בו שמים וארץ במעשה ברשית הוא
אומר ויהי ערב ויהי בוקר וכאן הוא
אומר ויהי וכיון שכילו ישראל את מלכאת
המשכן בא משה וברכם שנ׳ וירא את
כל המלכאה ויברך אותם משה מה ברכה
ברכן אמ׳ להם תשרה השכינה במעשה
ידיכם ר׳ מאיר אומר כך בירכן יי׳ אלהי
אבותיכם יוסף עליכם ככם אלף פעמים
והם אמרו לו ויהי נועם יי׳ אלהינו ומעשה
ידינו כוננה עלינו ומעשה ידינו כוננהו
ועל אותה שעה הוא אומר צאינה וראינה
בנות ציון בנים המצויינים במלך שלמה
במלך שהשלום שלו בעטרת שעטרת לו אמו
זה אהל מועד שמצוייר בתכלת ובארגמן
וכתולעת השני ובשש אמו אין אמו אלא
ישראל שנ׳ ולאומי אלי האזינו ביום חתונתו
ביום ששרת שכינה בבירת וביום שמחת
לבו ביום שירדה אש חרשה ממרום וליחכה
על המזבח את העולה ואת החלבים
וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם
באותה שעה זכה במתנות כהונה וזכה
בנשיאות כפים לו ולדורותיו עד שיחיו
המתים וירד מעשות החטאת והעולה
והשלמים משנפנה מקורבנותיו ירד לו מן
המזבח בשמחה ויבא משה ואהרן אל
אהל מועד כיון שראה אהרן שקרבו כל
הקירבנו׳ ונעשו כל המעשים ולא ירדה
שכינה לישראל היה עומד אהרן ומצטער
אמר יודע אני שכעס עלי המקום בשבילי
לא ירדה שכינה לישראל כך עשה לי
משה אחי שנכנסתי ונתביישתי ולא ירדה
שכינה לישראל מיד נכנס משה עמו ובקשו
רחמים וירדה שכינה לישראל לכך נאמר
ויבא משה ואהרן אל אהל מועד ותצא
אש לפני יי׳ כיון שראו אש חרשה שירדה
משמי מרום וליחכה על המזבח את
העולה ואת החלבים פתחו פיהם ואמרו
שירה ועל אותה שעה הוא אומר רננו
צדיקי׳ ביי׳ לישרים נאוה תחילה. Facto
autem die octavo; Levit. IX. I. *Hic
textus eſt unus ex iis, qui eſt explican-
dus; Dictum eſt hic*; facto die octavo;
& dictum eſt illic, ſc. Exod. XIX. 16.
Jamque advenerat tertius dies; *nos igno-
ramus utrum ſit tertius hebdomadæ, an
tertius enumerationis; Quando autem di-
citur ibid.* II. In die enim tertia de-
ſcendet Dominus coram omni plebe
ſuper montem Sinai. Itaque advenerat
tertius dies, & mane inclaruerat. *Di-
cendus eſt fuiſſe tertius dies enumeratio-
nis, qui fuit ſextus menſis. At-
que hoc loci dictum eſt*; Facto autem
octavo die; *nos ignoramus, utrum ſit
octavus enumerationis, an octavus menſis;
quando autem dicitur* Levit. VIII. 33.
ſeptem enim diebus finitur conſecratio;
dicendus eſt fuiſſe octavus enumerationis,

non vero octavus mensis ; Hic dies decem coronis illustratus est ; fuit primus creationis ; primus principum ; primus sacerdotii ; primus ministerii ; primus quo descendit ignis ; primus comestionis sanctitatum ; primus prohibitionis excelsorum ; primus noviluniorum ; primus quo habitavit Divinitas in Israele ; primus benedictionis Israelis . Vocavit Moyses Aaron & filios ejus ; *eo quod Deus honoraverit Aaron a principio ; etiam Mose honoravit in fine ; unde probatur , quod honoraverit Aaron a principio ? Ex eo quod dictum est* Exod. XIX. 24. Adscendesque tu & Aaron tecum ; *etiam Moses eum honoravit in fine ; dictum est enim* ; Vocavit Moysem & filios ejus , ac majores natu Israel . Dixitque ad Aaron ; tolle de armento vitulum pro peccato ; *ad docendum , quod Mose dixerit Aaron ; Aaron , meus frater , quamvis conciliatus sit tibi Deus , ut jam ab iniquitatibus tuis sis expiatus ; necesse est ut Satanæ os obseras ; mitte munus ante te , priusquam ingrediaris in sanctuarium ; fortasse te in sanctuarium ingredientem oderit ; Fortasse dices , mihine tantum necessaria est expiatio ? nonne etiam Israelitæ indigent expiatione ? Dictum est enim ibid.* & ad filios Israel loqueris ; Tollite hircum pro peccato . *Qua de causa Israelitæ attulerunt plusquam Aaron ? nisi quod iis dixerit ; Vos peccastis in principio , & peccastis in fine ; In principio unde probatur ? ex eo quod dictum est* Genes. XXXVII. 31. & in sanguine hædi, quem occiderant . *In fine unde probatur ? ex eo quod dictum est* Exod. 32. 8. feceruntque sibi vitulum conflatilem . *Veniat hircus caprarum , & expiet opus hirci caprarum ; veniat vitulus , & expiet opus vituli* . Bovem & arietem pro pacificis ; *quia eorum prævaricatio similis fuit duabus speciebus ; dictum est enim ;* Feceruntque sibi vitulum conflatilem ; *& eo loci , sc.* Psalm. CV. 20. & mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum : *Veniat bos , & expiet opus bovis ; veniat vitulus & expiet opus vituli ; Hinc nostis , quod Deo complacitum sit , ut iniquitates vestras expiaret ; Peccatum , cujus causa timetis , jam in conspectu Dei sacrificatum est ; dictum est enim ;* Immolate eos coram Domino . *Dixerunt Israelitæ coram Mose ; quomodo provincia potest laudare regem , cum non videat faciem regis ? Respondit illis ;* Hodie enim Dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ jusserat Moyses ; *diligenter* Ubi cum omnis multitudo adstaret coram Domino ; *Omnes lætantes accesserunt , & steterunt coram eo . Simile regi , qui uxori iratus , eam expulit ; post aliquot dies ei conciliatur ; illa statim sibi præcingit lumbos , sibique humeros colligat , & magis quam consueverat , illi ministrat . Ita pariter Israelitæ , quando viderunt complacitum fuisse Deo , ut eorum iniquitates expiaret , omnes lætantes accesserunt , & steterunt coram eo ; idcirco dictum est ;* ubi cum omnis multitudo adstaret coram Domino . Ait Moyses ; iste est sermo , quem præcepit Dominus , facite ; *Dixit Mose Israelitis ; removete ab cordibus vestris omnes malas tentationes ; & estote omnes in timore , & in eo uno consilio , ut serviatis coram Domino ; sicut ille est unus in mundo , ita pariter servitus vestra sit unica & peculiaris coram eo ; dictum est enim ;* Deut. X. 16. & circumcidite præputium cordis vestri . *Qua de causa ?* Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum , & Dominus Dominantium ; facite , & apparebit vobis gloria Domini . Et dixit Moyses ad Aaron ; *Hoc est quod dictum est* Psalm. XCVIII. 6. Moyses & Aaron in Sacerdotibus ejus , & Samuel inter eos , qui invocant nomen ejus . Invocabant Dominum , & ipse exaudiebat eos , in columna nubis loquebatur eis . *Docemur , quod hi tres , alter alteri æquiparari possint* . Accede ad altare . *Cuinam hoc simile ? simile regi terreno , qui uxorem ducit , quæ pudore suffunditur , ut ad illum ingrediatur ; ingreditur prope eam ejus soror ; eique dicit ; cur huc ingressa es ? nulla alia de causa , nisi ut ministrem regi ; confide , & ingredere , ut regi ministres . Ita dixit Mose ad Aaron ; Aaron , frater meus ; Cur electus es , ut esses summus sacerdos ? ea una de causa , ut coram Sancto benedicto ministres ; Confide , & ingredere , & fungere ministerio tuo . Nonnulli dicunt , quod Aaron viderit altare in similitudine bovis , & ab eo timuerit ; Dixit illi Mose ; mi frater nihil est , quod ab illo timeas ; confide , & accede ad illud ; idcirco dicam est ;* Accede ad altare . Statimque Aaron accedens ad altare ; *diligenter ;* Immolavit vitulum pro peccato suo ; *ab suo sacrificio incoepit ;* & obtulit sacrificium populi ; *postquam sacrificia sua expedivit , accessit ad sacrificium populi ad demonstrandum , quod ejus sacrificium expiet plusquam populi sacrificium ; eo quod sacrificium populi non expiet sacerdotes ; at ejus sacrificium & se ipsum , & populum expiat ; dictum est enim ibid.* 7. & immola pro peccato tuo , offer holocaustum , & depre-

precare pro te, & pro populo. *Et ibid.* 15. & pro peccato populi offerens; mactavit hircum, &c. *sicut primum obligatur ad expiationem, ita pariter & hoc; sicut primum obligatur ad duas adspersiones, quæ sunt quatuor, ita pariter & hoc, &c.* Et fuit in die octavo; *hic fuit octavus dies sanctificationis Aaronis, & filiorum ejus; at crederem fuisse octavum mensis; cum vero dicitur* Exod. XL. 15. Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis, collocatum est tabernaculum; *docemur, in principio mensis erectum fuisse tabernaculum; crederem in principio mensis erectum fuisse tabernaculum, at Divinitatem habitasse in octavo die; Idcirco dictum est;* & in die quo erectum est tabernaculum, operuit nubes; *docemur eo die, quo erectum est tabernaculum, apparuisse Divinitatem propter opera Aaronis; etenim toto septiduo impletionum, quo ministravit Mose, Divinitas non habitavit propter ejus operam, donec venit Aaron, & ministravit in vestibus sacerdotii magni, & ejus causa habitavit Divinitas; dictum est enim;* hodie enim Dominus apparebit vobis. *Quid dicendum erat,* & fuit? *Docemur fuisse gaudium coram eo in cœlis, quasi die, in quo creata sunt cœlum & terra in opere creationis; dictum est enim* Genes. I. 5. Factumque est vespere & mane; *& hoc loco dictum est;* & fuit; *Quando Israelitæ perfecerunt opus tabernaculi, veniens Mose benedixit illis; sicuti dictum est* Exod. XXXIX. 43. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis; *Quanam benedictione illis benedixit? Dixit. Habitet Divinitas in operibus manuum vestrarum. R. Meir dicit ita benedixit: Dominus Deus patrum vestrorum adjiciat super vos, sicut vos millies; & ipsi responderunt; jucunditas Domini habitet super nos & opera manuum nostrorum constituat, & opera manuum nostrarum custodiat; & pro eo tempore dictum est* Cant. III. 11. egredimini, & videte filiæ Sion. *Filii designati in rege Salomone, in rege, cujus est pax,* cum corona qua coronavit illum mater sua; *hoc est tabernaculum conventus, quod exstructum erat ex hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, & bysso;* Mater sua; *non designat* mater sua *nisi Israelem; dictum est enim.* Jesai. LI. 4. & gens mea me audite. In die desponsationis illius; *in die quo habitavit Divinitas in templo.* Et in die lætitiæ cordis ejus; *in die quo descendit ignis novus de cœlo, & devoravit holocaustum & adipes, qui erant super altare.* Et extendens Aaron manus suas ad populum, benedixit ei. *In ea hora dignus factus est Aaron muneribus sacerdotii, pariterque elevatione manuum pro seipso, & pro ejus generationibus usque ad resurrectionem mortuorum.* Sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis descendit; *quando expedivit Sacrificia sua, cum lætitia descendit de altari.* Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii; *quando vidit Aaron, quod oblatis sacrificiis, perfectisque omnibus operibus, non descendisset Divinitas in Israele, consistens angebatur Aaron, dicens; ego cognoscebam, quod mihi esset iratus Dominus, meaque de causa non descenderet Divinitas in Israele; at vero tantum effecit meus frater Mose, ut ingressus pudore suffunderer, quum non descenderit Divinitas in Israele. Confestim ingressus est Mose cum eo, & obsecrati sunt, descenditque Divinitas in Israele; ideoque dictum est;* Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii. Et ecce egressus ignis a Domino; *Quando viderunt ignem novum descendentem de altitudine cœlorum, & devorantem super altare holocaustum & adipes, aperuerunt ora sua, & cecinerunt; & de eo tempore dictum est* Psalm. XXXII. 1. Exultate justi in Domino; rectos decet collaudatio. Ex his dicendum videtur Aaronem & ejus filios non fuisse sacerdotio insignitos nisi post vituli peccatum, ut hoc tantum crimen victimarum sanguine expiarent. Illud præterea animadvertendum est in sacrificio pro peccato, præter manuum impositionem peractam fuisse super caput victimæ confessionem, qua peccator designabat pœnam sibi debitam in victimam vicariam transtulisse. Non ignoro Hebræos docere, offerentes super holocausto pariter confiteri debuisse; Verum super uno sacrificio pro peccato docemur in scriptura factam fuisse confessionem; Dictum est *Levit.* XVI. 21. *& posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata eorum, quæ imprecans capiti ejus emittet illum &c.* Et *Levit.* V. 5. והתודה. Et confitebitur; ubi *Sipbra* 14. ומנין שהוא טעון וידוי ת"ל ותודה ומנין שוידוין ע"ל חי נא' כאן וידוי ונא' להלן וידוי מה וידוי שנ' להלן וידויו על חי אף וידוי שנ' כאן וידויו על חי. *Unde probatur, quod confiteri deberet? Ex eo quod dictum est;* & confitebitur. *Et unde probatur, quod confessio peragеretur super vivo? Dicitur hic confessio, & dicitur illic, sc.* Levit. XVI. 21. *confessio; sicut confessio eo loco commemorata pergebatur*

tur super vivo, etiam hic super vivo. Et Num. x. 7. confitebuntur peccatum suum; *ubi* Siphri, 2. 4. והתודו למה נא׳ לפי שנ׳ והתודה אשר חטא עליה. Et confitebuntur, *cur dictum est? quia dictum est* Lev. v. 5. & confitebitur super illo peccatum, quod fecit. Hinc *Isaacus ben Aarama ad Levit.* IV. scribit. איך שיהיה שחטא בנפשו בשוגג או במזיד הוא מעביר את חטאו ממנו ונותנו על ראש קרבנו וכפר עליו ולטעם זה כללו בוידויים חטאתי עויתי פשעתי כמו שנראה מוידויים כהן גדול ביום הכפורים אף על פר החטא אשר שלו. *Quoties quis anima sentiente vel imprudens, vel prudens peccat, transfert ab se peccata sua, conjecitque in victimæ suæ caput. Eoque pertinent confessiones istæ;* peccavi, rebellis fui, perverse egi, *sicut videtur ex Pontificis confessionibus super juvenco suo in die expiationum peractis.* Et *Abarbanel* ad *Num.* XIX. אחר הוידי עלין עונות בני ישראל. *Post confessionem ei incumbebant peccata filiorum Israel.* Et *Ralbag* ad *Exod.* XXIX. 10. הנה הסמיכה הידנה בשתי ידים ועניגה היתה להעיר על שחטאים נפרודו מהם וכאלו הושמו על זה הבעל חיים. *Impositio hæc manuum ambarum erat, illudque demonstrabat, ut hinc intelligeretur removeri ab his peccata ipsorum, & ad hoc animal quodammodo transferri.* Et ad *Lev.* I. לזוה הסבה היתה הסמיכה להורות שהוא כאלו סלק מעליו אותן העונות והעתיק אותן על הבעל חי ההוא. *Eo pertinebat manuum impositio, ut se quisque peccata sua a se removere, & ad hoc animal transferre indicaret. Theodoretus quæst.* 61. ad *Exod.* ἱερεῖς ἐ πᾶσι τοῖς ἱερείοις, ἀλλὰ περὶ ὑπὲρ αὐτῶν προσφερομένοις καὶ μάλιστα τοῖς ὑπὲρ ἁμαρτίας, τοῖς δὲ ἄλλοις αὐτοὶ τὰς χεῖρας ἐπετίθησαν οἱ προσφέροντες· ἦν δὲ τοῦτο σύμβολον τοῦ τὸ ἱερεῖον τὸν τόπον πληροῦν τοῦ προσφέροντος τὴν ὑπὲρ αὐτῦ δεχόμενον σφαγήν. *Non omnibus victimis manus imponebant sacerdotes, sed illis, quæ pro se oblatæ sunt, & præcipue pro peccato factis. Ceteris autem offerentes ipsi manus imponebant. Hoc autem symbolice indicabat hostiam in locum offerentis, pro quo mactabatur, suffectam esse.* Idem ad *Levit.* XVII. 11. ὥσπερ (φησὶ) σὺ ψυχὴν ἀθάνατον ἔχεις, οὕτω τὸ ἄλογον ζῶον ἀντὶ ψυχῆς ἔχει τὸ αἷμα. ὗ δὴ χάριν κελεύει τὴν τοῦ ἀλόγου ψυχὴν, τουτέστι τὸ αἷμα, ἀντὶ τῆς σῆς προσενεχθῆναι ψυχῆς ἀθανάτυ καὶ λογικῆς. *Sicut enim,* (inquit) *tu immortali anima præditus es, sic animal rationis expers sanguinem habet loco animæ; Quam ab causam præcipit, ut anima ejus ratione carens, hoc est sanguis vice animæ tuæ ratione præditæ & immortalis offeratur.* *Eusebius Cæsariensis* Demonstrat. Evangel. lib. I. cap. 10. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ περὶ τῶν θυσιῶν νόμος συμβάλλει νοεῖν τῷ τεθεωρημένως σκοποῦντι πάντα γοῦν τὸν θύοντα τὰς χεῖρας ἐμβάλλειν, προσάττει τῇ κεφαλῇ τῦ θυομένυ, προσκομίζειν δὲ τὸ ζῶον τῷ ἱερεῖ τῆς κεφαλῆς ἐχόμενον ὡσανεὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τὸ ἱερεῖον προσφέροντα· λέγει δ᾽ οὖν ἐφ᾽ ἑκάστῳ, προσάξει αὐτὸ ἔναντι κυρίυ, καὶ ἐπιθήσει τὰς χεῖρας αὐτῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῦ δώρυ καὶ οὕτως ἐφ᾽ ἑκάστυ τετήρηται θύματος, ὐδεμιᾶς θυσίας ἄλλως ἀναφερομένης· δι᾽ ὧν ὁ λόγος ὅτι δὴ ἀντίψυχα τῆς αὐτῶν ψυχῆς, προσήγετο τὰ ζωοθυτύμενα. *Hoc ipsum lex de victimis lata cuique animum huc advertenti indicat; quippe quæ quemque, qui sacrificat, victimæ suæ capiti manus imponere, ejusque caput manibus tenentem animal ad sacerdotem adducere jubet, quasi victimam pro capite suo offerentem. Quare sic de unaquaque victima dicit; eam quisque sistito coram Domino, manusque suas victimæ suæ capiti imponito. Id quod in omnibus hostiis factum est, nulla enim aliter oblata fuit. Unde intelligitur victimarum animas animarum offerentium vice datas esse.* Idem ibid. ἐπειδὴ γὰρ ἑώρων ἅτε τὸν τρόπον εὐσεβεῖς καὶ θεῷ προσῳκειωμένοι θείῳ τε πνεύματι τὰς ψυχὰς πεφωτισμένοι μεγάλης αὐτοῖς θεραπείας δεῖν εἰς ἀποκάθαρσιν τῶν θνητῶν πλημμελημάτων, λύτρον τῆς αὐτῶν σωτηρίας τῷ καὶ ζωῆς καὶ ψυχῆς χορηγῷ προσοφείλεσθαι ἡγῦντο. ἔπειτα μηδὲν κρεῖττον καὶ τιμιώτερον τῆς οἰκείας ψυχῆς καθιερῦν ἔχοντες ἀντὶ ταύτης τέως τὴν διὰ τῶν ἀλόγων ζώων προσῆγον θυσίαν τῆς σφῶν ψυχῆς ἀντίψυχα προσκομίζοντες. *Quandoquidem enim viri pii, Deoque familiares, & afflatu divino illuminati magno sibi opus esse remedio viderent, quo mortifera peccata expiarentur; Deo vitæ animæque datori* λύτρον *aliquod dandum judicabant salutis impetrandæ causa. Ac quidem cum animabus suis nihil præstantius, quod conservarent, haberent, pro eis bestias immolabant, ita scilicet animarum suarum vice alienas animas offerentes.* Hinc victima vicaria pro offerentis anima, quæ peccarat, immolabatur. *Nachmanides ad* Levit. I. ראוי לו שישפך דמו ושישרף גופו לולי חסד הבורא שלקח ממנו תמורה וכפר הקרבן הזה שיהא דמו תחת דמו נפש תחת נפש. *Æquum erat ut sanguis suus funderetur, & ut cremaretur corpus. Creator autem pro clementia sua hanc ab eo accepit victimam, ut rem vicariam, &* λύτρον *ejus, ut hujus sanguis sanguinis ejus vice profunderetur, anima scilicet vice animæ. R. Bechai ibid.* כיון שהחוטא ראוי

ראוי שיהיה דמו נשפך כדם הקרבן ושיהיה גופו נשרף כגוף הקרבן והקב״ה לוקח קרבנו ממנו תמורתו וכופרו הנה חסד גמור אשר גמלהו הש׳ ברחמיו וברוב חסדיו לקח נפש הבהמה תחת נפשו ויתכפר בה וטעם זה נכון ומתשב על הלב. *Cum peccator dignus esset, cujus sanguis funderetur, ut victimæ sanguis, corpusque, ut victimæ corpus, combureretur; Cumque Deus [cui laus) hanc victimam ut rem vicarium & λύτρον ejus ab eo acciperet, vide quanta in eum benevolentia Dei fuit? Is enim pro misericordiæ suæ & bonitatis amplitudine, ut ille expiaretur, animæ ejus loco bestiæ animam accepit; atque hæc sententia vera est, & rationi consentanea. Isaacus ben Aarama ad Levit.* ibid. כאשר יראה שהקרבן הנקרב על חטאו ישחט ויפשט וינותח וישרף על האש אשר על המזבח כי ישים אז על לבו שכן משפטו על חטאו וכן ראוי שיעשה בו לולי יי׳ שרחם עליו לשום אשם נפשו. *Peccator cum victimam de peccato suo immolatam mactari, pelle exui, prosecari, igneque altaris comburi videt, secum ipse cogitare debet, ita secum agi, & ita se tractari oportuisse, nisi Deus pro misericordia sua pro anima ejus piaculum accepisset. Abarbanel* in præfat. ad *Levit.* ראוי שישפך דם המקריב ושישרף גופו על חטאתו לולי חסד השם שלקח ממנו בתמורה וכופר הקרבן ההוא שהיה דמו תחת דמו נפש תחת נפשו. *Dignus erat offerens, ut ejus sanguis funderetur, corpus cremaretur pro peccato suo; Deus autem pro clementia sua ut ipsi vicariam, & ut λύτρον ejus, hanc ab eo accepit hostiam, cujus sanguis effusus est sanguinis ejus vice, animaque vice animæ ejus.* Idem Ibid. כפי שורת הדין ראוי ענשו במיתה והשרף גופו ואיבריו אשר חטאו והרוח תשוב אל האלהים אשר נתנה כיון שלא חטאה במתקוין אלא בשגגה לכן חייבתה התורה שיביא פר בן בקר תחת עצמו וסמך ידיו עליו לרמוז הוא תמורתו. *Jus postulabat, ut ipse [* Pontifex) *mortem lueret, & ut, quæ peccaverant, ipsius corpus & membra cremarentur; spiritus, quia non consulto, sed imprudens peccabat, ut ad Deum, qui dedit, rediret; Quare lege statutum est, juvencum ut daret sui ipsius loco, eique ut manus suas imponeret, ut isto ritu significaret, eum sibi in vicarium succedere.* Ex his illustratur illud *Levit.* XVII. 11. Quia anima carnis in sanguine est, & ego dedi illum vobis, ut super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. *Ubi* Raschi נפש כל בריה בדם היא תלויה לפיכך נתתיו לכפר על נפש אדם תבא נפש ותכפר על הנפש. *Anima omnis animantis est in sanguine.* Quare eum dedi ad expiandas animas vestras; *Veniet anima & animam expiabit.* Aben Ezra; הדם בנפש שיש בו יכפר והטעם נפש תחת נפש. *sanguis expiat anima, quæ sibi inest, sensusque est; anima vice animæ.* Nachmanides. אני חמלתי על נפש האדם ונתתיו להם על המזבח שתהיה נפש הבהמה מכפרת על נפשו. *Ego hominis animæ peperci, eumque* (sanguinem) *in aram dedi, ut anima pecudis pro illius anima expiationem faciat.* Isaacus ben Aarama; *Quia anima carnis in sanguine est.* לזה הטעם נתתיו על המזבח בקרבנותיכם לכפר על נפשותיכם נפש תחת נפש. *idcirco eum in sacrificiis vestris in aram dedi ad expiandas animas vestras, animam scilicet vice animæ. &* R. Lipmannus. לפי שמחמה נתחייבו נפשותיכם שיארע לכם כמעשה הקרבן בשחיטה ובזריקה נתתי נפש הקרבן תחת נפשותיכם. *Cum animæ vestræ peccatn ita constrictæ teneantur, ut quod fit victimæ, quæ mactatur, & cujus sanguis adspergitur, id vos ipsi meritis estis; ego victimæ animam vestrarum animarum vice dedi.* Denique *Abarbanel.* הנה צוה שעל המזבח יקריב אדם את קרבנו יהיה גוף הבהמה ובשרה תחת גופו ובשרו של הבעל המקריב ויהיה הדם הבהמה מפאת הנפש החיונית הנשואה בו תחת נפש האדם נפש תחת נפש. *Præceptum est, ut quisque super altare offerat sacrificium suum; eritque corpus & caro animantis pro corpore & carne offerentis, eritque etiam pecudis sanguis, quia anima sentiens in eo inest, pro anima hominis; anima nimirum vice animæ.* Præterea si multæ essent immolandæ victimæ, præ ceteris primum, quod expiaret, sacrificium pro peccato offerebatur. *Siphra* IV. 2. ר׳ יוסי הגלילי אומר מה ת״ל ופר שני בן בקר תקח לחטאת אם ללמד שהן שנים והלא כבר נאמר ועשה את האחד חטאת ואת האחת עולה ליי׳ א״כ למה נאמר ופר שני בן בקר תקח לחטאת אלא לפי שנ׳ ועשת את האחד חטאת ואת האחד עולה ליי׳ יכול הקודם חטאת לעולה בכל מקום ובכל מעשיה ת״ל ופר שני בן בקר תקח לחטאת אי ופר שני בן בקר לחטאת יכול תקדי עולה לחטאת בכל מעשיה ת״ל ועשה את האחד חטאת ואת האחד עולה ליי׳ הא כיצד דם קטאת קודם לדם עולה מפני שהיא מרצה איברי עולה קודמים לאימורי חטאת מפני שהן כליל לאישים *R. Jose Galilæus dicit; Cur dictum est,* Bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato? Num. VIII. 8. *Si ad docendum, fuisse duos; jam dictum est ibid. vers.* 12. E quibus unum facies

cies pro peccato, *&* alterum in holocaustum Domini. *Si ita se res habet; cur dictum est;* Bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato? *Quia dictum est;* e quibus unum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini. *Crederem, quod quovis loco, & in omnibus suis operationibus sacrificium pro peccato holocaustum antecederet; Idcirco dictum est;* Bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato; *Si bovem* alterum de armento tu accipies pro peccato, *crederem quod holocaustum antecederet sacrificium pro peccato in omnibus suis operationibus; Idcirco dictum est;* E quibus unum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini. *Quomodo? sanguis sacrificii pro peccato antecedebat sanguinem holocausti; quia placabat; at membra holocausti adipes sacrificii pro peccato antecedebant, quia integra comburebantur.* Siphra *iterum* 30. 2. אחר לעולה ואחר לחטאת כל מקום שנתחלפה חטאת הקרים חטאת לעולה כאן שנתחלפה עולה הקרים עולה לחטאת כל שהיא באה על חטא הקרים חטאת לעולה עולה כאן שאינה באה על חטאת הקרים עולה לחטאת כל מקום ששנים באים תחת חטאת הקרים חטאת לעולה כאן שאין שנים באים תחת חטאת הקרים עולה לחטאת ר״א מה ת״ל אחד לעולה ואחד לחטאת לפי שנ׳ אחד לחטאת ואחד לעולה שאם הביאה חטאתה תחילה הביא עולתה ממין חטאתה כאן שהיא מביאה עולתה תחילה אינו דין שתביא חטאתה ממין עולתה ת״ל אחד לעולה ואחד לחטאת הביאה חטאתו תור ועולתה בן יונה תכפול ותביא עולת׳ תור עולת׳ תור וחטאתה בן יונה תכפול ותביא עולתה בן יונה בן עזאי אומר הולכים אחר הראשונה אחד לעולה ואחד לחטאת וכפר מלמד שכפרה בחטאת וטהרה לוכל בזבים. Unum in holocaustum, & alterum pro peccato; Levit. XII. 8. *Ubicunque immutatur sacrificium pro peccato, antecedit sacrificium pro peccato holocaustum; hic ubi commutatur holocaustum, antecedit holocaustum sacrificium pro peccato; ubicunque offerebatur pro peccato, antecedebat sacrificium pro peccato holocaustum; hic ubi non afferebatur pro peccato, antecedebat holocaustum sacrificium pro peccato; ubicumque duo afferebantur propter peccatum, antecedebat sacrificium pro peccato holocaustum; hic ubi duo non afferuntur propter peccatum, antecedit holocaustum sacrificium pro peccato; Altera expositio. Cur dictum est;* unum in holocaustum, & alterum pro peccato? *Quia dictum est* Num. VIII. 12. unum pro peccato, & alterum in holocaustum. *Quod si attulisset a principio suum sacrificium pro peccato, debebat adducere suum holocaustum ex eadem specie sui sacrificii pro peccato; hic ubi a principio adducit suum holocaustum, non erit æquum ut adducat suum sacrificium pro peccato ex eadem specie sui holocausti? Idcirco dictum est*, unum in holocaustum, & alterum pro peccato; *si attulisset in suum sacrificium pro peccato turturem, & in holocaustum filium columbæ, iterum afferet in suum holocaustum turturem, si in holocaustum turturem, & in sacrificium pro peccato filium columbæ, iterum adducet in suum holocaustum filium columbæ. Filius Azai dicit; post primam inceditur.* Et alterum pro peccato; & expiabit; *ad docendum, quod expiatio extaret in sacrificio pro peccato;* & sic mundabitur; *ut comedere posset sacrificia.* Pesiktha 16. 4. אחר לעולה ואחר לחטאת בכל מקום חטאת קודמת שנ׳ והיה האחד חטאת ואחד עולה ואומר והקריב אשר לחטאת ראשונה וכאן קרים עולה לחטאת לפי שנתחלפה העולה שנ׳ כבש בן שנתו לעולה וכת׳ ושתי תורים אחד לעולה לפיכך הקרים העולה לחטאת וכפר עליה מלמד שנתכפרה בחטאת וטהרה לאכל בזבחים. Unum in holocaustum, & alterum pro peccato; *ubicunque antecedit sacrificium pro peccato; Dictum est enim;* & erit unus pro peccato, & alter in holocaustum; *pariterque dictum;* & prius offeratur, qui est pro peccato; *Et hoc loco antecedit holocaustum sacrificium pro peccato; quia commutatur holocaustum; Dictum est enim;* agnum anniculum in holocaustum. *Pariterque scriptum est;* duos turtures, unum in holocaustum, & alterum pro peccato; *Idcirco antecedit holocaustum sacrificium pro peccato;* & expiabit illam; *ad docendum, quod expiatio penderet a sacrificio pro peccato;* & sic mundabitur; *ut possit comedere sacrificia.* Pesiktha *iterum* 43. 2. את האחר חטאת ואת האחר עולה מלמד שכל חטאת קודמת לעולו׳. Unum pro peccato, & alterum in holocaustum; *ad docendum, quod omnia sacrificia pro peccato antecederent holocausta.* Verum reliqua sacrificia pro peccato victima piacularis summi Pontificis, qua Christi sacrificium adumbrabatur, antecedebat, eo quod illa universi populi delicta expiarentur. *Tosaphtha Horajoth* cap. II. פר משיח ופר העדה פר משיח קודם לפר העדה בכל מעשיו הואיל ופר משיח מכפר והעדה מתכפרת מוטב שנקרים המכפר למתכפר שנ׳ וכפר בעדו ובעד ביתו. *Si adstarent juvencus sacerdotis uncti, & juvencus* con-

congregationis, juvencus ſacerdotis uncti antecedebat juvencum congregationis in omnibus ſuis operationibus; Quandoquidem juvencus ſacerdotis uncti expiabat, & congregatio expiabatur; præſtabat, ut antecederet expians expiatum; Dictum eſt enim Levit. XVI. 17. Ut roget pro ſe, & pro domo ſua. Hieroſ. Horajoth 48. כל התדיר מחבירו כו׳ לפי שזה מכפר וזה מתכפר שיקדום המכפר למתכפר כמה דכתיב וכפר בעדו ובעד ביתו ובעד כל קהל ישראל. Quod eſt frequentius altero &c. Quia hoc expiat, & illud expiatur, præſtat ut antecedat expians expiatum; ſicuti ſcriptum eſt Levit. XVI. 17. Ut roget pro ſe & pro domo ſua, & pro univerſo cœtu Iſrael. Toſaphtha Hakorbanoth X. כל התדיר מחברו הוא קודם את חברו וכל המקודש מחברו הוא קודם את חברו פר משיח ופר העדה עומדין פר משיח קודם לפר העדה בכל מעשיו הואיל ומשיח מכפר ועדה מתכפרת מוטב שיקדם מכפר למתכפר שנאמר וכפר בעדו ובעד ביתו ובעד כל קהל ישראל. Quod eſt frequentius altero, alterum antecedit, quod altero ſanctius eſt, alterum antecedit; Si adſtarent juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus congregationis, juvencus ſacerdotis uncti antecedebat juvencum congregationis in omnibus ſuis operationibus, Quandoquidem ſacerdos unctus expiat, & congregatio expiatur; præſtat, ut expians antecedat expiatum; ſcriptum eſt enim; ut roget pro ſe, & ſuo domo ſua, & pro univerſo cœtu Iſrael. Siphra II. ואם הרי זה מוסף על ענין הראשון שתימצא אומר פר משיח ופר עדה עומדין פר משיח קודם לפר עדה לכל עשיו. Et ſi; Hoc addit ad primum ſubiectum; Deprehenditur; quod dicas; ſi adſtarent juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus congregationis, juvencus ſacerdotis uncti antecedet juvencum congregationis in omnibus ſuis operationibus. Et paulo poſt. הא מיכן אתה אומר פר משיח ופר עדה עומדים פר משיח קודם לפר עדה בכל מעשיו. Hinc tu dicis; ſi adſtarent juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus congregationis, juvencus ſacerdotis uncti antecedet juvencum congregationis in omnibus ſuis operationibus. Vide Peſiktha 5. 4. Quæ cum ita ſint teſtantur Judæi, diebus Meſſiæ, per quem futura ſit omnium peccatorum expiatio, ceſſatura omnia ſacrificia preſertim piacularia. Midraſch Tillim ſuper illud Pſalmi LV. 13. עלי אלהים נדריך תודות השלם לך. In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi. א״ר פנחס בשם ר׳ לוי ר׳ לוי בשם ר׳ מנחם כל התפלות בטלות לעתיד לבא והוראה אינה בטלה וכל הקרבנות בטלות והתודה אינה בטלה לעולם שכן כתוב ותעמודנה שתי התודות בבית יהוה תורה כנגד תפלה ותודה כנגד הקרבן. Dixit R. Pinchas nomine R. Levi, & R. Levi nomine R. Menachem; omnes orationes ceſſabunt in futuro, ſc. diebus Meſſiæ; confeſſio autem vel laus non ceſſabit; & omnia ſacrificia ceſſabunt, & confeſſio vel laus non ceſſabit in æternum; ſic enim ſcribitur Nehem. XII. & ſtabunt duæ confeſſiones in domo Domini; una confeſſia loco orationis, & altera confeſſio loco ſacrificii. Midraſch Thillim iterum ad Pſalm. C. fol. 36. 4. לעתיד לבא כל הקרבנות בטלין וקרבן תודה אינו בטל. Temporibus Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, ſad ſacrificium laudis non ceſſabit; c. d. Jerem. XVII. 26. & adducens laudem in domum Domini; ſic Hebræus. R. Simeon baddaraſhan in Jalkuth ad finem Eſræ. כל הקרבנות בטלות לעתיד לבא התודה אינה בטלה שנ׳ אשלם תודות לך. Omnes oblationes ceſſabunt temporibus Meſſiæ; confeſſio laudis non ceſſabit; dictum eſt enim; Pſalm. LV. 13. Reddam laudationes tibi. Meſſias erit loco ſacrificii. Tanchuma fol. 48. 1. Dixit Deus S. B. In hoc mundo peccata hominum expiata ſunt per ſacrificia, verum tempore futuro, ſc. diebus Meſſiæ ego peccata tua expio ſine ſacrificio; q. d. XLIII. 25. Ego, ego deleo peccata tua propter me. Jalkuth Chadaſch fol. 144. משיח במקום הקרבנות שהיו מזמן שבית מקדש קיים. Meſſias eſt loco ſacrificiorum, quæ in domo ſanctuarii offerebantur. Sohar par. 2. fol. 91. 4. Cum Iſraelitæ adhuc erant in terra ſancta, abſtulerunt illi morbos omnes per cultum Leviticum & ſacrificia; השתא משיח מפלק לון מבני עלמא דיפיק ברנש מהצי עלמא. Nunc autem Meſſias aufert illa ab hominibus in hoc mundo, donec homo ipſe egrediatur ex hoc mundo.

IV. Ex his quæ hactenus demonſtrata ſunt, dicendum eſt præ ceteris omnibus veteris Teſtamenti victima pro peccato Chriſti ſacrificium veluti typus antitypum clariſſime præfiguraſſe. Chriſtus fuit victima vicaria piacularis. 1. Johan. II. 2. dicitur ἱλασμὸς περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν propitiatio (i. e. expiatio) pro peccatis noſtris; & ibid. cap. IV. 10. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dileximus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν propitiationem pro peccatis noſtris; & in Ep. ad Hebræos II. 17. Unde debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, ut

ἐξι-

ἐξιλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας *repropitiaret delicta populi*. Et *Hebr.* I. 3. δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν; *purgationem peccatorum nostrorum faciens*; Ibid. IX. 15. καὶ διὰ τοῦτο διαθήκης καινῆς μεσίτης ἐστὶν, ὅπως θανάτου γενομένου εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων τὴν ἐπαγγελίαν λάβωσιν οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας; *Et ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente*, εἰς ἀπολύτρωσιν *in redentionem* (i. e. expiationem) *earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis*. Pariterque *Ephes.* I. 7. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. *In quo habemus* τὴν ἀπολύτρωσιν *redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*; Et *Colos.* I. 14. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν; *In quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*. Quod hic ἀπολύτρωσις Hebraice כפרה dicitur; *Joma* 23. 1. הריני כפרת ר׳ חייא ובניו. *Sim ipse* ἀπολύτρωσις *expiatio R. Chiæ, & filiis ejus*; Et *Baal Aruch* in voce כפר sic explicat. כל מקום שהוא אומר הריני כפרתו זה הוא פירשו הריני במקומו לסבול עונותיו כלומר שאני מקבל עלי עונותיו להתכפר. *Ubicunque dicitur; sim ipse illi* ἀπολύτρωσις *expiatio; hoc designat; ecce ego ejus vice illius iniquitates feram; i. e. ego ipse, pro ejus expiatione, illius in me peccata suscipio*. Præterea λύτρος & ἀπολύτρωσις est idem ac כפרה expiatio; Hinc facile explicatur, quod dicitur *Matth.* XX. 28. ὁ υἱὸς ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν; *sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam* λύτρον *redemtionem pro multis*; Et 1. *Timoth.* II. 5. 6. εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων; *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus; qui dedit* ἀντίλυτρον *redemtionem semetipsum pro omnibus*. Quemadmodum in victimam vicariam offerentis pœna & peccata transferebantur, ita pariter in Christum hominum iniquitates translatæ sunt; uti dicitur *Isai*. LIII. 6. ויהוה הפגיע בו עון כלנו. *Et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum*; Græci Interpretes; Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν; *Dominus dedit eum peccatis nostris*; Versio Arabica; *Dominus autem tradidit eum peccatis nostris*; Syriaca; *Dominus fecit, ut occurrerent in eum peccata nostra*. Qua de causa ibidem dicitur; *non est species ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat adspectus, & desideravimus eum; Despectum & novissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem; & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliatum; Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus; Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit &c. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum; sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatus est; generationem ejus quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium; propter scelus populi mei percussi eum &c. & Dominus voluit conterere eum in infirmitate; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum &c. Pro eo quod laboravit anima ejus videbit & saturabitur; in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniquitates eorum portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit*. His paria leguntur 1. *Corint.* XV. 3. *Christus mortuus est pro peccatis nostris*; & *Galat.* I. 4. *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam*. Et *Rom.* V. 6. *Ut quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est?* 1. *Petr.* III. 18. *Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus justus pro injustis ut nos offerret Deo*. Ibid. cap. II. 24. ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον; *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus: cujus livore sanati sumus*. Præterea victimæ piaculares ab Hebræis advocati & patroni apud Deum munere fungi creditæ sunt; *Sevachin* 1. 2. חטאה למה באה לכפר אלא למה באה לפני לעולה לפרקליט שנכנס דורון אחריו *Qua de causa affertur sacrificium pro peccato? Qua de causa? ad expiandum quare affertur ante-holocaustum? ut sit advocatus* παράκλητος *advocatus, & ingredia-*

grediatur ante donum. Ubi *Raschi* עולה דורון היא אינה באה לכפר על מעשה ממש אחר שכפרה התשובה על מעשה באה להקבלת פנים כאדם שסרח במלך ורוצה ע׳ פרקליטין וכשבא להקביל פניו מביא דורון בידו. *Holocaustum est donum neque ideo affertur, ut simpliciter factum expiet, sed ut offerens in conspectum Dei veniat, postquam perperam factum pœnitentia expiavit. Ut cum quis regi rebellavit, eumque per* παρακλήτης *illius in conspectum veniens donum secum in manu affert. Siphra* 31. והעלה הכהן את העולה מלמד שאיברי עולה קודמים לאימורי חטאת א״ר שמעון חטאת דומה לפרקליט שנכנס לרצות רצה הפרקלית נכנס הדרון. Et offeret Sacerdos holocaustum; *ad docendum, quod membra holocausti, antecederent adipes sacrificii pro peccato. Dicit R. Simeon sacrificium pro peccato simile est advocato, qui ingreditur ad placandum; postquam placavit, infertur donum*. Christus vero, potiore jure vocatur παράκλητος; I. *Joan.* II. I. *Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit,* παράκλητον *advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris*. Hebr. VII. XXIV. 25. *Hic autem, quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium; Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum semper vivens* εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν *ad interpellandum pro eis. Rom.* VII. 33. 34. *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. Quis est, qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est; qui & resurrexit, qui est ad dextram Dei,* ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, *qui etiam interpellat pro nobis*. Iterumque *Hebr.* IX. 24. *Non enim in manu facta sancta Jesu introivit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum* ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, *ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*. Præterea Pontifex appellatur, qui seipsum veluti victimam piacularem Deo Patri pro nobis obtulit. *Hebr. Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse, & potens est, & eis, qui tentantur auxiliari* v. I. 2. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumtus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit iis, qui ignorant & errant; quoniam & ipse circumdatus est infirmitate; & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis &c. Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia; & quidem cum esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech*. Ibid. VII. 25. *Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus; Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel seipsum offerendo; Lex enim hominis constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem jurisjurandi, qui post legem est, filium in eternum perfectum*. Verum major & clarior apparebit inter typum & antitypum analogia & cohærentia in victimis piacularibus publicis diei expiationum, ubi semel in anno veteris testamenti Pontifex pro sui ipsius & universi populi expiatione cum sanguine juvenci, & hirci in sancta sanctorum ingrediebatur; scriptum est enim *Levit.* XVI. *Loquere ad Aaron fratrem tuum; ne omni tempore ingrediatur in Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio &c. Nisi hæc ante fecerit; Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum &c. Suscipietque ab universa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum; Cumque obtulerit vitulum, & oraverit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii &c. His rite celebratis, offeret vitutum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum &c. Tollet quoque de sanguine vituli, & adsperget digito septies contra propitiatorium ad orientem; Cumque mactaverit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem ejus intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, ut adspergat e regione oraculi &c.* Ubi *Siphra*. בזאת יבוא אהרן אל הקודש מה ת״ל לפי שנ׳ אל הקדש אל פני הכפורת אשר על

הארון

הארון שיכול אין לי אלא קודש שיש בו
ארון וכפורת שאין בו ארון וכפורת מנין
תל בזאת יבוא אהרן אל הקודש לעשות
קדש שאין בו ארון וכפורת כקודש שיש
בו ארון וכפורת אתה אומר לכך נאמר
אל הקודש לעשות קודש שאינו כזה בפר
זה או אינו אומר אלא לעשות פר שאינו
כזה בקודש זה ואי זה זה פר הבא
על כל המצות הלא דין הוא ומה אם
פרו הבא על לא הודע נכנס בו לפני
לפנים פרו הבא על הודע אינו דין שיכנס
בו לפני לפנים תל בזאת יביא אהרן אל
הקודש למעט פר הבא על כל המצות
שלא יכנס בו לפני לפנים בפר בן בקר
לחטאת ואין לעולה יכול מקום מתן דמו
של פר שם מתן דמו של איל אר יוסי
מה אני מקיים לא תעלו עליו קטורת זרה
עולה ומנחה איזו היא עולה שצריך הכתוב
למעט' זהו איל העולה לכך נאמר בפר
בן בקר לחטאת ואיל לעולה וגו' ומאת
עדת בני ישראל שיהו משל ציבור יקח
שעירי מעות שעירים שנים אם כן למה
נאמר שני שיהיו שוים ומנין אעפ שאינן
שוים כשירים תל שעיר שעיר ריבה ואיל
אחד לעולה רבי אומר איל אחד הוא הוא
האמור כאן והוא האמור בחומש הפיקודים
ר' אלעזר ברבי שמעון אומר שני אילים
הם אחד אמור כאן ואחד אמור בחומש
הפיקודים והקריב אהרן את פר החטאת
אשר לו שלא יביא משל ציבור יכול לא
יביא משל ציבור שאין ציבור מתכפרים
בו אבל יביא משל אחיו הכהנים שהרי
אחיו הכהנים מתכפרים בו תל אשר לו
יכול לא יביא ואם הביא כשר תל שוב
אמר לו וכפר בעדו ובעד ביתו זה וידוי
דברים יכול כפרה בדמים הריני דן נאמר
כפרה בפר ונאמר כפרה בשעיר מה כפרה
האמורה' בשעיר וידוי דברים חוץ מדמים
אף כפרה האמורה בפר וידוי דברים חוץ
מדמים אם נפשך לומר והקריב אהרן את
פר החטאת אשר לו וכפר בעדו ובעד ביתו
ועדיין לא נשחט כיצד היה מתודה אנא
השם עויתי פשעתי חטאתי לפניך אני
וביתי אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים
ולחטאים שעותי ושפשעתי ושחטאתי לפניך
אני וביתי ככתוב בתורת משה עבדך
לאמר כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר
אתכם מכל חטאתיכם לפני יי' תטהרו
ואומר והתודה עליו את כל עונות
בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל חטאותם
דברי ר' מאיר וחכמים אומרים עונות
אילו הזדונות פשעיהם אילו המרדים
חטאתם אילו השגגות מאחר שהוא
מתודה על הזדונות ועל המרדים חוזר ומתודה
על השגגות אלא כך היה מתודה אנא
השם חטאתי עויתי ופשעתי לפניך אני
וביתי אנא השם כפר נא לחטאים ולעונות
ולפשעים שחטאתי ושעויתי ושפשעתי לפניך
אני וביתי ככתוב בתורת משה עבדך לאמר
כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם
וגו' מהו שמשה אמר נושה עון ופשע
וחטאה ונקה ואומר והתודה עליו את כל
עונות בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל
חטאותם אלא כיון שהיה מתודה על
הזדונות ועל המרדים כאילו הם שגגות
לפניו וגו' ולקח מדם הפר נוטלו ממי
שהוה ממרס בו והזה ולא המטיף והזה
ולא הזורק אצבעו נאמר כאן אצבעו ונאמר
להלן אצבעו מה אצבעו האמור להלן
הימנית המיומנת שבימין אף אצבעו
האמור כאן אימנית המיומנת שבימין אל
פני הכפורת קדמה זה בניין אב כל מקום
שנאמר כפורת זה הפנים למזרח דבר אחד
אל פני הכפורת קדמה אינו מתכוין להזו'
לא למעלן ולא למטן אלא כמצליף לפני
הכפורת יזה שבע פעמים הרי אחת ושבע
ושחט את שעיר החטאת אשר לעם שלא
יהיו אחיו הכהנים מתכפרים בו ובמה הן
מתכפרים בפרו של אחיהם יכול לא יתכפרו
בפרו של אחיהם שהרי הוא אומר אשר
לו מעתה אין להם כפרה וכשהוא אומר
על הכהנים ועל כל עם הקהל יכפר הוי
אומ' יש להם כפרה ובמה הם מתכפרים
מוטב שיתכפרו בפרו של אחיהן שכן
מצינו שחלק מכללו שהרי הוא וביתו
מתכפרים בו ואל יתכפרו בשל ציבור
שלא מצינו שחלק משל ציבור ואם נפשך
לומר והקריב אהרן את פר החטאת אשר
לו וכפר בעדו ובעד ביתו ביתו של אהרן
הם והביא דמו אל מבית לפרוכת מלמד
שהוא נכנס בו לפני ולפנים אין לי אלא
דם השעיר שהוא נכנס בו לפני ולפנים
מניין לדם הפר שיכנס בו לפני ולפנים
תל ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר
מה דם השעיר נכנס בו לפני ולפנים
אף דם הפר יכנס בו לפני ולפנים והזה
אותו אל הכפורת וגו'. Cum hoc veniet
Aaron in Sanctuarium ; *sic Hebræus* ;
Cur dictum est? Quia dictum est. Sanctuarium, quod est intra velum coram
propitiatorio, quo tegitur arca ; *Ego
crederem mihi hinc non probare nisi
sanctuarium; ubi, sit arca & propitiatorium; sanctuarium ubi non sit arca,
neque propitiatorium, unde probatur?
ex eo quod dictum est* ; Cum hoc veniet Aaron in Sanctuarium; *ad æquiparandum sanctuarium ubi non sit arca
neque propitiatorium, sanctuario ubi sit
arca & propitiatorium. Tu ita dicis,
ideo dictum esse ad Sanctuarium, ut
obligetur Sanctuarium, quod non sit huic
simile, ad hunc juvencum; Aut ea de
causa dictum est, ut obligetur juvencus,
qui non sit huic similis, ad hoc sanctuarium; Quinam hic est? juvencus qui adducitur pro omnibus præceptis. Et ecce
argumentum; si juvenco, qui offertur
propter ignorantiam, ingreditur in adytum, cum juvenco, qui affertur propter
rei scientiam, non erit æquum ut in adytum ingrediatur? Idcirco dictum est*;
Cum hoc veniet Aaron in sanctuarium:
ad excludendum juvencum, qui adducitur

tur pro omnibus præceptis, cum quo in adytum non ingrediebatur. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum; *Crederem in eo loco, ubi adspergebatur sanguis juvenci, fuisse adspergendum arietis sanguinem; Dicit R. Jose; quomodo ego explicabo illud* Exod. XXX. 9. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina? *Quodnam est hoc holocaustom, quod necessario textus excludit? Hic est aries in holocaustum; idcirco dictum est;* Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum &c. Suscipietque ab universa multitudine filiorum Israel; *ut sint ex bonis cœtus*; suscipietque duos hircos; *ad minimum hirci sunt duo; si ita se res habet; cur dictum est;* duos? ut sint pares; *& unde probatur, quamvis non sint pares, fuisse legitimos? ex eo quod dictum est;* hircum; *hircum includit*. Et unum arietem in holocaustum; *Rabi dicit; Hic aries, qui hoc loco dicitur, est idem, qui commemoratur in libro* Numerorum. *R. Eleasar filius R. Simeonis dicit; sunt duo hirci; alter hic & alter in libro* Numerorum *commemoratus*. Cumque obtulerit Aaron vitulum suum pro peccato; *sic Hebræus; ne afferat ex bonis cœtus; Crederem non fuisse adducendum ex bonis cœtus, eo quod illo cœtus non expiaretur; sed afferre potuerit de bonis suorum fratrum sacerdotum, eo quod illo expiabantur; idcirco dictum est* suum; *Crederem non fuisse adducendum; si velo attulisset, fuisse legitimum; idcirco dictum est; ibid vers.* 11. suum, & rogans pro se, & pro domo sua; *Hæc erat confessio verborum; crederem fuisse sanguinum expiationem; & ecce argumentum; dicta est expiatio in juvenco, & dicta ast expiatio in hirco; sicut expiatio in hirco dicta erat confessio verborum, exceptis sanguinibus; ita pariter expiatio dicta in juvenco erat confessio verborum, exceptis sanguinibus. Si contradicere volueris; jam dictum est;* Et offeret Aaron vitulum suum pro peccato, & rogans pro se, & pro domo sua; *nondum erat mactatus. Quomodo confitebatur? Obsecro, Domine deliqui, rebellis fui, & peccavi coram te, ego & domus mea; obsecro Domine, expia nunc delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi coram te ego & domus mea, sicut scriptum est in lege Mosis servi tui dicentis ibid.* 30. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris; coram Domino mundabimini; *dictum est enim ibid.* 21. Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta atque peccata eorum; *Verba R. Meir; At Sapientes dicunt;* עונות, *ista sunt delicta ex industria commissa* פשעיהם *istæ sunt rebelliones;* חטאתם, *ista sunt peccata ex ignorantia commissa. Postquam confessus fuerat delicta ex industria commissa, & rebelliones, oportebat ne, iterum confiteri peccata ex ignorantia patrata? Verum hoc modo confitebatur; Obsecro, Domine, peccavi, rebellis fui, & deliqui coram te ego & domus mea; obsecro, Domine, expia quæso peccata, & rebelliones, & delicta, quæ peccavi, & in quibus rebellis fui, & quæ deliqui coram te ego & domus mea; sicuti scriptum est in lege Mosis servi tui dicentis;* In hoc die expiatio erit vestri atque mundatio &c. *Quid est igitur quod dixit Mose* Exod. XXXIV. 7. Qui aufers iniquitatem, & scelera, atque pêccata? *Scriptum est;* confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata. *Hoc ea de causa dictum est; quod cum confitebitur delicta ex industria commissa & rebelliones coram eo perinde habentur ac peccata ex ignorantia commissa &c.* Tollet quoque de sanguine vituli; *sumebat ab eo qui miscebat;* & adsperget; *non guttatim fundet;* adsperget, *non effundet;* digito suo; *dictum est hic* digito suo, *& dictum est illic* digito suo; *sicut digitus suus eo loci commemoratus, est aptissimus manus dextræ ita pariter digitus suus hoc loco dictus est aptissimus manus dextræ*. Contra propitiatorium ad orientem; *Hoc est constitutionis principium, ubiqumque dicitur propitiatorium, fuisse ad orientem. Altera explicatio;* Contra propitiatorium ad orientem; *non attendebat ad spargendum neque supra neque infra, sed tantum elevans manus ad percutiendum*. Contra propitiatorium adsperget *septies, non septem guttas, septies, numerabat septies semel & septies*. Cumque mactaverit hircum pro peccato populi; *quo fratres ejus sacerdotes non expiabantur; quonam expiabantur? juvenco eorum fratris. Crederem non fuisse expiatos juvenco eorum fratris, de quo dictum est* vitulum suum. *Ergo non expiabantur; Quum vero dicitur ibid.* 33. Et expiabit sacerdotes quoque, & universum populum; *ergo expiabantur, quonam expiabantur? Præstat, ut expientur juvenco eorum fratris, de quo invenimus, quod aliis partem dederit; eo quod illo* & domus sua expiaretur; *neque*

que expientur expiatione cœtus, *de qua nulli præter cœtum pars concessa est*; *si contradicere volueris ex eo quod dictum est*; Et offeret Aaron vitulum suum, rogans pro se & pro domo sua; *Domus Aaron*, *sc. sacerdotes*, *comprehenduntur*. Inferet sanguinem ejus intra velum; *docemur*, *quod cum illo in adytum ingrederentur*; *non probo nisi de sanguine hirci*, *quod inferretur in adytum*; *de sanguine juvenci unde probatur*, *quod cum eo in adytum ingrederetur*? *ex eo quod dictum est*; sicut præceptum est de sanguine vituli; *sicut sanguis hirci in adytum inferebatur*, *ita pariter juvenci sanguis*; Et adspergat e regione oraculi &c. Quæ omnia *Hebr.* IX. facta inter typum & antitypum collatione mirandum in modum illustrantur. *In secundo autem* (i. e. in Sancto Sanctorum) *semel in anno solus pontifex non sine sanguine*, *quem offert pro sua & populi ignorantia*. *Hoc significante spiritu sancto*, *nondum propalatam esse sanctorum viam*, *adhuc priore tabernaculo habente statum*; *Quæ parabola est temporis instantis*, *juxta quam munera*, *& hostiæ offeruntur*, *quæ non possunt juxta conscientiam perfectu facere servientem &c. Christus autem assistens* Pontifex *futurorum bonorum*, *per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum*, *id est non hujus creationis*, *neque per sanguinem hircorum*, *aut vitulorum*, *sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta*, *æterna redemtione inventa*. *Si enim sanguis hircorum & taurorum*, *& cinis vitulæ adspersus*, *inquinatos sanctificat ad emundationem carnis*; *Quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo*, *emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi*? Sed præ ceteris hircus emissarius in hac celeberrima die Christum universi generis humani peccata bajulantem clarissime præfiguravit; Dictum enim *Levit.* XVI. 21. 22. *Et posita utraque mana super caput ejus confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel*, *& universa delicta*, *atque peccata eorum*, *quæ imprecatus capiti ejus*, *emittet illum per hominem paratum in desertum*; *Cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam*, *& dimissus fuerit in deserto*. Ubi *Siphra* 41. 3. וסמך אהרן את שתי ידיו על ראש השעיר מלמד שהסמיכה בשתי ידיו בניין אב לכל הסמיכות שיהיו בשתי ידים על ראש אחי חי טעון סמיכה ואין שעירי עבודה זרה טעונים סמיכה דברי ר׳ יהודה ר׳ שמעון אומר חי טעון סמיכה באהרן ואין שעירי עבודה זרה טעונים סמיכה באהרן היה ר׳ שמעון אומר כל חטאת ציבור שדמה נכנס לפנים טעונה סמיכה והתודה עליו זה ווידוי דברים כיצד היה מתודה אנא השם חטאו עוו פשעו לפניך עמך בית ישראל אנא השם כפר נא לחטאים ולעוונות ולפשעים שחטאו ושעוו ושפשעו לפניך עמך בית ישראל ככתוב בתורת משה עבדך. Et posita Aaron utraque manu super caput hirci; *ad docendum*, *quod manuum impositio utraque manu peragenda esset*; *constitutio principii*, *omnes manuum impositiones utraque manu fuisse peragendas*; super caput vivi; *vivo imponendæ erant manus*; *non vero hircis Idololatriæ imponendæ erant manus*; *verba R. Jehudæ*; *R. Simeon dicit*; *Vivo ab Aarone imponendæ erant manus*, *non vero hircis Idololatriæ ab Aarone imponendæ erant manus*; *Dicit enim R. Simeon*; *omnibus sacrificiis pro peccato*, *quorum sanguis inferebatur*, *fuisse manus imponendas*; & confiteatur super illo; *hæc est confessio verborum*; *Quomodo confitebatur*? *Ab Domine*, *peccarunt*, *deliquerunt*, *rebellarunt coram te populus tuus*, *domus Israel*; *obsecro Domine*, *expia quæso peccata*, *& delicta*, *& rebelliones*, *quæ peccarunt*, *& quæ deliquerunt*, *& in quibus rebellarunt coram te populus tuus*, *domus Israel*, *sicut scriptum est in lege Mosis servi tui*. Urgebant hircum, ut cito in desertum proficisceretur; *Babyl. Joma* 66. 2. טול וצא תנא מה שהי צפירא דין וחובי דרא סניאין. *Vade & exi*. *Docetur*; *Quare diutius manet hircus iste*, *cum peccata populi tam numerosa sunt*? *S. Barnabas* in Epist. λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμίους, καὶ προσενέγκατε, καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς, τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα, τὸν δὲ ἕνα [ἐπικατάρατον] -- καὶ ἐκπτύσατε πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθῆτε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθέτω *Sumite duos hircos*, *bonos & similes*, *& offerte*, *& accipiat sacerdos unum in holocaustum*, *alterum in maledictum*, *conspuite illum omnes*, *ac lancinate*, *& imponite lanam coccineam circa caput ejus*, *sic in desertum emittatur*. Et *Tertullianus* lib. III. contra *Marcionem*. *Alter eorum circumdatus coccino*, *maledictus*; *& consputatus*, *& convulsus*, *& compunctus a populo extra civitatem abjiciebatur in perditionem*, *manifestis notatus insignibus Dominicæ passionis*. Dimidia lingua coccinea portæ vestibuli, & dimidia altera hirci cornibus alligabatur, quæ si albesceret, inde cognoscebant peccata sua remissa fuisse ibid. 67. תנו רבנן בראשונה היו קושרין לשון של זהורית

זהורית על פתח האולם מבחוץ הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין ומתביישין התקינו שיהיו קושרין על פתח אולם מבפנים ועדין היו מציצין יוראין הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין התקינו שיהיו קושרין אותו חציו בסלע וחציו בין קרניו אמ׳ ר׳ נחום בר פפא משום ר׳ אלעזר בראשונה היו קושרין לשון של זהורית על פתח אולם מבפנים וכיון שהגיע שעיר היה מלבין יירעו שנעשית מצותו שנ׳ אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו . *Tradunt Rabbini ; a principio alligabant linguam coccineam portæ vestibuli extrinsecus, si albesceret, lætabantur, si non albesceret, mærore angebantur, & confundebantur; decreverunt alligandam portæ vestibuli intrinsecus ; & introspiciebant, si albesceret, lætabantur, si non albesceret, dolebant, & confundebantur. Decreverunt, alligandam dimidiam ad rupem, & dimidiam ad cornua ejus. Dixit R. Nahum bar Papa nomine R. Eleasaris; a principio alligabunt linguam coccineam portæ vestibuli intrinsecus; & quando hircus pervenerat in desertum, albescebat ; hinc cognoscebant perfectum fuisse præceptum ejus, dictum est enim* Isai. I. 18. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Quod hircus præstitit typice, Christus in proprio corpore implevit, de quo *Isai. 6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conspruentibus in me*. Et *Matth.* XXVI. 67. *Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt*. 2, *Corinth*. V. 21. dicitur ; *eum, qui non noverat peccatum pro nobis* ἁμαρτίαν *peccatum fecit*, Et Galat. III. 13. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum ; quia scriptum est; maledictus omnis qui pendet in ligno*. Et *Rom.* VIII. 3. *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne*. Illud pariter observandum est hircum extra castra velut execrabilem eductum esse, ne ejus tactu Israelitas contaminaret ; de quo *Maimonides* part. III. cap. 47. מפני זה היה העוסק בפרה ובשעירים הנשרפים מטמא בגדים כשעיר המשתלח אשר יאמן בו כי מרוב מה שנשא מן העונות הוא מטמא מי שנגע בו . *Vestes eorum, qui vaccæ rufæ, hircisque comburendis operam dabant, eadem de causa polluebantur, qua vestes ejus, qui hircum in desertum ducebat. Qui quidem hircus ob multa, quæ ferebat peccata, id quod tangebat, contaminabat.*

R. Schem Tob *in hunc* Maimonidis *locum*. עוד אמר הרב כי צוה להרחיק הצרעה בעבור שהיא מתרבקת וכל בני אדם מאסים אותה ונבדלים ממנה ובמעא שיהיה בתבען כשעיר המשתלח אשר יאמין בו כי מרוב הנשא בעונות הוא מטמא מה שנגע בו והכן אמרו אשר יאמין בו מרוב מה שנשא בעונות הוא מטמא וכן העניין בשעירים הנשרפים כי בעבור נושאם עונות יהיה הנוגע בהם מטמא . *Dicit præterea magister, præceptum esse, ut sibi quisque a lepra caveat, quæ contagiosa est, it aut omnes eam adspernentur, & fugiant, ab eaque fere natura sua sic abborreant, ut ab hirco, qui ducebatur in desertum, qui propter multa, quæ portabat peccata, id quod tangebat, contaminabat. Fac intelligas id quod dicit, qui ob multa, quæ portabat peccata, id quod tangebat, contaminabat ; eadem erat ratio hircorum combustorum; qui quoniam peccata portabant, ea quæ tangebant, inquinabant ;* Et *Ralbag ad Levit.* XVI. ראוי שיתבאר מזה שהמוציא הפר והשעיר הנשרפים מחוץ למנחה הוא טמא ומטמא בגדים כי הוא ראוי בזה כמו שמשלח שעיר המשתלח כי הם נשרפים חוץ למחנה מפני שאתם העונות כמו שישתלח השעיר מפני שאתו ענות . *Intelligas oportet, eum qui juvencum & hircum comburendos extra castra educebat, immundum factum esse, ejusque vestes inquinatas fuisse, cum hujus esset eadem ratio atque ejus, qui hircum emissarium in desertum ducebat; etenim illæ victimæ extra castra comburebantur, quia peccata portabant ; sicuti hircus emissarius, quia peccata portabat*. Qua de causa *Abarbanel* ad *Levit* 18. juvencum Sacerdotis uncti *ut rem detestabilem extra castra crematum esse scribit* ; Et *Isaacus ben Arama* ad *Levit.* XVI. hircum in deserta dimissum דבר שנוי ומשוקץ *rem execrabilem ac fœdam appellavit*. Sic Christus, qui omnium hominum peccata portabat, extra castra ductus est; *Hebr.* XIII. II. 12. *Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est:* Spatium vero extra portam Hierosolymæ locus extra castra censebatur. *Siphri* ad *Num.* V. 3. אל מחוץ למחנה תשלחו׳ ולא יטמאו את מחניהם מיכן אמרו שלש מחנות הן מחנה ישראל ומחנה לויה ומחנה שכינה מפתח ירושלם ועד הר הבית מחנה ישראל מפתח הר הבית עהר עזרה מחנה לויה מפתח העזרה ולפנים מחנה שכינה . Ejicite de castris ne contaminent ea ; *Hinc dixerunt,*

runt, tria fuisse castra; castra Israelis, castra Levitarum, & castra Divinitatis; A porta Hierosolymæ usque ad montem domus erant castra Israelis; a porta montis domus usque ad atrium erant castra Levitarum; a porta atrii & interius erant castra Divinitatis. Pesiktha 38. 3. ולא יטמאו את מחניהם אשר אני שוכן בתוכם מיכן אמרו שלש מחנות הן מחנה ישראל מחנה לויה מחנה שכינה מפתח ירושלם עד פתח הר הבית מחנה ישראל מפתח הר הבית עד פתח העזרה ולפנים מחנה שכינה. Ne contaminent castra quia ego habito vobiscum; *sic Hebræus. Hinc dixerunt, tria fuisse castra castra; Israelis, castra Levitarum & castra Divinitatis; a porta Hierusalem usque ad portam montis domus erant castra Israelis, a porta montis domus usque ad atrium & interius erant castra Divinitatis*. Vide *Maimonid.* de *domo electa* VII. II. Veteres quoque Hebræi, quorum testimoniis recentiorum insania refelli potest, existimarunt Messiæ passionibus & morte expianda fuisse omnium hominum peccata. Celeberrimum præ ceteris extat monumentum *Jonathanis*, qui caput LIII. *Isaiæ* supra a nobis excitatum ita παραφραζει. הא יצלח עבדי משיחא יתרם ויסגי ויתקיף לחדא וגו׳ כן יברר עממיא סגיאין עלותי ישתקון מלכין ישוון ידיהון על פומיהון ארי דלא אשתעיאו להון חזו ודלא שמעו אסתכלו מאן הימן לבשורתנא דא ותקוף דרע גבורתא דיי׳ על מאן אתגליתא לא חזו חולה חרורית ולא אימתיה אימרת הדיות ויהא זיו קודשא זויה וכל דיחזיניה יסתכל ביה בכן יהא לבוסרן וכמסתר פנים ממנו וגו׳ וכמא דהוות מסלקא אפי שכינתא מיננא בסירין ולא חשיבין בכן על חובנא הוא יבעי ועויתנא בדיליה ישתבקון לנא ובאו לפניה שלמא יסגי עלנא (וכרמיתוהי) לפתגמוהי חובנא ישתבקון לנא כולנא כענא אתבדרנא גבר לקביל אורחיה גלינא ומן קדם יי׳ הות רעוא למשבק חובי כולנא בדיליה בעי והוא מתתב ועד לא פתח פומיה מתקבל תקיפי עממיא כאימרא לנכסתא ימסר וכרח לא דקדם גזזהא שתקא ולית לקבליה דפתח פומיה ממל למי לא ופירשן דיתעבדן לנא ביומוהי מאן יכול לאשתעאה עתירי נכסיא דאנסו במותא דאבדנא ומן קדם יי׳ הות רעוא למצרף ולדכאה ית שארא דעמיה בדיל לנקאה מחוביהון נפשהון ויחזון במלכות משיחהון וגו בחוכמתיה יזכי זכאין בדיל לשעברא סגיאין לאורייתא ועל חוביהון הוא יבעי חלף דמסר למותא נפשיה וית מרודיא שעביד לאוריתא והוא על חובין סגיאין יבעי ולמרודיא ישתבק בדיליה. *Ecce prosperabitur servus meus Messias, exaltabitur, & fortificabitur valde &c. Sic mundabit gentes multas, super ipsum tacebunt reges, & ponent manum super os suum, quoniam quibus non est narratum de ipso, viderunt, & qui non audiverunt, contemplati sunt; quis credidit annunciationi isti nostræ? & fortitudo brachii virtutis Dei hujusmodi, super quem revelata est; non erit visio despicabilis visio ejus, neque autori tas ejus autoritas idiotæ, & erit gloria sanctitatis gloria ejus, & quicumque viderit eum, contemplabitur eum. Propter hoc erit ad bonam annunciationem, & sicut velatæ facies ab eo &c. Tunc pro reatibus nostris ipse exorabit, & peccata nostra propter ipsum remittentur nobis. In doctrina sua pax multiplicabitur super nos, & in adventu suo ad sermonem reatus nostri nobis remittentur. Omnes nos sicut oves dispersi sumus, vir versus viam suam captivati sumus, & ex parte Dei fuit beneplacitum remittere reatus omnium nostrorum propter ipsum. Exoravit & ipse exauditus, & donec non aperuit os suum, suscepturus est robur gentium. Sicut aries occisionis tradetur, & sicut agnus coram tondentibus se, & non erit, qui pro eo aperiat os suum, & loquatur verbum. Et mirabilia, quæ fient nobis in diebus ejus, quis poterit enarrare? Et tradet impios in gehennam, & divites divitiarum, qui inique egerunt, in mortem perditionis. Et ex parte Dei fuit beneplacitum, ut conflaretur, vel contereretur residuum populi sui, ut mundarentur a reatibus suis animæ ipsorum, & videant regnum Messiæ sui; multiplicabunt filios & filias, qui prolongabunt dies, & facientes legem Domini in beneplacito ejus prosperabuntur. In sapientia sua justificabit justos, ut obligent multos ad legem, & pro reatibus eorum ipse exorabit. Pro eo quod tradidit morti animam suam, & trangressores obligavit ad legem, & ipse pro reis multis exorabit, & transgressoribus parcetur propter ipsum.*

Et in *Bereschith Rabba* super Genes. XXVII. 67. Et introduxit eum Isaac ad tentorium matris suæ זה מלך המשיח שהיה בדורן של רשעים ומאס בהם ובחר בהב״ה ובשם קדשו לעבדו בכל לב ונתן את לבו לבקש רחמים בעד ישראל ולצום ולהתענות בעדם שנ׳ והוא מחולל מפשעינו וגו׳ וכשישראל חוטאים הוא מבקש עליהן רחמים שנ׳ ובחברתו נרפא לנו ולפיכך נגזר הב״ה כדי למושיע את ישראל כדי לשמוח עמהם בתחיית המתים שנ׳ אשריך ישראל מי כמוך עם נושע ביהוה וכן הוא אומר ישראל נושע ביהוה תשועת עולמים. *Hic est rex Messias, qui erit in generatione impiorum, & re-*

pro-

probabit eos, & elegit Deum, & nomen sanctum ejus, ut coleret ipsum toto corde suo, deditque cor suum ad petendam misericordiam pro Israel, & ad jejunandum, & ad humiliandum se pro illis, sicut dictum est Esai. LIII. 5. ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras &c. *Cumque Israel peccaverit, ipse exorabit pro eis, sicuti dictum est ibid.* Et livore ejus sanati sumus. *Et propter hoc Deus servat eum, ut salvet Israel, & ut exultet cum iis in vivificatione mortuorum, sicut dicitur.* Deut. XXXIII. 29. Beatus es tu Israel, quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino? *Et sic* Isai. XLV. 17. Israel salvatus est in Domino salute æterna. Et in *Medrasch Ruth* ad illud *Ruth.* II. 14. Veni huc, & comede panem, & intinge bucellam tuam in aceto מדבר במלך המשיח נשי הלום קרוב למלכות ואכלת מן הלחם זה לחם של מלכות וטבלת פתך בחמץ אלו היסורין שנ' והוא מחולל מפשעינו מדכא מעונותינו. *Loquitur de rege Messia*; Veni huc; *appropinqua ad regnum*; & comede panem; *iste est panis regni*; & intinge bucellam tuam in aceto; *Eæ sunt passiones Messiæ, de quo dicitur* Isai. l. c. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & obtritus est propter scelera nostra. Et *Tanchuma* ad *Num.* cap. I. 4. איש ראש אבותיו הוא. Vir caput domui patrum suorum ipse אין איש הנאמ' כאן אלא משיח בן דוד שנ' הנה איש צמח שמו ת' הא גברא משיחא וכן אמר נאמר איש מכאובות וידוע חולי. *Non est vir dictus in hoc loco nisi Messias filius David; sicut dicitur* Zachar. VI. 12. Ecce vir germen nomen ejus; *transtulit hoc* Jonathan; ecce vir Messias nomen ejus; *& sic dicitur* Esai. LIII. 3. Virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et in *Sanhedrin* distinctione Chelek אל' אימת' אתי משיח אמרו ליה זיל שייליה לדיריה והיכה יתיב אל' בפתחא דרומי ומאי סימניה יתיב ביני עני סובלי חלאים והוא נמי מנוגע כדכתיב והוא מחולל מפשעינו וכתיב אכן חלינו הנא נשא ומכא בינו סבלם ואנחנו חשבנוהו נגוע. *Dixit eis; quando veniet Messias? dixerunt ipsi; Unde quære ab eo. Dixit; ubi sedet? in porta Romæ; & quod est signum ejus? Sedet inter pauperes patientes infirmitates; & ipse quoque leprosus est, sicut scriptum est.* Isai. LIII. 5. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. *Pariterque scriptum est ibid. vers.* 4. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit; & nos putavimus eum leprosum. Verum celeberrimum exstat de passionibus Messiæ, & de redentione per ejus tribulationes omnium hominum testimonium in *Bereschith Rabba* ad illud I. 1. *Genes.* In principio creavit Deus cœlum & terram ההר' אור זרוע לצדיק אר' אבא ונהרא עמיה שרי זה אורו של מלך המשיח וכן הוא אומר כי עמך מקור חים באורך נראה אור זה אורו של משיח מלמד שצפה הקב"ה במשיח ובדורו ונגזו תחת כסא כבודו אמר שטן לפני הקב"ה רשל"ע אור זה שהוא גנוז תחת כסא כבודך למי הוא אמר לו למשיח ולדורו אמר לפניו רשל"ע הנח לי ואסטין למשיח ועל' דורו' אל' הקב"ה אי אתה יכול לו א' לפניו רשל"ע הנח לי ואני יכול אל' הקב"ה אם אתה מתכוין לכך אני מאבד אותו שטן מן העולם ונשמה אחת מאותו הדור איני מאבד מיד התחיל הקב"ה מתני עם משיח אל' משיח צדקי הללו שגניזים אצלך עתדים עונותיהם להכניסך בעול קשה עינך לא יראו אור ואזניך ישמעו חרפה גדולה מאומות העולם אפך יריח סרחון פיך יטעום מרורים וידבק לשונך לחכך ויצפד עורך על עצמך ויתשש נשמך בינון ואנחה רצונך בהם אי אתה מקבל עליך מוטב ואם לאו הרינו טורדך מעכשיו אמר לפניו רשל"ע בכך אני שמח ומקבל עלי יסורין הללו על מנת מן שתחיה מתים בימי ומתים שמתו מאדם הראשון ועד עכשיו ולא אותם בלבד תושיע אלא אפילו אותם שבלעו האבים ואריות ואותם שטבעו במים ובנהרות בימי תושיע ולא אותן בלבד תושיע אלא אפילו הנפלים ולא הנפלים בלבד אלא אפילו אותן שעלו על דעתך להבראות ולא נבראו בימי תושיע אל' הקב"ה הן מיד קבל משיח כל יסורין מאהבה שנ' נגש והוא נענה. Hoc est, quod dicitur Psal. XCVI. 11. Lux orta est justo. *Dixit Rab. Aba; dictum est.* Daniel. II. 22. & lux cum eo est. *Hæc est lux regis Messiæ. Pariterque dictum est.* Psal. XXXV. 10. Quoniam apud te est fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen. [*Hinc Messiæ Divinitas demonstratur.*] *Istud lumen Messiæ; Hinc docetur, quod vidit Deus sanctus benedictus Messiam & generationem ejus, reservavitque eum sub throno gloriæ suæ Dixit ergo Satan coram Deo; Domine mundi; Lumen istud, quod est repositum sub throno gloriæ tuæ, cui? Dixit ei, Messiæ, & generationi ejus. Dixit coram Deo; Domine mundi; sine me; & adversabor Messiæ, & generationi ejus; Dixit ei Deus; non posses contra eum. Dixit coram eo; Domine mundi, permitte mihi, & ego potero. Dixit ei Deus sanctus benedictus, si tu firmiter sic proponis; ego destruam Satanam de mundo, & animam unam de illis generationibus non destruam. Statim incepit*

Deus

Deus pacisci cum Messia; dixitque ei; Messia justæ meus, isti qui sunt repositi apud te futura sunt peccata illorum mittere te in jugum gravissimum. Oculi tui non videbunt lucem aures autem tuæ audient opprobrium magnum populorum mundi; nasus tuus odorabit fœtorem; os tuum gustabit amaritudines, adhærebitque lingua tua palato tuo, & extenuabitur corpus tuum in luctu & gemitu. Estne voluntas tua in eis? Nam si tu suscipis, bene quidem, si non, ecce ego abjiciens ea ex nunc. Dixit coram eo; Domine mundi; in hoc ego lætus sum, ac suscipio super me tribulationes istas super tali conditione, quod resuscites mortuos in diebus meis, ac mortuos, qui mortui sunt a primo homine usque nunc; & non illos tantummodo salves, sed etiam illos, quos devoraverunt lupi, atque leones, illos quoque qui submersi sunt in aquis maris & fluminum, in diebus meis salves, & non illos tantum salves, sed etiam abortivos, & non abortitus tantum, sed etiam illos, qui in mente tua creandi sunt, & non sunt creati. Dixit ei Deus sanctus benedictus; etiam. Statim suscepit Messias ex dilectione omnes tribulationes; sicut dictum est Isai. LIII. 7. Afflictus est, & ipse voluit. Et in comentar. *R. Mosis Hadarsan* ad illud *Genes.* 21. 9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum

ההד׳ רב טובך אשר צפנת ליראיך׳ וגו׳
הבית החמשי בנוי מאבני שחם ושכנים
בו משיח בן דוד ואליהו התשבי והפריון
מעצי הלבנון שעשו משה ואהרן במדבר
והמשכן מעוטר כסף רפידתי זהב מרכבו
ארגמן ובתוך אפריון משיח בן דוד וגו׳
ואליהו תופש ראשו מלמטה ונותנו בחיקו
ומחזיקו ואומר לו סביל׳ דין מרך שהקץ
קרוב הוא וכל שני וחמישי וכל שבת ויום
טוב באים אליו אבות וצדיקים ומשה
ואהרן ודוד ושלמה וכל מלכי בית דוד
וכל הנביאים והם בוכים עמו והם מחזיקים
אותו ואומרים לו סבול דין מרך שהקץ
קרוב הוא ולך שתחיינו שנ׳ יחינו מיומים
ביום השלשי יקימנו ונחיה לפניו.

Hoc est quod scriptum est Psal. XXX. 20. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? &c. *Domus autem quinta ædificata est de lapidibus Onychini &c. Habitantes in ea vero sunt Messias filius David, & Elias Thesbites; thalamus vero de lignis Libani, quem fecerunt Mose & Aaron in deserto, & habitaculum coronatum argento, cujus reclinatorium aureum, cujus cella purpura; & in medio thalami Messias filius David. &c. Porro Elias suscipiens caput ejus ab infra, & dans in sinum suum, & confortans eum & dicens ei; tolera judicium Domini tui, finis enim prope est. In omni autem feria secunda, & quinta, & in Sabbatho, & in omnibus solennitatibus, veniunt ad eum patres, & justi, & tribus, & Moses & Aaron, & David & Salomon, & omnes reges domus David, & omnes prophetæ & ipsi flentes cum eo, & confortantes eum, atque dicentes ei; tolera judicium Domini tui, finis quippe prope est, & ad te pertinet, ut vivifices nos, sicut dictum est* Ose. VI. 4. Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Ex his veterum Hebræorum monumentis videri facile potest, quantum adversus recentiorum Judæorum deliramenta, & Socinianorum blasphemias Ecclesiæ Christianæ præsidii comparari possit. Ex primorum hominum vetusta traditione, quibus innotuerat offerendam aliquando hostiam puram, & immaculatam, cujus sanguine universi generis humani peccata omnia expianda erant, derivatæ videntur apud Ethnicos piaculares illæ publicæ victimæ, quæ ad averruncandam Deorum iram pro universæ urbis aut gentis incolumitate devovebantur; Quæ a Romanis appellantur piacula, victimæ piaculares, vicariæ sacræ, a Græcis ἀρῶιοι, ἀποτρόπαιοι, φαρμακοὶ, μιαροὶ, ἐπαρᾶτοι; a Svida in voce περίψημα dicitur περιψήματα: οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν περίψημα ἡμῶν γένου, ἤτοι σωτηρία καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτίννυντες. *Et qui malis averruncandis quotannis destinatus erat, sic imprecabantur sis* περίψυμα *nostrum, hoc est salus & redemptio; atque ita illum in mare projiciebant, quasi Neptuno sacrum persolventes. Ab Hesychio* in voce περίψημα vocantur ἀντίψυχα; i. e. *animæ oblatæ animarum offerentium vice. Scholiastes ad Aristophanis equites de* Atheniensibus hæc testatur; ἔτρεφον γὰρ τινὸς Ἀθηναῖοι λίαν ἀγενεῖς καὶ ἀχρήστους καὶ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τινὸς ἐπελθούσης τῇ πόλει [λοιμοῦ λέγω ἢ τοιούτου τινὸς] ἔθυον τούτους ἕνεκα καθαρθῆναι τοῦ μιάσματος, οὓς καὶ ἐπωνόμαζον καθάρματα. *Alebant enim Athenienses quosdam valde ignobiles, & inutiles, quos cum malum ullum civitati impenderet (pestis sc. aut tale quicquam) ad piaculum expiandum immolabant, quos etiam* καθάρματα *appellabant*. Idem ad *Plutum*. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινὸς ἢ τινὸς ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. *Illi* καθάρματα *appellabantur, qui ad pestem, aliumve morbum ullum averten-*

dum

dum Diis immolabantur. De Ægyptiis *Herodotus in Euterpe*; καταρέονται δὲ τάδε λέγοντες τῇσι κεφαλῇσι, ἤ τι μέλλον ἢ σφίσι θύȣσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ κακὸν γενέσθαι ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι, κατὰ μένυν τὰς κεφαλὰς τῶν θυομένων, ϗ τὴν ἐπίσπασιν τȣ̃ οἴνȣ πάντες Αἰγύπτιοι νόμοισι τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται ὁμοίως ἐς πάντα τὰ ἱερὰ ϗ ἀπὸ τȣ́τȣ τȣ̃ νόμȣ ȣ̓δὲ ἄλλȣ̃ ȣ̓δενὸς ἐμψύχȣ κεφαλῆς γεύσεται Αἰγυπτίων ȣ̓δείς. *Capitibus autem iis imprecantur, ut siquid mali aut immolantibus ipsis, aut universæ Ægypto impendeat, id in caput hoc convertatur. Eodem porro ritu circa capita pecudum, quæ immolantur, & vini libationem omnes pariter Ægyptii omnibus in sacrificiis utuntur. Quo ritu fit, ut nemo Ægyptiorum animantis ullius caput gustet*. De iisdem *Plutarchus* in lib. de *Iside*, & *Osiride*; τῇ μεὶ κεφαλῇ τȣ̃ ἱεροῖȣ καταρασάμενοι, ϗ ἀποκόψαντες εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίπτȣν πάλαι νῦν δὲ τοῖς ξένοις ἀποδίδονται. *In caput victimæ execrati, amputatum in flumen projiciebant antiquitus, nunc autem peregrinis dant. Servius ad Æneid.* III. de Massiliensibus. *Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis & purioribus cibis. Hic postea oraatus verbenis & vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, & sic projiciebatur*. Apud Romanos celebres duo Decii, pater & filius, qui se pro salute exercitus, & Reipublicæ devoverunt; Patris devotio a *Livio* Dec. I. lib. VIII. cap. 8. his verbis describitur. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, divi novensiles, dii Indigetes, divi quorum est potestas nostrorum, hostiumque, diique manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriam prosperetis; hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hostium mecum diis manibus, Tellurique devoveo*. Filius vero ibid. lib. x. cap. 19. ita locutus dicitur; *Quid ultra moror familiare fatum? datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri, ac diis manibus dabo. Hæc locutus, M. Livium Pontificem, quem descendens in aciem, digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legiones que hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret; devotus inde eadem precatione eodemque habitu, quo pater Decius ad Veserim bello Latino se jusserat devoveri: cum secundum solemnes precationes adjecisset, præ se agere sese formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem; cœlestium, infernorumque iras; contacturum funeribus diris signa, tela, arma hostium, locumque eundem suæ pestis, & Gallorum ac Samnitium fore &c. At ex parte altera Pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusseratque pro prætore esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos consulis fato; Gallos, Samnitesque Telluris matris, ac Deorum manium esse: rapere ad se, ac vocare Decium devotam secum aciem; furiarumque, ac formidinis plena omnia ad hostem esse*. Verum expiatio expectanda erat ab Judæis pariter, & Gentilibus ab uno illo Agno, quem *Joannes Apocal.* XIII. 8. *dicit* ἀρνίον ἐσφαγομενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμȣ *Agnum occisum ab origine mundi*; quem primi homines & prophetæ Divino indicante spiritu venturum aliquando ad expianda universi generis humani peccata didicerunt, uti testatur *Eusebius Demonstrat. Evangelica* lib. II. cap. 10. ἕως μὲν οὖν ὠδέπω τὸ κρεῖττον ȣ̓δὲ τὸ μέγα ϗ τίμιον, ϗ θεοπρεπὲς σφάγιον παρῆν ἀνθρώποις ταῖς διὰ ζώων θυσίαις, λύτρα τῆς ἑαυτῶν ζωῆς, ϗ ἀντίψυχα τῆς οἰκείας φύσεως προσηκόντως ἀποδιδόναι χρῆν τῷ θεῷ. ὡς ϗ ἔπραττον οἱ πάλαι θεοφιλεῖς, σεμνόν τι, ϗ θεοφιλὲς ϗ μέγα ἱερεῖον ἥξειν ποτὲ εἰς ἀνθρώπȣς τῷ θεῷ πνεύματι προειληφότες, τὸ τȣ̃ παντὸς καθάρσιον κόσμȣ ȣ̃ ϗ τὰ σύμβολα τέως ἐπιτελεῖν αὐτȣ̀ς προφήτας ὄντας, ϗ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προτυπȣμένȣς· ἐπειδὴ μὲν τὸ τέλειον παρῆν, τοῖς τῶν προφητῶν ἀκολȣ́θως παραχρῆμα διὰ τῆς τȣ̃ κρείττονος ϗ ἀληθȣ̃ς ἱερȣργίας· ȣ̃τος δ' ἦν ὁ χριςὸς τȣ̃ θεȣ̃ ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν χρόνων, ἥξειν εἰς ἀνθρώπȣς, ϗ προβάτȣ, δίκην ὑπὲρ παντὸς τȣ̃ τῶν ἀνθρώπων γένȣς σφαγήσεσθαι προαγορευόμενος· ᾗ φησὶ περὶ αὐτȣ̃ Ησαΐας προφήτης, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ϗ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τȣ̃ κείροντος ἄφωνος· ϗ ἐπιλέγει αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει ϗ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, ϗ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα, αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ ϗ ἐν πληγῇ ϗ ἐν κακώσει αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ϗ μεμαλάκισθαι διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτȣ̃ ἡμεῖς ἰάθημεν, ϗ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· αὐτὸς γὰρ ἁμαρτίαν ȣ̓κ ἐποίησεν, ȣ̓δ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ ςόματι αὐτȣ̃· τὰ ὅμοια τȣ́τοις ϗ Ιερεμίας ἕτερος Εβραίων προφήτης ἐπὶ προ-

προσώπου τοῦ Χριστοῦ ἐπιφωνεῖ, ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι· ἐπισφραγίζεται τὰς τούτων προῤῥήσεις Ἰωάννης Βαπτιστὴς καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας· ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐπιδείξας, ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ προφητευόμενος, ἐπεφώνησεν, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· Ὅτε τοίνυν κατὰ τὰς τῶν προφητῶν μαρτυρίας εὕρηται τὸ μέγα καὶ τίμιον λύτρον Ἰουδαίων ὁμοῦ Ἑλλήνων, τὸ τοῦ παντὸς κόσμου καθάρσιον, πάντων ἀνθρώπων ἀντίψυχον, τὸ πάσης κηλίδος καὶ ἁμαρτίας καθαρὸν ἱερεῖον, ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, τὸ θεοφιλὲς καὶ ἁγνὸν πρόβατον τὸ φροφητευόμενον ἀρνίον, οὗ διὰ τῆς ἐνθέου καὶ μυστικῆς διδασκαλίας πάντες ἡμεῖς οἱ ἐξ ἐθνῶν τὴν ἄφεσιν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων εὑράμεθα, διὸ καὶ Ἰουδαίων οἱ εἰς αὐτὸν ἠλπικότες ἐλεύθεροι τῆς Μωσέως ἀφίενται κατάρας, εἰκότως τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὴν ὑπόμνησιν ὁσημέραι ἐπιτελοῦνες, καὶ τῆς κρείττονος ἢ κατὰ τὰς παλαιὰς θυσίας τε καὶ ἱερουργίας ἠξιωμένοι, οὐκ ἔθ' ὅσιον ἡγούμεθα καταπίπτειν ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα σύμβολα καὶ εἰκόνας, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν ἀλήθειαν περιέχοντα· εἰκότως δὲ καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων οἱ εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ καταπεφευγότες εἰ μηκέτι τῶν Μωσέως ἐπιστρέφοιντο παραγγελμάτων, κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην βιοῦντες, τῆς ὑπὸ Μωσέως ὡρισμένης ἐκτὸς ἂν εἶεν κατάρας· ἅτε δὴ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ, οὐ μόνον τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν τῇ παραβάσει τῶν Μωσέως ἐντολῶν κατάραν εἰς αὐτὸν ἀνειληφότος· γέγονεν οὖν ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ καὶ ἁμαρτία καὶ κατάρα· ἁμαρτία μὲν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν τοῦ κόσμου· κατάρα δ' ὑπὲρ τῶν ἐμμενόντων πᾶσι τοῖς ἐγγεγραμμένοις ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ· διὸ φησιν ὁ Ἀπόστολος, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε· τί γὰρ οὐκ ἔμελλε γίνεσθαι τὸ τοῦ κόσμου καθάρσιον, τὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ἀντίψυχον, ὃ δὴ καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀρνίον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, τά τε πάντα ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς· ὅθεν οἱ μὲν παλαιοὶ καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες εἰκότως ἀπουσίᾳ τῶν κρειττόνων τοῖς συμβόλοις προσανεῖχον. Ὡς καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ Σωτὴρ ὑμῶν διδάσκει λέγων· πόλλοι προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ ὑμεῖς βλέπετε καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι, ἃ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν, ἡμεῖς δὲ τὰ ἀληθῆ καὶ τῶν εἰκόνων τὰ ἀρχέτυπα διὰ τῆς μυστηριώδους οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ παρειληφότες, οὐκ ἔτι τῶν παλαιῶν δεησόμεθα· μόνος δ' οὖν αὐτὸς τῶν πώποτε Λόγος ὢν θεοῦ, προκόσμιος, καὶ ἀρχιερεὺς πάσης νοερᾶς καὶ λογικῆς κτίσεως, τὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ, οἷα πρόβατον καὶ ἀμνὸν, ἐκ τῆς ἀνθρώπων ἀφορίσας ἀγέλης, τούτῳ τε ἐπιγράψας τὰς πάντων ἡμῶν ἁμαρτίας, καὶ τὴν κατάραν γε αὐτῷ, τὴν ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ προστετιμημένην περιάψας, ὅτι δὴ Μωσέως ἀνειπόντος· ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· τοῦτο πέπονθεν αὐτὸς δι' ἡμᾶς γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ δὴ καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν δι' ἡμᾶς ποιήσας· ἐπὶ τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησε, πάσας τε αὐτῷ δι' ἡμᾶς τὰς ἡμῖν ἐπηρτημένας τιμωρίας ἐπιθεὶς, δεσμὰ καὶ ἀτιμίας, καὶ ὕβρεις, μάστιγάς τε καὶ ἐκτόπους πληγὰς, καὶ ἐπὶ πᾶσιν, τὸ τῆς κατάρας τρόπαιον· μετὰ δὴ πάντα οἷόν τι θαυμάσιον θῦμα καὶ σφάγιον ἐξαίρετον τῷ πατρὶ καλλιερησάμενος, ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἡμῶν ἀνήνεγκε σωτηρίας. *Proinde dum nulla præstantior, neque major, neque pretiosior, neque Deo convenientior victima hominibus aderat; sacrificia interim ex animalibus pro sua ipsorum vita redimenda, & quoddam quasi naturæ propriæ animatum pretium ipsi Deo reddere illos convenienter oportebat; sicut enim Dei veteres amici & cultores faciebant, qui venerabilem quandam, Deoque acceptam, & magnam hostiam, venturam olim ad homines, divino indicante spiritu tanto ante didicerant, quæ totius mundi expiatio existeret, cujus etiam signa quædam, & notas ipsi interea obirent, atque perficerent; quippe qui & prophetæ essent, & ejus, quod futurum exspectaretur, figuram in se quandam ante gerentes. Ubi autem quod perfectum erat, advenit, quemadmodum vaticinia prophetarum, prædixerant, priora illa desierant, & præstantiore verioreque sacrificio illico sublata sunt. Hic autem fuit Christus filius Dei, is de quo antiquitus a primis usque temporibus dictum est, quod ad homines esset venturus, atque instar pecudis pro toto genere humano interficiendus, ut apud* Isaiam *prophetam scriptum legimus, ubi ait.* Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram se tondente se obmutescet. *Item dicit.* Hic peccata nostra fert, & pro nobis in dolore est; & nos reputavimus eum esset in labore & plaga, & afflictione; ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & tulit languorem propter iniquitates nostras; disciplina pacis nostræ super eum; livore ejus sanati sumus; & Dominus tradidit eum peccatis nostris; ipse autem peccatum non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus. *Similia his item* Hieremias *alter Hebræorum propheta inducta persona Christi palam enunciat dicens.* Ego sicut agnus innocens, qui ducatur ad sacrificandum. *Claudit horum prædictiones quasi signum iis impri-*

bat, offerebatur, caput & pedem, pectus & gulam, & duas manus, & duo latera, ſpinam dorſi & pedem. Sexdecim aliquando in eo digni facti ſunt, aliquando quatuordecim, aliquando quindecim; Aries ab undecim offerebatur, agni cœtus ab octo, quia cum iis non offerebantur frixa; Juvencus a quatuor & viginti offerebatur, caput & pedem duo apprehendebant, & extollebant prope altare, tres apprehendebant & offerebant ſuper altare. De quo hæc dicta ſunt? De ſacrificiis cœtus, at ſacrificia privati qui vellet, poterat offerre. Babyl. Joma 15. 2. תנו רבנן כיצד דרך הלכו הראש והרגל החזה והגרה ושתי ידים ושתי דפנות העוקץ והרגל ר׳ יוסי אומר דרך הפשטו היה קרב כיצד דרך הפשטו הראש והרגל העוקץ והרצל ושתי דפוות ושתי הידים החזה והגרה ר׳ עקיבא אומר דרך ניתוחו היהקרב כיצד דרך ניתוחו הראש והרצל ושתי ידים החזה· והגרה ושתי דפנות והעוקץ והרגל ר׳ יוסי הגלילי אומר דרך עלויו היה קרב כיצד דרך עלויו הראש והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות והעוקץ והרגל ושתי הידים והכתיב כל נתח טוב ירך וכתף. *Tradiderunt magiſtri; Quomodo juxta ejus inceſſum? caput & pedem, pectus & gulam, & duas manus, & duo latera, ſpinam dorſi, & pedem. R. Joſe dicit; juxta modum quo pelle exuitur offertur. Quomodo juxta rationem qua pelle exuitur? caput & pedem, ſpinam dorſi & pedem, & duo latera, & duas manus, pectus & gulam. R. Akiba dicit, juxta modum, quo in membra dividitur, offertur. Quomodo juxta rationem, qua in membra dividitur? caput & pedem, & duas manus, pectus & gulam, & duo latera, ſpinam dorſi & pedem. R. Joſe Galilæus dicit; juxta ejus æſtimationem offertur. Quomodo juxta ejus æſtimationem? caput & pedem, pectus & gulam, & duo latera, & ſpinam dorſi, & pedem, & duas manus, ſcriptum eſt enim* Ezech. XXIV. 4. Omnem partem bonam, femur & armum. Vid. *Tamid.* cap. III. *Joma* cap. II. 3. 5. 6. 7. & *Maim.* l. c. In colle membra non uno in loco collocabantur. *Toſaphta Scekalim* III. 20. אימרי תמיד משאמרו ניתנין למטה ניתנין מחצי כבש ולמטה במזרח ושאמרו ניתנין למעלה ניתנין מחצי כבש ולמעלה במערב ר׳ חנניה בן עקשיא אומר אלו ואלו ניתנין מחצי כבש ולמטה אלא שהתמידין במערב ומוספין במזרח ושל ראשי חדשים ניתנין תחת כרכב המזבח. *Membra ſacrificii jugis quando dixerunt fuiſſe collocanda infra, collocabantur infra dimidiam partem collis ad orientem; & quando dixerunt ſupra fuiſſe collocanda, collocabantur ſupra dimidiam partem collis ad occidentem. R. Akiba filius Akaſcia dicit utraque fuiſſe collocata infra dimidiam partem collis. Verum ſacrificia jugia collocabantur ad occidentem, & addititia ad orientem, & ſacrificia noviluniorum collocabantur infra ambitum altaris.* Miſna *Scekalim* VIII. 8. אברי התמיד ניתנין מחצה כבש ולמטה במערב (ס״א במזרח) ושל מוספין ניתנין מחצה כבש ולמטה במזרח (ס״א במערב) ושל ראשי חדשים ניתניז על כרכוב המזבח מלמעלה (ס״א מתחת כרכוב המזבח מלמטה). *Membra ſacrificii jugis collocantur infra dimidiam partem collis ad occidentem (aliud exemplar ad orientem) & addititia collocabantur infra dimidiam partem collis ad orientem [aliud exemplar ad occidentem] & membra ſacrificiorum noviluniorum collocabantur ſupra ambitum altaris (aliud exemplar) infra ambitum altaris. Maimon. Tamidim* cap. VI. 3. ונותנין האברי מחצי כבש ולמטה במערבו ושל מוספין נותנין אותן מחצי כבש ולמטה במזרחו ושל ראשי חדשים נותנין על המזבח מלמעלה בין קרן לקרן במקום הלוך הכהנים כדי לפרסמו שוא ראש חדש. *Membra reponebantur infra dimidiam partem collis ad occidentem; & additiiorum membra collocabantur infra dimidiam partem collis ad orientem; & membra noviluniorum collocabantur ad partem ſuperiorem altaris inter cornua in loco ambulacri ſacerdotum, ut ita palam fieret adeſſe Kalendas.* Ibidem ſcribit *Maimonides* collem ſtratum fuiſſe ſale; ne labeſcerent Sacerdotes. וזורקין מלח על גבי הכבש אפי׳ בשבת כדי שלא יחליק ונפלו הכהנים שם בעת הלוכתן בעצים למערכה ואעפ״ שהמלח הוצץ בין רגליה׳ ובין הכבש הואיל ואין ההולכה הזאת עבודה אינן חושש. *Et collis vel ſabbatho ſale ſternebatur, ne ſi lubricus foret, in eo ſacerdotes ligna ad ſtruem afferentes laberentur. Quod autem ſal inter pedes ſacerdotum & collem intercedebat, quoniam iſta ambulatio non erat miniſterium, non curabatur.* In ſummitate collis reponebatur ſal, quo membra in altare porricienda ſaliebantur. *Babyl. Menachoth* 21. 2. בשלשה מקומות המלח נותנה בלשכת המלח ששם מולחין עורות קדשים על גבי הכבש ששם מולחין האיברים בראש של מזבח ששם מולחין החומץ והלבונה והקטורת ומנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ועולת העוף. *In tribus locis recondebatur ſal, in conclavi ſalis, quo pelles victimarum ſanctarum saliebantur, in ſummitate collis, quo membra ſaliebantur, in ſummitate altaris,*

quo

quo pugillus , & thus & ſuffitus , & munus ſacerdotum , & munus ſacerdotis uncti, & munus libaminum , & holocauſtum avis ſaliebantur. Toſaphta Menachoth vi. בשלשה מקומות היתה מלח ניתנה בלשכת מלח ועל גבי כבש ובראשו של מזבח קרן דרומית מערבית המלח שבלשכת המלח היו היו מולחות בה את האיברין שבראשו של מזבח קרן דרומית מערבית היו מולחין פסולי קדשי קדשים ואימורי קדשים קלים הקומץ והלבונה ומנחת כהנים ומנחת כהן משיח ועולת העוף מלח שעל גבי הכבש ושעל גבי המזבח לא נהני׳ ולא מועלין. *In tribus locis recondebatur ſal , in conclavi ſalis , in ſummitate collis , & altaris in cornu auſtrali occidentali , ſale , quod collocabatur in conclavi ſalis , ſaliebantur membra ; ſale , quod in vertice altaris in cornu auſtrali occidentali collocabatur , ſaliebantur ſanctiſſima ; quæ prophanata erant , & membra ſanctitatum levium , pugillus , & thus , & munus ſacerdotum , & munus ſacerdotis uncti , & holocauſtum avis ; ex ſale , quod reponebatur in ſummitate collis & altaris , nullam percipiebant utilitatem , atque prævaricabantur .* Vid. *Maimon.* cap. v. 13. *de rebus altari interdictis* . Quæ & quo ſale ſalirentur , quæ non , diſquiritur in *Siphra* 7. 4. ועל כל קרבנך תקריב מלח יכול אף על העצי׳ אף על הדם ת״ל ·קרבן מנחתך מה קרבן מנחתך דבר שאחרים באין חובה לו יצאו העצים יהדם שאין אחרים באין חובה להן אי את קרבן מנחתך דבר שהוא מתיר אף אני מביא את הדם שהוא מתיר ת״ל מעל מנחתך לא מעל דמך אי מעל מנחתך יכול תהא מנחה כלה טעונה מלח ת״ל קרבן הקומץ טעון מלח ואין מנחה כלה טעונה מלח אין לי אלא הקומץ ומנין לרבות את הלבונה ת״ל על כל קרבנך תקריב מלח ארבה את הלבונה הבאה עם המנחה מנין לבונה באה בפני עצמה ולבונה הבאה עם לחם הפנים ואימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשי׳ ואימורי קדשים קלים מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ואברים עולה ועולת העוף מנין ת״ל וכל׳ קרבן ר׳ ישמעאל בנו של ר׳ יוחנן בן ברוקה אומר ומה קרבן מנחתך דבר שיש בו טומאה ועולה לאישים על מזבח החיצון יצאו העצים שאין בהן טומאה יצא הדם שאינו עולה לאישים יצא הקטרת שאינה על מזבח החיצון במלח יכול תבונהו ת״ל תמלח אי תמלח יכול במי מלח ת״ל במלח לא תשבית מלח להביא מלח שאינ׳ שובתת ואי זו זו זו סדומית ומנין אם לא מצא סדומית יביא סלקונדרים ת״ל תקריב מלח ריבה יכול המתנרב מנחה יהא עמה מלח כדרך שהוא מביא לבונה מתוך ביתו ודין הוא ואמ׳ הבא מנחה והבא לבונה הבא מנה והבא מלח מה לבונה משל בעל המנחה אף המלח משל בעל המנחה או כלך לדרך הזו נאמר הבא מנחה והבא עצים הבא מנחה והבא מלח מה עצים משל ציבור אף המלח משל ציבור נראה למי דומה דנים דבר שהוא קרב עם כל הזבחים מדבר שהו׳ קרב עם כל הזבחים ואל תוכיח לבונה שאינה קרבה עם כל הזבחים או כלך לדרך הזו דנין דבר שהוא קרב עם מנחה עצמה מדבר שהוא קרב עם מנחה עצמה ואל יוכיחו עצים שאינן קרבין מנחה לעצמן ת״ל ולא תשבית מלח ברית אלהיך מעל מנחתך ולהלן הוא אומר מאת בני ישראל ברית עולם מה ברית אמורה להלן משל ציבור אף כהן משל ציבור תקריב אף בשבת תקריב אף בטומאה תקריב מלח כל שהוא תקריב מלח מכל מקום. Quidquid autem obtuleris ſacrificii , ſale condies ; *crederem vel ligna , vel ſanguinem ? idcirco dictum eſt* ſacrificium muneris tui ; ſicut ſacrificium muneris tui *illud eſt , cujus cauſa alia ex debito afferuntur ; excluduntur ligna , & ſanguis , quorum cauſa nulla alia ex debito afferuntur . Aut dicam ; ſicut* ſacrificium muneris tui *illud eſt , quod permittit , ego includam ſanguinem qui permittit ; idcirco dictum eſt ;* deſuper munere tuo , *non deſuper tuo ſanguine ; ſi* deſuper munere tuo , *crederem totum munus fuiſſe ſaliendum ; idcirco dictum eſt ;* ſacrificium ; *pugillus eſt ſaliendus , non totum munus eſt ſaliendum . Non probo niſi de pugillo ; & unde probatur ad includendum thus ? Ex eo quod dictum eſt ;* ſuper omne ſacrificium tuum offeres ſal . *Includam ego thus , quod cum munere offertur ; thus , quod ſeorſim offertur , & thus , quod offertur cum pane facierum , & adipes ſacrificii pro peccato , & adipes ſacrificii pro delicto , & adipes ſanctiſſimorum , & adipes , ſanctorum levium , & membra holocauſti avis , unde probantur ? ex eo quod dictum eſt ;* & omne ſacrificium . *R. Iſmael filius R. Jochanan filii Berocha dicit ;* ſicut ſacrificium muneris tui *eſt illud , quod poteſt immundari , & in igne offerebatur ſuper altare exterius , excluduntur ligna , quæ immundari non poſſunt ; excluditur ſanguis , quod ſuper ignem non offertur ; excluditur ſuffitus , quod non offerebatur ſuper altare exterius .* Sale ; *crederem , quod ſale operiret ; idcirco dictum eſt ;* ſale condies ; *ſi* ſale condies ; *crederem aquis ſalis , idcirco dictum eſt* ſale . Non facies ceſſare ſal ; *ad includendum ſal , quod non ceſſat ; Quodnam hoc eſt ? ſal Sodomiticum , ſi minus inveniatur Sodomiticum , unde probatur ſal lapideum ? ex eo quod dictum eſt ;* offeres ſal ; *includit ; Crederem , quod qui offerebat* mu-

munus, deberet quoque offerre sal eo pacto, quo ex domo sua thus afferre debebat. Et argumento probari patest; Dictum est; affer munus, *&* affer thus; affer munus, & affer sal; *sicut thus erat domini muneris, ita quoque sal domini muneris. Aut ita argumentandum; Dictum est;* affer munus, & affer ligna, affer munus, & affer sal; *sicut ligna erant cœtus, ita pariter sal erat cœtus. Videamus cuinam sit simile, explicandum est quod cum omnibus sacrificiis offertur ex eo, quod cum omnibus sacrificiis offertur; neque probet thus, quod cum omnibus sacrificiis non offertur; Aut hoc modo; explicandum est quod cum ipso munere offertur ex eo quod cum ipso munere offertur; neque probent ligna; quæ cum ipso munere non offeruntur. Dictum est.* Non facies cessare sal fœderis Dei tui super munere tuo; *& alibi dictum est;* a filiis Israel fœdere sempiterno; Levit. XXIV. 8. *Sicut fœdus eo loco expressum est ex cœtu, etiam hoc loco ex cœtu.* Offeres; *vel in Sabbatho*; offeres; *vel in immunditie*; sal; *quodvis.* Offeres sal; *ex quovis loco.* Et in *Babil. Menachoth* 20. נאמר קרבן במלח שומע אני אפילו עצים ודם שנקראו קרבן ת״ל מנחה מה מנחה מיוחדת שאחרים באין לה חובה אף כל שאחרים באין חובה לה אי מה מנחה מיוחדת שמתרת אף כל שמתיר אביא דם שמתיר ת״ל מעל מנחתך ולא מעל דמיך יכול תהא מנחה כולה טעונה מלח ת״ל קרבן קרבן טעון מלח ואין מנחה כולה טעונה מלח ואין לי אלא קומץ מנין לרבות את הלבונה מרבה אני את הלבונה שכן באה עמה בכלי אחד מניין לרבות את הלבונה הבאה בפני עצמה ולבונה הבאה בבזיכין והקטרת מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים אימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשים ואימורי קדשי׳ קלים ואיבר׳ עולה ועולת העוף מניין ת״ל על כל קרבנך תקריב מלח אמר מר אין לי אלא קומץ מנחה מניין לרבות את הלבונה מרבה אני את הלבונה שכן באה עמה בכלי אחד *Dictum est;* sacrificium sale condies; *crederem vel ligna, & sanguinem, quæ sacrificium vocantur; idcirco dictum est;* munus; *sicut munus est peculiare, cujus causa ex debito alia afferuntur; ita* sunt includenda *ea omnia, quorum causa, ex debito alia afferuntur; aut dicam; sicut munus est peculiare, quod permittit*; ita sunt includenda *omnia, quæ permittunt; includam sanguinem, qui permittit; Idcirco dictum est;* desuper munere tuo; *non desuper sanguine tuo; crederem totum munus fuisse saliendum; idcirco dictum est;* sacrificium; *sacrificium erat saliendum, non vero totum munus erat soliendum; Non probo nisi de pugillo; munus unde probatur? ad includendum thus; includam ego thus; quod cum illo in uno vase affertur; unde probatur ad includendum thus, quod seorsim affertur, & thus, quod cum acerris affertur, & suffitum, munus sacerdotum, & munus sacerdotis uncti, & munus libaminum, adipes sacrificii pro peccato, & adipes sacrificii pro delicto, & adipes sanctissimorum, & adipes sanctitatum levium, & membra holocausti; & holocaustum avis unde probatur? Ex eo quod dictum est;* super omne sacrificium tuum offeres sal. *Dicit Doctor; non probo nisi de pugillo; munus unde probatur ad includendum thus? includam ego thus, quod pariter cum illo in uno vase affertur.* Invaluit hæc consuetudo porriciendi in altare pariter apud gentiles. *Porricio* [inquit *Festus*,] *quasi porro jaceo, id est valde porrigo; quod verbum solenne sacrificantibus erat, nam extra porrici dicuntur, quando porriguntur diis.* Plaut. Pseud. *Si sacrificem summo Jovi, atque in manibus exta teneam, ut porriciam.* Lex. XII. Tabularum. *Exta Diis porriciunto.* Nevius: *Simul atrocia exta porricerent ministratores.* Livius lib. IX. Dec. III. *Secundum eas preces exta cæsa victima (uti mos est) in mare porricit.* Virgilius V. *Æneid.* vers. 238.

> *Extaque salsos*
> *Porriciam in fluctus*

Ubi *Servius. Exta porriciuntur, id est, porriguntur, nisi forte dicamus, & fluctibus maris obserri; quod, si est, Projiciam, id est porro jaciam, legendum est.* Arnobius lib. II. *Cum Romulo, Pompilioque regnantibus percocta plane ac madida concremarentur Diis exta, nonne rege sub Tullo semicruda cœpistis, & leviter animata porricere, prisca observatione contemta?* Ovidius II. *Fast.* vers. 651.

> *Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,*
> *Porricit incisos filia perva favos.*

Vide *Macrob. saturn.* lib. 13. *Varr.* lib. V. de *Lingua Latina. Brisson.* de *form.* Fenestra erat ad occidentem collis, ubi projiciebantur sacrificia pro peccato volucris profanata. *Tosaphta Hakorbanoth* VII. 6. ר׳ ישמעאל ברבי יוחנן בן ברוקה אומר חלון היתה שם למערבו של כבש ורבוכה היתה נקראת ששם זורקין פסולי חטאת העוף שתעבר צורתה ותצא לבית השרפה. *R. Ismael filius R. Jochanan, filii Berocha dicit; fenestra erat ad occiden-*

cidentem collis , & רבוכה *Rebuca appellabatur* , *quo projiciebantur sacrificia pro peccato avis profanata* , *donec mutaretur eorum figura*, *deinde in domum combustionis efferebantur* . Tosaphtha *Themura* cap. IV. in fine. ר' ישמעאל ברבי יוחנן בן ברוקה אומר חלון היתה שם למערבו של כבש אמה על אמה רבוכה היתה נקראת ששם נותנין חטאת העוף תעבר צורתה ותצא לבית השרפה. *R. Ismael filius R. Jochanan filii Berocha dicit*; *Fenestra erat ad occidentem collis* , *cubitum quaquaversum patens & Rebucha appellabatur*, *ubi reponebatur sacrificium pro peccato avis* , *donec mutaretur ejus figura* , & *deinde efferebatur in domum combustionis*. *Pesach*. 26. 34. I. לול קטן היה בין כבש למזבח במערבו של כבש ששם היו זורקין פסולי חטאת העוף. *Foramen parvum erat inter collem & altare ad occidentem collis*, *quo projiciebantur sacrificia pro peccato volucris profanata* ; Male *Buxtorfius* qui vertit ; *quo projiciebant sordes sacrificii ex avibus*. Vid. *Maimon. Beth Habechira* II. 14. Præterea ad orientem collis erat locus cineris; *Siphra* 6. אצל המזבח סמוך למזבח קדמה למזרחו של כבש אל מקום הדשן ששם יהו נותנין את הדשן ר' חנניה בן אנטיגנס אומר שני בתי דשנין היו שם אחד במזרחו של כבש ואחד במזרחו של מזבח זה שבמזרחו של כבש שם היו נותנין מוראות העוף ודשין מזבח הפנימי והמנורה וזה שבמזרחו של מזבח שם היו שורפין פסולי קדשי קדשים ואמורי קדשי' קלים. Prope altare; *juxta altare*; ad orientalem plagam; *ad orientem collis*; in loco, in quo cineres effundi solent ; *ubi reponebantur cineres*. *R. Chananja filius Antigoni dicit*; *duæ erant domus cineris*, *altera ad orientem collis* , & *altera ad orientem altaris* ; *in ea* , *quæ erat ad orientem collis*, *ponebantur vesiculæ gutturis avis*, & *cinis altaris interioris* & *candelabri*; *in ea quæ erat ad orientem altaris*, *comburebantur sanctissima*, *quæ vitiata essent* , & *adipes sanctitatum levium* . *Pesiktha* 3. col. 3. אצל המזבח סמוך למזבח קדמה במזרחו של כבש אל מקום הדשן ששם היו נותנין הדשן מזבח הפנימי והמנורה נבלעין היו במקומן. Prope altare; *juxta altare*; ad orientalem plagam ; *ad orientem collis* ; in loco in quo cineres effundi solent; *ubi reponebatur cinis altaris interioris*, & *candelabri*, *qui in locis suis absorbebatur*. *Hieros. Joma* 39. 4. מניין לדישון המזבח הפנימי ר' פדת בשם ר' לעזר והשליך אותה אצל המזבח קדמה אל מקום הדשן אינו צריך אם לקבע לו מקום כבר כתיב אצל המזבח אם ללמדך שינתן במזרחו של כבש כבר כתיב קדמה אף הוא דרש אצל המזבח אצל המזבח מה כאן מזרחו של כבש אף כאן מזרחו של כבש *Unde probatur decineratio altaris interioris ? R. Pedath nomine R. Eleasaris dicit* ; & projiciet prope altare , ad orientalem plagam, in quo cineres effundi solent; *non erat necesse*, *si ad statuendum illi locum* ; *jam scriptum est*; prope altare; *si ad te docendum*, *quod reponeretur ad orientem collis* ; *jam scriptum est* ; ad orientalem plagam ; *Ipse quoque exponit* prope altare Levit. VI. 10. prope altare Levit. I. 16. *sicut eo loco ad orientem collis* , *ita quoque hoc loco ad orientem collis*.

VI. Tanta Sanctitate erat altare , ut quicquid illud tangeret, sanctificaretur; Dictum est enim *Exod*. XXIX. 35. *Omnis*, *qui tetigerit illud*, *sanctificabitur* . Siphra 16. 3. ר' יוסי הגלילי אומר מתו' שנ' כל הנוגע במזבח יקדש שומע אני דברי הראוי' למזבח ודברי' שאינן ראוי' למזבח ת"ל כבשים מה כבשים המיוחדים שהם ראוים למזבח יצא דבר שאין ראוי למזבח ר' עקיבא אומר מתוך שנ' כל הנוגע במזבח קדיש שומע אני דברים הראוים למזבח ודברים שאינן ראוים למזבח ת"ל עולה מה עולה מיוחדת שהיא ראויה למזבח אף כל דבר שראוי למזבח יצא דבר שאין ראוי למזבח ר' יהושע אומר כל הראוי לאישים אם עלה לא ירד היא העולה על מוקדת מה עולה שהיא ראויה לאישים אם עלתה לא תרד כך כל דבר שהיא ראויה לאישים אם עלתה לא תרד רבן גמליאל אומר היה העולה על מוקדה על המזבח מה עולה שהיא ראויה למזבח אם עלתה לא תרד כך כל דבר שהוא ראוי למזבח אם עלה לא ירד אין בין דברי רבן גמליאל לדברי ר' יהושע אלא הדם והנסכים שרבן גמליאל אומר לא וירדו ור' יהושע אומר ירדו ר' יהודה אומר זאת היא העולה הרי אילו מעוטים פרט לנשחטה בלילה ושושפך דמה ושיצא דמה חוצה לקלעים ר' שמעון אומר עולה אין לי אלא כשירה שנשפך דמה בלילה ושיצא דמה חוצה לקלעי' מניין להלן והיוצא והטמא והנשפך והנשחט חוץ לזמנו וחוץ למקומו ושקיבולהו פסולים וזרקו את דמו והניתנים למטה שנתנם למעלה והניתנים למעלה שנתנם למטה והניתנים בפנים שנתנם בחוץ והניתנים בחוץ שנתנם בפנים והפסח והחטאת ששחטן שלא לשמן ת"ל זאת תורת העולה תורה אחת לכל העולים שאם עלו לא ירדו יכול אף הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד ותאתנן והמחיר והכלאים והטריפה והיוצא דופן ובעלי מומים אם עלו לא ירדו ת"ל זאת היא העולה הרי אילו מיעוטי' ומה ראית לרבות את אילו ולהוציא את אילו אחר שריבה הכתיב מיעט מרבה אני את אילו שהיה פסולין

בקודש ומוציאני את אילו שלא היה פסולין בקודש שתמצא לומר כלל שר׳ עקיבא אומר שפסולים בקודש הקודש מקבלו לא היה פסולים בקודש אין הקודש מקבלו חוץ מבעל מום בעוף כשר רבו חנניה סגן הכהנים אומר דוחה היה אבא בעלי מומים מעל המזבח יכול אף הנסכים אם עלו לא ירדו ת״ל עולה מה עולה היוחרת שהיא באה בגלל עצמה יצאו נסכים שאינן באין בגלל עצמם מיכן אתה אומר הזבח כשר והנסכים פסולים הזבח פסול והנסכים כשירים אפילו זה וזה פסול שהזבח לא ירד והנסכים ירדו לתוך שנ׳ כל הנוגע במזבח יקדש למדנו שהמזבח מקדש את הראוי לו מניין אף הכבש מקדש את הראוי למזבח ת״ל אל המזבח לא יעלו לריח ניחוח מניין שאף הכלים מקדשים את הראוי להם ת״ל וקדשת אותם והיו קדש קדשים כל הנוגע בהם יקדש כלי הלח מקדש את הלח כלי מידת היבש מקדש מידת היבש ואין כלי הלח מקדש את היבש ואין מידת היבש מקדש את הלח. R. Jose Galilæus dicit; cum dictum sit in textu; omnis qui tetigerit illud sanctificabitur; crederem tam ea quæ sunt decentia, quam ea quæ non sunt decentia altari; Idcirco dictum est; Agnos; sicuti agni sunt peculiares & decentes altari, excluditur quod non est decens altari. R. Akiba dicit; Cum dictum sit; Omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur; crederem tam ea quæ sunt decentia, quam ea quæ non sunt decentia altari; Idcirco dictum est; holocaustum; sicut holocaustum est peculiare & decens altari, ita quoque ea omnia, quæ sunt decentia altari, excluditur, quod non est decens altari. R. Jehosua dicit; Quod igni conveniens erat, si adscendebat, non descendebat; Hæc est hoc holocaustum, cremabitur; sicut holocaustum, peculiare quod igni conveniens erat si adscendebat non descendebat, ita quoque id quod igni conveniens erat, si adscendebat, non descendebat. Raban Gamaliel dicit; holocaustum cremabitur in altari; sicut holocaustum, quod erat conveniens altari, si adscendebat non descendebat, ita pariter ea omnia, quæ erant altari convenientia, si adscendebant, non descendebant. Nullum aliud intercedit discrimen inter verba Raban Gamalielis & verba R. Jehosua nisi circa sanguinem, & libamina; etenim Raban Gamaliel dicit, non descendebant; & R. Jehosua dicit; descendebant. R. Jehuda dicit; Hæc est, illud holocaustum; Hæ sunt exclusiones; excludit noctu mactatum, & cujus sanguis sit effusus, & cujus sanguis sit elatus extra vela. R. Simeon dicit; holocaustum; non probo nisi pro legitimo; cujus sanguis sit effusus, & quod noctu mactatum sit, & cujus sanguis sit elatus extra vela, unde probatur? Pernoctans, & foris elatum, & pollutum, & mactatum extra tempus & locum suum, & cujus sanguinem acceperint & adsperserint illegitimi, & sanguines infra adspergendi si supra adspersi essent, & qui supra, si infra adspersi essent; & qui intus adspergendi erant, si foris adspersi essent, & qui foris, si intus adspersi essent; & sacrificium Paschale, & sacrificium pro peccato, quod sine suo nomine mactatum sit; unde probatur? Ex eo quod dictum est; Hæc est lex holocausti. Crederem vel bestiam, quæ coiit cum homine, vel inita sit ab homine destinatam, & cultu Idololatrico adoratam, mercedem meretricis, pretium, heterogenea, discerptum, egrediens per costam, & vitiata, si adscendissent, descendisse? Idcirco dictum est; Hæc, illud holocaustum; Hæ sunt exclusiones; Quid vidisti ut hæc includeros, & illa excluderes? Postquam inclusit textus, excludit; Includam hæc, quæ profanantur in sanctitate, & excludam illa, quæ profanantur ante sanctitatem. Deprehenderis quod dicas regulam, quam dicebat R. Akiba; Quæ in sancto profanantur, sanctum admittit; si in sancto non oriatur profanatio, sanctum non admittit, excepto volucri vitiata, quæ est legitima. R. Chananja sagan Sacerdotum dicit; reprobabat meus pater vitiata ab altari; crederem vel libamina, si adscendissent, non descendisse. Idcirco dictum est; holocaustum: sicut holocaustum erat peculiare, quod seorsim afferebatur, excluduntur libamina, quæ seorsim non afferebantur. Hinc tu dicis; Si sacrificium decens, & libamina profanata, si sacrificium profanatum, & libamina legitima, vel si utraque profanata, sacrificium non descendebat, & libamina descendebant. Dictum est. Qui tetigerit illud, sanctificabatur; docemur, quod altare sanctificaret ea, quæ sibi erant convenientia; Unde probatur, quod etiam collis sanctificaret ea, quæ altari essent convenientia? Ex eo quod dictum est Levit. II. 12. Super altare vero non imponentur in odorem suavitatis. Unde probatur, quod vasa quoque sibi convenientia sanctificarent? Ex eo quod dictum est Exod. XXX. 29. Sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum; qui tetigerit ea, sanctificabitur. Vasa liquidi sanctificabant liquidum; mensuræ aridi sanctificabant aridum, at vasa liquidi non sanctificabant aridum, neque vasa aridi, sanctificabant liquidum.

To-

Tosaphtha *Hakorbanoth* IX. אין בין דברי רבן גמליאל לדברי ר׳ יהושע אלא הדם והנסכים הדם כדברי רבן גמליאל זורקו על גבי האישים נסכים נותני׳ לספולין הפסח והחטאת ששחטן שלא לשמן יעלו לגבי המזבח הרי אלו לא ירדו כל הזבחים שעלו לגבי מזבח ונמצאו פסולין הרי אלו לא ירדו העצמו׳ והגרי׳ והקרניים והטלפיים שעלו לגבי המזבח ירדו שאין המזבח מקדיש אלא את הראוי לו אותו ואת בנו שעלו לגבי מזבח ירדו שאין מזבח מקדיש אלא את הראוי לו הרובע והנרבע המוקצ׳ והנעבד והאתנן והמחיר והכלאי׳ והטרפה ויוצא דופן שעלו לגבי מזבח ירדו מפני שלא היה פסולין בקדש זה הכלל כל שהיה פסולו בקודש הקדש מקבלו לא היה פסולו בקדש אין הקד׳ מקבלו חוץ מבעל מום שר׳ שמעון אומר משם ר׳ עקיבא בעל מום בעוף כשר ר׳ חנינא סגן הכהנים אומר דוחה היה אבא את בעלי מומים מליקרב מפני מה אמרו הלן והיוצא והטמא שעלו לא ירדו מפני שהלן כשר ושלמי׳ והיוצא כשר בבמה והטמא כשר בצבור הקומץ והלבונה מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים שעל לגבי מזבח ונמצאו פסולין הרי אלו לא ירדו אבל קטרת שעלה לגבי מזבח ונמצאת פסולת יקטירנה על יד העזרה אבריך שלנו בעזרה מעלין אותן כל הלילה שעל גבי הכבש שבראשו של מזבח מעלי׳ אותן לעולם כשם שאם עלו לא ירדו כך אם ירדו לא יעלו ואם עלו ירדו הקומץ שנתנו על גבי האישי׳ שיריו מותרין אימורין שנתנן על גבי האישים הבשר הותר הפיגול והנותר והטמא שנתנן על גבי האישים חייבין עליהם משום פיגול ונותר וטמא עולה שחוטה שעלתה על המזבח או שעלתה חיה ושחטה הרי מפשיט ומנתח ומוריד את הדם וזורקו למטה מוריד את הקרבי׳ ומדיחן במים וחוזר ומעלה אותן ומוריד את העור לכהנים וחוזר ומקטיר את הכל זבחים שחוטין שעלו לגבי מזבח הרי זה מפשיט ומנתח מוריד את הדם וזורחו למטה מוריד את הקרבים ומדיחן במים חוזר ומעלה אותן ומוריד את העור ואת הבשר לבעלים חוזר ומקטיר את השאר העלן חיים מורדין ושוחטן למטה אין לך שמקדי׳ במזבח החיצון אלא את הראוי לו. *Nullum aliud discrimen intercedit inter verba Raban Gamalielis & verba R. Jehosua nisi circa sanguinem & libamina: sanguis juxta verba Raban Gamalielis adspergebatur super ignem, & libamina simpulis imponebantur. Sacrificium Paschale, & sacrificium pro peccato, quæ sine suo nomine mactata essent, si super altare adscendissent, non descendebant: omnia sacrificia, quæ adscendissent super altare, & profanata deprehensa essent, non descendebant. Ossa, nervi, & cornua, & ungulæ, quæ adscendissent super altare, & profanata deprehensa essent, non descendent, ipse & filius ejus, qui adscendissent super altare, descendent; quia altare non sanctificat nisi id, quod sibi sit conveniens: Bestia, quæ iniit cum homine, aut quæ inita est, Idololatriæ destinatum, & cultu Idololatrico adoratum, & merces meretricis, & pretium, & heterogenea, & discerptum, & per costam egressum, si adscendissent super altare, descendent, quia in sanctitate non sunt profanata; Hæc est regula generalis; quæ in sanctitate profanata sunt, ea sanctuarium admittit, quæ in sanctitate non sunt profanata, ea sanctuarium non admittit; excepto vitiato; dicit enim R. Simeon nomine R. Akibæ; Volucris vitiata est legitima. R. Chanina Sagan Sacerdotum dicit; rejiciebat vitiata pater meus, ne offerrentur. Qua de causa dixerunt, quod pernoctans, & egrediens, & pollutum, si adscendissent, non descenderent? Quia pernoctans est legitimum in pacificis, & egrediens est legitimum in excelso, & immundum est legitimam in cœtu. Pugillus, & thus, munus sacerdotis uncti, & munus libaminum, quæ super altare adscendissent, non descendebant, si profanata deprehenderentur, sed suffitus, qui super altare adscendisset, descendet, quia altare non sanctificat nisi quod sit sibi conveniens. Holocaustum, quod adscendisset super altare, si profanatum deprehenderetur, adolendum est prope atrium. Membra, quæ in atrio pernoctassent, tota nocte poterant super altare extolli; ea quæ essent super colle, aut in vertice altaris, poterant omni tempore super altare extolli. Sicuti ea, quæ adscenderant, non descendebant, ita pariter, quæ descendissent, non adscendebant, si iterum adscendisent, iterum descendent. Pugilli, qui igni impositus esset, reliquiæ erant licitæ; si adipes igni imposuisset, caro erat licita. Si igni imposuisset abominandum, & residuum & immundum, tenetur abominando residuo & immundo Holocaustum mactatum, quod adscendisset super altare aut vivens adscendisset pelle exuendum erat, & in membra dividendum; faciet descendere sanguinem, & infra adsperget; descendent intestina, & aqua lavanda erunt, & iterum extollet; & faciet descendere pellem pro sacerdotibus, iterumque omne erit adolendum. Si sacrificia mactata adscendisent super altare, pelle exuenda erant, & in membra dividenda; faciet descendere sanguinem, & infra adsperget; faciet descendere intestina, & aqua lavabit; faciet descen-*

descendere carnem & pellem pro domi-
nis, & iterum residuum adolebit; si dum
viverent adscendissent, faciet descende-
re, & infra mactabit. Nihil est quod
altare exterius sanctificaret nisi quod si-
bi erat conveniens. Vid. Misna Seva-
chim IX. Raschi *ad* Exod. XXIX. 37.

Altare ab Judæis dicitur mediator inter
Deum & Israelem. In prologo super
Echa Rabati אם מזבח שאינו לא אוכל
ולא שותה ולא מריח ולא מדבר ולא
נבנה אלא לכפרתן של ישראל נקרא
שלום. *Si altare quod neque comedit,*
neque bibit, neque odorat, neque loqui-
tur, neque fuit ædificatum nisi ad pro-
pitiandum Israeli, vocatum est Pax.
Mekiltha 28. אם אבנים מזבח שאינם
לא רואות ולא שומעות ולא מדברות
על שמטילות שלום בין ישראל לאביהם
שבשמים אמר הקב״ה וגו׳. *Si de lapidi-*
bus altaris, qui neque vident neque au-
diunt, neque loquuntur, sed quod conci-
lient pacem inter Israelem & ejus panem,
qui est in cœlis, dixit Deus &c. Babyl-
Menachoth. 87. בזמן שבית המקדש קיים
מזבח מכפר על אדם. *Stante domo san-*
ctuarii altare hominem expiabat. R. Abra-
ham Seba in Fasciculo Myrrhæ ad *Exod.*
XX. וזבחת עליו את עולתך ואת שלמיך לכפר
על חטאיתיך ולהיות פרקליט ואמצעי
בינך לבין אלהיך כאמרו בקרבנות לרצון
לכם ואם לא יהיה לך מזבח ולא מקדש
בכל מקום אשר אזכיר את שמי אבוא אליך
וברכתיך. Et offeres juxta illud holocausta
tua, & pacifica tua, *ad expianda peccata*
tua, & ut sit advocatus & mediator inter
te & inter Deum tuum, quemadmodum
alibi quoque de sacrificio ait; ad acce-
ptationem vestri. *Quod si non fuerit*
tibi neque altare, neque sanctuarium;
in omni loco, ubi commemorabo no-
men meum veniam ad te, & benedi-
cam tibi. *Menahem Ricanatensis in Leg.*
fol. 110. 3. בועבור היות המזבח עשוי
לשום בין ישראל לאביהם שבשמים בסוד
הקרבנות. *Et quoniam altare factum est*
ad conficiendam pacem inter Israelem &
patrem illorum cœlestem per mysterium
sacrificiorum &c. Pesikta Zotarta fol. 2.
מזבח מזיז עונות ומחבב את ישראל
להביהם שבשמים ועל כל זאת חטאו
ישראל ואבדו את כל הסניגורים הללו
במה קיימין ובמה הן מתכפרין ומשרצין
לפני אביהם שבשמים. *Altare aufert rea-*
tus, & Israeli conciliat amorem Patris
eorum, qui in cœlis est; nihilominus If-
raelitæ, peccarunt, & amiserunt omnes
illos advocatos: Quo pacto ergo stare pos-
sint, & qua ratione expiari, & recon-
ciliari cum Patre suo cœlesti? Per cœ-
leste altare cum Patre cœlesti reconci-
liari possunt; Coeleste altare magna
cum admiratione videmus in veterum
Judæorum monumentis. *Targum Jsai.* VI.
6. Et advolavit ad me unus ex mini-
stris, & in ore ejus oratio, quam acce-
pit a Schechina super throno gloriæ, in
cœlo superius ab altari. Sohar *Num.* XXI.
8. Et pone ipsum in signum; *ut sc.*
extollas ipsum in altum, ut obtegat ipsis
locum למדבחא עילאה *altaris cœlestis.*
Sacerdos cœlestis in hoc altari cœlesti
ministrabat. *Jalkut Rubeni* 103. 4.
כוהן גדול כ״ג לתתא לבושין דיקר לעלה
לבושין דיקר לתתא. *Datur summus sa-*
cerdos cœlestis, datur quoque terrestris;
dantur vestes pretiosæ cœlestes, dantur
etiam terrestres. Id. *Sohar* ibid. 171. 3.
אוף הכא דקאים בגוונא ועילא *etiam hic*
est sacerdos, qui stat quemadmodum in
cœlo. R. Menachem Rakn. fol. 142. 2.
המזבח העליון שהוא רצון הוא לפני יי׳
ממש וצריך לכפרה על עונותיהן של ישראל
והו וטהרו וקדשו מטמאות בני ישראל וכן
יעשה באהל מועד והכן זה. *Altare illud*
superius quod est ἡ εὐδοκία, coram Do-
mino est simpliciter, & expiationis eget
propter iniquitates Israelis. Hoc est il-
lud, quod dicit Levit. XVI. 19. Et ex-
piet & sanctificabit illud ab immundi-
tiis filiorum Israel. Postquam emunda-
verit sanctuarium & tabernaculum.
Id quod probe velim consideres. In hoc
altari cœlesti ministrat Michael sacer-
dos magnus; *Babyl. Chagiga* 12. זבול
שבו ירושלם ובית המקדש ומזבח בנוי
ומיכאל השר הגדול עמד ומקריב
עליו קרבן שנ׳ בנה בניתי בית זבול לך
מכון לשבתך עולמים ומנלן דאיקרי שמים
דכתיב הבט משמים וראה מזבול קדשך
ותפארתך. *Habitaculum in quo est Hie-*
rusalem, domus sanctuarii, & altare ex-
structum, & Michael princeps magnus
stans offerensque oblationem, quemadmo-
dum dicitur 1. Reg. VIII. 13. Ædifi-
cans ædificavi domum in habitaculum
tuum, firmissimum solium tuum in
sempiternum. *Unde vero nobis constat*
quod vocetur cœlum? ex eo quod dictum
est Isai. LXIII. 17. Attende de cœlo,
& vide de habitaculo sancto tuo, &
gloriæ tuæ. *Bab. Menachoth.* אמר רב
זה מזבח בנוי ומיכאל שר הגדול עומד
ומקריב קרבן. *Dicit Rab; hoc est alta-*
re exstructum, & Michael princeps ma-
gnus stans & offerens sacrificium: So-
har Exod. fol. 28. ex versione cl. *Scho-*
ettgenii. Veni & vide. In mysterio no-
minis sancti est rex & sacerdos, qui mi-
nistrat in mysterio sanctitatis inter su-
pera & infera; est rex in supernis, quod
est mysterium sanctificatum. Et ille est
rex supernus, sub quo est sacerdos, my-
sterium lucis primigeniæ, qui ministrat
coram

coram eo; & hic est sacerdos, qui vocatur magnus ad latus dextrum. Est quoque rex in inferioribus, qui respondit regi supremo, & est rex super omnia inferiora, & sub eo est sacerdos, qui ministrat ei; Mysterium Michaelis summi sacerdotis, qui est ad dextram. In confesso est in latere sancto esse regem & sacerdotem; & hoc est mysterium fidei perfectæ. Tikkune *Sohar* fol. 11. 2. eodem vertente. *Quod si homo pœnitentiam agat;* וטהרו הכהן דא מיכאל כהן גדול ממנא תחות יד חסד *tunc mundat ipsum sacerdos, nempe Michael sacerdos summus, qui præsidet lateri misericordiæ.* Midrasch *Thillim* ad *Psalm.* 134. 2. fol. 74. 2. *R. Gidel dixit ex sententia Raf; Intelligitur altare exstructum, & Michael princeps magnus stat & sacrificium in eodem offert.* In Tabernaculo cœlesti Michael sacerdos summus ministrat. *Sohar Genes.* fol. 17. col. 65. eodem vertente. *R. Jose incæpit dicere de illis mysteriis superioris tentorii scriptum est* Exod. xxv. 40. Inspice & fac secundum exemplar; *& rursum* xxvi. 30. Et eriges tabernaculum juxta exemplar. *Discimus exinde, quod Deus S. B. Mosi ostenderit omnes modulos & imagines, unumquodque sicut fieri debebat; & vidit quoque metratonem, qui est minister sacerdotis summi &c. & vidit Metratronem postea inserviturum, qui non illo ipso tempore ministrabat, sed postea, & non illo tempore ministraturus erat. Dixit Deus S. B. ad Mosem. Vide tentorium, & vide puerum. Omnia detinentur, donec tentorium inferius constitutum fuerit. Quod si vero objicias, si hæc ita essent Metatronem jam tunc ministrasse; respondendum est, omnino tentorium illius fuisse; sed Michael summus sacerdos est, qui in illo tentorio Metatronis ministrat, sicut sacerdos summus superius ministrat in tentorio altero abscondito, quod non revelatum est in mysterio mundi futuri; Duo sunt tentoria, unum absconditum est superius, & alterum Metatronis; Duo sunt sacerdotes, unus est* אור קדמאה *lux prima, alter est Michael sacerdos summus inferius. Sohar* Chadasch fol. 22. 4. *R. Joseph tradidit. Quemadmodum sacerdos summus est inferius, sic Michael princeps magnus est in cœlo superius.* In hoc altari cœlesti non oves & boves offerebantur, sed animæ justorum. *Jalkuth Rubeni* fol. 14. 3. eodem vertente. *Ex quo tempore conditum est altare terreum, dixit Deus S. B.* Nolo *ut mihi in altari cœlesti oves & boves nisi tantum animæ justorum, & lactentium, qui non peccarunt. Ille vero quotidie tanquam odor gratus ad Deum adscendunt. R. Menachem Rekn.* in Leg. fol. 131. 3. מיכאל הוא הכהן הגדול של מעלה כי כחו מן החסד ואמר במדרש כי נפשותיהן של צדיקים תקריב כדמות תמידים. *Michael est summus sacerdos in cœlo, qui pollet misericordia.* In Medrasch *dicitur ille offerre animas justorum instar sacrificiorum jugium.* Iterum *Jalkuth Rubeni* 112. 2. *Et ille stat* נפשותיהן של צדיקים מקריב. *Et offert animas justorum, h.e. sacrificia quæ in templo terreno offeruntur, sunt animæ bestiarum sacrificatarum, quæ vero animæ justorum dicuntur, quia culpam susceperunt.* Tosephoth *Menachoth* ibid. fol. 113. 1. eodem vertente. *Et Michael summus sacerdos offert pro ipso sacrificium. Explicationes hujus rei non consentiunt. Quidam enim dicunt, sacrificia esse animas justorum; alii esse oves igneas; alii esse decem & octo precum formulam, vel viros Israelitas & preces ipsorum, alii denique dicunt, quod stet in cœlo &c.* Liber חכם הרזים. ibid. fol. 113. 3. cum eadem interpretatione. *Quum templum nondum vastatum esset, Michael summus sacerdos ad similitudinem sacrificiorum Israelis obtulit, idque Deo bene placuit. Postquam vero tamplum desolatum est, dixit ipsi Deus S. B. Non amplius mihi offeres similitudinem bovis, ovis aut capræ [non enim in templum ingrediar, donec terrenum rædificatum sit] sed animas justorum & parvulorum, quæ nondum peccarunt, eæ adscendent ad odorem gratum.* Sub hoc altari cœlesti *Joannes* pariter vidit animas justorum *Apocal.* vi. 9. *Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant.* Ex his quæ supra allata sunt monumenta, facile probari potest *Michaelem*, qui summus Pontifex in cœlo ministrat, esse Messiam; His accedat, quod legitur in *Jalkut* fol. 82. Luctatus est vir cum eo. *Dicunt quidam, fuit Michael.* Et mox. Vidit quod ei non prævaleret, tetigit acetabulum femoris ejus. *Dixit itaque S. B. Michaeli: Rectene fecisti, quod sacerdotem meum feceris vitiosum,* i. e. aliquo corporis vitio laborantem? *Respondit ille: Domine mundi; nonne ego sum sacerdos tuus? Deus vicissim; Tu sacerdos meus es in expanso, sive in cœlo; ipse vero sacerdos meus est in terra. Illico itaque Michael petiit a Raphaele ut eum sanaret, quod hic præstitit. Sanctus Benedictus dixit Michaeli. Quare sic fecisti filio meo primo-*

mogenito? Respondit ille, ad gloriam tuam feci. Et Deus; abhinc, inquit, eris super ipsum constitutus, & super semen ejus usque ad finem omnium generationum; hoc est quod dicitur Dan. X. 21. Nisi Michael ptinceps vester. *Ibid.* XII. I. In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus. *Et* Deut. IV. 7. Non est alia natio tam grandis. *Veniat ergo magnus & consistat super magnum. R. Mose Nachmanides Gerundensis* de Angelo fœderis, quem & *Michaelem*, & Pontificem cœlorum vocat, qui preces justorum offert Deo, appellat, hæc habet ad *Exod.* XXXIII. 14. Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. *Animadverte attente, quid sibi ista velint. Moses enim & Israelitæ semper optaverunt Angelum primum, ceterum quis ille esset, vere intelligere non potuerunt. Neque enim ab aliis percipiebant, neque prophetica notione satis adsequebantur. Atqui facies Dei ipsum significat Deum, quod apud Interpretes in confesso est. Uerum ne per somnium quidem intelligere ea quisquam possit, nisi sit in mysteriis legis eruditus.* Et post pauca. Facies mea præcedet, *h. e. Angelus fœderis, quem vos cupitis, in quo videbitur facies mea; de quo dictum est;* Tempore accepto exaudiam te. Nomen meum in eo est, faciamque ut quiescas, *sive efficiam, ut ipse tibi sit lenis ec benignus, neque te ducat per jus rigidum, sed placide ac clementer.* Præterea *Michael* in libro *Zorobabelis* vocatur *Metatron*; ארי הוא מטטרון שר הפנים ומיכאל שמי. *Ego sum Metatron princeps facierum, & Michael est nomen meum.* De *Metatron R. Bechai* in *Exod. Metatron nominatur, quod in hoc nomine comprehenduntur duo significata, nempe* אריז *Dominus, &* שליח *Nuncius, Legatus. Domini significatum ex sermone Rabbinorum, qui Heram sive Heroinam dominatricem vocant* מטרונה *Matronam. Legati ex sermone Græcorum, qui vocant Legatum* מנטטור (fortasse respicit ad vocem Græcam *μηνυτὴς*, & *μηνύτωρ*, nuncius nunciator.] *Imo etiam tertia potest in eo esse significatio custodiæ sive custodis. Nam* Targum *pro Hebræo* משמרה *habet* מטרה *custodia a* נטר. *Et qui custodit mundum, appellatur* שומר ישראל, *custos Israelis. Ex his etymologiis patet quod ipse est Dominus omnium quæ sub eo sunt, & quod omnis exercitus superiorum & inferiorum in potestate ejus sunt, & sub ejus manu. Est & nuncius omnium, qui super eum & sub eo sunt, quia fecit eum dominari super omnia, & posuit eum dominum domus suæ, & dominatorem omnium suorum. Est autem tibi observandum, quod ratione significati dominii* ט *in eo duplicatum est, & duo* ט *faciunt* 18. *Totidem facit* חי *vivus, epithetum Dei. His sublatis manet* מרון *idem quod* מרא *id est* ארון *Dominus. Hic est Angelus ille, per quem solum datur accessus ad Deum. Raschi* ad illud *Exod.* XXIII. 21. *Et* est nomen meum in illo. *Sapientes nostri inquiunt; ille est Metatron, cujus nomen est sicut nomen Doctoris sui, nempe Dei* שדי *omnipotentis. In Tanchuma* Parascha כי תשא dicitur præivisse Israelitis in deserto; ולא עוד במדבר אני הולך לפניהם מיטטור. *Neque hoc tantum, sed & in deserto ego ivi ante ipsos metatum.* In *Chagiga* fol. 15. I. dicitur sedere & conscribere & delere merita Israelitarum; דאתיהיבא ליה רשותא למיתב למיכתב זכוותא דישראל, *quod data sit ei potestas; ut sedeat & conscribat merita Israelitarum; rursus quoque ei sit potestas* למימחק זכוותא *delere merita ipsorum.* Reliqua vide in *Lexico Chald. Buxtorfii* ad vocem מטט; & apud *Uvitsium* in diss. de *Michaele.* In Jesu Christo nostro Redemtore in cœlo habemus sacerdotem, Pontificem, & mediatorem; *Hebr.* IV. 14. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Ibid. V. 5. *sed & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Et vers. 10. *Appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech.* ibid. VII. 11. *Si ergo consumatio per sacerdotium Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit, secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aharon dici? Translato enim sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat &c. & amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis: Contestantur enim; Quoniam tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech &c. Hic*

autem

autem cum jurejurandi per eum, qui dixit ad illum; Juravit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech; In tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. Et alii quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere; Hic autem, eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium; unde & ſalvare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum ſemper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cœlis factus. Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo; hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo. Ibid. VIII. 1. *Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis; ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod finxit Dominus, & non homo &c. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quando melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.* Ibid. IX. 11. *Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non hujus creationis; Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemtione inventa &c. Et ideo novi teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente, in redemtionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.* Ibid. XII. *& teſtamenti novi mediatorem Jeſum, & ſanguinis adſperſionem melius loquentem quam Abel.* Habemus præterea in Chriſto Jeſu & altare. Ibid. XIII. 10. *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt.* De hoc cœleſti altari fit pariter mentio *Apocal.* VI. 9. *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei.* Ibid. XI. 1. *Surge & metire templum & altare.* Ibid. XIV. 18. *Et alius Angelus exivit de altari.* Ibid. XVI. 7. *& audivi alterum ab altari dicentem, &c.* Pariter de Hieroſolyma cœleſti extat teſtimonium in *Babyl. Taanith*. 5. א״ר יוחין אמ׳ הקב״ה אינו נכנס לירושלם של מעלה עד שתכנה ירושלם של מטה אמרו ליה איך ירושלם של מעלה אמר הן ההו״ ירושלם בנויה כעיר שחברה לה יתרו. *Dicit R. Jochanan; Dixit Deus S. B. Non ego ingrediar in Hieruſalem ſupernam uſquequo fuerit ædificata Hieruſalem inferior. Reſponderunt illi; quomodo? Eſt Hieruſalem ſuperior, ſeu cœleſtis? Ait eis; ita; ſic enim ſcriptum eſt* Pſalm. CXXI. 3. Hieruſalem ædificata tanquam civitas, quæ participationem habet ſimul; *Sic Hebræus.* Et in *Sanhedrin.* אמר ר׳ אבא דרא דקמי הקב״ה תמניסר אלפים פרסים הוא שנ׳ סביב שמנה עשר אלף פר׳שי בירושלם של מעלה שמעתו קראי בסוף יחזקאל *Dixit R. Aba;* Domus, *quæ eſt coram Deo S. B. decem & octo millia leucarum eſt; ſicut dictum eſt* Ezech. *cap. ultimo verſ. ult.* Per circuitum decem & octo millia. Gloſſa *Raſchi. De Hieruſalem cœleſti locuta eſt Scriptura in fine* Ezechielis. *Tanchuma* fol. 39. 2. ex verſione cl. *Schoettgenii; Hieroſolyma coeleſtis ad eundem modum, quo terrena exſtructa eſt; Præ nimio enim amore terrenæ, Deus ſimilem in coelo fecit; q. d.* Iſai. XLIX. 16. Ecce in manus meas ſignavi te, muri tui ſemper ſuncoram me. *Et paulo poſt. Sic quoque loquitur* David Pſalm. CXXI. 3. Hieruſalem ædificata tanquam civitas, quæ participationem habet ſimul. *Sohar Vajikra* col. 24. *R. Judai dicit ex ore R. Joſe. Juravit Deus S. Benedictus ſe non ingreſſurum in Hieroſolymam coeleſtem, donec Iſraelitæ Hieroſolymam terrenam ingrederentur.* מדרש הנעלם *in Sohar Chadaſch fol.* 19. 3. *Dixit R. Jehuda. Deus S.B. fecit Hieroſolymam ſupernam ad formam Hieroſolymæ inferioris, & juravit ſe in illam priorem non ingreſſurum, donec Iſraelitæ in Hieroſolymam inferiorem ingreſſi eſſent;* q. d. Hos. XI. 9. In medio tui eſt ſanctus, & non veniam in urbem. De hac Hieroſolyma coeleſti fit mentio ad *Galat.* IV. 26. *Illa autem quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt;* & Hebr. XII. 22. *Et civitatem Dei viventis, Jeruſalem coeleſtem.* Et *Apocal.* XXI. 2. *Vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de coelo a Deo paratam.* Templum quoque coeleſte commemoratur ab Judæis in *Bereſchith Raba* ſuper illud *Genes.* XXVIII. 17. *Pavenſque quam terribilis eſt, inquit, locus iſte; non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta coeli.* אמר רבינו יהושע בן נון אותו היום שנתקרבה מיתה משה העלהו הקב״ה לשמ׳ מרומים והראה מתן שכרו ומה שעתיד להיות עמד מדת רחמים לפני משה ואמרה משה אבשרך בשורה טובה תשמח בה הפנה נגד כסא רחמים פניך וראה משה נגד כסא רחמים וראה הקב״ה בונה בית המקדש בידו באבנים טובות ומונליות ובין אבן לאבן זיו השכינה טוב

מן

מן המרגליות ומשיח בן דוד יושב בתוכה ואהרן אחיו עומד על רגליו ומעילו עליו דבר אהרן למשה בזאת העת משה אל הגיע כי השכינה אני מתירה עליך מתנה כי לא יכנס אדם לכאן עד שיטעום טעום המות ויתן נשמתו למלאך המות נפל משה על פניו לפני הקב״ה כאשר שמע דברי אהרן ואמר רבון של עולם תן לי רשות לדבר עם משיחך טרם אמות אל הקב״ה לך ולמד אותו שמו הגדול כדי שלא תאכל אותו להט השכינה כי ראה אומו משיח בן דוד ואהרן אחיו הבינו כי הקבה למדו שמו הגדול אמרו לו משיח ואהרן ברוך הבא בשם יהוה כי לולי שהקב״ה למד לו את שמי לא היה יכול ליכנס לשכינה עמהם שאל משה למשיח בן דוד דבר לי הקב״ה יבנה בית המקדש בארץ ישראל והן אני אראהו שיבנה בית המקדש בידו בשמים אמר המשיח למשה אביך יעקב ראה הבית שבנה בארץ וראה שיבנה הקב״ה בידיו בשמים והבין בכל מארו כי הבית שיבנה הקב״ה בידיו בשמים באבנים טובות ומרגליות וזיו השכינה הוא הבית אשר יעמד לישראל לעולם ולעולמי ועולמים עד סוף כל הדורות וכן דבר בלילה אמר ישן על האבן וראה ירושלם בנויה בארץ וירושלם בנויה בשמים וכי ראה יעקב אביך ירושלם אחת אחת בארץ ואחת בשמים אמר יעקב אין זה אשר בארץ כלום שנ׳ ויירא ויאמר מה נורא המקום הזה אין זה כי אם בית אלהים שיעמד לדורי דורות כי אותו בית הלהים שהוא בונה בידיו ואי אתה אומר הקב״ה יבנה בית המקדש בידיו בשמים כך יבנה בידיו אותו בארץ שנ׳ מקדש יהוה כוננו ידיך כאשר שמע משה הדברים האלה מפי המשיח בן דוד שמח שמחה גדולה שנ׳ שמחתי באומרים לי בית יהוה נלך ונו׳ עד ירושלם הבנויה כעיר שחברה לה יחדו ונו׳. *Dixit Magister noster Jehosua filius Nun; Illa die qua appropinquavit mors Mosis sustulit illum Deus ad coelum altissimum, ostenditque ei donum præmii sui, & quid esset ei eventurum. Adstitit ei proprietas pietatis; & ait ei; Mose annunciabo tibi bonam annunciationem, de qua multum gaudebis; respice versus thronum misericordiarum, & vide. Respexit Mose versus thronum misericordiarum, & vidit Deum S. B. ædificantem domum Sanctuarii manu sua de lapidibus pretiosis, & margaritis; inter lapidem vero & lapidem ornamentum. Messias vero filius David sedebat in medio ejus, Aharon vero frater Mosis stabat super pedes suos, & pallium ejus super eum. Illo tempore locutus est Aharon Mosi; ne appropinques; timeo enim ego divinitatem contra te; non enim intrat homo huc antequam gustaverit gustum mortis, & dederit animam suam Angelo mortis. Cecidit Mose super faciem suam in conspectu Dei, quando audivit verba Aharon; & ait Domine mundi, da mihi facultatem loquendi cum Messia tuo antequam moriar. Dixit ei Deus S. B. Vade &c. docuitque eum nomen magnum suum, ne voraret eum splendor Divinitatis; cumque vidisset eum Messias filius David, & Aharon frater ejus, intellexerunt quod Deus S. B. docuerat eum nomen suum magnum; dixerunt itaque ei Messias filius David & Aharon; Benedictus qui venit in nomine Domini; nisi enim Deus S. B. docuisset eum nomen suum, non potuisset intrare ad Diuinitatem cum eis. Interrogavit ergo Mose Messiam filium David; Loquere, inquit, mihi; Deus S. B. ædificabit Domum Sanctuarii in terra Israel? Et ecce ego video eum ædificantem domum Sanctuarii manu sua in coelo. Dixit Messias Mosi; Mose, pater tuus Jacob vidit domum, quæ ædificabitur in terra, & vidit domum, quam ædificabit Deus S. B. manibus suis in coelis, & intellexit cum tota virtute sua, quod domus quam ædificat Deus S. B. cum manibus suis in coelis de lapidibus pretiosis & margaritis cum ornatu Divinitatis, est domus quæ permanebit Israeli in seculum, & in secula seculorum usque in finem omnium generationem. Sicque locutus est in nocte, qua dormivit super lapidem, & vidit Hierusalem unam in terra, & unam in coelis; Dixit; non est hæc, quæ in terra est aliquid, sicut dictum est* Genes. XXVIII 17. Pavensque, quam terribilis est, inquit, locus iste; *non est hæc; sed domus quæ permanet in generationem, & generationem illa est domus Dei, quam ipse suis manibus ædificat; & quomodo dicis quod Sanctus Benedictus ædificat domum Sanctuarii manibus suis in coelo, sic ædificabit eam in terra, sicut dictum est* Exod. XV. 17. Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ. *Cumque audisset Mose verba hæc ex ore Messiæ filii David, gavisus est gaudio magno, sicut dictum est* Psalm. CXXII. 1. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus &c. *usque ad vers.* 3. Jerusalem ædificata ut civitas, quæ participationem habet simul. *Zohar Exod.* fol. 21. col. 83. ex laudata versione. *R. Simeon dixit; Deus S. B. præparavit sibi templum sanctum* היכלא עילאה *templum coeleste civitatem sanctam, civitatem coelestem, quæ dicitur Hierosolyma. Tanchuma* fol. 31. 1. בית המקדש של מטן מכוון כנגד ב״ה של מעלה. *Templum inferius effigiatum est ad formam superioris.* Jalkuth *Rubeni*

beni fol. 52. 3. & 102. 4. *Jacobus pater noſter ſcivit, quod quemadmodum templum eſt in coelo, ſic etiam futurum eſſet in terra, q.d.* Geneſ. XXVIII. 17. Et hæc eſt porta coeli. *De templo vero coeleſti ad terrenum ſcala pertingit, h. e. via una nota, quæ ab uno templo tendit ad aliud. Per illam viam & ſcalam Angeli adſcendunt, & deſcendunt, ſimiliter & animæ. Et quemadmodum Schechina & templum eſt in coelo, eodem modo Schechina & templum eſt in terra. Quemadmodum porro in templo coeleſti ſunt decem Sephiroth, ſic in terreno decem ulnæ. Sohar* ſectione *Pinchas* fol. 89. col. 354. דשאל ההוה רשע אנא שאלנא יומא חד לאליהו ואמר דהא במתיבתא דרקיעא אסדרו קמיה דקבה דכד נפקו ישראל ממצרים בעא קבה למעבד לון בארעא כמלאכין קדישין לעילא ובעא למבני לון ביתא קדישא ולנחתה לה מנו שמי רקיעין ולנטעא לון לישראל נציבו קדישא כגונא דדיוקנא דלעילא ההך תביאמו יתטאמו בהר נהלתך *Id ipſum quod quæſivit hic impius, ego pariter die quadam quæſivi ex Elia, qui reſpondit, rem illam in coeleſti conſeſſu explicatam eſſe coram Deo S. B. Cum diſcederent Iſraelitæ ex Ægypto, Deus S. B. intendebat eos conſtituere in terra ſicut ſanctos Angelos in Coelo, præterea intendebat ipſis ædificare domum ſanctam, illamque coelo demittere, & plantare Iſraelem tanquam ſanctam plantationem ad ſimilitudinem formæ quæ ſupra eſt; hoc eſt quod ſcriptum eſt* Exod. XV. 17. Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ. Ibi dicitur peccata Iſraelis effeciſſe, quominus coeleſte hoc ſanctuarium ipſis exſtrueretur; pariterque dicitur, cum domum a Deo ipſo ædificatam nondum nacti ſint Iſraelitæ, fore ut לסוף יומום בפורקנא בתראה *; diebus ultimis in redemtione extrema* illam recipiant. Id quod in Eccleſia Novi Teſtamenti a *Jeſu Chriſto* ædificata in parte impletum eſt. A *Joanne* ſimiliter memoratur templum coeleſte *Apoc.* VII. 15. *Serviunt ei die ac nocte in templo ejus* XI. 1. *Surge & metire templum Dei, & altare.* & verſ. 2. *Atrium autem quod eſt foris templum:* & verſ. 19. *& apertum eſt templum Dei in Coelo, & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus.* Ibid. XIV. 15. *Et alius Angelus exivit de templo.* 17. *& alius Angelus exivit de templo.* XV. 5. *& ecce apertum eſt templum.* 6. *Et exierunt ſeptem Angeli de templo.* 8. *& impletum eſt templum fumo. Et nemo poterat introire templum* &c. XVI. 1. *& audivi vocem magnam de templo.* In hoc Templo coeleſti erat ſanctum ſanctorum. *Schir haſchirim rabba* fol. 21. 4. ex eadem interpretatione. *Traditio: Homo quando orat, cor ſuum ad Sanctum Sanctorum dirigit. Hic differentia occurrit inter R. Chija magnum, & R. Simeonem filium Chalpatha. Prior dicit, cor dirigendum eſt* כנגד קדש הקדשים של מעלה *ad Sanctum Sanctorum ſuperius; poſterior ad Sanctum Sanctorum inferius. Dixit R. Pinchas; Utramque ſententiam adprobo; nam Sanctum Sanctorum ſuperius reſpondit ei, quod eſt inferius; q. d.* Exod. XV. 17. Habitatio ſeſſionis tuæ, quam feciſti, Domine. In Epiſtola *ad Hebræos* commemoratur pariter Sanctum Sanctorum terrenum IX. 1. ἅγιον κοσμικὸν verſ. 12. *Chriſtus dicitur ingreſſus* εἰς τὰ ἅγια, non uti dicitur verſ. 24. χειροποίητα ἅγια, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. Erat præterea in Templo coeleſti Arca Foederis. *Tanchuma* fol. 38. 4. ex laudata verſione. *R. Nathan dixit; Tam grata Deo fuit conſtructio Arcæ foederis, quam thronus gloriæ coeleſtis; q. d.* Exod. XV. 17. Habitatio ſeſſionis tuæ, quam feciſti Domine: *Templum &c. Nam templum coeleſte reſpondet terreno, & arca foederis throno gloriæ coeleſtis; q. d.* Jerem. XVII. IX. Thronus gloriæ excelſus ab initio. *Joannes* quoque in Templo coeleſti vidit arcam foederis; *Apoc.* XI. 19. καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Erant præter hæc in templo coeleſti tabernaculum, Seraphim, menſa, altare aureum, candelabrum, ceteraque, quæ in templo inferiori exiſtebant. *In Schemoth rabban* ſect. 33. fol. 132. 1. ex laudata interpretatione ad illud 1. *Paral.* XXIX. 11. *Cuncta enim, quæ in coelo ſunt, & in terra ſunt. Exinde diſcimus, quod quæcunque Deus* למעלן *in coelo, eadem etiam* למטן *in terra creavit. In coelo eſt* זבול *habitaculum & caligo;* Iſai. LXIII. 15. Et vide ex habitaculo ſanctitatis tuæ. *De caligine vero* Exod. XX. 21. Et Moſes appropinquavit caligini; *item* Job. XXII. 13. Num tu caliginem judicabis? *In terra ſimile quid habetur;* 1. Reg. VIII. 12. Tunc dixit Salomon; Dominus dixit, ſe in caligine habitaturum. *Et verſ.* 13. Ædificavi domum habitaculi tibi. *De Coelo legitur* Iſai. VI. 1. Seraphim ſtabant ſupra ipſum; *de terra* Exod. XXXVII. 8. Et erunt Cherubim. *In Coelo ſunt rotæ;* Ezech. I. 19. elevatæ ſunt rotæ. *In terra dantur etiam rotæ* כמעשה אופן המרכבה. *ſicut opus rotæ currus; q. d. ibid.* V. 15. Et

Et ecce rota una in terra. *In Coelo Deus eſt in templo ſanctitatis ſuæ; in terra eſt templum Domini; In Coelo* Pſalm. LXVIII. 13. Reges exetcituum ſibi invicem amici ſunt. *In terra* Exod. XII. 41. Exiverunt omnes exercitus Domini. *In Coelo* Geneſ. I. 6. Fiat expanſum in medio aquarum. *In terra* Exod. XXVI. 33. & dividat propitiatorium vobis. *In Coelo eſt thronus Dei; in terra* Jerem XVII. 12. Thronus gloriæ excelſus ab initio, locus ſanctitatis noſtræ. *In Coelo* Job. XXV. 3. Num eſt numerus agminibus ejus? *In terra* 2. Samuel. IV. 2. Et duo viri ductores agminum erant. *In Coelo* Geneſ. XV. 5. Et numera ſtellas. *In terra* Deut. I. 10. Et ecce vos hodie ſicut ſtellæ Coelorum præ multitudine eſtis. *In Coelo* Ezech. IX. 2. Et ecce vir veſtitus linteo; *In terra* Levit. XVI. 4. Indumentum linteum ſanctum induet. *In Coelo* Pſalm. XXXIV. 8. Caſtra metatur Angelus Domini; *In terra* Malach. II. 7. Forcipe ſumſit de altari; *Sic & in terra* Exod. XX. 24. Altare terreum facies mihi. *In Coelo eſt tentorium* Iſai. XL. 22. Et extendit eos, tanquam tentorium ad habitandum *Sic & in terra* Num. XXIV. 5. Quam pulchra ſunt tentoria tua Jacob? *In Coelo eſt velum* Pſalm. CIV. 2. Expandens Coelos ſicut velum. *In terra itidem* Exod. XXVI. 1. Decem vela. *In Coelo eſt lux.* Rom. II. 22. Et lux cum eo habitat; *In terra ſimiliter* Exod. XXVII. 2. Oleum olivæ purum, contuſum ad luminare. *Neque hoc tantum, ſed oſtendendum quoque eſt, quod ea quæ in terra ſunt. Deo chariora ſunt, quam quæ in Coelo; nam Deus reliquit Coelum, & deſcendit ad terram; q. d.* Exod. XXV. 8. Et facite mihi tabernaculum, & habitabo inter vos. Tanchuma fol. 62. 2. *Dixit R. Simeon: Eo tempore, quo D. S. B. ad Iſraelitas dixit, ut tabernaculum exſtruerent, Angelis præcepit, ut & illi facerent tabernaculum in Coelo, & eodem die quo erectum eſt in terra, Coelo idem contigit.* Sohar *Exod.* fol. 25. col. 98. *Tentorium, quod fecit Moſe in deſerto, totum factum eſt ad modum tentorii coeleſtis.* *Tanchuma* iterum 61. 4. *Ea hora, qua Deus præcepit Moſi, ut tabernaculum faceret, ad Moſem ita dixit; Moſe, ecce ſanctuarium meum* בנוי למעלה *ædificatum eſt in Coelo,* q. d. Jerem. XVII. 12. Thronus gloriæ excelſus ab initio. Et ibid. *eſt templum q. d.* Haba. II. 20. Et Dominus eſt in templo ſanctitatis ſuæ. *Et ibi thronus gloriæ ædificatus eſt, q. d.* Pſalm. CIII. 19. Dominus in Coelo conſtituit thronum ſuum. *Et ſic* Iſai. VI. 1. ſedens ſuper throno excelſo, & ſummo. *Propter amorem vero veſtri templum meum coeleſte, quod ante mundum conditum præparatum erat, relinquam, & inter vos habitabo q. d.* Exod. XXIX. 48. Et habitabo in medio filiorum Iſrael; *Et iterum* XXV. 5. Mihi Sanctuarium faciant, & habitabo in medio ipſorum. *Tanchuma* fol. 38. 4. ad verba *Exod.* XXV. 19. Cherubim unus ſit in latere uno, & alter in altero. *Quemadmodum Coelum aperit theſaurum ſuum, ut deſcendat in terram,* q. d. Deut. XXVIII. 12. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore ſuo. *Sic quoque* שכינה נתונה למעלה *Schechina translata eſt in coelum inter duos Cherubim qui ex utraque parte conſtituti ſunt, & Iſraelitas magnificant.* Menachoth ex laudata verſione. *R. Joſe filius R. Jehuda dixit. Arca ignea, menſa ignea, & candelabrum igneum deſcenderunt de Coelo; Moſes vero illa vidit, & ad modum illorum fecit, q. d.* Exod. XXV. 40. Vide & fac כתבניתם ſecundum modulum ipſorum, quem in monte vidiſti; *& alibi* XXVI. 30. Et eriges tentorium כמשפטו ad formam iſtam quæ in monte tibi propoſita eſt. In *Schemoth rabba* ſect. 35. *Quemadmodum tu vides* למעלה *ſuperius, ſic quoque fac* למטה *inferius, q. d.* Exod. XXV. 15. Ligna Sittim ſtant; *Verſantur enim in* איסטרטיא στρατιᾷ *exercitu coeleſti. Et ſic tu infra facies, ſicut ſuperius vidiſti; ego* סנקליטון σύγκλητον של מעלה, *Conſiſtorium coeleſte dimittam, & ſchechinam meam ad vos transferam. Quemadmodum vero in Coelo Seraphim ſtant, ſic etiam in terra ligna Sittim ſtant. Et quemadmodum in Coelo ſtellæ ſunt, ſic etiam inferius Dixit enim R. Chija fil. Aba, quod anſulæ aureæ in tabernaculo tanquam ſtellæ apparuerint.* Et in *Schir Haſchirim* fol. 19. 4. *Dixit Deus S. B. ad Moſem: Si tu ea, quæ ſuperius ſunt, inferius facis, ego conſiſtorium meum coeleſte demittam, & deſcendam, & Schechina mea motitabit ſe ſuper vos inferius. In Coelis Seraphim ſtant, ſic quoque in terra ligna Sittim ſtabunt, idque in modum exercitus coeleſtis &c.* Tabernaculum coeleſte memoratur pariter *Apoc.* XV. 5. *Et poſthæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonii.* De thuribulo & altari aureo ibid. VIII. 3. 4. 5. *Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribu-*

ribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et adscendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo; Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram &c. De Cherubim, & candelabris vide ibid. multis in locis. Hæc omnia, quæ facta sunt in Tabernaculo, & in templo Hierosolymitano typi exemplarium coelestium fuerunt; uti scriptum est *Hebr.* IX. 23. 24. *Necesse est ergo exemplaria quidem coelestium his mundari; ipsa autem coelestia melioribus hostiis quam istis. Non enim in manu facta Sancta Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum Coelum &c.* Neque ab hac sententia dissentiunt Hebræi; uti scribit *Becbai* 105. 5. החקים זכרון ודונמא של מעלה. *Ritus sunt typi, & figuræ rerum coelestium; Ideo enim vocantur* חקים, *quia superius sunt* חקוקים

CAPUT TERTIUM.

I *De oblatione lignorum*; II. *De decineratione Altaris.* III. *De pyris Altaris.*

I. POstquam reversi sunt Israelitæ a captivitate Babylonica obtulerunt ligna, quibus ignis altaris accenderetur, sicuti scriptum est *Nehem.* X. 34. *Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter Sacerdotes & Levitas, & populum, ut inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum per tempora, a temporibus anni usque ad annum, ut arderent super altare Domini Dei nostri sicut scriptum est in lege Moysi.* Hierol. Thaanith 68. 2. בשעת שעלו ישראל מן הגולה לא מצאו עצים בלשיכה יעמדו אילו ונותנדבו עצים משל עצמן ומסרין לציבור וקרבו מהן קרבנות ציבור והתנו עמהן אנביאים שבניהן אפילו לשכה מליאה עצים שיהיו מביאין מעצמן ועמדו אילו ונתנדבו עצים משל עצמן שלא בהא קרבן מתקרב אלא משלהן תחילה. *Quo tempore reversi sunt Israelitæ ex captivitate, non invenerunt ligna in conclave, consurgentes, sponte de bonis suis ligna obtulerunt, & congregationi tradiderunt; & ex his coetus victimas sacrificarunt. Et decreverunt prophetæ, qui erant cum iis quamvis plenum lignorum esset conclave, ut ligna de bonis suis afferrent, & consurgentes, obtulerunt ligna de bonis suis, ne sacrificium a principio nisi de bonis suis offerretur.* Hierol. *Schekalim* 47. 4. בשעה שעלו ישראל מן הגולה ולא מצאו עצים בלישכה ועמדו אילו ונתנדבו עצים משל עצמן ומסרים לציבור וקרבו מהן קרבנות ציבור והתנו עמהן כנביאים שביניהן שאפילו לשכה מלאה עצים ועמדו אילו ותנדבו עצים משל עצמן שלא יהא קרבן מתקרב אלא משלהן תחילה *Quo tempore reversi sunt Israelitæ ex captivitate non invenerunt ligna in conclave consungentes, sponte de bonis suis ligna obtulerunt, & congregationi tradiderunt; & ex his coetus victimas sacrificarunt. Et decreverunt prophetæ, qui erant cum iis quamvis plenum lignorum esset conclave, ut ligna de bonis suis afferrent, & consurgentes, obtulerunt ligna de bonis suis, ne sacrificium a principio nisi de bonis suis offerretur.* Hierol. *Megillah* 70. 3. בשעת שעלו ישראל מן הגולה ולא מצאו עצים בלשיכה ועמדו אילו ונתנדבו עצים משל עצמן ומסרון לציבור נקרבו בהן קרבנות הציבור והתנו עמהן הנביאים שביניהן שאפילו לשכה מלאה עצים ועמדו אילו ותנדבו עצים משל עצמן שלא יהא קרבן מתקרב אלא משלהן תחילה. *Quo tempore adscenderunt Israelitæ ex captivitate, non invenerunt ligna in conclavi, & consurgentes sponte de bonis suis ligna obtulerunt, & coetui obtulerunt, quibus sacrificium publicum offerretur. Et constituerunt prophetæ, qui cum his erant, quamvis plenum esset conclave lignorum; & consurgentes sponte de bonis suis ligna obtulerunt, ne a principio nisi de bonis suis sacrificium offerretur* Quo tempore & a quibus ligna singulis annis offerrentur, illustratur in Misna *Taanith* IV. 5. זמן עצי כהנים והעם תשעה באחד בניסן בני ארח בן יהודה בעשרים בתמוז בני דוד בן יהודה בחמשה באב בני פרעוש בן יהודה בשבעה בו בני יונדב בן רכב בעשרה בו בני סנאה בן בנימין בחמשה עשר בו בני זתוא בן יהודה ועמהם כהנים ולוים וכל מי שטעה בשבטו ובני גונבי עלי ובני קוצעי קציעות בעשרים בו בני פחת מואב בן יהודה בעשרים באלול בני עדין בן יהודה באחד בטבת שבו בני פרעוש שניה באחד בטבת לא היה בו מעמד שהיה בו הלל וקרבן מוסף וקרבן עצים. *Tempus ligna offerendi a sacerdotibus & populo inter novem intervalla distribuebatur. Primo die Nisan filii Arach ex tribu Jehuda. Vigesimo die Tamutz filii David ex tribu Jehuda. Quinto Abb filii Parosch ex tribu Jehuda. Septimo ejusdem filii Jonadab filii Rechab. Decimo ejusdem filii Senaa ex tribu Benjamin. Quinto decimo ejusdem filii Satthu ex tribu Jehuda, & cum his sacerdotes & Levitæ, omnesque qui de tribu sua incerti erant, cumque*

*que his filii Gonbe, qui ex pistillo co*gnominati sunt, *filiique familiæ, quæ* cognominata est *ex contusione ficorum abscissorum. Vigesimo ejusdem mensis filii Pachat Moab ex tribu Jebuda. Vigesimo Elul filii Adin ex tribu Jebuda. Primo Tebeth filii Parosch iterum. In primo die mensis Tebeth non erat statio, eo quod caneretur Hallel, & sacrificium addititium, & ligna offerrentur.* Hierof. *Taanith* 68. 2. מהו בני גונבי עלי ובני קוצעי קצועות אלא בשעה שהושיב ירבעם בן נבט פרסדאות על הדרכים לא היו מניחין את ישר׳ לעלות לירוש׳ כל מי שהיה כשר ויירא חט באותו הדור היה מביא את בכוריו ונותנן לתוך הסל ומחפה אותן קציעו׳ ונוטל את העלי ונותן את הסל על כתיפו ונוטל את העלי בידו וכיון שהיה מגיע באותו המשמר היו או׳ לו לאיכן אתה הולך והוא או׳ לו איני הולך אלא לעשות מעט קציעות הללו כפות אחת של דבילה בעלי הזה שבידי וכיון שהיה עובר את אותו המשמר היה מעטרן ומעלה אותן לירושלם מהו אומר בני סלמיי רנתיצתי אלא כל מי שהיה מתנדב עצים וגזרים למערכה היה מביא עצים ועושה אותן כמי שלבין ועושה אותן כמין סולם ונותנן על כתיפיו וכיון שהיה מגיע לאותו המשמר היה אומר לו לאיכן אתה הולך והוא או׳ לו איני הולך אלא לביא שני נוזלות הללו מן השובך זה שלפני בסולם הזה שעל כתיפי וכיון שהיה עובר את אותו המשמר היה מפרקן ומעלה אותן לירושלם על ידי שנתנו נפשם למצות לקנות שם טוב בעולם ועליהם הוא אומר זכר צדיק לברכה. *Quinam sunt filii Gobne Eli, & filii Kozee Keziotb? Quia eo tempore Jeroboam filius Nebatb vias obsepsit custodibus; qui non permittebant, ne Israelitæ Hierosolymam adscenderent; Quicunque pietate præditus erat, & peccatum detestabatur in ea generatione, adducebat sua primitiva, & in canistrum immittebat, quod abscissis ficis operiebat, & pistillum ferebat; canistrum vero humeris imponebat, & pistillum manu gestabat; Cumque ad custodes pervenisset; illique interrogabant, quo vadis? quibus ille respondebat; ego me confero ad conficiendum parum massæ orbicularis ex his ficis abscissis cum hoc pistillo, quod manu mea gesto. Prætergressus custodes*, corbem *coronabat, eamque Hierosolymam afferebat. Quid est quod dictum filii Salmi Natizathi? Quicunque sponte offerebat ligna, & segmenta adstruem, afferebat ligna ad instar graduum scalæ composita, eaque in formam scalæ aptabat, quæ humeris suis imponebat; Cumque ad custodes pervenisset, illi dicebant; quo vadis? Quibus respondebat. Non alio me confero, nisi ut efferam duos pullos avium cum hac scala, quæ humeris meis imposita est, ex hoc columbario, quod contra me est. Prætergressus custodes, dissolvebat ligna, & Hierosolymam afferebat. Et quoniam præceptis dederunt animam suam ad comparandum sibi bonum nomen in mundo, de iis dictum est;* Memoria justi est in benedictione. Tosaphta *Taanith* III. 5. מה ראו זמן עצי כהנים והעם לימנות שכשעלו בני הגולה לא מצאו עצים בלשכה עמדו אלו והתנדבו עצים משל עצמן ומסרו לצבור וכן התנדבו עמהן הנביאים שאפילו לשכה מלא עצים ואפילו עצים משל צבור ועמדו אלו והתנדבו עצים משל עצמן לא יהא קרבן מתקרב אלא משלהן תחילה שנ׳ והגורלות הפלנו על קרבן העצים וגו׳ מהן בני גונבי עלי ובני קוצעי קציעות שבשע׳ שהושיבו מלכי יון פרדפאות על הדרכים שלא לעלות לירושלם כדרך שהושיבו ירבעם כל מי שהו׳ כשר ויירא חטא באותו הדור היה נוטל את הבכורים ומחפן כמין קציעות ומניחן בכלים ונוטל את הסל ואת העלי על כתפו ועלה כשהגיע לאותו משמר אמרו לו לאן אתה הולך אמר להם לעשות שתי קציעות הללו שני כפין של דבלה במכתש הלו שבפני זה שעל כתפי כיון שעבר מאותו משמר מעטרן ומעלן לירושלם מה הוא אמר בני סלמיי הנטופתי שבשעה שהושיבו מלכי יון פרדסאות על הדרכים שלא לעלות לירושלם כדרך שהושיב ירבעם בן נבט כל מי שהוא ירא חטא וכשר באותו הדור היה מביא ב׳ גזירי עצים ועושה אותן כמין סולם ומניחן על כתפו ועולה כשהגיע לאותו משמר אמרו לו לאן אתה הולך אמר להם ליטול שני גוזלות משובך הלו שבפני מסולם זה שעל כתפי כיון שעבר מאותו משמר מפרקו ומעלן לירושלם לפי שמסרו עצמן על התורה ועל המצו׳ לפיכך נמצא להם שם טוב וזכר טוב בעולם ועליהם הוא אומר זכר צדיק לברכה ועל ירבעם בן נבט וחבריו הוא אומר ושם רשעים ירקב. *Quid judicarant numerandum esse tempus lignorum sacerdotum & populi? Eo quod cum adscenderunt filii captivitatis, non invenerunt ligna in conclavi, isti surgentes, de suis bonis obtulerunt ligna eaque coetui tradiderunt; pariterque cum iis prophetæ obtulerunt, quod etiamsi conclave plenum esset lignorum, lignaque essent coetus, & offerrent alii ligna de suis bonis, non erat offerendum sacrificium nisi ex his a principio; dictum est enim* Nehem. x. 34. fortes ergo misimus super oblationem lignorum. *Pariterque dictum est* Esdr. VII. 10. Esdra enim paravit cor suum &c. *Quinam erant filii Gobne Eli, & filii Kozee Keziotb? Eo quod eo tempore statuerunt*

reges

reges Græcorum custodes in viis, ne Hierosolymam adscenderent, quemadmodum Jeroboam constituerat; quivis vir pietate præditus & timens peccatum in ea generatione ferebat primitiva, & in vasis collocata quasi massam ficorum abscisorum obtegebet, & humeris imposito canistro & pistillo adscendebat; Cum pervenisset ad custodes; illi interrogabant; quo vadis? Respondebat; ad conficiendas duas massas ex his ficis hoc mortario, & hoc pistillo, quæ humeris gesto; prætergressus custodes, ea coronabat, & adducebat Hierosolymam. Quid est, quod dicitur, filii Salme Hannetophati? Quo tempore statuerunt reges Græcorum custodes in viis, ne adscenderent Hierosolymam; quemadmodum statuerat Jeroboam filius Nebath, quivis timens peccatum, & pietate præditus in ea generatione, afferebat duo segmenta lignorum, eaque ad modum scalæ componebat, iisque humero impositis adscendebat; Cum pervenisset ad custodes, interrogabant; quo vadis? Respondebat; ad capiendos duas columbas ex illo columbario proximo cum hac scala, quam humeris gesto; Prætergressus custodes, dissolvebat, & afferebat Hierosolymam; Quia tradiderunt se legi & præceptis, pro iis inventum est nomen bonum, & memoria bona in mundo; ideoque de illis dictum est Prov. x. 17. Memoria justi cum laudibus; Et de Jeroboam & ejus sociis dictum est; Et nomen impiorum uptrescet. Vid. Babyl. Taanith 28. & Megillath Taanith cap. v. In die oblationis lignorum vetitum erat jejunare, & lugere. Tosaphta Taanith ibid. אותן ימים אסורין בהספד ובתענו׳ בין משחרב הבית ובין עד שלא חרב הבית ר׳ יוסי אומר משחרב הבית מותרין מפני שאבל הוא להם א״ר אלעזר בר׳ צדוק אני הייתי מבני סנאה בן בנימין וחל תשעה באב להיות בשבת ודחינוהו לאחר שבת והיינו מתענין ולא משלימין His diebus probibetur luctus & jejunium, tam post quam ante excidium domus; R. Jose post excidium domus permittuntur, quia illis est luctus. Dicit R. Eleasar filius R. Zadoch; ego eram ex filiis Seneba filii Benjamin, & contigit, ut nonus dies Ab incideret in Sabbathum, & transtulimus post sabbathum, & jejunium celebravimus, at non perfecimus. Megillath Tannith ibid. ואותן הימים אסורים בהספד ובתענית בין משחרב הבית בין שלא חרב ר׳ יוסי אומר משחרב הבית מותרין מפני שאבל הוא להם אמר ר׳ אליעזר בר צדוק אני הייתי מבני בניו של סנאה בן בנימן ואירע תשעה באב להיות בשבת והתענינו בו ולא השלמנוהו מפני שיום טוב שלנו היה. Atque istis diebus probibebatur luctus, & jejunium tam post, quam ante domus excidium. R. Jose dicit; post domus excidium permissa sunt, quia illis est luctus. Dicit R. Eleasar filius Zadoch; ego eram ex nepotibus Seneba filii Benjamin; & contigit, ut dies nonus Ab incideret in sabbathum, & in eo jejunavimus, neque vero jejunium perfecimus, quia nobis erat dies festus. Hierosl. Taanith ibid. אמו ר׳ לעזר בי ר׳ יוסי אני היינו מבני נסאה בן בנימן וחל תשעה באב להיות בשבת ודחינו אותו למוצאי שבת והיו מתענין ולא משלימין. Dicit R. Eleasar discipulus R. Jose. Nos eramus de posteris Seneba filii Beniamin, & incidit dies nonus Ab in Sabbathum, & transtulimus ad exitum sabbathi, & celebravimus jejunium, sed non perfecimus. Non quævis ligna, sed peculiaria offerenda erant. Siphra 4. col. 4. על העצים אשר על האש עצים נתונים להיות אש וכי כל העצים כשרים למערכה היו כל העצים כשרים חוץ משל זית ומשל גפן אבל באלו רגילין במורביות של תאנה ושל אגוז ושל עץ שמן ר׳ אליעזר מוסיף אף של חרוב ושל דקל ושל שקמה ושל מייש ושל אלון. Super ligna, quæ super ignem; Ligna imponebantur, ut fierent ignis; Omnia ligna legitima erant pro strue; omnia ligna erant legitima, excepto ligno olivæ, & vitis; sed de bis usus fieri solebat de ramis ficus, & nucis, & pini. R. Eliéser addit quoque lignum siliquæ, & palmæ, & sycomori, & Mais, & quercus. Tosaphta Menachoth. IX. 14. כל העצים כשרים לגבי מזבח חוץ משל זית ושל גפן ר׳ אליעזר מוסיף חמשה עצים פסולין אף של שקמה ושל חרוב ושל דקל ושל מייש ושל אלון ושל סתירה מ״מ הרי אלו פסולין אבל באלי רגילין במדבריות של תאנה ושל שמן ושל אגוז. Omnia ligna legitima erant pro altari, excepta oliva, & vite; R. Eliéser addit quoque quinque ligna illegitima, sc. ligna sycomori, & siliquæ, & palmæ, & Mais, & quercus, & ligna ædificii diruti. Sed hæc in usu erant, ligna sylvestria ficus, & olivæ, & nucis. Babyl. Tamid. 64. כל העצים החרשים כשרין למערכה חוץ משל זית ושל נפן באלו רגילין במורביות של תאנה ושל אגוז ושל עץ שמן והני מאי טעמא לא אמר רב פפא משום דקטמי רב אחא בר יעקב משום ישוב ארץ ישראל מתיבי על העצים אשר על האש עצים תנתונים להיות אש מאי ניהו דוקרי דלא קטמי ואזלי מקטם של תאנה ושל אגוז ר׳ אליעזר מוסיף אף של מייש ושל אלון ושל

ושל דקל ושל חרוב ושל שקמה וגו' להוסיף בשלמא למאן דאמר משום דקטמי בהא פלגי מר סבר אע"ג דלא קטמי מנואי כיון דקטמי מבראי לא מייתינן ומר סבר כיון דלא קטמי מנואי אע"ג קטמי מבראי מייתינן אלא למאן דאמר משום ישוב ארץ ישראל דקל לית ביה משום ישוב ארץ ישראל דלטעמיך תאנה מי לית בוה משום ישוב ארץ ישראל אלא מאי אית לך למימר בתאנה דלא עבד פירי דקל נמי בדקל דלא עבד פירי . Omnia ligna nova *sunt legitima pro strue , excepto ligno olivæ , & vitis , sed hæc in usu sunt , rami ficus, & nucis , & ligni pini . Cur illa nequaquam ? Dicit R. Papa propter eorum cinerem . R. Acha bar Jacobi propter habitationem terræ Israelis*. *Opponitur ;* super ligna, quæ super ignem *; ligna imponuntur , ut fierent ignis . Cur illa non cinefiunt , & consumuntur ? A cinere ficus , & nucis R. Eliesèr addit quoque ligna Mais , & quercus, & palmæ , & siliquæ , & sycomori &c. Concedatur juxta ejus opinionem , qui dicit propter cinerem ; Est quæstio ; Doctor putat , quamvis non producant cinerem intrinsecus , quum cinefiant extrinsecus , non afferuntur ; Et Doctor putat , cum non cinefiunt intrinsecus , quamvis extrinsecus cinefiant , afferuntur ; Verum juxta sententiam ejus , qui dicit propter habitationem terræ Israelis ; & juxta tuum opinionem in ficu nonne est ratio habitationis terræ Israelis ? Quid poteris respondere ? Quod agatur de ficu , quæ non producat fructus , pariterque de palma , quæ non producat fructus. Pesiktha* 3.2. על העצים אשר על האש עצים הנתונים להיות אש תנן התם כל העצים כשרים למערכה חוץ משל זית ושל גפן מפני שהיין והשמן קריבין על המזבח וגו' ויש אומרים מפני ישוב ארץ ישראל לא היו מביאין עץ פרי וכן היה ר' אלעזר מוסיף אף של חרוב ושל דקל אבל באילו היו רגילין טורביות של תאינה ושל אגוז ושל עץ שמן . Super ligna, quæ super ignem ; *ligna imponuntur , ut fierent ignis . Tradiderunt ibi ;* Omnia *ligna sunt legitima pro strue, excepto ligno olivæ , & vitis ; eo quod vinum & oleum offerrentur super altare &c.* Alii *dicunt ; propter habitationem terræ Israelis non adducta fuisse ligna fructifera ; Pariterque R. Eliesèr addit quoque ligna siliquæ , & palmæ ; sed soliti fuerunt adducere ramos ficus , & nucis , & pini .* Vide II. 3. & *Maimonid.* de rebus altari interdictis VIII. 3. Hæc ligna ab Israelitis oblata inferebantur in conclave, quod ea de causa lignorum conclave appellabatur . Hoc conclave situm erat in atrio mulierum ad plagam orientalem aquilonarem ; Babyl. *Joma* 16. מזרחית צפונית היא היתה לשכה דיר העצים . *Orientale aquilonare erat conclave lignorum* . Vide *Middoth* II.5. *Et Maimon.* v. 8. Beth Habechira . Autor *Schilthe Haggibborim* scribit non fuisse illata in hoc conclave ligna omnia, quæ ad usum altaris per integrum annum sufficere potuissent , sed ea tantum , quibus in singulos dies altaris strues accendi potuisset ; cap. XXV. השנית היא מזרחי' צפונית שהיתה לשכת העצים שנקראת גם כן דיר העצים ששם הכהנים בעלי מומין מתליעים העצים כי כל עץ שנמצא בו תולעת פסול למזבח וזאת לא היתה לשכת העצים שנותני' בה כל העצים הצריכים למשך שנה אחרת בעד מערכה המזבח המתנדבים בני ארח בן יהודה וחבריו כדתנן במס' תענית פרק שלשה פרקים משנה ה' אלא בדיר העצים זה היו שם העצים בלבד המוכנים להצית בהם הג' מערכות על המזבח מדי יום ביומו והכהנים האלו קודם סדור המערכות היו מתליעים ובוקעים אותם שם: *Secundum orientale aquilonare erat conclave lignorum, quod propterea conclave lignorum appellabatur , ubi sacerdotes vitio affecti vermes in lignis perscrutabantur ; etenim omne lignum , in quo vermis deprehenderetur , altari erat illegitimum . Hoc vero non erat conclave lignorum , ubi reponerentur ligna per integrum annum strui altaris necessaria , quæ obtulissent posteri* Arach *filii Jehuda , & ejus socii , sicut traditum est in tractatu* Taanith III. 5. *Sed In hoc lignili erant tantum ea ligna , quæ preparata erant in singulos dies tribus pyris altaris ; atque isti Sacerdotes , antequam ordinarentur strues , ibi vermes in lignis perscrutabantur , atque findebant .* In hoc conclavi Sacerdotes vitio affecti vermes in lignis investigabant. *Babyl. ibid.* מזרחית צפונית היא היתה לשכת דיר העצים ששם כהנים בעלי מומין עומדין ומתליעין העצים שכל עץ שבו תולעת פסול לגבי מזבח . *Orientale aquilonare erat conclave lignorum, ubi Sacerdotes vitio affecti stabant , & vermes in lignis perscrutabantur ; etenim omne lignum , in quo vermis deprehenderetur, altari illegitimum. erat . Middoth* ibid. מזרחית צפונית היא היתה לשכת העצים ששם הכהנים בעלי מומין מתליעים העצים וכל עץ שנמצא בו תולעת פסול מעל גבי המזבח . *Orientale aquilonare erat conclave lignorum, ubi sacerdotes vitio affecti vermes in lignis perscrutabantur ; etenim omne lignum , ubi vermis deprehenderetur , altari erat illegitimum*. Hier. *Taanith* 69. 3. כל עץ שנמצא בו תולעת פסול מעל גבי

נבי המזבח. *Omne lignum, in quo vermis deprehenderetur, erat illegitimum altari.* In hoc conclavi fabulantur Judæi Interpretes abſconditam fuiſſe Arcam. *Hieroſol. Scekalim* 49. 3. מעשה בכהן אחר בעל מום שהי׳ עומד ומפציע עצים בלישכת דיר העצים וראה את הרצפה שהיא משונה מחברותיה בא ואמ׳ לחבירו בוא וראה הרצפה הזאת שהיא משונה מחברותיה לא הספיקו לגמור את הדבר עד שיצתה נשמתו וידעו בייחוד ששם הארון נגוז תני ר׳ הושעיה הקיש עליה בקורנס ויצאת אש ושרפתו *Hiſtoria de quodam ſacerdote vitio corporis affecto, qui in lignili cum eſſet occupatus in findendis lignis, vidit præ reliqua ſtructura aliquid immutatum eſſe in pavimento; Abiens dixit ſocio ſuo, veni & vide hoc pavimentum præ reliqua ſtructura immutatum eſſe.* Non potuit *abſolvere verbum, ut ejus anima evolaret; Hinc certo cognoverunt in eo loco peculiari arcam fuiſſe abſconditam. Tradit R. Hoſchaja illum malleo percuſſiſſe ſuper illud pavimentum, & ignem egreſſum illum combuſſiſſe.* Ex hoc conclavi quotidie efferebantur ligna, quæ ſuper altare incenderentur; Siquis ſacrificium offerre voluiſſet, ſibi a domo ſua ligna non erant offerenda; *Sipbra* 4. *col.* 4. יכול המתנדב עולה יהא מביא עצים ואישיה עמה ת״ל על העצים אשר על האש אשר על המזבח מה מזבח משל צבור אף אש משל צבור דברי ר׳ אלעזר ב״ר שמעון ר׳ אליעזר אומר מה מזבח שלא נשתמש בו הדיוט אף עצים ואש שלא נשתמש בהן הדיוט. *Crederem, quod qui offerret holocauſtum, deberet ſecum afferre ligna & ignem. Idcirco dictum eſt*; ſuper ligna, quæ ſuper ignem, qui ſuper altare; *ſicut altare erat coetus, ita quoque ligna & ignis pertinebant ad coetum; verba R. Eleaſaris filii R. Simeonis. R. Elieſer dicit; ſicut altare, in quo non fit uſus vulgaris, ita pariter ligna & ignis, in quibus non ſit factus uſus vulgaris.* Babyl. *Menachoth* 22. יכול האומר הרי עלי עולה יביא עצים משוך ביתו כדרך שמביא נסכים משוך ביתו ת״ל על העצים אשר על האש אשר על המזבח מה מזבח משל צבור אף עצים ואש משל צבור דברי ר׳ אלעזר ב״ר שמעון ר׳ אלעזר בן שמעון אומר מה מזבח שלא נשתמש בו הדיוט אף עצים ואש שלא ישתמש בהן הדיוט. *Crederem; ſi quis diceret; en in me recipio holocauſtum, quod e domo ſua ligna afferre deberet; quemadmodum e domo ſua affert libamina. Idcirco dictum eſt*; ſuper ligna, quæ ſuper ignem qui ſuper altare; *ſicut altare eſt coetus, ita pariter ligna, & ignis pertinebant ad coetum, verba R. Eleaſaris bar R. Simeonis; Dicit R. Eleaſar bar R. Simeonis; ſicut altare, in quo non fit uſus vulgaris; ita quoque ligna, & ignis, in quibus non fiat uſus vulgaris. Peſiktha* 3. col. 3. דבר אחר על העצים לומר מה מזבח משל צבור אף עצים ואש משל צבור שלא יהא נודר עולה ומביא אש ועצים. *Altera explicatio.* Super ligna; *ad docendum, quemadmodum altare erat coetus, ita pariter ligna & ignis pertinebant ad coetum; ne quis, qui voverit holocauſtum, ſecum ligna, & ignem adducat.* Privatus poterat tamen ſponte offerre ligna; *Sipbra* 5. 2. ומנין שהיחיד מתנדב עצים ת״ל קרבן מלמד שהיחיד מתנדב עצים מביא לא יפחות משני גזירין. *Et unde probatur, quod privato liceret offerre ligna? ex eo quod dictum eſt*, ſacrificium; *ad docendum, quod privatus poſſet ſponte offerre ligna; at quanta afferre debebat? non minus duobus ſegmentis. Toſaphta* Scekalim III.4. עצים האומר הרי עלי עצים מביא דמי שני גזירי עצים ונותן לשופר כהנים מקבלין אותן ולוקחין בהן עצים ומקריבין אותן לגבי מזבח ניאותן בהן ואין מועלין בהן ואם הקריבן בחוץ פטור אבל אם אמר הרי עלי שני גזירי עצים אלו לגבי מזבח מביא שני גזירי עצים ונותן לשופר כהנים מקבלין אותן ממנו ומקריבין אותן לגבי מזבח ואין ניאותין בהן אבל מועלין בהן ואם הקריבן בחוץ חייב דברי רבי וחכמים אומרים אם הקריבן בחוץ פטור אלו ואלו נופלין ללשכת דיר העצים *Ligna; Siquis diceret; ego in me recipio ligna; afferebat pretium duorum ſegmentorum lignorum, & in cornu immittebat; ſacerdotes colligebant, & ſuper altare offerebant, ex his licebat utilitatem percipere, neque in iis prævaricabantur; ſi foris obtuliſſet, liber erat; Si vero dixiſſet; ego in me recipio duo ſegmenta lignorum ſuper altare offerenda, afferebat duo ſegmenta lignorum ad cornu, quæ Sacerdotes accipiebant, & ſuper altare offerebant; ex his non licebat utilitatem percipere; & in iis prævaricabantur; ſi foris obtuliſſet; reus erat; verba Rabi; at ſapientes dicunt, ſi foris obtuliſſet, liber erat; utraque in conclave lignorum inferebantur.* Hieroſ. *Scekalim* 50. 2. ר׳ יוסה בי ר׳ בון אמר ר׳ בא בר ממל בעי אמר הכי עלי עץ מביא גיזר אחד אמר ר׳ לעזר מתניתא אמרה כן שזה קרבן בפני עצמו וזה קרבן בפני עצמו בהיא דתנינן תמן שנים בידם שני גיזירי עצים לרבות את העצים. *R. Joſe diſcipulus R. Bon dicit, R. Ba bar Mimal interrogans dicit; ecce in me recipio lignum; afferet unum tantum ſegmen-*

men-

mentum. Dicit R. Eleasar; In Misna,
dictum est; quod hoc sit sacrificium seorsim, & illud sacrificium seorsim. Ibi traditum est; duo in manibus duo lignorum segmenta; ad includenda ligna. Vide Hieros. Scheviit 39. Quanta fuerit mensura segmenti in Hieros. Gemara l. c. illustratur. ר׳ יהושע בן לוי אמר עוביין באמה
כמה שוחקות וארכן באמה גרומה ר׳ חוני
בשם ר׳ אמי כמין טורטני אמר ר׳ שמואל
בר רב יצחק לפי שלא היה מקום המערכה
אלא אמה על אמה לפיכך לא היה בו
אלא אמה גרומה ותני כן אמה היסוד
אמה סובב אמה כרכוב ואמה קרנות ואמה
מערכה. *R. Jehosua ben Levi dicit;* segmenti *crassities cubitalis erat; quanta ejus extensio, & longitudo? cubiti minoris. R. Choni nomine R. Ame dicit; instar staterae. Dicit R. Samuel bar R. Isaach; eo quod locus struis non pateret nisi cubitum quaquaversum, idcirco ejus mensura non erat nisi cubiti minoris. Atque ita traditur; basis cubitum, ambitus cubitum, &* כרכוב *cubitum, & strues cubitum patebat. Siphra* 5. דבר
אחר על העצים אשר על אש אשר על
המזבח שלא יהו הניזרין יוצאין חוץ
למערכה. *Altera explicatio.* Super ligna, quae super ignem, qui super altare. *Ne segmenta extra struem promineant. Pesiktha* 3. col. 3. דבר אחר על העצים
אשר על האש שלא יהו גזרין יוצאין
חוץ למערכה. *Altera explicatio.* Super ligna, quae super ignem; *ne segmenta extra struem promineant.* Babyl. *Sevachim* 62. 2. גזירי׳ שעשה משה אורכ׳
אמה ורוחב אמה ועובי׳ כמחק גורש סאה
אמר ר׳ ירמיה באמה גרוטה אמר ר׳
יוסף ולאו היינו דתניא על העצים על
האש אשר על המזבח שלא יהו עצים
יוצאים מן׳ המזבח כלום. *Segmenta, quae fecit Mose, cubitum longa & lata, & densa instar hostorii, quo cumulus sati abraditur. R. Jeremias dicit; cubito minori. R. Joseph dicit; hoc traditum esse; dictum est,* Levit. I. 8. Super ligna, quae super ignem, qui super altare; *Ne ligna extra altare promineant.*

II. Quanam noctis hora decineraretur altare disquirunt Judaei in Babil. *Joma* 20. תנן התם איברי שפקעו מעל גבי
המזבח קודם חצות יחזיר ומועלין בהן
לאחר חצות לא יחזיר ואין מועלין בהן
מנא הני מילי אמר רב כתוב אחד אומר
כל הלילה והקטיר וכתוב אחד אומר
כל הלילה והרים כיצד חלקהו חציו
להקטרה וחציו להרמה מתיב רב כהונה
בכל יום תורמין את המזבח בקריאת
הגבר או סמוך בי׳ מלפניו בין מלאחריו
וביום הכפורים מחצו׳ וברגלים מאשמורת
הראשונה ואי סלקא דעתך מחצות דאורייתא
היכי מקדמינן והיכי מאחרינן אלא אמר
ר׳ יוחנן ממשמע שנ׳ כל הלילה איני יודע
שהוא עד הבוקר ומה ת״ל עד הבקר תן
בקרו לבקרו של לילה הילכך בכל׳ יום
תורמין את המזבח בקריאת הגבר או
סמוך לו בין מלפניו בין מלאחריו ביום
הכפורים דאיכא חולשא דכהן גדול עבדינן
מחצות וברגלים דנפישי ישראל ונפישי
קרבוות עבדינן מאשמורת הראשונה
כדקתני טעמא לא היתה קריאת הגבר
מגעת עד שתיתה עזרה מלאה מישראל
Ibi traditur, membra, quae de altari ante mediam noctem exilissent, restituebantur, & in iis praevaricabantur, post mediam noctem non restituebantur, neque in iis praevaricabantur. Unde haec probantur? Dicit Rab: In altero textu dicitur; cremabitur in altari tota nocte; *& in altero dicitur;* tota nocte decinerabit. *Quomodo? distribuatur dimidium adolitioni, & dimidium decinerationi. Opponit R. Cabuna; singulis diebus decinerabant altare ad galli cantum, aut non multo citius aut serius; & in die expiationum a media nocte, & in solennitatibus a prima vigilia: Putasne dimidium noctis legis hic maturandum, & illic tardandum? At dicit R. Jochanan ex sensu literali dictum est;* tota nocte; *ignoratur an usque ad tempus matutinum. Et cur dictum est* usque mane? *Attribuendum est tempus matutinum tempori matutino noctis; Idcirco singulis diebus decinerabant altare ad galli cantum, aut paulo citius, aut serius. In die expiationum, propter defatigationem sacerdotis summi ministrari coeptum est a media nocte; & in solennitatibus, propter multitudinem Israelitarum, & sacrificiorum, a prima vigilia; sicut traditum est; nec instabat galli cantus, quin atrium repletum esset Israelitis Siphra* 16. 4. מה ת״ל עד
הבוקר אם אינו עניין לעיכול איברי תניהו
עניין לתרומת הדשן לימד שיהו תורמי׳
את המזבח כל הלילה. *Cur dictum est* usque mane? *Si minus propter consumtionem membrorum; explicabitur propter decinerationem; ad docendum, quod tota nocte decineraretur altare. Pesiktha* 9. עד הבקר מה ת״ל ללמד לנו
תרומת הדשן המזבח שהיו תורמין אותו
מקריאת הגבר או סמוך לו בין מלפניו בין
מלאחריו לפי שלא כל העתים שוות. Usque mane; *Cur dictum est? ut doceamur decineratum fuisse altare ad galli cantum, sive paulo citius sive serius, quia omnia tempora non sunt aequalia.* Quid designet קריאת הגבר differitur in l. c. *Babyl. Joma.* מאי קריאת הגבר רב אמר
קרא גברא ר׳ שילא אמר קרא תרנגולא.
Quid קריאת הגבר? *Rab dicit; clamor viri. R. Scila dicit; galli gallinacei cantus.* Hieros. *Suca* 55. 3. תירגם רב קומי
דבית

דבירת ר׳ שילה קרא קרא גברא אכריז כרוזא אמרון ליה קרא תרנגלא אמר לוז והא תנינן בן גבר. *Interpretatus est Rab coram schola R. Scila; clamorem viri; clamavit præco. Dixerunt illi, galli cantum.* Respondit illis *nonne dictum est, ben Gebber?* Vide *Hieros. Scekalim* 48. 4. & Vide cl. Viri mihique amicissimi *P. Ansaldi* eruditissimam dissertationem de *Buccina Hebræorum forensi*. Probabile est hic viri clamorem, non galli cantum intelligi; cum nefas fuisse sciamus Hierosolymis gallos alere. *Maimonides* Beth Habechira VII. 14. ואין מגדלין בה תרנגולות מפני הקדשים וכן לא יגדלו הכהנים תרנגולין בכל ארץ ישראל מפני הטהרות. *Non alunt in ea gallos propter sacra, nec sacerdotes gallos alunt per totam terram Israelis, propter puritates.* Avoth R. Nathan *fol.* 9. 1. *Non nutriunt in ea pavones aut gallos.* Ubi Glossa. *Etiam Israelitis probibitum est gallos alere Hierosolymis propter sacra. Nam illic comederunt carnem sacrificiorum pacificorum, atque eucharisticorum; Jam vero mos est gallis gallinaceis vertere stercoraria, atque inde forsan educere possent ossa reptilium, unde pollui possent sacra ista comedenda.* Vide cl. *Relandi* dissertationem *de galli cantu Hierosolymis audito.* A Sacerdote non ab extraneo decinerandum erat altare. Babyl. *Joma* 24. אמר רב ארבע עבודות זר חייב עליהן מיתה זריקה והקטר וניסוך המים וניסוך היין ולוי אמר אף תרומת הדשן וכן תני לוי במתניתה אף תרומת הדשן מ״ט דרב דכתיב ואתה ובניך אתך תשמרו את כהונתכם לכל דבר המזבח ולמבית לפרוכת ועבדתם עבודת מתנה אתן את כהונתכם והזר הקר׳ יומת עבודת מתנה ולא עבודה סילוק ועבדתם עבודה תמה ולא עבודה שיש אחריה עבודה ולוי רבי רחמנא לכל דבר המזבח ורב ההוא לאתויי שבע הזאות שבפנים ושבמצורע ולוי נפקא ליה מדבר וכל דבר ורב דבר וכל דבר לא דריש ואימא לכל דבר המזבח כלל עבודת מתנה פרט כלל ופרט אין בכלל אלא מה שבפרט עבודת מתנה אין עבודת סילוק לא אמר קרא ולמבית לפרכת ועבדתם מבית לפרוכת הוא דעבודה מתנה ולא עבודה סילוק הא בחוץ אפילו עבודת סילוק אי הכי ועבדתם נמי אל׳ מבית לפרכת הוא דעבודה תמה ולא עבודה שיש אחריה עבודה הא בחוץ אפילו עבודה שיש אחריה עבודה ועבדתם הדר ערביה קרא בעי רבא עבודת סילוק בהיכל מהו לפנים מרמינן ליה או לחוץ מרמינן ליה הדר פשטא מבית ולמבית אלא מעתה זר שסידר את השלחן ליחייב איכא סידור בזיכין סידר בזיכין ליחייב איכא סילוק והקטרה זר שסידר את המנורה ליחייב איכא נתינת פתילה נתן פתילה ליחייב איכא נתינת שמן נתן שמן ליחייב איכא הדלקה הדליק ליחייב הדלקה לאו עבודה היא ולא והתניא ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח וערכו עצים על האש לימד על הצתה אליתה שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת הצתה אליתה עבודה הדלקה לאו עבודה היא אלא מעתה זר שסידר את המערכה ליחייב איכא סידר שני גזירי עצים סידור שני גזירין ליחייב איכא סידור איברים והא אמר ר׳ אסי אמר ר׳ יוחנן זר שסידר שני גזירי עצים חייב בהא פליגי מר סבר עבודה תמה היא ומר סבר לאו עבודה תמה היא תניא כוותיה דרב תניא כותיה דלוי תניא כוותיה דרב עבודות שזר חייב עליהן מיתה זריקת דם בין לפנים בין לפני ולפנים והמזה בחטאת העוף והממצ׳ והמקטי׳ בעולת העוף והמנסך שלש לוגין מי׳ ושלשה לוגין יין תניא כוותיה דלוי עבדות שזר חייב עליהן מיתה המרים את הדשן ושבע הזאות שבפני ושבמצורע והמעלה על גבי המזבח בין דבר כשר בין דבר פסול. *Dicit Rab. Quatuor sunt ministeria, quibus extraneus tenetur morte, adspersio, & suffitus adolitio, & libatio aquarum, & libatio vini; At Levi dicit, etiam decinerationem altaris; Sic docet Levi in sua Misna; etiam decinerationem altaris. Quænam est ratio Rab? Scriptum est enim* Num. XVIII. 7. Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrum, & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, & ministrabitis ministerium doni sacerdotii, si quis externus accesserit, occidetur: ministerium doni, *non vero ministerium ablationis;* & ministrabitis, *ministerium perfectum, non vero ministerium quod alterum ministerium consequatur. At Levi* (dicit) *quod textus includat* לכל דבר המזבח omnia quæ pertinent ad altare. *At Rab includit septem adspersiones interiores, & adspersiones leprosi. At Levi deducit* מדבר וכל דבר. *At Rab non exponit* דבר וכל דבר. *Dicam* לכל דבר מזבח omnia quæ pertinent ad altare, *generale*, ministerium doni, *particulare, generale, & particulare, non est in generali, nisi quod est in particulari;* ministerium doni; *maxime: ministerium ablationis; minime; Dicitur in textu;* & quæ intra velum sunt & ministrabitis, & quæ intra velum sunt; hoc ministerium doni, *non ministerium ablationis; sed foris, vel ministerium ablationis; si ita est; Hic quoque,* & ministrabitis quæ sunt intra velum, *intelligendum est ministerium perfectum, non ministerium, quod alterum ministerium consequatur. Sed extra velum, vel ministerium, quod alterum ministerium consequatur, ex eo quod dicitur;* & ministrabitis; *postea*

lexit hoc ex Risch Lachisch; vetitum est deserere Thepilin brachii, ut induat capitis Thepilin. Quomodo faciendum? Prius induere debet brachii, deinde capitis Thephilin. Et præparatio quinque lucernarum præcedit sanguinem sacrificii jugis, sanguis sacrificii jugis præcedit præparationem duarum lucernarum; qua de causa? Dicit Abaje; dictum est mane mane in duobus ligni segmentis, quod non erat necesse; ita explicatur; alterum explicetur pro preparatione quinque lucernarum, quæ præcedebant sanguinem sacrificii jugis, & alterum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedebat præparationem duarum lucernarum. Hic tria tempora matutina, & hic duo; unum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedit præparationem duarum lucernarum, quamvis hic duo, & illic duo, expians est præstantius; Respondit R. Papa Abaje; & dicam; quod unum explicetur pro decineratione altaris interioris, quæ præcedit sanguinem sacrificii jugis; hic tria, & illic duo; unum explicetur pro sanguine sacrificii jugis, qui præcedit præparationem quinque lucernarum, quamvis hic duo, & illic duo, expians est præstantius; si ita est; quodnam ministerium intercedet? Recte procedet juxta sententiam Risch Lachisch, qui dicit, cur præparant lucernas, atque iterum præparant? ad perscrutandum totum atrium; recte; verum juxta mentem R. Jochanan qui dicit, mane mane, dividuntur in duo tempora matutina; Quid erat dicendum? Dicit Rabina R. Ase; Hic dictum est mane mane in lignis; num supervacaneum erat? Id pro seipso necesse erat eo, quod dicit textus, quod præcedant struem secundam suffitus; Dixit illi, non; Quid constituendum? super illa, non super altera; hinc consequitur fuisse alteram. Quid docet? Quod si a principio fiat præparatio quinque lucernarum, facienda quoque sit a principio præparatio duarum lucernarum; postquam incepit in illis, major pars præparanda est; sex igitur præparandæ erunt; Dicit textus Exod. XXX. 7. Quando componet lucernas, adolebit illud; Lucernæ non sunt pauciores duabus; & præparatio duarum lucernarum præcedit suffitum; dicit enim textus; quando componet lucernas; & postea; adolebit illud; & suffitus præcedit membra; exstat traditio. Præcedit id, de quo dictum est mane mane, illud, de quo semel mane duntaxat dictum est; & membra præcedunt munus. Traditio; Unde probatur nihil præcessisse sacrificium juge matutinum? Ex eo quod dictum est; & composito holocausto. Dicit Raba, si ibi sit holocaustum, holocaustum primum offertur, & munus præcedit sartagines; holocaustum, & munus, & sartagines præcedunt libamina; munus & libamina præcedunt sacrificia addititia, sacrificium, & libamina, & sacrificia addititia præcedunt acerras. Nonne extat traditio, quod acerræ præcedant sacrificia addititia? sunt duo doctores. Dicit Abaje; probabiliter juxta sententiam ejus, qui dicit, quod sacrificia addititia præcedant acerras; Non? Quid dictum est mane mane? ad anticipandum; hic pariter dictum est in die in die ad tardandum. Qua de causa? juxta ejus sententiam qui dicit; quod acerræ præcedant sacrificia addititia; Docetur statutum ex statuto, quod dictum est in sartaginibus, si illinc docetur, docetur pro tota re; idcirco ex eo quod dicitur in die in die, demonstratur, ad tardandum. Suffitus matutinus offertur inter sanguinem & membra &c. Et suffitus inter vesperas offertur inter membra, & libamina &c. Unde probatur? Dicit R. Jochanan; Dicit textus Num. XXVIII. 8. Juxta omnem ritum sacrificii matutini, & libamentum ejus, sicut munus in munere matutino suffitus præcedit libamina, ita pariter hoc loco suffitus præcedet libamina; aut dicam; sicut illo loco suffitus præcedit membra, ita pariter hoc loco suffitus præcedet membra. Quid scriptum est? juxta membra matutina, juxta munus matutinum? scriptum est juxta munus matutinum; non juxta membra matutina. Tradiderunt magistri. Et libabitis vini quartam partem hin; Ibid. vers. 7. ut explicetur matutinum ex vespertino. Rabi dicit vespertinum a matutino; concedatur, juxta mentem magistrorum; Hic de sacrificio jugi vespertino scriptum est. Verum quænam est ratio Rabi? Dicit Raba bar Ula; dicit textus; ibid. 8. alterumque agnum. Quinam est agnus, de quo dicitur; alterum? Dicit; hoc est sacrificium matutinum &c. Hierosl. Joma 40. 3.

כתיב בתמיד בבוקר וכתכב בעצים בבוקר יקדום דבר שנ׳ בו בבוקר בבוקר לדבר שלא נאמר בו אלא בבוקר אחד מעתה אפילו לדמו אמר ר׳ הילה תעש׳ הקדים בו מעשה כתיב בבוקר בתמיד וכתיב בקטרת בבוקר בבוקר יקדום דבר שנ׳ בו בבוקר בבוקר לדבר שלא נאמר בו אלא בבוקר מה נן קיימין אם לאיבריז והלא כעצים הן אלא כי נן קיימין אפילו לדמו כתיב בעצים בבוקר בבוקר וכתיב בקטורת בבוקר בבוקר ואיני יודע אי זה מהן יקדום מי מכשיר את מי עצים מכשירין את הקטורת אף הם יקדמו את הקטורת איתא חכי עצים

עצים קודמים את הדם והדם קודם לקטורת ותימר הכין אמר ר׳ הילא לא על שלא זכיתי בו מן הדין שהעצים מכשירין את הקטורת ואצרכת הדא מתניתא הוון בעיי מימר מי מכשיר את הקטורת גחלים אמר ר׳ אלעזר מעלה עשן נאמר בתמיד בין הערבים ונאמר בקטורת בין הערבים סמך לנרות ונאמר בנרות מערב ועד בוקר יואחר דבר שנ׳ בו בין הערבים סמך לנירות לדבר שלה נאמר בו אלא בין הערבים מעתה אפילו לנסכין אמר ר׳ הילא תעשה איחר בו מעשה ר׳ בון בר חייה בעא קומי ר׳ הילא הכא את אמר תעשה הקדים בו מעשה וכא את אמר תעשה איחר בו מעשה אמר ר׳ הילא כל מדרש ומדרש כעניינו תמיד של שחר בכלל מאוחר היה מה תל׳ תעשה הקדים בו מעשה תמיד של בין הערבים בכלל מוקדם היה מה תל׳ תעשה איחר בו מעשה. *Scriptum est de sacrificio jugi matutino* mane ; & *scriptum est de lignis* mane ; *præcedat istud , de quo dictum est* mane mane , *illud , de quo non dictum est nisi semel* mane ; *ergo vel ejus sanguinem . Dicit R. Ela ; Quod est faciendum in eo præcedit factum ; Scriptum est* mane *in sacrificio jugi ; pariterque scriptum est de suffitu* mane mane ; *præcedat istud, de quo dictum est* mane mane, *illud, de quod non dictum est nisi* mane . *Quomodo nos explicabimus ? si membra ; jam illa erant sicut ligna : verum ita explicabimus , vel ejus sanguinem . Scriptum est de lignis* mane mane , *pariterque scriptum est de suffitu* mane mane ; *ignoratur, quodnam ex his præcedat ; Quid disponit ? Ligna disponunt suffitum ; ideoque præcedunt suffitum ; veni & vide ; Ligna præcedunt sanguinem, & sanguis præcedit suffitum. Tu ita dices? Dicit R. El minime ; ne argumenti causa probetur, quod ligna suffitum disponant. Ex Misna hoc obligatur ; dicendum est ; quid disponit suffitum ? prunæ. Dicit R. Eleasar ; herba fumum extollens disponit. Dictum est in sacrificio jugi* inter vesperas, *pariterque dictum est de suffitu* inter vesperas *prope lucernas ; similiterque dictum est de lucernis* a vespera usque mane. *Postponatur id, de quo dictum est* inter vesperas *prope lucernas , illi , de quo non dictum est nisi* inter vesperas ; *igitur vel libaminibus . Dicit R. Ela . Quod faciendum est in eo facto postponitur . R. Bon quæsivit coram R. Ela ; hic tu dicis , quod id quod faciendum est in eo factum præcedat, & illic dicis, quod id quod faciendum est in eo facto postponatur. Respondit R. Ela ; quæcunque expositio fit juxta ejus subiectum; sacrificium juge matutinum generaliter postponendum est . Cur dictum est ; quod faciendum est in eo factum præcedit ? Sacrificium juge vespertinum generaliter postponendum est . Cur dictum est ; quod in eo faciendum est facto postponitur? Siphra* 16. 4. ובער עליה הכהן עצים בבקר בבקר נאמר כאן בבקר בבקר ונאמר בתמיד בבקר אינו יודע אי זה יקדים דבר שנ׳ בו בבוקר בבוקר לדבר שלא נאמר בו אלה הבקר אחד נאמ׳ בעצים בבקר בבקר ונאמר בקטורת בבקר בבקר אינו יודע מי יקדים את מי מכשיר את מי עצים מכשירים הקטורת הם יקדימו את הקטורת נאמר בקטורת בבקר ונאמר בנירות בבקר בבקר איני יודע איזה יקדים כשהוא אומר בהטיבו את הנירות יקטירנה סמכו עניין לקטורת אף הם יקדימו את הקטורת Et accendet super eo sacerdos ligna mane mane; *dictum est hic* mane mane, *pariterque dictum est in sacrificio jugi* mane; *ignoro, quidnam præcedat ; præcedit istud, de quo dictum est* mane mane, *illud , de quo semel tantum dictum est* mane . *Similiter dictum est de lignis* , mane , *pariterque dictum est de suffitu* mane mane; *ignoro quidnam præcedat. Quidnam disponit? Ligna disponunt suffitum ; ideoque ligna præcedent suffitum . Dictum est in suffitu* mane mane , *pariterque dictum est in lucernis* mane mane ; *ignoro quidnam præcedat ; Quum vero dicitur* Exod. XXX. 7. Quando componet lucernas, incendet illud. *Cohærent subjecto suffitus ; ideoque præcedent suffitum . Perikta* 9. 2. ובער עליה הכהן עצים בבקר בבקר מכאן שתרומת הדשן תחלה ואחר כך סדור המערכות שנ׳ בבקר בבקר לפי שנ׳ בבקר בבקר בהטבת נרות וכתיב בקטרת בבקר בבקר והואיל ומכשיר הקטרת והמנורה היא האש מעריכין את המערכות ואחר כך מדשן המנורה ואחר כך מקטיר ואחריו התמיד. Et accendet super illo sacerdos ligna mane mane; *hinc probatur , quod a principio fiat ablatio cineris, & posthæc ordinatio struum; dictum est enim* mane mane , *quia dictum est* mane mane *in præparandis lucernis ; pariterque scriptum est in suffitu* mane mane ; *quandoquidem ignis præparat suffitum , & candelabrum; primum ordinandæ sunt strues , posthæc decinerandum est candelabrum , & postea adolendus est suffitus , quem consequitur sacrificium juge* . Strues magna in altari orientem versus disponebatur . *Tamid* II. 4. סדר המערכה גדולה מזרחה וחזיתה מזרחה וראשי הגזרין הפנימיים היו נוגעים בתפוח וריוח היה בין הגזרין שהיו מציתין את האליתא משם *Ordinabatur strues magna ad orientem* ,

&

& orientem raſpiciebat, ſummitates lignorum interiorum cumulum attingebant ſpatiumque erat inter ligna diſſecta, quia illic ſegmenta tenuia incendebant. Ubi Gemara Babyl. סידר את המערכה גדולה וכו׳ מ״ט ר׳ הונה ורב חסדא חד אמר כדי שתהא הרוח מנשבת בה וחד אמ׳ כדי שיהו מציתין את האליתא משם מתיבי רויח היה בהן בין הגזירים שהיו מציתי את האליתא משם אמר לך מקומות מקומות עבדי Ordinabatur ſtrues magna &c. *Qua de cauſa?* diſſentiunt *R. Huna & R. Chaſda; alter dicit, feneſtram intelligi, per quam ventus in illam perflaret; & alter dicit, ut inde ſegmenta tenuia incendant. Opponitur* id, quod dicitur, ſpatium erat inter ligna diſſecta, ubi ſegmenta tenuia incendebant. *Tibi dicit; in multis locis operabantur;* ſc. in multis locis poterat ſtrues ſuccendi. *Raſchi* in l. c. *Gemaræ*. מ״ט חזית כלפי מזרח כדי שתהא הרוח מנשבת בו הרוח שיבא דרך שער מזרחי וחד אומר שיהו מציתין את האליתא משם עצים דקים משימין באותו חזית והאש סמוך לו ונדלקות העצים גדולים ע״י עצים קטנים. מקומות מקומות כלומר במקומות הרבה היו נותנים עצים כדי שישרפו עצים המערכה מכל צד *Qua de cauſa facies ad orientem? ut ventus in eam perflaret; ventus perflabat per portam orientalem; & alter dicit, quod illic ſegmenta tenuia incenderent; ligna tenuia ponebantur in ea parte, ignisque proximus, & ope lignorum tenuium magna ligna accendebantur*. In multis locis; *ſc. in multis locis ponebantur hac ligna, ut ab omni latere ligna ſtruis incenderentur*. Poſt diſpoſita ligna tenuia in ſtrue a Sacerdote accendebatur ignis. *Babyl. Joma* 24. 2. הדלקה לאו עבודה היא ולא והתניא ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח וערכו עצים על האש לימד על הצתת אליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת. *Accenſio non eſt miniſterium; non? Nonne traditum eſt;* Et ſubjicient filii Aaron Sacerdotis in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſita? *ad docendum, quod accenſio tenuium lignorum non peragatur niſi a Sacerdote legitimo, & in veſtibus miniſterii*. Babyl. *Joma* iterum 27. 2. שנ׳ ונתנו בני אהרן הכהנים אש על המזבח נתינת אש בעיא כהונה *Dictum eſt;* Et ſubjicient filii Aaron ſacerdotes in altari ignem. *Accenſio ignis requirit ſacerdotium. Siphra* 4. col. 4. ונתנו בני אהרן הכהנים אש על המזבח אמר ר׳ יהודה מנין להצתת האליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת תלמוד לומר ונתנו בני אהרן הכהנים אש על המזבח א״ר שמעון וכי עלת על לב שהזר קרב על גבי המזבח אם כן למה נאמר ונתנו בני אהרן הכהנים אש על המזבח לימר על הצתת האש שלא תהא אלא בראשו של מזבח ונתנו בני אהרן הכהן מה ת״ל הכהן ממשמע שנאמר אהרן אינו יודע שהוא כהן אם כן למה נאמר הכהן בכיהונו לימד על כהן גדול שעבד בבגדי כהן הדיוט שעבודתו פסולה ומניין לכהן הדיוט שעבד בבגדי כהן גדול תהא עבודתו פסולה ת״ל הכהנים בכיהונן הא כהן גדול שעבד בבגדי כהן הדיוט וכהן הדיוט שעבד בבגדי כהן גדול עבודתן פסולה וגו׳ וערכו עצים על האש עצים על גבי האש ולא האש על גבי עצים א״ל שמעון מנין לרבות שני גזרי עצים למערכה על תמיד של בין הערבים ת״ל וערכו עצים על האש Et ſubjicient filii Aaron ſacerdotes ignem in altari. *Dicit R. Jebuda; unde probatur, non licuiſſe accendi ſegmenta tenuja niſi ſacerdoti legitimo & in veſtibus miniſteris? Ex eo quod dictum eſt;* Et ſubjicient filii Aaron ſacerdotes ignem in altari. *Dicit R. Simeon, putasne licuiſſe extraneo accedere ad altare? Si ita eſt; cur dictum eſt; &* ſubjicient filii Aaron Sacerdotes ignem in altari? *ad docendum, non fuiſſe accendendum ignem niſi in ſummitate altaris*. Et ſubjicient filii Aaron; *Cur dictum eſt* ſacerdotis? *ex eo quod dicitur* Aaron; *non ignorabam eſſe ſacerdotem; ſi ita eſt; cur dictum eſt* ſacerdotis? *ut ſit in ſuo ſacerdotio; docemur, quod ſi ſacerdos ſummus miniſtraverit veſtibus ſacerdotis vulgaris, ejus miniſterium ſit illegitimum, pariterque ſi ſacerdos vulgaris miniſtraverit veſtibus ſacerdotis ſummi, ejus miniſterium ſit illegitimum, Idcirco dictum eſt* ſacerdotes; *ut ſint in eorum ſacerdotio; ſi ſacerdos ſummus veſtibus ſacerdotis vulgaris, & ſacerdos vulgaris veſtibus ſacerdotis ſummi miniſtraverit, eorum miniſterium eſt illegitimum &c.* Et component ligna ſuper ignem; ligna ſuper ignem, *non vero ignem ſuper ligna. Dicit R. Simeon, unde probatur afferenda fuiſſe duo lignorum ſegmenta ad ſtruem pro ſacrificio jugi veſpertino? ex eo quod dictum eſt*, & component ligna ſuper ignem. Babyl. *Joma* 39. 3. ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח וערכו עצים תני אמ׳ ר׳ יהודה מניין להצתת האליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת ת״ל ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח א״ר שמעון וכי עלת על לב שהזר קרב על גבי המזבח אם כן למה נאמר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח לימד על הצתת האש שלא תהא אלא בראשו של מזבח. Et ſubjicient filii Aaron ſacerdotis ignem in altari, ſtrue lignorum ante compoſita. *Docens dicit R. Jebuda; unde probatur non licuiſſe accendi ſegmenta tenuia*

nuia nisi sacerdoti legitimo in vestibus ministerii? ex eo quod dictum est, Et subjicient filii Aaron sacerdotis ignem in altari. *Dicit R. Simeon; Putasne, quod extraneo licuerit accedere ad altare? si ita est, cur dictum est;* Et subjicient filii Aaron sacerdotis ignem in altari? *ad docendum; quod ignis non accenderetur nisi in summitate altaris. Pesiktha* 3. 2. ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אמר ר׳ יודן מניין להצארת האליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי שרת ת״ל ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח דבר אחר על המזבח אמר ר׳ ישמעאל לימד על הצחת האש שמא תהא אלא בראשו של מזבח הכהן בכיהונו לימד על כהן גדול שעבר בבגדי כהן הדיוט עבודתו פסולה Et subjicient filii Aaron sacerdotis ignem in altari; *Dicit R. Idun; unde probatur, non fuisse accendenda segmenta tenuia nisi a sacerdote legitimo, & in vestibus ministerii? ex eo quod dictum est*; & subjicient filii Aaron sacerdotis ignem in altari. *Altera explicatio*; in altari; *dicit R. Ismael, ad docendum, non fuisse accendendum ignem nisi in summitate altaris.* Sacerdotis; *in suo sacerdotio; ad docendum, quod si sacerdos magnus in vestibus sacerdotis vulgaris ministraverit, ministerium ejus sit illegitimum.* Quamvis descenderit ignis de coelo, tamen ex præcepto quotidie ignis vulgaris accendendus erat in altari. *Siphra* l. c. ונתנו בני אהרן הכהנים אש על המזבח אע״פ שהאש יורדת מן השמים מצוה ליתן אש מן הריוט אש שירדה בימי משה לא נסתלקה ממזבח הנחושת עד שבאו לבית העולמים אש שירדה בימי שלמה לא נסתלקה ממזבח העולה עד שנסתלקה בימי מנשה Et subjicient filii Aaron sacerdotes ignem in altari; *Quamvis ignis descenderet de cœlo, ex præcepto afferendus erat ignis vulgaris; ignis, qui descendit in diebus Mose, non sublatus est ab altari æneo, donec venerunt in domum seculorum. Ignis qui descendit in diebus Salomonis, non sublatus est ab altari holocausti, donec remotus est in diebus Manasse*. Babyl. *Joma* 21. 2. ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אע״פ שאש יורדת מן השמים מצוה להביא מן ההריוט. Et subjicient filii Aaron sacerdotes ignem in altare; *Quamvis descenderit ignis de coelo, tamen ex præcepto de communi afferebatur. Pesiktha* 3. 2. ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח אע״פ שהאש יורדת מן השמים מצוה להביא אש מן ההדיוט אש שירדה בימי משה לא נסתלקה ממזבח תנחשת עד שבאו לבית עולמים אש שירדה בימי שלמה לא נסתלקה

ממזבח הנחשת עד ימי מנשה בן חזקיהו. Et subjicient filii Aaron sacerdotis ignem in altari; *quamvis descenderet ignis de coelo, ex præcepto tamen communis afferebatur; ignis, qui descendit in diebus Mose, non ablatus est de altari æneo, donec venerunt in domum seculorum; ignis, qui descendit in diebus Salomonis, non ablatus est de altari æneo, usque ad tempora Manasse filii Ezechiæ.* Fabulantur Judæi defuisse ignem coelestem in altari domus secundæ. *Babyl. Joma* l. c. והאמר רב שמואל בר איניא מאי דכתיב וארצה בו ואכבד וקרינן ואכבדה מאי שנא דמחוסר ה׳ אלו חמשה דברים שהין בין מקדש ראשון למקדש שני ואילו הן ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה ורוח הקודש ואורים ותומים. *At dicit R. Samuel bar Ania; cur scriptum est* Hag. II. 10. וארצה בו ואכבד, & complacebo in ea ואכבד & plene legitur ואכבדה; *cur legitur deficiente* ה׳? *Hæ sunt quinque res in quibus fuit discrimen inter primum & secundum sanctuarium; arca, propitiatorium, ignis, & Divinitas, & Spiritus sanctus, & Urim & Thummim. Hieros. Taanith* 65. דמר ר׳ שמואל בר ינא בשם ר׳ אחא ה׳ דברים היה המקדש האחרון חסר מן הראשון ואילו הן אש וארון ואורים ותומים ושמן המשחה ורוח המקדש על שם וארצה בו ואכברה ואכבד כתיב חסר ה״א אילו חמשה דברים שהיה המקדש האחרון חסר מן הראשון. *Dicit R. Samuel bar Ina nomine R. Acha; quinque res defuerunt in sanctuario ultimo, quæ in primo affuerunt, sc. ignis, & arca, & Urim & Thummim, & oleum unctionis, & Spiritus sanctus; propterea quod scriptum est* Hag. II. 10. Et complacebo in ea, & glorificabor; *verum* אכבד *deficiente* ה *scriptum est; Hæ sunt quinque res, quæ defuerunt in ultimo sanctuario, quæ affuerunt in primo*. Hierof. *Horajoth* 47. 3. הכבד חסר ה׳ אלו ה׳ דברים שהיו בירת המקדש אחרון חסר מהראשון ואילו הן אש וארון ואורים ותומים ושמן הקודש. *Deficiente* ה׳ *scriptum est* אכבד. *Hæ sunt quinque res, quæ in sanctuario ultimo defuerunt, quæ affuerunt in primo; sc. ignis, & arca, & Urim & Thummim, & oleum sanctum.* Sed hæc sententia refellitur ab ipsis Rabinis, quorum testimonio asseritur extitisse in altari domus secundæ ignem coelestem. Babyl. *Joma* l. c. רבוצה כארי והתניא א״ר חנניא סגן הכהנים אני ראיתיה ורבוצה ככלב ולא קשיא כאן במקדש ראשון כאן במקדש שני. Ignis cœlestis in altari *cubabat instar Leonis; Nonne exstat traditio? Dicit R. Chananja sagan sacerdotum; ego vidi il-*

lum

lum cubantem instar canis; Non est contradictio; hic dicitur de primo sanctuario, illic de secundo. Toras haolath par. 3. cap. 2. כי אין האש יורד מלמעלה אלא בהמצאו למטה הראויים לקבל הכח וכו׳ על כן אמרו שבמקדש ראשון שהיו צדיקים גדולים והיו המקבלים רבים היתה רובצה כארי הדורס ואוכל ומזונו מצוייה אמנם במקדש שני שנתמעטו הדורות היתה רובצה ככלב ר״ל דלח ועניה ממזונותיה *Ignis non descendit de coelo, nisi in terra existant, qui idonei & apti sint ad recipiendam virtutem illam; Idcirco dicunt; quod in sanctuario primo, in quo magni justi, & multa idonea subjecta recipientia fuerunt, cubuerit instar leonis discerpentis, comedentis, & alimento suo abundantis; In sanctuario autem secundo, instar canis, macilenti nimirum, & inopis alimentorum suorum. Josephus Gorionides* lib. I. cap. 16. & 17. *Tunc adscenderunt omnes seniores captivitatis cum Esra scriba, & Nehemia filio Hachaliæ, & Mardochæo, Jehosua, & Zerubabel filio Schealtiel, cum his & aliis principibus suis venerunt Hierosolymam, & construxerunt templum Domini in ea mensura, qua eis erat præscriptum. Erexerunt quoque altare ordine debito, & composuerunt ligna in altari, imponentes eis carnes,* ואש הקדש לא מצאו *sed ignem sacrum non invenerunt. Oraverunt ergo Esra scriba, Nehemia filius Hachaliæ, Mardochæus & Jehosua atque reliqui principes captivitatis, ad Dominum, dicentes; Domine omnium seculorum, ut dedisti in corde Regis Persarum, ut ædificaret domum tuam, & dimitteret pauperes servos tuos, qui sacrificarent sacrificia tua sicut fecerunt pii patres nostri coram te; & ecce nos venientes ad locum, ereximus altare ejus juxta dispositionem ejus, & mactavimus sacrificia, composuimus que ligna pro holocausto, & non licet nobis adducere ignem alienum coram te, nec habemus ignem sanctum, quandoquidem illum abscondit Jeremias propheta servus tuus, & reliqui præcipui sacerdotes, qui iverunt in captivitatem tempore Nebucadnezaris. Et nunc quid agendum o Deus cœlorum? Tu da nobis consilium, & auxilium, quia regnum est in manu tua, ut illud erigas & fortifices, adjuvesque servos tuos. Factum est autem, cum hujusmodi orarent verbis, ut adesset senex quidam ex sacerdotibus, qui adhuc recordabatur loci illius, ubi Jeremias propheta absconderat ignem sacrum. Egressusque senex ille extra castra, secuti sunt eum cuncti senes, & ecce sub muro erat puteus quidam, quem tangebat lapis grandis, & hic erat litura calcis obductus. Tollentes vero lituram, & amoventes lapidem ab ostio putei, viderunt aquam pinguem & crassam instar mellis, reversique indicaverunt id Esræ. Et veniens Esra ad puteum, ait ad sacerdotes; descendite vos, & pugillis excipite aquam, nemo alienus illuc descendat, sed soli sacerdotes, qui sunt de semine Aharon sacerdotis, descendant. Descenderunt ergo sacerdotes, & tulerunt pugillis suis aquam, venientesque ad templum, sparserunt aquam super ligna altaris. Cumque id fecissent, subito exarsit ignis terribilis, & magnificus, & erupit flamma devorans, gyrans, & vehementer invalescens, ut etiam cogerentur inde fugere, & non possent stare juxta ignem. Nam absumebat ignis, & comburebant holocaustum & ligna, & præterea circumdans totam domum, expiabat vasa & templum. Postea subtractus e templo, remansit tantum more consueto super altare. Ab eo die & deinceps apponebantur ei ligna, & perseveravit ignis ille usque ad captivitatem secundam. Abarbanel Hagg.* Cap. I. כי הנה עם היות שהיה שם מאותו אש שהיה על המזבח בזמן בית ראשון שנגנז היה מראוי בבנין הבית שתרד אש מן השמים לעיני כל העם בחנוכת המזבח כי הנה בבית אשר עשה שלמה עם היות שהיה אש על מזבח העולה אשר עשה משה לא נמנע מלרדת אש מן השמים בחנוכת המזבח ההוא אשר עשה שלמה כי זה קדוש עליון למזבח וכן היא ראוי שתרד אש בבית שני בחנוכת המזבח אשר עשו שם ומאשר לא ירד שמה אש מן השמים צדקו דברי חכמים ז״ל באמרם שחסרה אש כלומר האש היורד מן השמים לעיני כל העם ושמו במקומו אותו אש שמצאו גנוז כדברי יוסיפון. *Nam licet ibi fuerit de illo igne, qui fuit super altari templi primi, qui absconditus fuerat, debebat etiam in domo secunda ignis descendere de cœlo vidente toto populo, in altaris dedicatione. Quamvis enim in templo, quod exstruxit Salomo, fuerit ignis super altari holocausti, quod fecerat Moses, tamen descendit ignis de cœlo in dedicatione altaris illius, quod fecit Salomo, quia hæc summa altaris sanctitas. Pariter itaque debuisset descendere ignis in domo secunda in dedicatione altaris, quod illic fecerunt; cum vero non descenderit illuc ignis de cœlo, vera sunt verba sapientum nostrorum f. m. quando dicunt ignem illic defuisse; ignis videlicet descendens de cœlo in oculis totius populi. In ejus itaque locum substituerunt illum ignem absconditum, quem invenerunt, secundum verba* Josephi. *Juchasin* 24. 2. עדיין

נשאר

נשאר ממנו כי יוסף בן גריון אומר שגנזו ירמיהו ואנשי כנסת הגדולה מצאוהו. Quamvis Mosaicus, & Salomonicus ignis ablatus sit, *adhuc tamen de eo aliquid reliquum mansit. Nam* Joseph ben Gorion *testatur, Jeremiam illum abscondisse, & Viros Synagogæ magnæ cum invenisse. Hieros. Joma* 43. 3. כל ימים שהיה שמעון הצדיק אור המערכה מתגבר ועולה משהיו נותנין שני גיזירי עצים בשחרית לא היו נותנין כל היום משמת שמעון הצדיק תשש כוחה של מערכה ולא היו נמנעין להיות נותנין עצים כל היום. *Omnibus diebus, quibus vixit Simeon Justus, ignis struis erat validus, & adscendebat, postquam mane duo ligni segmenta apposuissent, totum diem nihil aliud apponebant; post mortem Simeonis Justi elanguit virtus struis, neque cessabant toto die apponere ligna.* Tosaphtha *Sota* XIII. 11. כל זמן שהיה שמעון הצדיק קיים היתה מערכה תדירה כשמשדירין אותה בשחרית היתה מתעברת והולכתת כל היום כולו והיו מקריבין עליה תמידין ומוספין ונסכיהם ולא היו מוסיפין עליה אלא שני גזירי עצים עם תמיד של בין הערבים כדי לקיים מצות עצים שנ׳ ובער עליה הכהן משמת שמעון הצדיק תשש כחה של מערכה כשמסדרין אות׳ משחרי׳ לא היו נמנעין מלהוסיף עליה עצים כל היום כלו. *Omni tempore, quo vixit Simeon Justus, perpetuo arsit strues, postquam mane composuerant, toto die crescebat, & super ea offerebant sacrificia jugia, & addititia, & eorum libamina, neque super ea apponebant nisi duo lignorum segmenta cum sacrificio jugi vespertino, ad observandum præceptum lignorum; sicut scriptum est* Levit. VI. 12. Et accendet super ea sacerdos. *Post mortem Simeonis Justi, elanguit virtus struis, postquam mane disposuerant, non cessabant ligna apponere toto die.* Verum inprimis refellitur hoc commentum divina autoritate Lib. *Machabæorum* I. 18. ubi de invento coelesti igni exstat luculentissimum testimonium. *Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, ut & vos quoque agatis diem scenopegiæ, & diem ignis, qui datus est, quando Nehemias ædificato templo, & altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, Sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari absconderunt in valle, ubi erat puteus altus, & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus; Cum autem præteriissent anni multi, & placuit Deo ut mitteretur Nehemias a rege Persidis; nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem, & sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem, sed aquam crassam; Et jussit eos haurire, & afferre sibi, & sacrificia, quæ imposita erant, jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus &c. Sacerdotes autem psallebant hymnos, usquequo consumtum esset sacrificium; Cum autem consumtum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias jussit lapides majores perfundi; Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est, sed ex lumine, quod refulsit ab altari, consumta est; Ut vero manifestata est res, renunciatum est regi Persarum, quod in loco, in quo ignem absconderant hi, qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo erant, purificaverunt sacrificia &c. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.* In *Pirke Avoth* v. 5. dicitur, quod pluviæ nunquam exstinxerint ignem struis, neque ventus vicerit columnam fumi. ולא כבו גשמים אש של עצי המערכה ולא נצחה הרוח את עמוד העשן. *Non exstinxerunt pluviæ ignem, qui erat in strue lignorum, neque ventus vicit columnam fumi.* Babyl. *Joma* 21. 2. ועשן המערכה אפילו כל הרוחות שבעולם אין מזיזות אותו ממקומו והאמר ר׳ יצחק בר אבדמי במוצאי יום טוב האחרון של חג הכל צופין לעשן המערכה נוטה כלפי צפון עניים שמחין ובעלי בתי׳ עצבין מפני שגשמי שנה מרובין ופרותיהן מרקיבי׳ נטה כלפי דרום עניים עצבין ובעלי בתים שמחי מפני שגשמי שנה מועטין ופירותיהן משתמרין נטה כלפי מזרח הכל שמחין כלפי מערב הכל עצבין וגו׳ אמר מר כלפי מזרח הכל שמחין כלפי מערב הכל עצבין ורמינהי מזרחית לעולם יפה מערבית לעולם קשה רוח צפונית יפה לחטין בשעה שהביאו שליש וקשה לזיתים שהן חונטין רוח דרומית קשה לחטין בשעה שהביאו שליש ויפה לזיתים בזמן שהן חונטין. *Fumum struis non dimoverunt vel omnes venti a loco suo; Nonne dicit R. Isach bar Abdami? In exitu ultimi diei festi Tabernaculorum observabant, qua deflecteret fumus struis; si deflecteret ad aquilonem, pauperes lætabantur, & patres familias angebantur, quia propter pluviarum anni multitudinem eorum fructus*

ctus putrescerent, si ad austrum deflecteret, pauperes angebantur, & patres familias lætabantur, quia propter pluviarum anni paucitatem eorum fructus instar palmæ adscendebant, si deflecteret ad orientem omnes lætabantur, si ad occidentem, omnes angebantur. Opponunt; ventus orientalis semper erat optimus, occidentalis semper malus, ventus aquilonaris optimus frumentis, quando creverunt ad tertiam partem, & malus olivis, quando protruserunt; ventus australis malus frumentis, quando ad tertiam partem creverunt, & bonus olivis, quando protruserunt. Siquis ignem altaris extinxisset, vapulabat. *Babyl. Joma* 46. 2. המכב׳ אש טחת׳ ומנורה אביי אמר חייב רבא אמר פטור דכביי׳ בראשו של מזבח דכולי עלמ׳ לא פליגי דחייב כי פליגי דאחתיה אארעא וכבייה אביי אמר חייב אש המזבח הוא רבא אמר פטור כיון דנתקה נתקה אלא הא דאמר ר׳ נחמן אמר רב׳ בר אבוה המוריד גחלת מעל׳ גבי המזבח וכיבה חייב כמאן כאביי אפילו תימא כרבא הת׳ לא אינתיק למצות׳ הכא אינתיק למצות׳ איכ׳ דאמרי דאחתיה אארע׳ וכביה דכולי עלמ׳ לא פליגי דפטור כי פליגי דכבייה בראשו של מזבח אביי אמר חייב אש המזבח הוא ורבא אמר פטור כיון דנתקה נתקה אלא הא דאמר רב נחמן אמר רבה בר אבוה המוריד גחלת מעל׳ גבי המזבח וכבה חייב כמאן לא כאביי ולא כרבא התם לא אינתיק למצותה הכא אינתיק למצותה. *Siquis exstinguat ignem thuribuli, & candelabri, Abaje dicit; reus est; Raba dicit; liber est; siquis exstinguat in summitate altaris, omnes conveniunt, quod non sit controversia, quod reus sit; sed in eo est controversia, qui in terra deposuerit, & exstinxerit; Abaje dicit, quod sit reus, quia est ignis altaris; Raba dicit; liber est; quia postquam evulsus est, evulsus est,* [sc. non est amplius ignis altaris.] *At dicit R. Jochanan; dicit Raba bar Abua; si quis demiserit prunam de summitate altaris, & exstinxerit, reus est; Quomodo deducit? juxta opinionem Abaje; Quamvis dicas juxta opinionem Raba; eo loci non est evulsa pro suo præcepto* [sc. ut poneretur in thuribulo] *hic vero evulsa est pro suo præcepto. Nonnulli dicunt; quod si in terra deposuerit, & exstinxerit, omnes conveniunt sine controversia, quod sit liber; sed controversia est de eo, qui exstinxerit in summitate altaris; Abaje dicit, reus est, quia est ignis altaris; at Raba dicit; liber est; quia postquam evulsa est, evulsa est. At dicit R. Nachman; dicit Raba bar Abua; si demiserit prunam de summitate altaris, & exstinxerit, reus est. Quomodo deducit? neque juxta opinionem Abaje, neque juxta sententiam Raba; eo loco non est evulsa pro suo præcepto; hoc loco evulsa est pro suo præcepto. Siphra* 16. 4. מניין שכל׳ המכבה עובר בלא תעשה ת״ל לא תכבה. *Unde probatur, quod siquis exstinxerit, prævaricetur præceptum negativum? Ex eo quod dictum est;* Non extinguetur. Vide *Maimon. Tamidin* &c. II. 6. In itineribus ne exstinguereretur, magno vase operiebant. Babyl. Joma 42. מתניתא מסייעא לר׳ יוחנן בן לוי תמיד תמיד אפילו בשבת תמיד אפילו בטומאה מתניתא מסייעא לר׳ יוחנן לא תכבה אף במסעות בשעת מסעות מה היו עושין לה היו כופין עליה פסכתר דברי ר׳ יהודה ר׳ שמעון אומר אף בשעת מסעות היו מדשין אותה שנ׳ ודשנו את המזבח ופרשו עליו בגד ארגמן הא אילו היה המזבח דליק לא היה בגד ארגמן נשרף מה עבד לה ר׳ יהודה פסכתר היו כופין עוליה מלמעלה. *Misna favens R. Jehosua ben Levi; ignis* perpetuus, perpetuus *vel in sabbatho*, perpetuus *vel in immunditie. Misna favens R. Jochanani;* Non exstinguetur; *vel in itineribus; In tempore itinerum, quid faciebant? Operiebant vase magno; verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; etiam in tempore itinerum illud decinerabant; Dictum est enim* Num. IV. 13. Sed & altare mundabunt cinere, & involvent illud purpureo vestimento. *Si accensum erat altare, nonne comburebatur vestis purpurea? Quid facit R. Jehuda? vase magno illud desuper operiebant. Siphra* 17. אש תמיד תמיד אף בשבת תמיד אף בטומאה לא תכבה אף במסעות מה עושים לה כופים עליה פסכתר דברי ר׳ יהודה ר׳ שמעון אומר אף בשבת ומסעות מדשנים אותה שנאמר ודשנו את המזבח ופרשו עליו בגד ארגמן. Ignis perpetuus, perpetuus *vel in sabbatho;* perpetuus *vel in immunditie;* Non extinguetur; *etiam in itineribus; Quid faciebant? Operiebant vase* magno; *Verba R. Jehuda. R. Simeon dicit; etiam in Sabbatho, et in itineribus illud decinerabant; dictum est enim* Num. *l.c.* Sed & altare mundabunt cinere, & involvent illud purpureo vestimento *Pesiktha* 9. 2. אש תמיד תמיד אפילו בשבת תמיד אפילו בטומאה שטומאה התירה היא בצבור שהרי הציץ מרצה שנאמר ונשא אהרן את עון הקדשים לא תכבה אף במסעות ומה היו עושין לה כופין עליה פסכתר ותנן פסכתר היתה כלי גדול מחזקת לתך והוא סיר דמתרגמינן פסכתורתיה ושתי שרשרות היו בה אחת שהוא מושך בה ויורד ואחת שהוא אוחז בה מלמעלה בשביל שלא תתגלגל.

Ignis perpetuus, perpetuus *vel in sabbatho*, perpetuus *vel in immunditie; etenim in coetu permissa est immundities, quia lamina illam expiat; dictum est enim* Exod. XXVIII. 38. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificaverunt filii Israel; *Et legimus* Tamid. v. 5. *Pesachtar erat vas magnum, capacitatis dimidii chomer, & erat olla, sicut Chaldaice interpretatur* פסכתורתיה Exod. XXVII. 3. ollas ejus; *daas habebat catenas, unam, qua trahebat, qui descendebat, alteram, qua tenebat, qui erat in superiori parte, ne circumvolveretur*. Apud Romanos quoque si Vestæ ignis extingueretur, Virgines verberibus puniebantur. *Festus Pomp.* IX. *Ignis Vestæ si quando interstinctus fuisset, virgines verberibus afficiebantur, quibus mos erat in tabulam* (forte legendum *clabulam*) *felicis materiæ tandiu terebrare, quousque exceptum ignem cribro æneo virgo in ædem ferret*. De modo suscitandi ignem agit pariter *Tertullianus* lib. de *Poenitentia*. *Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, cum fumariola quædam ejus tales ictus flammarum suscitent?* Quamvis non exstingueretur ignis, tamen Kalendis Martiis quotannis renovabatur. *Ovidius* lib. III. *Fastor*.

Adde quod arcana fieri novus ignis in æde
Dicitur, & vires flamma refecta capit.

M. Manilius lib. IV. *Astronomic.*

Festinos (alii *Vestinos*, alii *Festivos* legunt) *Capricorne foves penetralibus ignem*
Hinc artes, studiumque trahit, nam quicquid in usus
Ignis alit, poscitque notas ad munera flammas
Sub te censendum est

Et eodem libro

Ast augusta fovet Capricorni sidera Vesta.

Ignis æternus celebratus ab *Orphæo* in hymnis

Ἡ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάο μεγίστου

Quæ mediam domum habes ignis æterni maximi

Ignis æternus, celebratus est apud Persas, Cappadoces, Græcos, aliasque gentes, præsertim apud Trojanos, a quibus ad Romanos derivatus est. *Lucanus* lib. IX. vers. 995.

Dii cinerum, Phrygias colitis quicunque ruinas
Æneæque mei, quos nunc Lavinia sedes
Servat, & Alba lares, & quorum latet in aris
Ignis adhuc Phrygius, nullique adspecta virorum
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo.

Sil. Italic. lib. I. *Punicor.*

Et vos virginea lucentes semper in ara
Laomedonteæ Trojana altaria flammæ.

Virg. lib. II. *Æneid.*

-- *Manibus vittas, Vestamque potentem*
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Et IV. *Æneid.*

-- *Vigilemque sacraverat ignem.*

Ovidius, lib. VI. *Fastor.*

Ignis inexstinctus templo cælatur in illo

In templo Vestæ tanquam Imperii certissimum pignus asservabatur. *Valer. Maximus* lib. V. cap. 4. tit. 6. *Ignoscite vetustissimi foci, veniamque æterni date ignes, si a vestro sacratissimo templo, ad necessarium, magisque speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit*. *Livius* lib. I. Dec. V. *Quid de æternis Vestæ ignibus, signoque, quod imperii pignus, custodia ejus templi tenetur?* Idem Dec. III. lib. 6. *Vestæ ædem petitam. & æternos ignes*. *Papin.* lib. IV. Syl. 3.

Donec Troicus ignis, & renatæ
Tarpejus pater intonabit aulæ.

Non solum in templo Vestæ, sed in ædium Romanorum vestibulis ardebat ignis. *Eugraphius* vetus grammaticus in *Andriam Terentii* Act. IV. sc. 3. *Romanis omnibus mos est in atrio habere Vestam* [*quippe cum inde vestibulum nominarint*) *cui sacrificium quotidie facerent, illic ei fuerat collocata ara, idcirco dictum est*

Ex ara sume hinc verbenas tibi

Ex ignis varietate futura vel mala vel bona ominabantur. *Lucanus lib.* I. vers. 549.

-- *Vestali raptus ab ara*
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoque cacumine surgit,
Thebanos imitata rogos

Seneca Oedip. Act. II. sc. 2. vers. 307.

Tir. *Quid flamma? largas jamne comprehendit dapes?*
Man. *Subito refulsit lumen, & subito occidit.*

Tir.

Tir. *Utrumne clarus ignis, & nitidus stetit,*
Rectusque purum verticem coelo tulit,
Et summas in auras fusus explicuit comas?
An latera circa serpit incertus viæ
Et fluctuante turbidus fumo labat?
Man. *Non una facies mobilis flammæ &c.*
vers. 328.
-- Tit. *Quid fari queam*
Inter tumultus mentis attonitæ vagos?
Quidnam loquar? sunt dira sed in alto mala
Solet ira certis Numinum ostendi notis.

Coelestem quoque ignem in aris suis Gentiles commenti sunt. *Servius* ad lib. XII. *Æneid. Apud majores aræ non incendebantur sed ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria. Plinius* de Cinnamomo lib. XII. cap. 19. *Metitur non nisi permiserit Deus) Jovem hunc intelligunt aliqui, Assabinum illi vocant)* XLIV. *boum caprarumque, & arietum extis impetratur venia metendi; non tamen aut ante ortum solis, aut post occasum licet: Sarmenta hasta divìdit sacerdos, reliqnum mercator in nassas condit. Est & alia fama, cum sole dividi, ternasque partes fieri. Deinde sorte germina discerni; quodque soli cesserit, relinqui, ac sponte conflagrare. Solinus* cap. XI. *Nec longe inde collis Vulcanus, in quo, qui divinæ rei operantur, ligna vitea super aras struunt, nec ignis adponitur in hanc congeriem, cum postrivos intulerint. Si adest Deus, si sacrum probatur, sarmenta licet virentia ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante a litato Numine fit incendium. Ibi epulantes alludit* flamma, *quæ fluxuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit, vel aliud adest, quam imago nuncia perfecti rite voti.* Sacerdotes Achab frustra Baal suum precati sunt, ut victimæ coelesti igni incenderentur, uti dicitur 1. *Reg.* XVIII. 23. 29. *Dentur nobis duo boves, & illi eligant sibi bovem unum, & in frusta cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant, & ego faciam bovem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Invocate nomina Deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Domini mei, & Deus, qui exaudierit, per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima propositio. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bovem unum, & facite primi, quia vos plures estis, & invocate nomina Deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, & invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem: dicentes: Baal exaudi nos: Et non erat vox, nec qui responderet: transiliebantque altare, quod fecerant. Cumque esset jam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Clamate voce majore: Deus enim est, forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se juxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus, quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes &c.*

Tres rogos quotidie in altari fuisse accensos Judæi ex *Levit.* VI. 9. *Cremabitur in altari; Ignis ex eodem altari erit* 12. *Ignis autem in altari semper ardebit;* probare seu detorquere conantur; Quicquid sit; illud certum est ex generali & perpetua Interpretum omnium Judæorum traditione in altari domus secundæ tres pyras quotidie fuisse accensas. *Siphra* in l. c. *Levit.* אמר ר׳ יוסי מניין לעשות מערכה אחרת לקיום אש תל׳ והאש על המזבח תוקד בו וגו׳ ר׳ יהודה אומר שתי מערכות בכל יום ושלש ביום הכיפורים ר׳ יוסי אומר שלש בכל יום וארבע ביום הכיפורים אחרת מערכה גדולה ואחרת מערכה לקטורת ואחרת לקיום האש ואחרת שמיסיפים ליום הכיפורים ר׳ מאיר אומר ארבע מערכורת בכל יום וחמש ביום הכיפורים אחת מערכה גדולה ואחרת לקטורת ואחת לקיום האש ואחת לאיברים ופדרים שלא נתעכלו ממערב ואחרת שמוסיפים ליום הכיפורים *Dixit R. Jose, unde probatur faciendam struem ad conservandum ignem? ex eo quod dictum est,* Et ignis super altari, & accendetur in eo &c. *R. Jehuda dicit; duas strues quotidie factas fuisse, & tres in die expiationum; R. Jose dicit, tres strues quotidie factas fuisse, & quatuor in die expiationum; unam struem magnam, alteram pro suffitu, tertiam ad conservandum ignem, & quartam additam fuisse pro die expiationum. R. Meir dicit, quatuor strues quotidie factas fuisse, & in die expiationum quinque; unam struem magnam, alteram pro suffitu, tertiam ad conservandum ignem, quartam pro membris & adipibus, quæ nondum con-*

consumta essent , & quintam fuisse additam pro die expiationum. Hierosl. *Joma* 41. 4.
מט דר׳ מאיר והאש על המזבח
תוקד בו לא תכבה זו מערכה קיומי אש ובער
עליה הכהן זו מערכת איכול איברין
ופדרים וערך עליה העולה זו מערכה
גרולה והקטיר עליה חלבי השלמים זו
קטורת; ולית לר׳ יוסה מערכת אוכול
איברין ולית לר׳ יהודה מערכה קיומי אש
מה מקיים ר׳ יהודה אש תמיד אש שאמרתי
לך תהא תמיד לא תהא אלא על מזבח
החיצון אמר ר׳ אלעזר האיברין והפדרין
שלא נתאכלו מבערב עושה אותן מדורה
ושורפין בפני עצמן ורוחין עליהן את
השבת ר׳ יעקב בר אחא בשם ר׳ שמואל
בר אבא מתניתא אמרה כן בכל יום היו
שם ארבע מערכו׳ מה את שמע מינה
. א״ר מנא והיום חמש *Quænam est ratio R. Meir?* Et ignis in altari accendetur in eo ; non exstinguetur ; *hæc est strues ad conservandum ignem*. Et comburet super illo sacerdos; *hæc est strues consumens membra & adipes* ; & imposito holocausto desuper ; *hæc est strues magna*. Desuper adolebit adipes pacificorum ; *hæc est strues pro adolitione , seu suffitu . Non erat juxta sententiam R. Jose strues pro consumandis membris. Neque erat juxta opinionem R. Jebuda strues ad conservandum ignem . Quomodo explicat R. Jebuda* ; ignis perpetuus ? *Ignis, quem dixi tibi , sit perpetuus , neque sit nisi super altari exteriori . Dicit R. Eleasar ; si nondum ab vespera consumta essent membra & adipes , fiat pro ipsis pyra , & seorsim comburantur ; R. Jacob bar Acba nomine R. Samuelis bar Aba ; Misna ita dicit ; quotidie ibi erant quatuor strues. Quomodo tu inde intelligis? Dicit R. Mena ; & hodie quinque* . Babyl. *Joma* 33.
אמר מר מערכה גרולה
קודמת למערכה שניה של קטרת מנא
לן דתניא היא העולה על מוקד׳ על
המזבח כל הלילה זו מערכה גרולה ואש
המזבח תוקד בו זו מערכה שניה של קטרת
Dicit Mor ; strues magna præcedit struem secundam suffitus. Unde probatur ? extat traditio ; holocaustum cremabitur in altari tota nocte ; *hæc est strues magna*; Ignis autem in altari semper ardebit ; *hæc est strues secunda suffitus* . Babyl. *Joma* iterum 45.
בכל יום היו שם
ארבע מערכות תנו רבנן בכל יום היו
שתים מערכות והיום שלש אחת מערכה
גרולה ואחת מערכה שניה של קטורת
ואחת שמוסיפין בו ביום דברי ר׳ יהודה
ר׳ יוסי אומר בכל יום שלש והיום
ארבע אחת של מערכה גרולה ואחת
מערכה שניה של קטורת ואחת של
קיום האש ואחת שמוסיפין בו ביום ר׳
מאיר אומר בכל יום ארבע והיום חמש
אחת של מערכה גרולה ואחת של
מערכה שניה של קטורת ואחת של קיום
האש ואחת ליאברי׳ ופדרין שלא נתעכלו
מבערב ואחת שמוסיפין בו ביום דכולי
עלמא מיהת תרתי אי׳ להו מנלן אמ׳
קרא היא העולה על מוקדה על המזבח
כל הלילה זו מערכה גרולה ואש המזבח
תוקד בו זו מערכה שניה של קטרת ור׳
יוסי קיום האש מנא ליה נפקא ליה
מוהאש על המזבח תוקד בו ור׳ יהודה
ההוא להצתתן אליתא הוא דאתא דתני
היה ר׳ יהודה אומר מנין להצתת אליתא
שלא תהא אלא בראשו של מזבח ת״ל
והאש על המזבח תוקד בו אמר ר׳ יוסי
מנין שעושה מערכה לקיום האש ת״ל
והאש על המזבח תוקד בו ור׳ יוסי הצתת
אליתא מנא ליה נפקא ליה מהיכא
דנפקא ליה לר׳ שמעון דתני׳ ונתנו בני
אהרן הכהן אש על המזבח לימ׳ על הצתת
אליתא שלא תהא אלא בכהן כשר ובכלי
שרת דברי ר׳ יהודה אמר לו ר׳ שמעון
וכי תעלה על דעתך שזר קרב לגבי מזבח
אלא לימ׳ על הצתת אליתא שלא תהא
אלא בראשו של מזבח ור׳ יהודה אי
מהתם הוה אמינ׳ קאי אארע׳ ועביד
במפוקא קא משמ׳ לן ור׳ מאיר איברים
ופדרים שלא נתעכלו מבערב מנא ליה
נפקא ליה מואש ורבנן ואו לא דרשי
ורבנן איברים ופדרים שלא נתעכלו מבערב
מאי עביד להו מהדר להו למערכה גרולה
דתני׳ מנין לאיברים ופדרים שלא נתעכלו
מבערב שסודרן על גבי מזבח ואם אין
מחזיק׳ שסודרן על הכבש או על גבי סובב
עד שיעשה מערכה גרולה וסודרן ת״ל
אש תאכ׳ האש את העולה על המזבח
ור׳ מאיר עיכולי עולה אתה מחזיר ואי
אתה מחזיר עיכולי קטרת דתני׳ ר׳ חנניא
בר מניומי ברבי ר׳ אליעזר בן יעקב אש
תאכל האש את העולה על המזבח עיכולי
עולה אתה מחזיר ואי אתה מחזיר עיכולי
קטרת דכולי עלמא מיהת מוסיפין בו
ביום אית להו מנא להו נפקא להו
מוהאש ואפילו למאן דלא דריש ואו ואו
הא דריש אש תמיד למאי אתא מבעי
ליה לכדתניא אש תמיד תוקד על המזבח
לא תכבה לימד על מערכה שניה של
קטרת שלא תהא אלא על המזבח החיצון
ונו׳ א״ר אלעזר משום בר קפרא אומר
היה ר׳ מאיר איברי עולה שנתותרו עושה
בהן מערכה בפני עצמה וסודרן ואפילו
בשבת מאי ק׳ מ׳ לתנינא בכל יום היו
שם ארבע מערכות א״ר אבין לא נצרכה
אלא לפסולין ודוק׳ שמשלה בהן האור
אבל לא משלה בהן האור לא איכא
דאמרי אחר כשירין ואחר פסולין אי משלה
בהן האור אין ואי לא לא ואפילו בשבת
. תנינא והיום חמש Singulis diebus ibi erant quatuor strues. *Tradiderunt Rabini ; Quotidie ibi erant duæ strues, & hodie tres ; prima erat strues magna , secunda strues pro suffitu , & altera eo die addebatur; verba R. Jebuda; R. Jose dicit ; Quotidie ibi erant tres strues* ,

strues, & hodie quatuor, prima erat strues magna, & altera erat secunda strues pro suffitu, & tertia ad conservandum ignem, & quarta eo die addebatur. R. Meir dicit; quotidie erant ibi quatuor strues, & hodie quinque; prima erat strues magna, & altera erat strues secunda pro suffitu, & tertia ad conservandum ignem, & quarta pro membris & adipibus, si nondum a vespera consumta essent, & quinta eo die addebatur. Verum ex generali sententia duæ erant; unde probatur? Dicit textus; holocaustum cremabitur in altari tota nocte; *hæc est strues magna.* Et ignis in altari ardebit; *hæc est strues secunda pro suffitu. At R. Jose struem* faciendam fuisse *ad conservandum ignem unde probat? probat ex eo quod dicitur;* & ignis super altari ardebit. *R. Jehuda probat accendenda ligna tenuia; Traditio exstat; R. Jehuda dicit, unde probatur non fuisse accendenda ligna tenuia nisi in summitate altaris? ex eo quod dictum est;* Et ignis ardebit super altari. *Dicit R. Jose, unde probatur faciendam fuisse struem ad conservandum ignem? Ex eo quod dictum est;* & ignis ardebit super altari. *At R. Jose accendenda fuisse ligna tenuia unde probat? ex eo loco probat, ex quo probabat R. Simeon; Dictum est enim;* Et subjicient filii Aaron sacerdotis ignem super altari; *ad docendum non fuisse accendenda ligna tenuia nisi a sacerdote legitimo, & in vestibus ministerii; Verba R. Jehuda; Respondit illi R. Simeon; putasne extraneo licuisse accedere ad altare? Hoc non alia causa dictum est, nisi ad docendum non fuisse accendenda ligna tenuia nisi in summitate altaris. At R. Jehuda;* Si ex eo, *dixissem* extraneum *in solo stantem flatu potuisse operari; intelligitur non ita fuisse; & R. Meir membra, & adipes, quæ nondum a vespera consumta essent, unde probat? probat ex eo, quod dictum est;* ignis. *At Rabini, particulam* או *& non interpretantur. Et Rabini de membris & adipibus, quæ nondum a vespera consumta essent, quid faciebant? censebant restituenda super struem magnam. Traditio. Unde probatur membra & adipes, quæ nondum a vespera consumta essent, ordinanda fuisse super altare, quæ si non comprehenderentur in altari, ordinanda fuisse super colle, aut super ambitu, donec componeretur strues magna, & ordinarentur? Ex eo quod dictum est* אש תאכל האש את העולה על המזבח *Et R. Meir; Quæ consumta erant ex holocausto tu potes restituere, at non potes restituere quæ consumta erant ex suffitu. Docet R. Chananja bar Menomi de schola R. Eleasaris ben Jacob;* אשר תאכל האש את עולה על המזבח. *Quæ consumta erant ex holocausto tu potes restituere, at non potes restituere, quæ consumta erant ex suffitu; Omnes tamen conveniunt eo die alteram struem fuisse addendam, at unde probant? probant ex eo quod dictum est;* & ignis; *Vel secundum opinionem ejus, qui particulam illam* ואו & *non interpretatur, at hanc particulam* ואו *& interpretatur.* Ignis perpetuus: *Qua de causa venit? Est necesse, ex eo quod scriptum est;* Ignis autem in altari semper ardebit; non extinguetur; *ad docendum, struem secundam pro suffitu non fuisse nisi in altari exteriori &c. Dicit R. Eleasar nomine bar Chaphra; dicit R. Meir; membris holocausti quæ residua essent, facienda erat strues secrsim, & in ea erant ordinanda vel in sabbatho; unde intelligitur? Ex Misna probatur; Quotidie ibi erant quatuor strues. Dicit R. Abin non est necesse nisi pro illegitimis, ea duntaxat conditione, ut illa invaserit ignis, si vero ea ignis non invaserit, minime. Nonnulli dicunt tam legitima, quam illegitima, si ignis invaserit, maxime, si non, non; vel in Sabbatho; exstat in Misna; & hodie quinque* Tosaphta *Joma* II. 18. בכל יום היו שם שתים מערכות והיום שלש אחת למערכה גדולה ואחת למערכה קטנה ואחת שמוסיפין לקטורת שלפני לפנים דברי ר׳ יהודה ר׳ יוסי מוסיף אחת לקיום האש ר׳ מוסיף אחת לאברים ופדרים שלא נתעכלו מבערב. *Quotidie ibi erant duæ strues, & hodie tres, prima erat strues magna, & altera erat strues parva, & tertia addebatur pro suffitu in adyto; verba R. Jehuda; R. Jose addebat alteram ad conservandum ignem; Rabi addebat alteram pro membris, & adipibus, quæ non essent a vespera consumta.* Vid. Misna *Joma* IV. 4. Et *Maim. Tamidim &c.* II. In strue magna comburebantur membra holocausti, adipes, & munera. *Siphra* 17. מניין שיעשה את המערכה גדולה כדי שמקבל את כל העולות ת״ל עליה מניין לאימורי חטאת ואימורי אשם ואימורי קדשי קדשים ואימורי קדשים קלים ת״ל עליה חלבי השלמים מניין הקומץ והלבונה ומנחת הכהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים ת״ל עליה והקטיר כל הקטורות יהיו עליה. *Unde probatur faciendam struem magnam, ut comprehenderet omnia holocausta? ex eo quod dictum est* desuper. *Unde probatur pro adipibus sacrificii pro peccato, & adipibus sacrificii pro delicto, & adipibus sanctissimorum, & adipibus sanctitum levium? ex eo quod dictum*

cam ora; desuper adolebit adipes pacificorum. *Unde probatur pro pugillo, & thure, & pro munere sacerdotum, & pro munere sacerdotis uncti, & pro munere libaminum.* Ex eo quod *dictum est;* desuper; & adolebit; *omnia super ea adolentur.* Præter hæc nephas erat in altari offerre carnem sacrificii pro peccato, & pro delicto, reliquias munerum, fermentum & mel &c. *Babyl. Manachot* 47.

תנו רבנן מניין למעלה מבשר חטאת ומבשר אשם ומבשר קדשי הקדשים ומקדשים קלים וממותר העומר וממותר שתי הלחם ומלחם הפנים ומשירי מנחות שהוא בלא תעשה ת״ל כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו ממנו לה׳ כל שהוא ממנו לאישים הרי הוא בבל הקטירו ושתי לחם ולחם הפנים יש מהן לאישים והתניא יצאו שתי הלחם ולחם הפנים שאין מהן לאישים א״ר ששת אין מנופו לאישים איתמר המעלה מבילם על גבי הכבש ר׳ יוחנן אמר חייב ר׳ אליעזר אמר פטור ר׳ יוחנן אמר חייב דתניא מזבח אין לי אלה מזבח כבש מניין ת״ל ואל המזבח לא יעלו לרצון ור״א פטור מ״ט דאמר קרא שאור ודבש קרבן ראשית תקריבו וגו׳ יכול יהא יחיד מתנדב ומביא כיוצא בה נדבה וקורא בה מוצא שפתיך תשמור ועשית ת״ל קרבן ראשי׳ תקריבו ציבור אמרתי לך ולא יחיד יכול לא יהא יחיד מביא שאינו מביא חובתו כיוצא בה אבל יהא ציבור מביא שמביא חובתו כיוצא בה ת״ל אותם ומה יש לך להביא שתי הלחם מן השאור ובכורים מן הדבש ושתי הלחם לא יקרבו נדבה והתניא אם נאמר כל שאור למה נאמר כל דבש ואם נאמ׳ כל דבש למה נאמ׳ כל שאור מפני שיש בשאור מה שאין בדבש ויש בדבש מה שאין בשאור שאור הותר מכללו במקדש דבש לא הותר מכללו במקדש דבש הותר בשירי מנחות שאור לא הותר בשירי מנחות הא מפני שיש בשאור מה שאין בדבש ויש בדבש מה שאין בשאור הוצריך לומר כל שאור הוצריך לומר כל דבש שאור דהותר מכללו במקדש וגו׳ מאי בינייהי אמר רב חסדא בשר חטאת העוף איכא ביניהו רב אמר לוג שמן של מצורע איכא בינייהו דתני לוי לכל קרבנם לרבות שמן של מצורע תנו רבנן שאור בל תקטירו אין לי אלא כולו מקצתו מניין ת״ל כל עירובו מניין ת״ל כי כל מאי קא מר אמר אביי הכי קאמר שאור בל תקטירו אין לי אלא כזית חצי זית מניין ת״ל כל עירובו מניין ת״ל כי כל רבא אמר הכי קאמר שאור בל תקטירו אין לי אלא קומץ חצי קומץ מניין ת״ל כל עירובו מניין ת״ל כי כל במאי קא מפליגי אביי סבר יש קומץ פחות משני זיתים ויש הקטר׳ פחותה מכזית ורבה אמ׳ אין קומץ פחותה משני זיתים ואין הקטרה פחותה מכזית איתמר המעלה משאור ומדבש על גבי המזבח אמר רבא לו קא משום שאור ולוקה משום דבש ולוקה משום עירובו שאור ומשום עירובו דבש אביי אמר אין לוקין על לאו שבכללות. *Tradiderunt Rabini; unde probatur, quod offerens de carne sacrificii pro peccato, & de carne sacrificii pro delicto & de carne sanctissimorum, & de sanctitatibus levibus, & de residuo manipuli, & de residuo duorum panum, & de panibus facierum, & de reliquiis munerum, prævaricetur præceptum negativum? ex eo quod dictum est* Levit. II. 12. Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur ignitum Domino; *Quodcunque ex eo fuerit ignitum, non adolebitur; & duo panes, & panes facierum, ex quibus pars cedit igni; exstat traditio, excluduntur duo panes, & panes facierum, ex quibus nulla pars cedit igni; Dicit R. Sesath, ex ipsis nulla est pars, quæ cedat igni; dictum est; si quicquam offerat super collem; R. Jochanan dicit, reus est; R. Eliesser dicit, liber est; R. Jochanan dicit; reus est; dictum est,* altare; *non probo nisi altare, collis unde probatur? ex eo quod dictum est;* Super altare vero non imponentur, ut sit acceptabile. *Et Rabi dicit, qua da causa? dictum est in textu;* fermentum ac mel, sacrificium primitiarum offeretis &c. *crederem quod privatus offerens, huic similia sponte offerre possit; & de eo possim legere;* Effatum labiorum tuorum custodies, faciesque; *idcirco dictum est;* sacrificium primitiarum offeretis; *coetus, offeret; tibi dixi, non vero privatus; crederem, quod privatus non possit afferre, eo quod huic similia ex debito non affert; sed coetus afferre possit, quia ex debito huic similia affert; idcirco dicam est;* אותם. *Cur tu potes afferre duos panes ex fermento, & primitiva ex melle, & duo panes sponte non offeruntur. Exstat traditio. Si dictum est* omne fermentum, *cur dictum est* omne mel? *si dictum est* omne mel, *cur dictum est* omne fermentum? *Quia est in fermento, quod non est in melle, & est in melle, quod non est in fermento; fermentum permissum est ab suo generali in sanctuario; mel non est permissum ab suo generali in sanctuario; mel permissum est in reliquiis munerum, at fermentum non est permissum in reliquiis munerum; idcirco dicendum erat* omne fermentum, *pariterque dicendum erat* omne mel; *fermentum erat permissum ab suo generali in sanctuario &c. Quæ differentia est inter eos? Dicit R. Chasda, de carne sacrificii pro peccato volucris inter se dissentiunt. Rab* dicit, *de logo olei*

olei leprosi inter se dessentiunt ; docet Levi ; super omnia sua sacrificia ; *ad includendnm logum olei leprosi . Tradiderunt Rabini* ; Fermentum non adolebitur; *non probo nisi pro toto , pro dimidio unde probatur? ex eo quod dictum est* , non ; *ejus mixtura unde probatur? ex eo quod dictum est* ; omne ; *Quid dicit? dicit Abaje; sic dicit*; fermentum non adolebitur, *non probo nisi pro pugillo; pro dimidio pugillo unde probatur? ex eo qucd dictum est*, omne; *ejus mixtura unde probatur ? ex eo quod dictum est*; omne . *In quo dissentiunt ? Abaje putat esse pugillum minorem duabus olivis ; & esse adolitionem minorem quantitate olivæ ; At Raba dicit ; non est pugillus minor duabus olivis, neque adolitio minor quantitate olivæ ; Dictum est ; si quis offerat de fermento & melle super altare, dicit Raba , vapulat propter fermentum, & vapulat propter mel , & vapulat propter mixturam fermenti , & propter mixturam mellis ; Abaje dicit ; non vapulant propter præcepta negativa, quæ sunt in generalibus* . Hieros. *Schab.9.3.*
מניין המעלה מבשר חטאת ומבשר אשם ומבשר קרשי הקרשים ומבשר קרשי' קלים ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות ומן השאור ומן הדבש עובר בלא תעשה תל כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו ממנו אשה לה' הא כל שיש ממנו לאישים הרי הוא בבל תקטירו ר' אלעזר שאל לר' יוחנן יצאו שתי הלחם וילמדו על הקרשים לכבש אל כהר' דתני המזבח אין לי אלא המזבח ומנין לרבות את הכבש תל ואל המזבח לא יעלו יכול לעבודה ושלא לעבודה תל לריח ניחות לא אמרתי אלא לעבודה אמר ליה אותם מיעוט אילו חייבין עליהן לכבש ואין שאר כל הקרשים חייבין עליהן לכבש וגו' ר' אלעזר שאל לר' יוחנן ויצאו שתי הלחם וילמדו על כל חקרשים חייבין עליהן לכבש אמר ליה אותם מעוט אלו חייבין עליהן לכבש ואין שאר כל הקרשים חייבין עליהן לכבש הרא אמרה דבר אחר שיצא מן הכלל לצורך אינו חולק ושלא לצורך חולק ושני דברים שיצאו מן הכלל אינן חולקין וכרבי ישמעאל חולקין דאמר ר' בון בר חייה דברי ר' ישמעאל שני דברים שיצאו מן הכלל הולקין. *Unde probatur , quod offerens de carne sacrificii pro delicto , & de carne sanctissimorum, & sanctitatum levium , & de residuo manipuli, & de duobus panibus, & de pane facierum , & de reliquiis munerum, & de fermento , & de melle prævaricetur præceptum negativum? ex eo quod dictum est* ; nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur de illo ignitum Domino ; *Ecce quicquid ex eo ignitum est , non adolebitur. R. Eleasar quæsivit a R. Jochanane; excludantur duo panes , & doceant de sanctitatibus ad collem. Respondit illi juxta id quod docet* ; altare ; *non probo nisi pro altari; unde probatur ad includendum collem ? ex eo quod dictum est* : super altare vero non imponentur ; *crederem tam ad sacrificium , quam non ad sacrificium. Idcirco dictum est*; in odorem suavitatis . *Non dixi nisi ad sacrificium Respondit illi ; dictum est* אותם *excludit, pro istis tenentur ad collem; non vero pro ceteris sanctitatibus tenentur ad collem &c. R. Eliezer quæsivit a R. Jochanane, excludantur duo panes , & doceant de ceteris sanctitatibus, pro iis tenentur ad collem. Respondit illi ;* אותם *excludit , pro istis tenentur ad collem , at pro ceteris sanctitatibus non tenentur ad collem; hoc dicit . Quod egreditur a generali ad obligandum , non dividitur , si non ad obligandum, dividitur; & duæ res, quæ egrediuntur a generali , non dividuntur; at juxta sententiam R. Ismaelis dividuntur; dicit R. Bon bar Chija ; hæc sunt verba R. Ismaelis; duæ res quæ egrediuntur a generali, dividuntur. Sipbra* 7. 3.
שאור לא תקטירו אין לי אלא המרובה וממועט מנין תל כל שאור אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין תל כי כל שאור יכול מנחות שהן במצה תהיה יהו בבל תקטירו חמץ מנחות שאינן במצה תהיה לא יהו בבל תקטירו חמץ תל כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו אין לי אלא המרובה הממועט מנין תל וכל דבש אין לי אלא הוא עצמו עירובו מנין תל וכל דבש אין לי אלא דברים שאין הדבש יפ' להן דברים שהדבש יפה להן מנין שהפטמין אומרין יפה הדבש לקטורת מנין תל וכל דבש מה תל כל שאור ומה תל וכל דבש לפי שיש כשאור מה שאין כדבש ובדבש מה שאין בשאור שאור הות' מכללו למקדש ודבש לא הותר מכללו למקדש דבש הותר בשירי מנחות שאור לא הותר בשירי מנחות הא לפי שיש בשאור מה שאין בדבש ובדבש מה שאין בשאור צל כל שאור וצל כל דבש ומנין המעלה מבשר חטאת ומבשר אשם ומבשר קרשי קרשים ומבשר קרשי' קלין ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות והקטירם מן השאור ומן הדבש עובר בלא תעשה תל כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו אשה לי' הא כל שיש ממנו לאישים הרי הוא בבל תקטירו . Nec quicquam fermenti adolebitur . *Non probo nisi pro multo , pro pauco unde probatur? ex eo quod dictum est* ; omne fermentum; *non probo nisi pro ipso fermento, pro ejus mixtura unde probatur? ex eo quod dictum est*; omne fermentum; *Crederem, munera quæ ex præcepto azyma esse debebant, contineri in præcepto*; non adolebitur fermentum , *& reliqua mu-*

munera, quæ azyma esse non debebant, non contineri in præcepto; non adolebitur fermentum; idcirco dictum est; nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur. *Non probo nisi pro multo, pro pauco unde probatur? ex eo quod dictum est;* & omne mel; *non probo nisi pro ipso melle, pro ejus mixtura unde probatur? ex eo quod dictum est;* & omne mel; *non probo nisi pro his rebus, quibus mel non convenit, pro his, quibus mel convenit, unde probatur, quemadmodum dicunt pharmacopolæ, mel suffitui optime convenire; unde probatur? ex eo quod dictum est;* Et omne mel. *Cur dictum est* omne fermentum? *Et cur dictum est* omne mel? *Quia est in fermento, quod non est in melle, & est in melle, quod non est in fermento; fermentum permissum est Sanctuario ab suo generali; at mel non est permissum sanctuario ab suo generali. Mel permissum erat in reliquiis munerum; fermentum non erat permissum in reliquiis munerum; Hac de causa, quia est in fermento, quod non est in melle, & est in melle, quod non est in fermento, dicendum erat* omne fermentum, *pariterque dicendum erat*, & omne mel. *Et unde probatur, quod si quis offerret de carne sacrificii pro peccato, de carne sacrificii pro delicto, de carne sanctissimorum, & de carne sanctitatum levium, & de residuo manipuli, & de duobus panibus, & de pane facierum, & de reliquiis munerum, & adoleret, prævaricaretur præceptum negativum? Ex eo quod dictum est.* Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur ignitum Domino; *Omne id, cujus pars cedebat igni, non adolebitur.* Tosaphta *Menachoth* VI. 5. המעלה כזית משתי הלחם בעזרה או בחוץ הרי זה חייב שנ׳ קרבן ראשית תקריבו אותה לה׳ ואל המזבח לא יעלו אחד המזבח ואחד הכבש לכך המעלה מבשר חטאת ומבשר אשם מבשר קדשי הקדשים ומבשר קדשים קלים מותר העומר וב׳ הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות משאור ומדבש עובר בלא תעשה שנ׳ כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו ממנו. *Qui offerret de quantitate olivæ ex duobus panibus in sacrificium, aut foris, reus erat; dictum est enim;* sacrificium primitiarum offeretis Domino, super altare vero non imponetis; *tam super altare, quam super collem, pariterque si quis offerret de carne sacrificii pro peccato, de carne sacrificii pro delicto, de carne sanctissimorum, & de carne sanctitatum levium, de residuo manipuli; & de duobus panibus, & de pane facierum, & de reliquiis munerum de fermento & melle, prævaricabatur præceptum negativum; dictum est enim;* Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur ex eo. Vid. *Tosaphtha Macoth; Pesiktha* 42. & *Maimon.* cap. V. *de rebus altari interdictis*; qui *More Nevochim* part. III. cap. 46. hanc affert rationem quod ab altari fermentum & mel rejiceretur. *Præterea (inquit) quia Idololatræ panem fermentatum solum offerebant ac res dulces ad oblationes suas eligebant, easque melle inungere consueverant, sicut ex sæpius jam a me allegatis ipsorum libris patet, sale autem in illis non utebantur, ideoque probibuit Deus nobis panem fermentatum vel mel offerre. Sale autem in omnibus sacrificiis uti serio præcepit, sicut dicitur:* Quicquid obtuleris sacrificii sale condies. Quod asserit *Maimonides* in sacris Gentilium non fuisse factum salis usum, refellitur omnium scriptorum testimoniis. *Plinius* Nat. Hist. lib. III. cap. 7. *Maxime autem in sacris intelligitur ejus autoritas, quando nulla conficiantur sine mola salsa.* Consentit *Eustathius Iliad.* I. gentium ὀυλοχύτας *explicans*: ὀυλοχύται ὀυλαὶ ἦσαν, τουτέστι κριθαὶ μετὰ ἁλῶν ἃς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς πρὸ τῆς ἱερουργίας. Hostiæ priusquam immolarentur mola salsa adspergebantur. *Virgilius Æneid.* II. vers. 132.

> -- *Mihi sacra parari*
> *Et salsæ fruges*

Ovidius lib. XV. *Metamorph.* vers 133.

> *Imponique suæ videt inter cornua fronti*
> *Quas coluit fruges*

Horatius lib. II. *Sermon* Sat. III. vers. 199.

> *Tu quum pro vitula statuis, dulcem Aulide natam*
> *Ante aras, spargis mola caput improbe salsa.*

Seneca Oedip. Act. II. sc. 2. vers. 335.

> *Et sparge salsa colla taurorum mola.*

Et Thyest: Act. IV. sc. I. vers 688.

> *Tangensque salsa victimam culter mola.*

Festus: *Mola salsa est far tostum, & sale conspersum.* Erant molæ variæ species, de quibus vide *Pollucem, Hesych. Etymol. Athenæum* lib. III. Vetetrs primum mola salsa litarunt. *Ovidius Fast.* I. vers. 337.

> *Ante, Deos homini quod conciliare valeret*
> *Far erat, & puri lucida mica salis.*

Statius Sylv. lib. I. Sylv. 4. verſ. 130.

-- Sæpe Deis, hos inter honores
Ceſpes & exiguo placuerunt farra ſalino.

Prudentius περὶ στεφ. verſ. 122. *Si modicum ſalis eminalis thuris & exiguum digitis tangere virgo beata velis*. Idem in *Apoth.* verſ. 178.

Ridiculoſque Deos venerans ſale, ceſpite, thure.

Perſius Sat. III. verſ. 25.

Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum
(Quid metuas?) cultrixque foci ſecura patella eſt.

A. Val. Maximus IV. ſcribit *C. Fabritium ſalinum & patellam deorum habuiſſe. Arnobius. Sacras facitis menſas ſalinorum adpoſitu, & ſimulacris Deorum.* Verum frequens fuit mellis uſus in ſacris Gentilium. *Pauſanias* in *Eliac.* ἑκάστου δὲ ἅπαξ τοῦ μηνὸς θύουσιν ἐπὶ πάντων Ηλεῖοι τῶν κατειλεγμένων βωμῶν; θύουσι δὲ ἀρχαῖῳ τινα τρόπον, λιβανωτὸν γὰρ ὁμοῦ πυροῖς μεμαγμένοις μέλιτι θυμιῶσι ἐπὶ τῶν βωμῶν. *Semel quolibet menſe, ad omnes quas recenſuimus aras, Elei ſacra faciunt, vetuſto quodam ritu, thus, & melle ſabactum triticum, adolentes. Strabo* de Perſis Geograph. lib. XV. ἀποσπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γάλακτι, καὶ μέλιτι κεκραμένον. *Libantes oleum cum lacte & melle mixtum.* Autor hymni in *Mercurium*, mel vocat

Θεῶν ἡδεῖαν ἐδωδήν
Deorum ſuavem cibum.

Homerus in Batrachomyoachia verſ. 39.

Οὐ χρηστὸν μελίτωμα, τὸ καὶ μάκαρες ποθέουσιν
Non optimum ex melle dulciarium, quod etiam Dii deſiderant.

Porphyrius de abſtinent. lib. II. paragr. 19. *Sophocles* διαγράφων τὴν θεοφιλῆ θυσίαν *Sacrificium Diis acceptum depingens, ſacro inerat* τὸ ποικιλώτατον ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον *Opus multiforme quod e ceris ſtruxit flavens apis*. Idem ibid. paragr. 20. τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν. Νηφάλια δ' ἐστὶν τὰ ὑδρόσπονδα, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα, τοῦτον γὰρ ἕτοιμον. παρὰ μελιττῶν πρῶτον ἐλάμβομεν τὸν ὑγρὸν καρπόν. εἶτ' ἐλαιόσπονδα. Τέλος δ' ἐπὶ πᾶσιν τὰ ὕστερα γεγονότα οἰνόσπονδα. Idem ibid. paragr. 6. θείας δὲ ἑτέρας σταγόνας οἴνου καὶ μέλιτος ἔτι δ' ἐλαίου ταῖς χρείαις ἀνευρίσκοντες, ἀπήρχοντο καὶ τούτων τοῖς αἰτίοις θεοῖς. Idem de *antro Nymph.* Νηφάλιοι σπονδαὶ αἱ διὰ μέλιτος. *Ovidius Faſtor.* lib. III. verſ. 735.

Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille
Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt

Sil. Italicus lib. XIII. *Punic.* v. 434.

Fundunt mella ſuper, Bacchique & lactis honorem.

Plutarchus ab Judæorum ſacrificiis mel rejectum aſſerit *Sympoſiac.* lib. IV. Quæſt. 5. ἔτι τοίνυν μέλι μὲν οὐ προσφέρουσι ταῖς ἱερουργίαις, ὅτι δοκεῖ φθείρειν τὸν οἶνον κεραννύμενον. *Nunc etiam mel in ſacrificiis non offerunt, quia vinum admixtum videtur corrumpere.* Mel præcipue Diis infernis, & heroibus fato functis libabatur; *Porphyrius de antro Nymph.* πεποίηται ἤδη τὸ μέλι καὶ θανάτου σύμβολον. Διὸ καὶ μέλιτος σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἔθυον. *Euripides Oreſt.* verſ. 115. inferias deſcribit.

Μελίκρατ' ἄφες, γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην
Sumto melle, lacte, & vini flore

Atoſſa apud *Æſchylum* in *Perſ.* verſ. 61. loquens inducitur

Hanc viam emenſa ſum
Παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς
Φέρους', ἅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια
-- Filii patri placantia libamina
Ferens, quæ ſunt mortuorum delinifica.

Poſt deſcripta illa libamina confecta e lacte, melle, aqua fontana, & vino, proſequitur.

Αλλ' ὦ φίλοι, χοαῖσι ταῖσδε νερτέρων
Υμνοὺς ἐπευφημεῖτε, τὸν δὲ δαίμονα
Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθε, γαπότους δ' ἐγὼ
Τιμὰς προπέμψω τοὺς δε νερτέροις θεοῖς
Sed, o amici, ad has inferias
Hymnos accinite, divumque
Darium revocate, ego vero terræ epotandos
Hoſce præmittam honores inferis Diis.

Vid. *Heliod. Æthiopic.* lib. VI. Hinc *Orphæo*, in principio *Hymn.* μειλίγματα *placationes* ſacra mortuorum, & inferorum dicuntur; & *Theocrito Idyl.* XV. verſ. 4. μειλίχοι Θεοὶ *Dii infernales, mortuorum animæ* μέλισσαι dicuntur.

Ex altari exteriori ſumebatur ignis pro thuribulo & candelabro. *Babyl. Joma* 45.2. אש תמיד תוקד על המזבח לא תכבה לימד על מערכה שניה של קטרת שלא תהא אלא על מזבח החיצון אש מחתה ומנורה מניץ ודין הוא נאמרה אש בקטורת ונאמרה אש במחתה ומנורם מה להלן על מזבח החיצון אף כאן על המזבח החיצון או כלך לדרך זו נאמרה אש בקטורת

בקטורת ונאמרה אש במחתה ומנורה מה להלן בסמוך לו אף מחתה ומנורה בסמוך לו ת״ל אש תמיד תוקד על המזבח לא תכבה אש תמיד שאמרתי לך לא תהא אלא בראשו של מזבח החיצון למדנו אש למנורה אש למחתה מנין ודין הוא נאמרה אש במחתה ונאמרה אש במנורה מה להלן על גבי מזבח החיצון אף כאן על מזבח החיצון או כלך לדרך זו נאמרה אש בקטורת ונאמרה אש במחתה מה להלן בסמוך לו אף כאן בסמוך לו ת״ל ולקח מלא המחת׳ גחלי אש מעל המזבח מלפני ה׳ איזהו מזבח שמקצתו לפני ה׳ ואין כולו לפני ה׳ הוי או׳ זה מזבח החיצון ואצטריך למכת׳ מעל המזבח ואצטריך למכתב מלפני ה׳ דאי כתב רחמנא מעל המזבח אמינא מאי מזבח מזבח פנימי כתב רחמנא מלפני ה׳ ואי כתב רחמנא מלפני ה׳ הוה אמינא דוקא מלפני ה׳ אבל מהאי גישא ומהאי גישא אי׳ לא צריכ׳. Ignis est iste perpetuus super altari qui nunquam exstinguetur; *ad docendum, quod strues secunda non existeret, nisi super altari exteriori; ignis thuribuli, & candelabri unde probatur? Est argumentum. Commemoratur ignis in suffitu, pariterque commemoratur ignis in thuribulo, & candelabro, sicut eo loco super altari exteriori, in hoc loco pariter super altari exteriori. Aut ita est argumentandum; commemoratur ignis in suffitu, & commemoratur ignis in thuribulo & candelabro, sicut ibi ex loco illi proximo, etiam hic ex loco illi proximo; dictum est enim;* Ignis est iste perpetuus super altari, non exstinguetur; *ignis perpetuus, de quo dixi tibi, non existet nisi in summitate altaris exterioris; hinc docemur ignem candelabri, ignis thuribuli unde probatur? Et est argumentum; commemoratur ignis in thuribulo, & commemoratur ignis in candelabro; sicut ibi super altari exteriori, hic quoque super altari exteriori; aut ita est argumentandum; commemoratur ignis in suffitu,* & *commemoratur ignis in thuribulo; sicut ibi ex loco illi proximo, hic quoque ex loco illi proximo; Dictum est* Levit. XVI. 12. Assumtoque thuribulo quod de prunis impleverit ex altari coram Domino; *Quodnam est hoc altare, cujus pars erat coram Domino, & non totum erat coram Domino? Dicendum fuisse altare exterius; & scribendum erat* ex altari, *pariterque scribendum erat,* coram Domino; *si enim textus scripsisset* ex altari; *dixissem; quodnam altare erat? altare interius; scripsit textus* coram Domino; *si textus scripsisset* coram Domino, *dixissem præcise* coram Domino. *Verum tam ab una quam ab altera parte dixissem, non;* idcirco utrumque *dicendum fuit. Siphra* 16. 4. ואש המזבח תוקד בו מנין לאש המזבח הפנימי שלא תהא אלא ממזבח החיצון ת״ל אש המזבח תוקד בו אש מחתה ומנורה מנין ודין הוא נאמרה אש במזבח הפנימי ונאמ׳ תן אש במחתה ומנורה מה אש מזבח הפנימי ממזבח החיצון אף אש מחתה ומנורה ממזבח החיצון או כלך לדרך זו תן אש במזבח הפנימי ונאמ׳ תן אש במחתה ומנורה מה אש מזבח הפנימי ממזבח חוצה לו אף אש מחתה ומנורה ממזבח חוצה להם ת״ל אש תמיד תוקד על המזבח אש שאמרתי לך תהא תמיד לא תהא אלא ממזבח החיצון. Et ignis altaris ardebit in illo; *Unde probatur, quod ignis altaris interioris non sumeretur nisi ab altari exteriori? Ex eo quod dictum est;* Ignis altaris ardebit in illo; *Ignis thuribuli & candelabri unde probatur? Et est argumentum; commemoratur ignis in altari interiori, pariterque dictum est; Pone ignem in thuribulo & candelabro; sicut ignis altaris interioris sumebatur ab altari exteriori; ita pariter ignis thuribuli & candelabri sumebatur ab altari exteriori. Aut ita argumentandum est, dictum est pone ignem in altari interiori; pariterque dictum est; pone ignem in thuribulo, & candelabro; sicut ignis altaris interioris sumebatur ex altari, quod extra illud erat, ita pariter ignis thuribuli & candelabri sumendus erat ex altari, quod extra illa erat; Idcirco dictum est;* Ignis est iste perpetuus, qui nunquam exstinguetur; *Ignis, de quo tibi dixi, sit perpetuus, neque existat nisi in altari exteriori.*

Strues secunda pro suffitu ordinabatur in plaga occidentali altaris exterioris, quæ loco interiori proxima erat. *Siphra* 40. 4. מעל המזבח יכול כולו ת״ל אשר לפני ײ׳ הא כיצד הסמוך למערב אמר ר׳ יוסי זה סימן כל הניטל בחוץ להינתן בפנים ניטל מן הסמוך לפנים וכל היוצא מבפנים להינתן בחוץ ניתן על הסמוך בפנים. Ex desuper altari; *crederem a toto; idcirco dictum est;* coram Domino. *Quomodo? ex eo loco, qui proximus erat occidenti. Dicit R. Jose; hoc erat signum; Quicquid ex exteriori loco accipitur in interiorem deferendum, sumitur ex loco interiori proximo. Et quicquid effertur ex loco interiori in exteriorem deferendum, sumitur ex loco interiori proximo. Pesiktha* 22. מעל המזבח מלפני ײ׳ מצד הסמוך למערב א״ר יוסי זה סימן כל הנוטל מבחוץ להנתן בפנים נוטל מן הסמוך בפנים. Ex desuper altare coram Domino; *prope plagam occidentalem. Dicit R. Jose; hoc erat signum. Quicquid ex loco exteriori accipitur in interiorem deferendum, sumitur ex loco interiori proximo.* Babyl. *Sevachim* 58. 2.


ר׳ יוסי

ר׳ יוסי אומר זה סימן כל הניטל בפני׳
לינתן בחוץ אינו ניטל אלא מסמוך שאין
לפנים וכל הניטל בחוץ לינתן לפנים אינו
ניטל אלא בסמוך שאין לפנים וכל הניטל
בפנים לינתן בחוץ מאי ניהו אילמא שירים
בהדיא כתיב בהו אל יסוד מזבח העולה
אשר פתח אהל מועד וגו׳ כל הניטל
בחוץ לינתן בפני׳ מאי ניהו אילימא גחלי׳
של יום הכפורים בהדיא כתיב בהו ולקח
מלא המחת׳ גחלי׳ אש וגו׳ כל הניטל
בפני׳ לניטל (לינתן legendum) בחוץ
מני בזיכי לבונה של לחם הפנים דגמרי׳
משירי׳ כל הניטל בחוץ לניטל (לינתן
בפני׳ נחלים דכל יומא (lege iterum
ויומא דגמרי מנחלים של יום הכפורים
ומא קסבר אי קסבר כוליה מזבח בדרום
קאי עשרים ותרתי בעי מיתי וא נמי
קסבר קדושת היכל ואולם חדא היא
עשרים ותרתי בעי למיתי ואי קסבר חציו
בצפון וחציו בדרום חדסרי בעי למיתי
ואלא קסבר קדושת היכל ואולם חדא
מילתא שית בעי למיתי אלא לאו משום
דקסבר כוליה מזבח בצפון קאי והני ארבע
אמות אמה יסוד ואמה סובב ואמה
מקום קרנות ואמה מקום רגלי הכהנים
הכי מסנו לקמיה תפי תו ליכא פתח אמר
רב אדא בר אהבה הא מני ר׳ יהודה
היא דתניא ר׳ יהודה אומר מזבח ממוצע
ועומד באמצע העזרה ושלשים ושתים
אמות היו לו עשר אמות כנגד פתחו של
היכל אחת עשרה אמה מכן ואחת עשרה
אמה מכן נמצא מזבח מכוון כנגד היכל
סוק סוק לר׳ יהודה חד סרי בעי למיתי
ואי קסבר קדושת היכל ואולם חדא
מילתא היא שית בעי למיתי מי סברת
הני ארבע אמות בהדיא אמה יסוד ואמה
סובב ארבע אמות בר מאמה יסוד ואמה
סובב ונוקמא כר׳ יוסי ובממוצע משום
דר׳ יהודה שמעג׳ ליה ממוצע בהדיא ורב
שרביא אמר הא מני ר׳ יוסי הגלילי היא
דתניא ר׳ יוסי הגלילי אומ׳ ונתתן את
הכיור בין אהל למזבח העולה וגו׳ מזבח
בפתח אהל מועד ולא כיור בפתח אהל
מועד היכן היה נותנו בין אולם משוך
קימעא כלפי הדרום מאי קסבר אי קסבר
כוליה מזבח בדרום קאי נוקמי מכותל היכל
ולדרום בין אולם למזבח ואי נמי קסבר
קדושת היכל ואולם חדא היא נוקמי׳
מכותל אולם ולדרום בין אולם למזבח אי
נמי קסבר חצוי בצפון וחצוי בדרום נוקמי
מכותל היכל ולדרום בין אולם ולמזבח
ואי נמי קסבר קדושת אולם והיכל חדא
היא נוקמי׳ מכותל אולם ולדרום בין אולם
והיכל אלא לאו משום דקסבר כוליה מזבח
בצפון כי נמי מוקמת לה מכותל היכל
ולצפון בבין אולם ולמזבח אמר קרא צפונה
שיהא צפון פנוי מכולום מאן תנא דפליג
עליה דר׳ יוסי הגלילי ר׳ אליעזר בן יעקב
היא דתניא ר׳ אליעזר בן יעקב אומר
צפונה שיהא צפון פנוי מכולום והפילו מן
המזבח. *R. Jose dicit; hoc est signum; Quicquid ex loco interiori accipitur in exteriori deponendum, non ponitur nisi in loco, quo nullus sit interiori vicinior. Et quicquid sumitur ex loco exteriori in inferiori deponendum, non deponitur nisi in loco, quo nullus sit interiori vicinior. Et quicquid sumitur ex loco interiori in exteriori deponendum; quidnam erant? Num reliquiæ? de his plane scriptum est* Levit. IV. 7. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi &c. *Quicquid sumitur ex loco exteriori in interiori deponendum; quidnam sunt? num prunæ diei expiationum? de his plane dicam est; ibid.* XVI. 12. Assumtoque thuribulo, quod de prunis altaris impleverit &c. *Quicquid sumitur ex loco interiori, in exteriori deponendum; duæ acerræ thuris panis facierum explicentur ex reliquiis; quicquid sumitur ex loco exteriori in interiori deponendum prunæ cujusque diei explicentur ex prunis diei expiationum. Ecquid putat? si putat, totum altare fuisse situm in plaga australi, 27. cubitos ferri oportebat; & si pariter putat sanctitatem templi & vestibuli unam eamdemque fuisse; 22. cubitos ferri oportebat; & si putat altare dimidium fuisse situm in aquilone, & dimidium in austro, 11. cubitos ferri oportebat; si vero putat sanctitatem templi, & vestibuli unam eandemque fuisse, sex quoque cubitos ferri oportebat: nisi hoc fortasse putet totum altare fuisse situm in aquilone; nonne illi erant quatuor cubiti, cubitus fundamenti, & cubitus ambitus, & cubitus loci cornuum, & cubitus spatii ambulacri sacerdotum? sic si amplius cresceret, non esset porta. Dicit R. Ada bar Aba; ecce quoque R. Jehuda; Traditio. R. Jehuda dicit; altare fuisse medium, & in medio atrio fuisse situm, & duos & triginta cubitos patuisse, decem cubitos e regione portæ templi, undecim hinc, & illinc undecim; deprehenditur altare fuisse directum e regione templi; tandem juxta opinionem R. Jehuda, undecim cubitos ferri oportebat; & si putat sanctitatem templi, & vestibuli unam eandemque fuisse, sex cubitos ferri oportebat; Quid putas? Istine erant quatuor cubiti excepto cubito fundamenti, & cubito ambitus! At nos statuemus juxta opinionem R. Jose; & in medio fuisse situm juxta mentem R. Jehuda hinc intelligitur; plane erat medium; & R. Scerabia dicit, ecce quoque R. Jose Galilæus; Traditio; R. Jose Galilæus; Traditio; R. Jose Galilæus dicit; dictum est* Exod. XL. 28. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii & altare holocausti &c. *Altare erat situm in porta*

ta tabernaculi conventus, at labrum non erat ſitum in porta tabernaculi conventus; Ubinam ſitum erat? inter veſtibulum & altare paulo protractum ad plagam auſtralem. Quid putat? ſi putat totum altare fuiſse ſitum in plaga auſtrali; ſtatuendum erit a pariete veſtibuli & ad auſtrum inter veſtibulum & altare; ſi paritar putat ſanctitatem templi & veſtibuli unam eandemque fuiſse, ſtatuendam erit ab pariete templi & ad auſtrum inter veſtibulum & altare; ſi quoque putat dimidium fuiſſe ſitum in aquilone, & dimidium in auſtro, ſtatuendum erit a pariete templi & ad auſtrum inter veſtibulum & altare; ſi pariter putat ſanctitatem veſtibuli & templi unam eandemque fuiſſe, ſtatuendum erit ab pariete veſtibuli & ad auſtrum inter veſtibulum & templum. At non ita ſe res habet juxta opinionem illius, qui putat totum altare fuiſſe ſitum in aquilone; quod quamvis ſtatuatur ab pariete templi & ad aquilonem inter veſtibulum & altare; dicit textus; latus aquilonare; *ut plaga aquilonaris a quavis re ſit vacua; hic doctor, qui in hoc R. Joſe Galilæo contradicit, eſt R. Eleaſar ben Jacob. Traditio. R. Eleaſar ben Jacob dicit;* latus aquilonare, *ut plaga aquilonaris ſit vacua a quavis re, vel ab ipſo altari.* Hieroſ. Joma 42. 4. אמר ר׳ יוסי זה סימן כל הניטל מבחוץ להינתן בפנים ניטל מן הסמוך לפנים וכל היוצא מבפנים להינתן בחוץ ניתן (ניטל) legerem מן הסמוך לפנים ר׳ ירמיה בשם ר׳ פרת גחלים שבכל יום ונר המערבי למידין מגחלים של יום הכיפורים ושני בזיכי לבונה למידין משירי דמים. *Dicit R. Joſe; hoc erat ſignum; Quicquid accipitur ex loco exteriori, in interiori deponendum, ſumitur ex loco, qui ſit proximus interiori; & quicquid educitur ex loco interiori in exteriori deponendum, ſumitur ex loco, qui ſit proximus interiori. R. Jeremia nomine R. Pedath; prunæ cujuſque diei, & lucerna occidentalis explicentur ex prunis diei expiationum; & duæ thuris acerræ explicentur ex reliquiis ſanguinum.* Sicui plura, & uberiora monumenta, quam fortaſſe oporteret, in hac diſſertatione adducta videbuntur, intelligat a me hoc conſilio deſcripta fuiſſe, quod pleraque, ſiminus omnia, nec ab ullo animadverſa, nec unquam antea ex Hebraico Latine reddita ſint.



CHRI-



CHRISTIANI LUDOVICI SCHLICHTER DE MENSA FACIERUM EJUSQUE MYSTERIO LIBELLUS SINGULARIS.

CAPUT I.

De menſæ ſacræ aliarumque appellationibus.

ARGUMENTUM.

§. I. *Nomen* שלחן *late patet. Pro cibis etiam uſurpatur.* §. 2. *Aram quoque notat. Jeſ.* 65. 11. *illuſtratur. Altaria apud Judæos, Chriſtianos, & gentes menſæ dicuntur.* §. 3. רחנות *menſæ. Dan.* 6. 18. *illuſtratur. Pellices olim cantabant voce & inſtrumentis muſicis. Suffitus coram Regibus incendebatur. Pleonaſmi in literis S. & profanis ſunt emphatici. Otioſi inutiles.* §. 1. Τράπεζα *late patet. Pro cibis ſumitur. S. cœna menſa dicitur.* Τραπεζίτης *nummularius. Turnebus laudatur.* §. 5. Μαγὶς *menſa, cibus.* Μάζα *cibus qualis?* §. 6. *Menſa facierum, menſa pura, menſa noſtra appellatur.*

§. I.

Nomen שלחן, quo *menſa facierum* iu textu ſacro inſignitur, a radice שלח, quæ latioris eſt ſignificationis, omnino deſcendit; unde quidam Lexicographi menſam ſic appellari autumant, quod ea poſt cibos ſumptos auferatur & removeatur, alii, quod diſtendatur, ut cibus capere plures queat. Hæc inter ſententiarum divortia judicium ſuum quidam viri docti plane ſuſpendunt; ſed nobis non prorſus diſplicent *Jo: Buxtorfius*, *Jac. Gouſſetus*, alii, quorum ex judicio שלחן a שלח nomen habet, quod cibi in eam immitti ſoleant. Doctores Hebræorum *menſam nummulariam*, in quam nummi immittuntur, eadem voce appellare conſueviſſe, vel exinde colligere licet, quod שלחני *nummularium* in ſcriptis

ptis eorum designat; vid. *R. Salomon* apud *Buxtorfium* in lexico. Cæterum nomen hoc שלחן in literis Sacris, nec non apud Rabbinos, pro *cibis* mensæ impositis frequenter usurpatur, v. g. Jes. LXV. 11. hinc *Jonathan*, Paraphrastes Chaldæus, Obad. v. 7. *panem tuum comedentes*, vertit *comedentes mensam tuam*; addantur מסכת סוכה cap. II. m. VII. & Gem. סוכה fol. III. 1. ut taceamus Doctores in מדרש ילקוט Part. 1. fol. LXXVII. 2. ubi Salomonem omnium optime de rerum præstantia & dignitate judicium ferre potuisse perhibent, quod שלחן *mensam varii generis cibis refertam* habuerit. Conferri meretur *David. Millius*, Theologus & Philologus in Academia *Ultrajectina* longe celeberrimus, in *Dissertatt. selectis* dissert. IV. §. XXIV. p. 120. sqq. ubi eandem locutionem *Arabibus* aliisque usitatam esse egregie docuit.

§. II. Alibi per שלחן *aram*, cui *Dei cibus*, id est, *sacrificia* imponebantur, intelligi debere, ex loco Malach. I. 7. evidenter constat. Addunt nonnulli mensam, in honorem *Gadæ* ab Israelitis exstructam Jes. LXV. 11. sed verum ut fateamur, qualis ibi mensa innuatur, nondum satis liquet; unde non aram quandam, in qua sacrificium fieret, sed ad mensam proprie sic dictam, quæ cibos *Hecatæ* quovis novilunio pro δεῖπνῳ apponendos capiebat, Prophetam respexisse, libere profitetur Vir longiori ævo dignus, *Jo: Godofr. Lakemacherus*, §. XI. dissertationis eruditæ de *Gad & Meni*, sive *Hecate & Mana a Judæis olim culta*, quæ A. 1728. in Academia *Julia* lucem vidit, nunc autem observationibus ejus philologicis Part. IV. p. 19. sqq. inserta legitur. In Talmude *altaria* eodem nomine insigniri, ex Gem. יבמות fol. LXXVIII. 1. laudatus *Millius* jam observavit. Subjungi omnino debet *Raschi* in *scholiis* ad hunc locum. In gentium sacris *mensæ ararum* vicem quoque obtinebant. Aristoph. in Plut. Act. III. Sc. 11.

πῦ τράπεζα; τὴν σπονδὴν φέρ

ubi mensa? libamenta fer.

Mensas Dæmoniorum Apostolus eas appellat 1. Cor. X. 21. vid. *Jo. Dougtæus* in *analectis* N. T. excurs. XCVI. p. 144. *Ezech. Spanhemius* observatt. ad *Callimachum* p. 385. sq. *Sam. Pitiscus* com. ad *Curtium* p. 312. & *Woltersius* dissertat. II. Sect. III. §. XII. Ipsi denique Christiani *aras* dixere *mensas*, unde duo illa vocabula promiscuo significatu interdum usurpata legimus. Sic *Socrates* Hist. Eccl. lib. I. cap. XX. *Macarius insiliens*, εἰς τὸ Θυσιαστήριον, ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν, *in* Altare *subvertit* Mensam, scilicet ἱερὰν sacram, ut *Synesius* alicubi habet, teste *Jo. Dougtæo*, Anglo celebri, vel ἁγίαν, ut *Nicephorus Homologeta* loquitur. Ἱερὰν τράπεζαν semper appellant *Basilius*, *Chrysostomus*, alii apud *Robertum Creugthonum* in notis ad *Hist. concil. Florent.* Sect. IV. cap. II. conf. *Jo: Andr. Schmidius*, Vir celeberrimus, in *decade dissertatt. historico-theologg.* dissert. II. quæ de *altaribus portatilibus* agit, §. III. p. m. 35. Similiter *aras*, quas super tumulos Martyrum Christiani antiqui erigere solebant, sacra ibi celebraturi, *mensas* dixere. Insignis ea de re locus extat apud *Augustinum* de *diversis* sermone CXIII. *in eodem loco mensa Deo constructa est, & tamen mensa dicitur Cypriani: non, quia ibi Cyprianus unquam est epulatus, sed quia ibi est immolatus, & quia ipsa immolatione sua paravit hanc mensam: non in qua pascatur, sed in qua sacrificium Deo, cui & ipse oblatus est, offeratur.* Vid. Duum. Viri præstantissimi, *Mericus Casaubonus* & *Ellies du Pin*, in annotat. ad lib. III. S. *Optati* de *schismate Donatistarum* fol. LX. edit. Antwerp. 1702. nec plura Patrum testimonia cumulare juvat, cum ex Scriptoribus Ecclesiasticis decem seculorum priorum appellationem hanc uberius planam fecerit *Godofr. Voigtius* in libro *de altaribus veterum Christianorum* cap. II. §. XXIX. seqq. Hamburgi 1709.

§. III. Doctores Hebræorum *mensas* cœteroquin רחונות appellare solent, sicuti etiam *Kimchi* vocem רחון Dan. VI. 18. ex mente sociorum suorum *mensam* exponit, apud *Buxtorfium* in lexico. Sed locum Danielis quod attinet, expositio hæc *Kimchi & aliorum*, quos vel præeuntes habuit, vel, qui ipsum secuti sunt, aliis minime placet, quod Spiritus S. modo dixerit, Darium incœnatum mansisse, unde in diversa plane abeunt. Quidam *cantiones* interpretantur, vel *instrumenta musica*, sic dicta, sive a רחה *propulit, depulit*, quod mœrorem depellant, sive per metathesin a חרה *gavisus est*, quod animum exhilarent; hancque conjecturam confirmare conantur ex more Orientalium, apud quos pellices, totam noctem vocis ac fidium cantu traducentes, somnum Regi Persarum communiter conciliare consueverint, ita ut quædam canerent tibia, aliæ psallerent psalterio, pentachordo, heptachordo; cœtera vid. Chri-

Chriſtian. Bened. Michaelis in annotatt. ad hunc Danielis locum ; imo in conviviis , aliiſque occaſionibus lætis , Reges Orientis *cantatrices* ſuas habuerunt , quod patet ex exemplo *Salomonis* Eccleſ. II. 8. imo *Davidis* , uti ex 2. Sam. XIX. 35. *Theoph. Amelius* ad loca difficiliora V. T. tom. II. p. 392. in notis haud immerito colligit. Lectu digna plane ſunt , quæ *Jac. Perizonius* ad *Æliani* Var. Hiſt. lib. VII. c. II. & *Fried. Adolph. Lampius* de *cymbalis veterum* lib. III. cap. XX. ſub finem obſervarunt . Aliorum Interpretum ſententias ut taceamus , ſingularis eſt coniectura *Alberti Schultens*, Viri in literatura Orientali Principis , in *animad. philologg.* ad hunc locum , qui ad linguam Arabicam confugiens , in qua דחון , a verbo דחן *fumare* deſcendens , *ſuffimentum* denotat , textum S. ſic vertit : *& ſuffitum ad ſe non admiſit* , ex more Orientalium, qui coram Regibus in conviviis eorum aut comeſſationibus ſuffimenta incendi curabant . *Bartenora* ad *Berachoth* VI. & tract. noſter de *panibus facierum* Part. I. cap. I. §. VIII. Interim verum ut fateamur , cauſam nondum vidimus ſufficientem , cur ab explanatione *Kimchi* & aliorum , qui דחון *menſam* vertunt, recedendum ſit. Si vero tavtologiam quandam hac ratione committi dixeris , illud acriter negamus ; nam *pleonaſmos* ejuſmodi , rem plenius exponentes , in literis S. non raro occurrere, nemo facile ignorat v. g. *ædificabo , & non deſtruam , plantabo , & non evellam*. Jer. XXIV. 6. *torcular calcavi ſolus , & ex populis non fuit vir mecum* . Jeſ. LXIII. 3. XLV. 18. Pſ. XXVIII. 5. Luc. I. 20. Joh. I. 19. Cœteroquin pleonaſmos otioſos atque inutiles , quales ſæpius , ſæpius inquam , non ſemper in ſcriptis Auctorum profanorum deprehendimus , tanquam *ignorantiæ & audaciæ latibula* ex animo abominamur , haud ignari, blaſphemam atque impiam eſſe ſententiam *Clerici* ac reliquorum , qui tavtologias & pleonaſmos ejuſmodi otioſos Spiritui S. audacter vindicare conantur , contra quos legi debent Wolffius in *curis criticis* ad Lucæ & Joh. loca citata , nec non *Erdvv. Herm. Polemann* de *pleonaſmis SS.* & alii [1].

§. IV. Græci *menſas*, in quibus Diis epulæ parabantur , τράπεζας q. d. τετράπεζας , quod olim menſæ quatuor pedes haberent , appellare ſolebant . Hoc ſenſu apud *Homerum* , *Xenophontem* & alios ſæpiſſime occurrit , ſicuti etiam *Ælianus* Var. Hiſt. lib. I. cap. XX. menſam argenteam, Apollini adſtantem , τράπεζαν dicit; imo pro *ferculis* victuſque ratione apud eoſdem Scriptores plus vice ſimplici uſurpatur. Sic *Ælianus* vitam Athenienſium luxurioſam deſcripturus inquit : ἡ τράπεζα ἦν αὐτοῖς καὶ ἡ λοίπη διαίτα ἁβροτέρα *menſa & reliquæ vitæ rationes ipſis delicatiores erant*. V. H. lib. IV. cap. XXII. alia loca ut taceamus . Et *Pollux* in genere obſervat : τραπέζας δὲ ἐκαλοῦν καὶ τὰ σῖτια τὰ ἐπ' αὐτῶν τιθέμενα *menſas autem cibos quoque vocabant illis impoſitos* . Vid. *Iſ. Caſaubonus* ad *Athenæum* lib. XIV. cap. II. nec non *Petrus Ciacconius* in libro rariori de *triclinio* p. 26. & *Fulvius Urſinus* in appendice p. 281. [2] Alibi τράπεζα ſumitur pro *menſis* , quibus *nummularii* utebantur , uti ex *Demoſthene* docuit *Scapula* in lexico . Similiter τραπεζίτης in tabula *Cebetis* p. m. 210. edit. *Berkel.* 1670. *nummularium* denotat : μήδε γίγνεσθαι ὁμοίως τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. *Arabs* quidem *Interpres* pro *convivis* accepit : & Ill. *Salmaſius* notat , verbum græcum ea notione interdum occurrere . Sed illa notio nihil ad hunc locum , judice *Caſaubono* in notis , cum quo conferri debet *Hadrianus Turnebus* , ex ſententia Ill. *Heinſii Vir nitidiſſimi animi & eruditionis ſua ætata Princeps* , in doctiſſimis *adverſariis* lib. XX. cap. XXVII. p. m. 401. edit. Aureliopol. 1604. (4) Denique vox τράπεζα apud Scriptores Græcos omnia , quæ *ſimilitudinem menſæ* habent , emphatice deſignat . Sic ab architectis vocatur *pegma* , conſtans ex regulis & diapegmatis, & tabula inter regulas & diapegmata collocata , uti ex Cteſibio laudatus *Turnebus* lib. II. cap. V. fuſius docet. Sic etiam Medicorum Filii partem *hepatis* , quæ latior eſt inſtar menſulæ , τράπεζαν dicere ſolent , teſte *Nicandro* in *Theriacis* , ne memoremus partes ſcapularum circa dorſum late expanſas , quæ in Polluce τράπεζαι *menſæ* appellantur , obſervante *Sam. Bocharto hierez.* Part. I. lib. II. cap.VIII. f. 136. & cap. XLV. f. 502.

§. V. Alio nomine Scriptoribus exteris *menſæ* μαγίδες appellantur , ſicuti *Pollux* ex Sophocle ἑκατηίας μαγίδος δόρπον *Hecateæ Magidis cœnam* memorat, in onomaſt. lib. VI. cap. XII. & lib. X. cap. XXIII. μαγὶς autem inter alia dicitur *menſa* ἐπιτιθεμένη καὶ αἰρομένη , *quæ apponitur, & poſtea iterum tollitur* , docente eodem . Hoc ſenſu voce hac

non

non modo usum Sophoclem Atticum, sed etiam alios, imo eam affinem esse voci Arabicæ *maida*, mensam significanti cibis oneratam, *Lakemacherus* observatt. Part. IV. observ. II. §. XI. apprime observat. Addimus nos affinitatem ejus cum voce מגיס, qua Doctores judæorum in פסחים cap. V. m. 5. 10. & alibi utuntur, docentes, ablegmina sacrificiorum ἐν μαγίδι ad altare fuisse delata. Sunt autem μαγίδες *lances*, quæ similitudinem mensæ habent. Vid. *Plinius Hist. natur.* lib. XXXIII. cap. II. & μαγὶς λέγεται παρὰ Ἄραψι τὸ σκουτάριον *Magis apud Arabes nuncupatur scutella*, teste auctore *etymologici magni*; conf. *Hadriani* liber insignis de *spoliis templi Hierosol.* p. 104. *Lazari Baysii* libellus de *vasculis*. f. 684. & tract. noster de *panibus facierum* Part. I. cap. III. §. 1. Præterea vox μαγὶς, æque ac ἡ τράπεζα, pro ipsis μάζαις *ferculis* adhiberi solet; μάζα vero qualem cibum designet, interpretes eruditi dissentiunt, quibusdam cibum ex farina communem, aliis edulium ex farina, oleo, lacte &c. mixtum intelligentibus. Interim ex ipso hoc dissensu satis constat, vocem illam latioris semper fuisse usus atque significationis, unde etiam Grammatici inter ἄρτον & μάζαν distinguunt, quod nimirum ἄρτος πάλαι μέμακται dudum confectus pistusque sit, μάζα vero recens ex farina vel polenta fiat, docente *Scholiaste* præstantissimo ad *Aristophanis Plutum*; vid. Commentatores doctissimi, qui *Aristophanis tragœdias* egregie illustrarunt, *Girardus* ad *Plutum* fol. 24. *Casaubonus* ad *Equites* f. 77. *Christianus* ad *Pacem* f. 160. *Ezech. Spanhemius* ad *Nubes* f. 284. ad *Ranas* f. 314. edit. *Kusterianæ*; nec non *Jo. Schefferus* ad *Æliani Var. Hist.* lib. XIII. cap. XXVI. p. m. 693.

§. VI. Cæterum mensa nostra Sacra Num. IV. 7. שלחן פנים *mensa facierum* emphatice appellatur, sicuti panes ei impositi לחם פנים audiunt, qua de appellatione conferri merentur, quæ in tract. de *panibus facierum* Part. I. cap. I. §. III. prolixe disseruimus. Alibi dicitur שלחן טהור *mensa pura* Levit. XXIV. 6. 2. Chron. XIII. 11. ob aurum purissimum, quo ex mandato Dei obducta fuit; conf. infra cap. II. §. IV.

[1] Addantur *Jo. Henr. Michaelis* differt. de *textu græco N. T.* p. 15. *Lampius* in exercitatt. ad Ps. XLV. p. 67. *Alb. Schumacher* in tract. de *Christo Ecclesiæ vindice* ad Jes. LXIII. 1. 6. p. 104. *Ezech. Spanhemius* ad *Aristoph. Plut.* fol. 250. *Jo. Barnes* ad *Euripid.* P. I. p. 71. & passim, Commentatores ad *Phaedrum* p. 13. edit. *Burmann.* (8) & *Joh. Zach. Hilliger.* in differt. *de Psalmorum, hymnorum atque odarum S. discrimine*, in præfatione. witteb. 1720.

[2] quibus subjungi possunt Lazarus Baysus in tract. de vasculis f. 702. tom. IX. antiq. græc. *Dav. Millius* differt. cit. p. 123. & *Jo. Phil. Pfefferus* in *antiq. græc.* p. 691. Sic etiam Doctores Ecclesiæ antiqui S. cœnam *Domini mensam* vel *mensam* simpliciter appellarunt, uti ex *Suiceri thesauro eccles.* bene observat *Vvolffius* ad 1. Cor. X. 21.

CAPUT II.

De materia mensæ facierum, & aliarum.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Lignum Sittim valde laudatur. Quale fuerit, dissentiunt. Cedrorum species varias Judæi recensent. Locus Jes.* 41. 19. *illustratur.* §. 2. שטים a שט *longus fuit. Fuit acacia, quæ uberius describitur. Theophrastus laudatur, qualis fuerit? Ab arboribus varia loca nomen suum acceperunt.* §. 3. *Locus Sittim exploditur. R. Benjamin Tudelensis cujus sit autoritatis?* §. 4. *Auri varia genera. Voces* טהור *&* καθαρὸς *illustrantur. Laminæ aureæ mensæ S. non fuerunt tenues. Ipsa tamen earum crassities ignoratur. Emphasis verbi* צפה. צפת *tegumentum.* §. 5. *mensæ gentilium erant ex auro, argento &c. Citreæ valde pretiosæ. Mensæ vel sacræ, vel communes, quæ tamen etiam sacræ habebantur. Imagines Deorum iis præponebant. Luxuria veterum magna. Mensa Justiniani splendida. Witsii judicium de ea. Georg. Cedrenus cujus sit autoritatis?*

§. I.

Materia, ex qua *mensa facierum* parabatur, erat *lignum* & *aurum*. *Lignum* fuit שטים *Sittim*, quam vocem *Aquila* & *Symmachus* σήτταν, *Theodotion* ἀκανθῶν, & Interpretes *Alexan-*

xandrini modo πύξον, modo χίνον, imo ξύλα ἄσηπτα in genere interpretantur. Præſtantiam hujus ligni Scriptores antiqui conſenſu unanimi valde extollunt. *Joſephus*, Vir gravis, dicit ξύλα ἰσχυρὰ τὴν φύσιν, καὶ σῆψιν οὐ πάθειν δυνάμενα *ligna natura valida & ab omni carie libera*. Antiq. Jud. lib. III. cap. VI. *R. Abarbanel*, Doctor in gente ſua præſtantiſſimus, עבים וקלים מאר *denſa & valde levia*; comm. ad Exod. fol. 190. *Carthuſianus*: *incombuſtibilia* & *leviſſima*; in enarrat. ad Exod. fol. 209. col. 1. & *Hieronymus*, *Vir*, judice *Rhenferdo* Opp. philologg. p. 82. *doctiſſimus*, & *rerum Judaicarum callentiſſimus*: *fortiſſima*, *imputribilia*, *incredibilis levitatis ac pulchritudinis*; comm. ad Mich. VI. & Joel. III. alia ejuſmodi teſtimonia ut taceamus. Verum cujus ſpeciei ligna hæc *Sittim* fuerint, Interpretes eruditi valde diſſentiunt, imo *arborem nobis plane ignotam* quidam dicere non verentur cum *Jac. Bonfrerio* ad Exod. XXV. Dubius quoque hæret Vir celeb. *Jo. Chriſtoph.* Wichmanſhauſen in diſſert. de *velis tabernaculi & templi*; p. 24. judicans, *in argumento tam arduo vix certi quicquam determinari poſſe*; nec non *Bernh. Lamy*, Presbyter *Pariſienſis*, in eximio opere de *tabernaculo* fol. 350. Qui ſententiam ſuam libere profitentur, in varia abeunt. *Cedri* ſpeciem aliquam fuiſſe, & quidem optimam [1], vulgaris eſt opinio, quæ plurimis Viris doctis, Judæis æque ac Chriſtianis, quam maxime arriſit. Ex Judæis nominamus *Philonem* lib. III. de *vita Moſis* p. 665. qui tamen in libro de *inſomniis ſpinam* interpretatur. R. *Levi Ben Gerſon* & *R. Abarbanelem* ad Exod. XXV. *R. Davidem Kimcki* in libro radicum, & ex eo auctorem libri egregii, qui, ex Pſ. L. 2. מכלל יופי *perfectio pulchritudinis* appellatur הוא מין ממיני הארז הטוב בהם *eſt ſpecies cedri, & quidem optima*. Ex Chriſtianis pro *cedro* pugnant *Franc. Junius* ad Exod. XXV. 5. & Jeſ. XLI. 19. *Arias Montanus* in libro de *tabernaculo*, *Jo. Bapt. Villalpandus* comm. ad Ezech. cap. XLV. tom. II. fol. 303. *Andr. Baccius* de *conviviis veterum* lib. I. cap. VI. *Jo. Coccejus* & *Campeg. Vitringa* ad Jeſaiæ locum citatum, *Jo. Buxtorfius* in lexico, *Aug. Pfeifferus* in *dubiis vexatis* p. 426. *Jo. Bened. Carpzovius* diſſert. de *arca fœderis* cap. III. *Jo. Fried. Nicolai in Hodogetico Orientali Harmonico* p. 600. *Criſtoph. Sontag* in ſingulari diſſ. de *lignis Sittim* Altorf. 1710. *Dav. Millius* diſſ. de *cornibus altaris exterioris* p. 19. ſqq. ſub præſidio Cl. *Jo. Jac. Quandtii* Regiom. 1714. & plures. Argumenta, quibus ſententiam hanc ſtabilire conantur, petita ſunt ex ligni cedrini præſtantia & dignitate, nec non ex loco Jeſajæ adducto, alia levioris momenti ut taceamus. Verum noſtro quidem ex judicio ea rem præſentem neutiquam conficiunt; prius minime ſtringere, jamdudum vidit *Jo. Henr. Urſinus* in *Arboreto Bibl.* cap. XXII. cum & alia dentur ligna valida ac levia, ut uſus vaſorum ſacrorum eſſet diuturnior, & ne humeri Levitarum portantium pondere nimio aggravarentur. Majoris omnino momenti eſſe videtur locus *Jeſaiæ* aliquoties adductus, ubi orationem Spiritus S. ſic compoſitam volunt, ut nos doceat, has ſpecies diſtinguendas non eſſe, cum voces proxime ſequentes per copulam ו diſtinxerit hoc modo: *cedrum Sittah*, & *myrtum & arborem oleoſam &c.* Præterea hanc hypotheſin confirmari ex ſchemate orationis prophetæ, docentis, Deum hoc tempore curaturum ſua providentia, ut in deſerto enaſcantur arbores magnæ, proceræ, oleaginei generis, in deſerto naſci non ſolitæ, judicat *Campegius Vitringa*, Interpres illuſtris. Sed quod pace Virorum doctiſſimorum dictum ſit, accentus Munach duo illa vocabula ארז & שטה non conjungit, ut Cl. *Sontagius* & reliqui contendunt, ſed potius divellit, ſicuti accentibus Munach & Merca Dan. I. 6. diverſiſſimæ perſonæ דניאל וחנניה indigitantur: imo nervus promiſſionis divinæ in eo latet, quod tantam arborum multitudinem Eccleſiæ promiſerit, alio tempore non expectandam. Ut taceamus lignum *Sittim* a Moſe nunquam ארז appellari, qui tamen ſæpius lignum ארז ſeorſim memorare ſolet, copulam ו inter duas voces ἀσυνδέτως interdum ſuppleri debere, Viri modo adducti ignorare non potuerunt, ſicuti Exod. XXII. 30. Deut. XXIV. 17. Habac. III. 11. & alibi exempla talis ellipſeos proſtant, diligenter congeſta a *Sam. Bocharto* hieroz. Part. I. lib. III. cap. XIII. fol. 854. *Chriſt. Bened. Michaelis* de *ellipſibus Hebr.* p. 43. & *Carolo Ludov. Hobeiſel* in obſervatt. philologg. ad *Jeſaiam* p. 246. Ipſum vero *Jeſaiæ* locum uberius excuſſit, atque dubia *Vitringæ* & reliquorum ſolide ſolvit *Bernhardus Eiben*, Vir doctus, in diſſert. de *ſylva myſtica Eccleſiæ promiſſa*. Bremæ 1724.

§. II.

§. II. Nos igitur, nixi versione *Arabica*, in qua vox *Sant*, *acaciam* significans, occurrit, facimus cum *Edmundo Castello* & *Jac. Golio*, qui ligna *Sittim* in lexicis suis *acaciam* interpretantur. Utraque sane vox, *Sant* & *Schittah*, pro *Schintah* שנטה, ejecto נ nun, & per Dages forte compensato, sicuti חטה pro חנטה, originem suam debet verbo Arabico שט, quod *longus*, *recta statura fuit*, designat. Descriptionem ejus exactam dedit *Hieronymus*, Doctor in Ecclesia *Stridonensi* celeberrimus, & cui, in illis terris per aliquod tempus versato, adeoque testi oculato, præ aliis fides haberi debet: *Sittah est genus arboris nascentis in eremo, spinæ albæ simile colore & foliis, non magnitudine: alioquin tam grandes arbores sunt, ut latissima ex iis tabulata cædantur, lignumque fortissimum est, & incredibilis levitatis ac pulchritudinis, ita, ut ex his etiam vasa torcularium, quæ ἄρτεινας & θηλύας vocant, ditissimi quique & studiosissimi faciant, quæ ligna in locis cultis & in Romano solo absque Arabiæ solitudine non inveniuntur*; ad Jes. XLI. Joel. III. & Mich. VI. Monent quidem aliter sentientes, ex spina Arabica tabulas sesqui-cubitales, quales, teste Mose, exinde confici debuerint, fieri haud potuisse, cum sit frutex nequaquam procerus, neque ὀρθοφύης, docente *Dioscoride* lib. I. cap. 133. unde hac observatione unica conjecturam nostram plane jugulari, Cl. *Wichmanshausenius* sibi persuadet; sed cum *Theophrastus*, auctor antiquitate & gravitate apud omnes venerabilis, *acaciam* illam fuisse *duodecim cubitorum*, *atque tectis aptam* lib. IV. cap. III. testetur, sententia, quam nos tuemur, omnibus aliis præferenda videtur. Non mirum ergo est, quod eandem calculo suo comprobaverint Viri eruditionis laude florentissimi, ex quibus memoramus præter *Jo. Henr. Ursinum* Arboret. lib. cap. XXII. *Hillerum* aliosque a diligentissimo nostro *Jo. Simonis* in *arcano formarum* p. 333. jam excitatos, *Woltersium* differt. I. §. II. sqq. *Jo. Hammium* tract. de *ara interiori* cap. II. Rev. *Bernh. Eiben* diss. cit. atque *Henric. Lampium* differt. de *pruna ab altari sumta* ad Jes. VI. 6. p. 6. add. Ven. *Jo. Christ. Kirchmeier* differt. de *velo tabernaculi* interiori, ejusque mysterio. §. XIII. Imo si dubium alicui superesse videatur, ipsum remittimus ad eruditissimam, quam *Theodorus Hasæus*, polyhistor eximius, de *ligno Sittim* conscripsit, dissertationem, (quæ in *sylloge* ejus est numero quarta p. 170. sqq.) multis auctorum veterum & recentiorum testimoniis refertam, ex cujus §. XLVII. summam argumentorum omuinm, quæ pro nostra sententia urgeri possunt, subjungere nunc lubet: *cum hæc* (Acacia) *nomen Sittim in hunc usque diem apud Arabes atque Ægyptios retinuerit; cum non defuerint antiquissimis temporibus, qui de hac arbore cogitaverint; cum in ipsis illis locis, in quibus olim Israelitæ iis lignis usi sunt, illæ arbores occurrant, idque valde abundanter, idque ita, ut vix alius generis ibi inveniantur. Cum omnia, quæ de arbore Sitta referuntur, in nostra reperiantur abunde; cum præbeat materiam solidam, duram, pulchram, incorruptibilem, atque adeo exstruendo tabernaculo, conficiendisque ejus vasis apprime idoneam. Cum nihil obstet, cur minus de hac explices. Cum ex adverso nullum hucusque productum sit arborum genus, in quod isthæc omnia quadrant, cum hæc omnia ita sint, tui sit, æque lector, judicii, tui arbitrii, numne subductis rationibus hanc debeamus facere cogitationum nostrarum summam*, העץ שטים esse *Acaciam*, *sive spinam Arabicam*. J. Q. D. O.

§. III. De *loco*, ubi Israelitis tanta horum lignorum copia facta sit, & olim & hodie fuit disceptatum. Quidam Doctores Hebræorum dicunt, Jacobum Patriarcham, cum per Spiritum S. prævíderit, posteros suos ædificaturos esse tabernaculum in deserto, cedros secum in Ægyptum tulisse, eas ibi plantasse, & filiis suis mandasse, ut ex Ægypto migraturi secum illas efferrent. Ita R. *Salomon* ad Exod. XXV. & R. *Becbai* in comm. ad *Pentateuchum* fol. 101. col. 1. Verum cum plane credibile non sit, quod a populo Israelitico summa cum festinatione egresso tabulæ tot cubitos longæ & latæ per deserta Ægypti ac Arabiæ gestari potuerint, hanc traditionem fabulam anilem prorsus sapere, ecquis non videt? unde ex ipsis Judæis R. *Abarbanel* comm. ad legem fol. 190. col. 1. & R. *Aben Esra* ad Exod. XXV. eam merito rejecere. Prioris ex judicio gentes finitimis ex regionibus ad castra Israelitarum confluentes ligna hæc vendiderunt; sed magis placet posterior, qui scribit אותם שהיה יער סמוך להר סיני ומשם כרתו *monti Sinai vicinam fuisse sylvam lignis illis consitam, ibique ea ab Israelitis excisa*. Locum integrum repetere nunc non lubet,

jubet, cum *Carpzovius*, *Quandtius*, alii, jam dudum illum exhibuerint. Hæc certe sententia nititur auctoritate codicis Sacri, qui locum quendam *Sittim* Num. XXV. 1. XXXIII. 49. Jos. II. 1. III. 1. & Mich. VI. 5. diserte memorat, situm in campestribus Moabi, tribus vel quatuor circiter milliaribus a mari mortuo, ubi Balak Rex Moabitarum Israelitas castra ibi metatos maledictionibus impii Bileami aggredi conatus est, quos armis expellere non potuit. Interim hæc non ita accipi debent, quasi in solo loco *Sittim* ligna ejusdem nominis reperta fuerint, licet major forsan eorum copia ibi esset, omniaque alia proceritate insolita longe superarent, cum potius *Hieronymus* laudatus testetur, *ea per eremum montis Sinai inveniri*; comm. ad Mich. locum citatum; unde non opus est, ut cum Cl. *Carpzovio* discedamus a sententia R. *Aben Esræ*, quæ contra literas sacras minime pugnat, sed cum ipsis facile conciliatur. Cæterum an locus hic nomen suum acceperit ab arboribus, an vero arbores a loco, Viri docti adhuc disceptant, imo quidam cum *Cartwrigtho*, Viro celebri, judicium suum suspendunt; sed locum illum ab arborum frequentia sic appellatum fuisse, nos cum *Jac. Bonfrerio* & aliis asserere non veremur, sicuti quercus, palmæ, ficus, aliæque arbores urbibus, vallibus, montibus, locisque pluribus, quæ illis abundabant, appellationem dederunt. Lege sodes *Theodorum Hasæum*, supra laudatum, §. VII. *Jo. Georg. Abichtium* in doctissimis annotationibus ad R. *Esaiæ commentarium in Josuam* p. 24. necnon *Jo. Christoph. Wichmanshausen* differt. de *navi Tyria* ad Ezech. XXVII. 4. 6. p. 12. qui hoc de more veterum plura omnino suppeditabunt. De ipso loco *Sittim* autem, quem ex monte olivarum conspici posse R. *Benjamin Tudelensis*, Vir non omni fide indignus, [1] in itinerario suo p. 44. testatur *Hadrianus Relandus* in *Palæstina* p. 520. & *Eduardus Pocockius* comm. ad Joel p. 358. diligenter egerunt.

§. IV. Missis lignis *Sittim*, ad contemplationem *auri*, quo mensa nostra obducta fuit, alacres progredimur. Ita autem de eo Moses v. 24. צפית אותו זהב טהור & *obduces eam auro puro*, id est מזקק שבע פעמים *septies purgato*, ut *R. Abarbanel* comm. ad *legem* explicat quod ab omnibus scoriis jam liberum nihil de pondere suo amittit, licet in ignem denuo conjiciatur, unde Interpretes *Alexandrini* per καθαρὸς reddunt, quæ vox de auro quoque usurpatur apud *Theognidem* v. 226.

ἄνθος ἔχει καθαρὸν

florem habet purum,

aurum scilicet, quod ἀπέφθον *excoctum* dixerat v. 225. Doctores Hebræorum *septem* auri genera vulgo recensent, & nostro טהור, quod locum primum meretur, secundum imprudenter vindicant in Gem. Hierosol. Joma fol. 41. col. 4. & alibi; sed inconstantiam eorum in recensendis variis auri speciebus nemo ignorat, in scriptis ipsorum mediocriter etiam versatus. Sic *R. Ase* dicit, *quinque tantum esse auri genera, cum in unoquoque eorum sit aurum, & aurum* טוב. Quidam, nominatim *Abenesra* ad Exod. XXV. aurum טהור idem faciunt cum מזקק, aliis utrumque diversum pronuntiantibus. Alibi aurum טהור plane omittitur, & loco ejus זהב κατ' ἐξοχὴν sic dictum loco primo occurrit; vid. *Joma Babylon.* fol. 44. *col.* 2. alia inconstantiæ specimina, quæ passim occurrunt, ut taceamus, conf. quæ de auro טהור nos diximus tum in *decimis sacris* observ. XI. tum in *meditatione* sacra de *lamina aurea Pontificis M. ejusque mysterio*. Sect. I. §. 2. Auro igitur præstantissimo, quod candelabro aliisque splendidis tabernaculi Mosaici vasis materiam quoque præbuit, mensam nostram obductam fuisse, omnino arbitramur. Obductionem ipsam quod attinet, codex sacer crassitiem auri prorsus non memorat, neque Magistri Hebræorum determinare eam conantur. Hoc certum est, mensam sacram non tenui deauratam fuisse chrysite, sed crassioribus auri optimi laminis, ut recte quidem judicat Woltersius differt. I. §. VIII. sed an crassities illa trium Ducatorum fuerit, uti idem Vir doctus ex traditione Hebræorum, qua muros templi sic obductos referunt, aliquatenus colligit, in medio relinquimus, censentes, melius esse, judicium suum suspendere, quam conjecturis inhærere incertis. Interim laminas mensæ sacræ minime tenues fuisse, non modo ex ingenti auri summa, vasis tabernaculi & templi conficiendis inserviente, sed etiam ex locis variis, ubi idem verbum צפה usurpatum legimus, merito colligitur. v. g. Num. XVII. 3. ubi obductio *altaris* diductis thuribulis æneis facta, nec non 1. Reg. VI. 21. ubi tota templi Salomonæi domus auro obducta memoratur; ut taceamus emphasin vocis צפה, quæ a verbo nostro descendens, *tegu-*

men-

mentum columnarum indicat, docente *Meinh. Pleſkenio* in elegantiſſima de *columnis templi Salomonæi* diſſertatione, p. 146.

§. V. Gentilium menſæ *ſacræ* ac *profanæ*, ſeu communes, immanis quoque pretii olim erant. *Sacras*, quas Ariſtophanes Ἱερὰς & Cicero *ſolennes* appellant, ex *argento* inprimis confectas fuiſſe, licet etiam *aureas* habuerint atque *æneas*, vel ex ſolo *Cicerone* conſtat, ubi *Dionyſium de omnibus delubris, in quibus more veteris Græciæ inſcriptum legerat.*

BONORUM DEORUM

uti ſe de eorum bonitate velle dicentem, menſas argenteas de omnibus delubris juſſiſſe auferri teſtatur lib. III. de *natura Deorum* cap. LXXXIV. p. m. 347. Paulo aliter Scriptores alii rem illam referunt, unde etiam *Athenæus* lib. XV. menſam *auream*, Ælianus Var-Hiſt. lib. I. cap. XX. menſam *argenteam*, & Ariſtoteles œcon. II. ſub finem χρύσην ἢ ἀργυρέαν a Dionyſio ablatam fuiſſe ſcribunt, docente *Jo. Scheffero* in notis eruditis ad *Ælian.* p. m. 33. Non minus menſæ *communes*, (quæ tamen etiam *ſacræ* habebantur, ſicuti *Curtius* Hiſt. lib. V. menſam Darii *ſacram* appellat, unde non aliter Deorum imagines præponebant atque altaribus ariſque templorum; vid. præter alios *Caſp. Barthius* animadv. ad *Claudian.* p. 1153.) apud Romanos pretioſæ valde erant; *ex citro* enim arbore, quam ſpeciem *cedrorum* fuiſſe Vir illuſtris, *Petr. Dan. Huetius*, conjicit, magnam partem parabantur. Hæc autem quanto in pretio habita ſit, ex tot veterum teſtimoniis v. g. *Martialis*, *Plinii*, aliorum, qui pretium ejus auro conferunt, abunde patet. *Martialis* iu lemmate lib. XIV. ita canit:

> *Accipe felicis Atlantica munera ſylvæ:*
> *Aurea qui dederit dona, minora dabit.*

Plinius vero lib. XIII. cap. XV. & ex eo *Tertullianus* in libro de *pallio* cap. V. memorant, *Tullium quingentis millibus nummum orbem citri emiſſe, Aſinium Gallum vero bis tantum pro menſa ejuſdem Mauritaniæ numeraſſe.* Verum quantum ad notas nummorum apud Plinium occurrentes attinet, Viri doctiſſimi in diverſa abeunt, quibuſdam pretium illud valde minuentibus, aliis immanem in modum augentibus; vid. *Guil. Budæus*, immortale *Galliæ* ſuæ ornamentum, lib. III. de *aſſe*. p. m. 287. edit. *Rechenbergianæ*, & qui contra eum varia erudite monuit, locum *Plinii* ex codicibus manuſcriptis correctum integrum exhibens, *Petrus Ciacconius*, Toletanus, in libello inſigni de *Triclinio Romanorum* p. 20. ſqq. nec non *Andr. Baccius* de *conviviis antiq.* lib. I. cap. VI. Quicquid autem de notis illis inter Viros doctos diſputetur, ingens harum menſarum pretium fuiſſe, nemo ibit inficias: idem enim confirmat teſtimonium *Senecæ*, qui tamen ipſemet quingentas menſas citreas habuit pedibus eburneis, teſte *Dione Caſſio* in vita *Neronis*, lib. XII. de *beneficiis* cap. X. ſcribentis, menſam ejuſmodi æſtimatam fuiſſe *cenſu Senatorio*, id eſt, duodecies centena millia nummum, uti cenſum hunc *Suetonius* in vita *Auguſti* explicat. Neque omitti debent coronæ argenteæ, aureæ interdum & gemmis diſtinctæ, quæ menſis ejuſmodi addebantur; hinc, obſervante *Ciacconio* modo laudato, Scævola *in lege qui uxori ff. de auro & argento legato* cum dixiſſet: *perveniamus ad gemmas, incluſas argento auroque*, ſubjungit: *Sed & in coronis menſarum gemmæ coronis cedent, & hæ menſis.* add. *Lazarus Bayfius* de *vaſculis.* f. 703. Merito igitur Tertullianus, *inſanam illam ambitionem*, ſicuti a *Cl. Urſino* appellatur, alicubi referens exclamat: *Hem! quantis facultatibus æſtimavere ligneas maculas.* Plura de menſis citreis, earumque pretio habent *Laurentius Bergerus* in *theſauro Brandenburg.* tom. I. fol. 303. *Fulvius Urſinus* in appendice ad *Petr. Ciacconium* p. 292. ſqq. *Petr. Dan. Huetius* comm. de *navigationibus Salomonis* cap. I. §. 6. *Jo. Henr. Urſinus* in *arboreto bibl.* cap. XLIII. p. 571. *Petr. Zornius* in *biblioth. antiq. exeg.* tom. I. p. 541. & qui primo loco nominari debebat, Vir illuſtris *Georg. Wolffg. Wedelius* exercitatt. medico philologg. Cent. II. Dec. II. exerc. VIII. integra p. 51. ſqq. Cæterum omnino optandum eſſet, ne homines Chriſtiani eandem ambitionem maxime indignam tum in ſacris, tum in vita communi, unquam imitarentur. Olim *Juſtinianus* Imperator menſam ſacram ex auro, argento, & lapide omnis generis, & ligno & metallo & aliis, quæcunque terra & mare & univerſus orbis fert, pretioſiſſimis confectam, in Eccleſia S. Sophiæ ad S. cœnæ celebrationem dedicavit, teſte *Georgio Cedreno*, qui tamen Scriptor exiguæ auctoritatis cæteroquin eſſe ſolet, ex judicio *Xylandri*, & *Scaligeri*

ligeri apud V. Cl. *Jo. Andr. Schmidium* in decade dissertatt. p. 160. quibus calculum addunt *Jo. Reiskius* de *imaginibus Jesu Christi Abgarenis* cap. II. §. XIII. ipsemet laudatus *Schmidius* in *Historia seculi VIII. variorum fabulis maculata* p. 40. 49. & longe plures. Quicquid vero sit de auctoritate *Cedreni* sentiendum, nobis mirifice arridet acutissimum judicium *Hermanni Witsii*, Theologi olim Batavi celeberrimi : *dubito, an tam pretiosa mensa satis consultum fuerit simplicitati rei Christianæ, cujus pretium non in externo aliquo apparatu statuendum est, sed in rerum spiritualium & arcanarum, quæ non nisi mente ac fide conspiciuntur, inæstimabili præstantia*; miscell. S. lib. II. diss. I. de *tabernaculi Levitici mysteriis* §. XXXVI. p. m. 418.

[1] *Viginti quatuor* cedrorum species Rabbini numerant in *Bereschith Rabba* Sect. XV. Talmudici autem *decem* duntaxat in *Rosch haschanah* fol. 23. 1. quibus paria leguntur in *Bava Bathra* & *Thaanith*. R. *Bechai* in leg. fol. 173. numerat tantum *septem*, notante *Buxtorfio* in *lexico Talm.* 212. Huic suffragatur R. *Maimonides* in tract. de *vacca rufa* cap. III. Sed hæc omnia præter Scripturam, quæ unius tantum τῶν ארזים speciei mentionem facit, cui omnia prædicata competunt, judice Cl. *Lampio* in specimine primo Theologiæ hieroglyph. de *cedro* §. III. Ultraj. 1724. addi meretur *Wichmanshausen* diss. de *Navi Tyria*. Ezech. XXVII. 4. 6. p. 16. Witteb. 1714.

[2] Licet enim *fidem* & *ingenium* interdum in hoc Scriptore desideraverint *Wagenseilius*, *Hottingerus*, alii, quorum judicia *Jo. Alb. Fabricius* in *cod. pseudepigr.* V. T. tom. I. p. 1068. 1120. & Ven. *Jo. Christ. Wolfius* in *Biblioth. hebr.* sedulo collegerunt; quibus calculum suum addunt Vir doct. *Meinh. Plesken* tract. *de columnis æneis in portico templi a Salomone positis* p. 213. in notis, *Jo. Zach. Hilliger* differt. de *Psalmorum, hymnorum* atque *odarum sacrarum discrimine* p. 13. & *Theoph. Siegfr. Beyer* de *inscriptionibus Judæorum græcis & latinis* p. 2. non semper tamen acri censura dignus nobis videtur, unde *auctor non omnino adspernabilis* appellatur a *Casp. Barthio*, Viro Illustri, in animadv. ad *Claudianum* p. m. 135. immo multis ipsum elogiis extollit *Renaudotius*, Abbas Parisiensis. conf. *Acta Erudit. Lips.* supplem. tom. VII. Sect. v. p. 225.

CAPUT III.

De mensæ Sacræ aliarumque forma, & partibus singulis.

ARGUMENTUM.

§. 1. Mensæ Hebræorum quadratæ, non circulares. סבב, סביב *&* מסיבה *quadrata æque ac rotunda indicant. Mensæ aliæ rotundæ. Varronis encomium. §. 2. Cubitus Hebræorum duplex, sacer & profanus. §. 3. Mensæ veterum uno, duobus vel tribus pedibus instructæ. Tripodes erant divitum & pauperum. Pedes mensarum eburnei, pedibusque animalium similes. §. 4. Pedes mensæ sacræ non acuti, sed pedum animalium §. 5.* טבעות *annuli.* Δακτύλιος *pastillus.* Κρίκος *omne, quod annulo simile est. Annuli acuminati, ubi & quomodo infixi?* לעמות *subter, juxta. Kahathitæ mensam humeris ferebant. §. 6. Vox* בר *late patet.* στέλεος *manubrium securis. Forma vectium quæ? In textu Josephi varia loca corrupta. §. 7. Nomina formæ* מקדש *locum & instrumentum indicant. Vocis* מסגרת *radix & significatio. Voces coronis & zophorus explicantur. Fregium unde dictum? Palmus est mensura IV. digitorum. Græcis* παλαιστής. *§. 8. Limbus mensæ duplex, inferior & superior.* זרה *cinxit, hinc* זר *limbus. Vox* ἕλιξ *late patet. Cymatia quæ & quotuplicia?* στρεπτὸν *rem flexilem & tortilem notat. Interrasilia quæ? Non omnis mensæ superficies suit plana. Limbus undulatus.*

§. I.

MEnsæ Hebræorum, si non omnes, attamen maximam partem videntur fuisse *quadratæ*, sicut & Salomonis mensæ *quadratæ* erant, nec non illæ, quarum de immunditie disputatur in Oholoth. fol. 64. 2. ut optime animadvertit *Theod. Dassovius* dissert. de *accubitu ad agnum paschalem Hebræorum veterum* Thes. V. p. 21. Aliter quidem sentiunt *Thom. Godwinus* in *Mose* & *Aarone* lib. III. cap. II. §. XXIV. & qui cum ipso facit, *Petrus Zornius* in *Biblioth. antiq. exeg.* p. 540. existimantes, mensas apud Hebræos perfecte circulares fuisse, unde ipse accubitus vocetur מסבה *discubitus circularis*, a radice סבב *circumivit, ambivit*, modusque convivas ad accubitum invitandi sic sonaverit סובו *circumsidete. Non circumsidemus* לא נסב *donec venerit huc* 1. Sam. XVI. 12. rursus: *Filii tui ut plantæ olearum* סביב *circum mensam tuam.* Sed argumentum hoc pro forma rotunda ex vocibus Hebraicis

braicis סבב, סביב & מסיבה, petitum, cum quadrata æque, ac rotunda cum iis construantur Levit. I. 11. & alibi, haud immerito leve visum est *Jo. Henr. Hottingero*, Viro in his literis longe versatissimo, in notis doctissimis ad *Godvvinum*. Audire eadem de re juvat *Theod. Dassovium* supra laudatum: *Accubitus ille non erat præcise circularis, nec probari illud ex eo potest, quia vocatur* הסיבה & מסיב; *nam licet istæ voces a radice* סבב *deriventur, quæ significat circumivit, ambivit, non tamen præcise circuitus & ambitus circularis indicatur, quoniam & ipsum nomen* סביב, *quod circuitum notat, etiam de circuitu quadrato adhibetur; quando sanguis dicitur spargendus circum altare holocaustorum, quod tamen altare quadratum erat, & corona dicitur circa mensam panum facierum facienda, quæ mensa itidem non rotunda sed quadrangula erat. Unde Kimchius in libro radicum per* סבוב & הקפה *sive ambiendi & cingendi verbis accubitum describit, nec figuram tantum circularem attendit; unde & verbum* הקיף *ambivit etiam de ambitu altaris accipitur a Maimonide ad Tamid VII.* 3. *quod tamen figuram non habebat circularem*. Thes. I. §. II. In genere apud veteres mensæ primum fiebant *quadratæ*, postea *rotundæ* esse cœperunt, hinc Poetæ illas *quadras*, has *orbes* vocant. Virgilius Æneid. lib. VII.

> *Et violare manu malisque audacibus orbem*
> *Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris.*

Et *Varro*,) diligentissimus ille antiquitatis investigator, judice *Jo: Dougtæo* in libro de *calicibus eucharisticis* p. 2.) lib. IV. de lingua latina: *ea erat quadrata - - - postea rotunda facta*. *Rotunda* cur deinde facta sit, causam adfert *Athenæus* libro IX. *quod scilicet mundum globosum esse veteres arbitrarentur*: Διὸ τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάσαντο οἱ παλαιοὶ πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ. Vid. *Petrus Ciacconius* de *triclinio* p. 25. & *Fulvius Ursinus* in *appendice* p. 291. nec non *Lazarus Baysius* de *vasculis* f. 703. & *Jo. Henr. Reizius* ad *Goodwini* locum citatum.

I. II. Mensuram mensæ nostræ integram Spiritus S. v. 23. ita tradit: אמתים ארכו ואמה רחבו ואמה וחצי קמתו *duorum cubitorum longitudo ejus, & unius cubiti latitudo ejus, & sesquicubiti altitudo ejus*. Quæ verba per se quidem satis clara sunt, sed cum nota satis sit Hebræorum traditio, duplicem dari cubitum, sacrum & profanum seu communem, atque in quibusdam templi vasis adhibitos fuisse cubitos, qui palmos sex complecterentur, in aliis autem cubitos palmorum quinque, uter cubitus in dimensione mensæ sacræ locum habuerit, ipsos inter Judæos acriter disputatur, quibusdam cum R. *Jehuda* pro cubito quinque palmorum, aliis cum R. *Mejer* pro cubito sex palmos complectente pugnantibus, vid. *Bartenora* ad מנחות XI. 5. cujus verba integra jam adduxerunt *Woltersius* differt. I. §. XVII. & qui ex eo multa sumpsit, suppresso auctoris nomine, *Jo. ab Hamm* tract. de *ara inter*. Part. I. cap. III. §. I. Interim omnis difficultas mox cessabit, si modo observetur, cubitos quinque palmorum in *Gemara Menachoth* fol. XCVII. 2. alibique restringi ad sola altaria vel nonnullas partes eorum, sic ut mensa nostra & vasa, reliqua ad cubiti hexadori, non pentadori, mensuram confecta sint, uti jamdudum docuit *Hadrian. Relandus Antiq. Hebr.* Part. I. cap. V. §. XIII. in differt. de *filo rubro altaris* §. IV. & in libro de *spoliis templi Hierosolymitani* p. 87. Ut taceamus, esse Viros doctissimos, qui unum modo cubitum admittant, censentes, cubitum vulgarem, seu quinque palmorum a Rabbinis ex loco Ezech. XLIII. 13. male derivatum fuisse. Verum hac de lite nos forsan alibi agemus, ad pedes mensæ Sacræ alacriter perrecturi. Plura qui de hac *cubitorum* mensura legere cupit, eum nos remittimus ad auctores, a *Phil. Labbeo biblioth. numm.* Part. II. p. 50. sqq. edit. *Rechenberg.* & *Jo: Alb. Fabricio* in *bibliographia antiq.* cap. XVI. §. XVII. diligenter excitatos [1].

§. III. Pedes mensæ nostræ erant *quatuor* Exod. XXIII. 24. quales ob firmitatem singularem apud veteres magno in usu fuerunt, unde etiam τράπεζας q. d. τετράπεζας appellarunt vid. supra cap. I. §. IV. Cæteroquin apud Romanos mensæ aut *uno* tantum pede fulciebantur, & *monopodia* erant, in deliciis quoudam habita, testibus *Livio*, *Plinio*, aliis; aut *duobus* pedibus nitebantur, *bipedes* dictæ, quales in marmoribus Romæ expressas vidit *Petr. Ciacconius*, Vir eximius, & qualem *Martialis* memorat lib. XII. epigr. XXXII.

> *ibat tripes grabatus & bipes mensa*,

unde *Lazarus Baysius*, de *vasculis* f. 704. & *Fulvius Ursinus* in appendice eas frustra negant. Frequentiores tamen fuerunt *tripedes*, uti ex marmoribus

ribus veterum patet, nec non ex quingentis mensis citreis, quas *Seneca* habuit, teste *Dione Cassio* in vita *Neronis*. add. *Andr. Baccius* de *conviviis antiquorum* lib. I. cap. VI. fol. 38. Fallitur ergo *Ludov. Woltersius*, falluntur & alii Viri docti, qui mensas *tripedes* inferiorum tantum & pauperiorum hominum fuisse volunt; licet enim eas parsimoniæ atque tenuitatis signum esse, ostendere videatur nequissimus *ille Tigellius*, in vivendi ratione dissimilior & inæqualior, quam æstas hyemi comparata, apud *Horatium* lib. I. Sat. III. his verbis:

modo sit mihi mensa tripes,

id est, mutila & clauda uno pede, ut plerumque pauperiorum suppellectili accidit, collato loco *Martialis*:

ibat tripes grabatus,

id est, uno pede claudus. Sicut etiam *Hermogenes* inquit: *nihil moror istorum lautitias, vel tripedem boni consuluerim mensam*; vid. *Adrianus Turnebus* in *adversariis* doctissimis lib. XIX. cap. IV. p. m. 360. Observandum tamen est, mensas ejusmodi *tripedes* etiam *ditiorum* hominum fuisse, uti antea docuimus, distinctas materia & forma; nam mensæ divitum habebant pedes eburneos, animaliumque pedibus similes; hinc canit *Lucanus*.

Dentibus his niveis sectos Atlantide sylva
Imposuere orbes.

Et *Juvenalis* Sat. XI. v. 123.

- - - latos nisi sustinet orbes
Grande ebur & magno sublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes.

Cratinus hujusmodi mensam τρισκελῆ dixit, quod tribus quasi cruribus niteretur, cujus nimirum pedes ad similitudinem crurum essent facti, docente *Fulvio Ursino*, qui ex loco *Epicharmi* simul observat, mensam, quæ quatuor pedibus sustineatur, etiam *tripedem* ab antiquis dictam fuisse, in appendice ad *Ciacconium* p. 295. Legi quoque hac de re meretur *Laurentius Begerus*, Vir illustris, in *thesauro Brandenburgico* Vol. III. fol. 2x2.

§. IV. Materia pedum mensæ Sacræ non fuit ebur, non lignum inauratum, sed ipsum *aurum*; ex auro enim fusos fuisse, ex Exod. XXXVII. 13. recte colligitur. Forma eorum autem quæ proprie fuerit, ob silentium codicis Sacri non satis accurate definire licet. accedit silentium Hebræorum, qui de ea vel nihil prorsus, vel paucissima saltem, eaque valde obscura, tradiderunt, excepto, *Josepho*, quia ita scribit: ἦσαν δ' αὐτῇ πόδες, τὰ μὲν ἐξ ἡμίσους ἕως τοῦ κάτω τέλεως ἀπηρτισμένοι, οἷς Δωριεῖς προστίθεασι ταῖς κλίναις ἐμφερεῖς, τὸ δὲ πρὸς αὐτὴν ἀνάτεινον τετράγωνοι τῇ ἐργασίᾳ, *Erant autem illi pedes, qui quidem a medio usque ad finem perfecti erant, quales lectis suis Dores apponere solent; pars vero sursum tendens operis erat quadrangularis*; Antiq. Jud. lib. III. cap. VII. Verum enim vero licet huic auctori, testi haud vulgari, fides omnino sit habenda, attamen verba ejus minus perspicua variis Virorum Eruditorum dissensionibus occasionem dederunt. Partem pedum superiorem *formæ quadrangularis* fuisse, diserte satis memoratur; sed verba illa τελέως ἀπηρτισμένοι quid sibi velint, minus liquet. *Interpres* Josephi antiquus vertit *pedes factos per circuitum rotundos & tornatiles*; sed hanc quidem vim in illis verbis non sitam esse, a *Relando*, Viro Clarissimo, jamdudum annotatum est. *Woltersius* judicium suum suspendit, scribens, non de nihilo esse, quod Josephus ad *Dorienses* Lectorem ableget; integrum enim ei relinqui judicium, formam eorum & arti, quæ tum florebat, & elegantiæ convenientem, concipiendi, ita ut iisdem illi, quibus alii pedes, partibus constiterint, suamque singuli habuerint basin, ex qua erectus scaphus capitello coronandus sit, quæ tamen partes singulæ non exornatæ tantum, sed & pedibus mensæ convenientes concipi debeant. Sect. I. §. IX. Novam vero, vel potius novo antiquam, viam ingressus est *Bernhardus Lamy*, Presbyter *Parisiensis*, existimans, pedes fuisse in acutum desinentes, ne sorices in mensam ascenderent, panesque ei superpositos læderent, sicuti pedes lectorum Doriensium acuti solo inhærebant, ne cimices, scorpiones, & id genus animalia, quibus cum in plagis Orientalibus bellum geri solet, in lectos ascenderent, somnumque interpellarent; lib. III. de *tabernac. Mos.* Sect. I. cap. IV. fol. 372. conf. *decimæ sacræ* observ. XXI. Ast cum forma hæc pedum cum gravitate & soliditate operum Doricorum, quæ *Vitruvius* aliique extollere solent, minime conveniat, & præterea mures aureis pedibus, licet non acutis, ob lævitatem singularem unguibus suis inhærere non possint, nos nulli dubitamus, quin conjecturis aliis præferenda sit sententia hodie recepta, secundum quam pedes illi formam *animalium* habuere. Certe in *arcu* Titi

Ves-

Vespasiani, Romæ adhuc conspicuo, luculenter animadvertimus, eos desinere in simulacra verorum *pedum*, quales sunt *animalium*; nam ungularum tripartita distinctio oculis nostris manifeste sese ingerit. Qui deliciis hisce delectantur, adeant diligentissimum *Hadr. Relandum* cap. IX. cui effigiem ipsius mensæ, atque varias observationes eruditas, quæ huc spectant, orbis literatus omnino debet. Eandem sententiam calculo suo comprobare Ven. *Conradum Ikenium* in eximio *Antiq. Hebr.* compendio, cujus editio secunda jam lucem vidit, Part. I. cap. VII. §. XX. læti nuper animadvertimus.

§. Horum pedum ad latera erant *annuli quatuor*, ex auro puro fusi. Exod. XXV. 26. In textu Hebræo dicuntur טבעות *annuli*, *unci* & alia, per quæ aliquid transmittitur, a verbo טבע, quod *infixus fuit* significat; Interpretes *Alexandrini* vocem illam binis vicibus σύμβλησιν, cæteroquin δακτυλίους reddere solent, quod nomen posterius scriptoribus Græcis *pastillum* denotat, docente *Ezech. Spanhemio* observatt. ad *Callimach.* p. 328. sq. Quoniam vero טבעות ab *infigendo* nomen habent, exinde satis constat, haud fingendos esse annulos *pendulos*, sed potius *acuminatos*, uncos circuli dimidii aut quadrati, unde Josephus κρίκους dicit, qua voce non semper necessario *annulus*, sed quidvis annulo simile, apud *Pollucem* aliosque designatur. Sed audire juvat ipsum *Josephum*, utpote ex quo solo formam uncorum, & alia huc spectantia, cognoscere licet: καθ' ἕκαστον δὲ τῶν ποδῶν καὶ ταύτῃ ἐλήλατο κρίκος, οὐκ ἄπωθεν τοῦ ἐπιθέματος, δι' ὧν ἵεσαν σελέοι χρυσέοι ξύλου τὸ νέρθεν ὄντες ἐξαίρετοι *& per singulos pedes inerant annuli fere circa summum pedem; per eos ibant manubria lignea inaurata, quæ inferne eximi poterant*, Antiq. Jud. lib. III. cap. VII. id est, ut *Hadr. Relandus* loc. cit. p. 97. bene scribit: *si quis vectes ex annulis vellet eximere, non debuisse eos usque ad capita sua & ulterius per uncos propelli, sed versus inferiora ferri secundum ductum ipsius unci, donec per spatium apertum inter uncum & pedem mensæ demitti possent & eximi.* Situs horum uncorum fuit לעמת מסגרת id est, ut vulgo reddunt, *ex regione teniæ palmaris*, quæ pedes conjungit & cohibet v. 27. sed rectius alii *subter*, *juxta*; nam conjunctionem in situ atque proportionem hac voce vi radicis indigitari, bene observat *Jo. Coccejus* in lexico, unde non sine causa scribit *Castellus*, at quantus Vir, *se non capere, qua ratione* Ex Adverso *communiter interpretentur*; in *lexico heptagl.* ad illam vocem. Pro eadem notione pugnat Cl. *Pleskenius* loc. cit. p. 169. sq. in notis. Adeoque non ipsi cingulo מסגרת affixi fuerunt, ut quidam hallucinantur, sed *subter*, *infra* illud: vel etiam si quis vertere malit *e regione*, a cingulo מסגרת tamen aberant, licet ad illud converterentur, unde *Relandus* verba textus sacri non incommode vertit: *ut respiciant versus cingulum*. Cæterum annuli isti commode sic locari possunt, si modo attendamus, mensam nostram humeris ministrorum Kahathitarum, quos phrasi Julii Firmici *divinarum ceremoniarum bajulos Ikenius* antiq. jud. Part. I. cap. XI. §. VIII. eleganter appellat, elatam fuisse. Num. IV. si enim demissis brachiis eam transtulissent, necessario terram attigisset, alta cubitum unum cum dimidio, ut supra vidimus.

§. VI. Hos per annulos mittebantur *vectes*, quibus mensa nostra ab uno loco ad alium transferri debuit. Erant autem ex ligno *Sittim*, auroque obducti v. 28. In textu Hebræo appellantur בדים, quæ vox *rem in longum instar lineæ extensam* proprie significat, unde de lino, linea, fructibus, pertica, de nervis hominum & de ramis arborum usurpari solet; vid. *Theod. Hasæus* in tract. de *Leviathane Jobi & Ceto Jonæ* cap. V. §. I. p. 166. & *Jo. Simonis* loc. cit. p. 321. sq. Josephus dicit σελέες, quæ vox apud Homerum *manubrium securis* designat, alibi autem, ubi de vectibus arcæ fœderis & altaris aurei agitur, vocem σκύταλις adhibet; hinc forte in eam aliquis incideret conjecturam, Josephum credidisse, quod vectes mensæ figuram a reliquorum figura diversam habuerint. Et certe *Bernhardum Lamy*, Virum doctissimum, ita judicasse, nuper animadvertimus? sed ipsa ejus verba ex libro rariori, & qui in paucissimorum manibus versatur, subjungere nunc lubet: *Josephus hos circulos & vectes, qui per eos immittebantur, ita explicat, ut habuerint formam peculiarem, quam Interpres ejus non assecutus est*. Et paulo post: *Manubria non erant similia his vectibus, quorum partes æqualiter rotundæ sunt, & per annulum possunt æqualiter permanere veluti fustis, regula σκυτάλιδες; quo nomine idem Josephus appellat vectes, quibus arca fœderis & altare aureum deferebantur, & conjungebantur in-*

ter se tabernaculi tabulæ. Vectes autem illi, sive manubria, de quibus nunc loquimur, non educebantur motu, ut dicitur, horizontali, sed infra dimittebantur, ut separarentur a fibula, qua cum annulo conjungebantur. Et hoc est, quod dicit Josephus his verbis, quæ Galenius non intellexit : κοῖλον γὰρ ἔχεν ἐπ' αὐτοῖς τὸ κατὰ τοὺς κρίκους κοινωθέντας. οὐδὲ γὰρ ἔστιν διηνεκῆς, ἀλλὰ πρὶν συνελθεῖν εἰς τὸ ἄπειρον, ἐς περόνιδας τὴν ἀρχὴν τελευτῶντες. ὧν ἡ μὲν εἰς τὸ προάνεχον ἐμβαίνει τῆς τραπέζης, ἥδε εἰς τὸν πόδα. καὶ τούτοις κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐκομίζετο. *In his manubriis tum & annulis cavitas quædam est, quæ illa cum istis conjungit; non etenim manubria perpetua sunt*, Quæ ut fustis uniformis per circulos transire possit; *sed anteqtam omnino transeant, fibulæ quædam mordent illa; attingentes mensam & mensæ pedes. His manubriis per viam portabatur*. Hæc si tibi, Lector benevole, non satis clara videntur, adeas ipsum librum laudatum, & imagines *vectium*, nec non *fibularum*, quibus vectes adhærebant, ibi eleganter expressas attente contempleris. Interim cavendum omnino est, ne in expoliendis illis vectibus opera nostra abutamur, cum vectes ad unum omnes in literis Sacris ברים appellentur. Josepho autem, prout hodie comparet, & cujus verba sensum non ubique fundunt satis perspicuum, quantum fidei in antiquitatibus aliquando sit tribuendum, Viri eruditissimi jamdudum agnoverunt. *Arnoldus sane Andillius* maximus cæteroquin ejus admirator, in versione *Antiquitatum* Gallice edita Amstelod. 1681. ingenue fatetur, se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qua panes sacri repositi fuerunt, cum hæc & alia quædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi fuerit imposita, apud *Jos. Henr. Opitium* in tract. de *candelabro Mosaico* p. 20.

§. VII. Ad firmitatem atque ornatum illorum maxime faciebat מסגרת *cingulum*, pedes mensæ in medio connectens, nec non זר *limbus*, cingulum illud ambiens, qui ab alio זר, summam mensæ tabulam cingere, bene distingui debet. Exod. XXV. 26. 25. מסגרת nomen habet a סגר *clausit*, *conclusit*, unde LXX. per συγκλεῖστον & συγκλείσμον reddere solent. Est autem nomen formæ מקדש, qualia apud Hebræos, Arabes, & alios *locum* ac *instrumentum* indicant, & de quibus nos quædam jam monuimus in *decimis Sacris* observ. XLVII. p. 476. Addi nunc debent *David Gsellius* in libro de *sacrificiis V. T.* p. 23. *Alb. Schultens animadv. philologg.* V. T. p. 288. & *Henric. Lampe* de *pruna ab altari sumpta* ad Jes. VI. 6. p. 17. Adeoque cum *locum*, in quo pedes conjunguntur, tum præcipue *instrumentum* conjunctionis significat. *Vulgatus* Interpres vertit *coronam interrasilem*, sicuti LXX. στεφάνην reddiderunt; sed licet non ignoremus, nomen *coronæ* toti trabeationi, imo singulis ejus partibus sensu latiori interdum tribui, cum tamen *corona*, sive *coronis*, proprie tertia pars trabeationis, nostro cingulo non satis conveniens sit, nos potius intelligimus *Zophorum*, qui secundam trabeationis partem constituit, atque corpus planum, duo inter cymatia conspicuum, exhibet. Itali dicunt *Fregium*, quod quidam deducunt a *Phrygio*, quia hæc ars quasi acu pingatur, vel similis sit imaginibus florum, pomorum, frondiumve figuris acu pictis; sed melius *Bernh. Lamy* lib. II. de *antiq. mensuris* fol. 286. *a Zona*, quia scilicet esset instar Zonæ, *une plattebande*, quæ super capita columnarum curreret, ut loquitur *Pausanias* in *Eliacis* τῆς ὑπὲρ κιόνων περιθεούσης ζώνης. Mensura hujus מסגרת erat *palmaris*; *palmus* autem מופח, apud Hebræos fuit mensura quatuor digitorum inter se conjunctorum, qui efficiunt tres pollices, docente *Kimchio* in מכלל ad hanc vocem. Eandem mensuram non ignorarunt Græci, Romani, alii. Græcis dicitur παλαιστὴς, qua de voce *Jac. Perizonius* ad *Ælian*. Var. Hist. lib. XIII. cap. III. Apud *Varronem* lib. III. cap. XXV. audit *quadrans*, id est, quarta pars pedis, qui palmos habebat quatuor, seu sedecim digitos, ut est apud *Frontinum*. Et *Vitruvius* in genere scribit: *palmus habet digitos quatuor* lib. III. de *Architect.* cap. III. vid. *Matth. Hostus* lib. III. de *mensuris*. p. 208. *Bernh. Lamy* loc. cit. fol. 94. *Guil. Budæus* in libro de *Asse* p. 108. sq. p. 494. nec non *Hadrian. Relandus* differt. de *filo rubro altaris*. p. 3. & in libro de *spoliis templi*. p. 87.

§. VIII. Cingulum hoc mensæ nostræ ornatum erat *limbo* זר, qui similis fuit limbo alteri, tabulæ supremæ latera ambienti, unde de utroque simul commode agemus. Duos fuisse in mensa nostra *limbos*, nomine זר insignitos. Exod. XXV. diserte traditur, sicuti etiam Josephus, testis αὐτόπτης, duplicis ἕλικος mentionem facit; imo in arcu

Titi

Titi Vespasiani uterque conspicitur, inferior fractus, superior integer. Nomen זר a verbo זרה, quod *spargere* significat, originem habens, ex judicio Cl. *Relandi* designat aliquid, quod ultra superficiem alterius rei spargitur, atque sese effundit. Idem indicare videtur *Bernh. Lamy*, scribens, זר esse *aliquid quasi in aere projectum*. Sed verum ut fateamur, longe simplicior omnino est significatio *cingendi*, quam verbum זרה in conjugatione pihel Ps. CXXXIX. 3. admittit, ita ut זר *limbus* dictus sit a *cingendo*, quia mensam integram pedesque ejus quatuor cingebat, & arcte colligabat. Eandem hujus verbi notionem ex *Arabismo* egregie adstruxit Vir. celeb. *Albertus Schultens* in *animadvers. philolog.* ad *Psalmi* locum citatum p. 183. sq. A Josepho redditur ἕλιξ qua voce capreolus, caliculus viteus, cincinni, lineæ flexuosæ, aliæque res intortæ ac involutæ, apud Scriptores Græcos insigniri solent; vid. *Jos. Barnerius* ad *Euripid.* Bacch. v. 1168. *Jac. Perizonius* ad *Ælian.* Var. Hist. lib. IX. cap. XI. & *Adrian. Turnebus adversariorum* lib. XXII. p. m. 456. hinc apud Architectos ἕλικες in columnarum capitulis & abacis sunt ornamenta, quæ a similitudine clavicularum & capreolorum *volutæ* appellantur, docente *Vitruvio* lib. JV. cap. I. LXX. στρεπτὸν κυμάτιον, aliquando στρεπτὴν στεφάνην reddunt. *Κυμάτιον undam parvam* denotat, hinc Architectis *cymatia* dicuntur flexuosa, undulosa; quæ flexu sinuoso undas fluctuantes referunt, id est, ubi una pars erasa, altera rursum eminere solet, & quidem alternatim striarum instar; vel ut *Relandus* scribit: *quæ non sunt eodem ductu in longitudinem porrecta, sed flexa & circumlata*. Et brevi ante: *plana non erat limbi superficies, sed excavata cymatiis, ita quidem, ut spatium profundius in medio esset, quod istis cymatiis cingebatur*. Cum autem duplex cymatiorum genus, alterum rectum, alterum inversum, *Vitruvio* & aliis memoretur, quale nostrum fuerit, addita voce στρεπτὸν innui, nos quidem arbitramur, scilicet *inversum recto*, quod Hesychius ἀστρεπτὸν dicit, oppositum. Varia quidem contra ejusmodi conjecturam excipit celeberrimus *Relandus* v. g. cymatia recta non differre ab inversis, στρεπτὰ illa non dici respectu formæ, quam gesserint, aut sculpturæ, sed conversionis, qua circa limbi superficiem euntia in se redierint, quali limbo tabulæ pictæ & specula cingi atque ornari soleant, alia dubia, ab ipso allata, ut taceamus. Ast quod pace Viri doctissimi, dictum sit, στρεπτὰ omnino appellari videntur respectu formæ, quam mox erasam, mox eminentem habuerunt, ut antea monuimus; στρεπτὸν enim est a στρεφεῖν, atque rem *flexilem*, *tortam*, *tortilem*, denotat, unde apud Herodotum, Xenophontem, Plutarchum, alios, pro *torque* passim usurpatur; vid. *Sam. Bochartus* hieroz. Part. II. lib. I. cap. IX. fol. 57. Eandem ad formam respicit Interpres *Vulgatus*, *labium* στρεπτὸν *interrasile* reddens; *interrasilia* enim dicuntur, quorum pars plana, pars sculpta esse solet instar labii, cum quo epistylia Architectorum comparantur; epistylia autem exornantur fasciis, quæ instar tæniarum gradatim exponi solent, docente *Bernh. Lamy* de *mensuris antiquis* lib. II. fol. 291. Cæterum, an limbus superior ipsa mensæ superficie altior fuerit, anne? inter Viros eruditos disquiri solet. Multa hanc in rem docte attulit *Hadr. Relandus*, variis demonstraturus argumentis, mensam ita pingi oportere, ut æqualis per omnia sit summa tabulæ superficies; sed cum ipsemet Vir Clarissimus ibidem largiatur, aliter se rem habere potuisse, atque in literis S. nihil legi, quod formam planam necessario adstruat, nos quidem judicamus, rationes non adesse sufficientes, cur omnis mensæ superficies plana fingi debeat. Monet quidem Vir modo laudatus, particulas aut micas panum propositionis, si in mensam decidissent, minus commode ex angulis limbi erui sic potuisse; sed ratio hæc valde subtilis videtur, cum particulæ ejusmodi, mediante instrumento aliquo, ex angulis quibuscunque erui, unum in locum congregari, atque demum ex ipsa mensa, quæ limbum habuit undulatum, facile tolli potuerint. Neque obstat, in simulacro mensæ, arcui Titi Vespasiani insculpto, non conspici sententiæ Viri celeberrimi adversum; nam sculptorem vasorum sacrorum in arcu Titiano interdum errasse, & nonnullas eorum partes aliter exhibuisse, ac olim revera fuerunt, ipsemet *Relandus* aliquoties passim monuit, recte inde concludens, arcum Titi non solum sufficere, ut demonstretur, vasa sacra illius formæ fuisse, quæ in eo ipsis datur. Ut taceamus, quædam in arcu illo antiquissimo per tot seculorum intervallum fere erasa conspici, sicuti limbus inferior plane confractus apparet.

CAP.

[1] Quibus addi debent *Matth. Hostus* in *operibus* passim, *Bernh. Lamy* de *mensuris Hebr.* p. 95. sqq. p. 112. sqq. *Hadr. Relandus* in *Palæstina* p. 397. *Conr. Ikenius antiq. Hebr.* Part. II. cap. VIII. §. VI. *Nic. Kursnerus* differt. de *itinere Sabbathi* p. 6. sqq. Rintel 1698. *Jo: Andr. Schmidius* differt. de *statua Nebucadnezaris* p. 20. sq. *Jos. Henr. Opitius* de *candelabro Mosaico* p. 31. *Jo: Mich. Dilherrus* differtatt. acad. tom. I. p. 295. *Alb. Fried. Freyer* de *mari æneo* differt. I. p. 12. sqq. *Meinh Plesken* de *columnis æneis* &c. p. 76. sqq. *Jo: Chr. Wichmanshausen* de *tabulis fœderis posterioribus*. p. 13. & *Georg. Casp. Kirchmajer* de *arca Noæ* cap. II. §§. 1. 2. apud *Thom. Crenium* fascic. IV. p. 125. sq.

CAPUT IV.

De mensæ sacræ situ & fatis.

ARGUMENTUM.

§. 1. Mensa Sacra posita fuit in Sancto. Stuckius notatur. Maimonides laudatur. §. 2. Mensa, candelabrum & altare non statim post velum Sancto oppansum sita erant. Situs eorum in tabernaculo & templo idem fuit. §. 3. Mensæ S. situs versus Septentrionem. Vasa S. in genere qualam situm habuerunt? Arcam fœderis Judæi excipiunt. §. 4. Mensa & candelabrum fuere in templo secundo. Arcam cum aliis absconditam, Judæi fabulantur. Mensa in arcu Titi conspicitur. Aug. Torniellus notatur. Fata mensæ varia. Anastasius quis fuerit? Procopii vita & merita

§. I.

Mensam Sacram in *Sancto* collocatam fuisse, unanimi fere consensu docent Interpretes docti, qui vel ex Judæis, vel ex Christianis, ejus de situ quicquam in medium protulerunt. Unum alterumve testem ex prioribus ut proferamus, prodeat *Josephus*, Vir iile gravissimus: *τὴν δὲ λυχνίαν καὶ τὴν τράπεζαν καὶ τὸν βωμὸν τὸν χρύσεον ἔστησαν ἐν τῷ ναῷ πρὸ τοῦ ἀδύτου candelabrum vero & Mensam & altare aureum statuerunt in templo ante adytum*; Antiq. Jud. lib. VIII. cap. II. Huic subjungere lubet *R. Maimonidem*, doctorem in antiquitatibus gentis suæ longe versatissimum: מזבח הקטורת ומנורה ושלחן ושלשתן בתוך הקדש לפני קדש הקדשים *ara suffitus, candelabrum & Mensa, hæc tria posita erant in medio Sancti ante Sanctum Sanctorum*. בית הבחירה. I. 6. Nec illud immerito; nam non modo Exod. XXVI. 35. *extra* פרכת seu *extra velum* Sanctuario oppansum a Mose collocatur, sed etiam eundem situm diserte confirmat Scriptor alius Θεόπνευστος *epistolæ ad Hebræos* cap. IX. 2. mensam nostram una cum *candelabro* aureo in *Sancto* collocans. Obstare quidem videtur phrasis valde emphatica, qua panes facierum *coram facie Dei* positi fuisse memorantur; sed eam, in cultu sacro Hebræorum frequentissimam, usus simul esse latioris, nuper nos jam evicimus in tract. de *panibus facierum* Part. I. cap. IV. §. II. unde, quam male hac ex phrasi minus recte intellecta *Stukius*, Vir cæteroquin doctissimus in *antiquitatt. conviv.* lib. II. fol. 197. panes cum mensa ad *Sanctum Sanctorum* retulerit, facile constat. Tolerandos tamen esse Viros doctos, qui panes coram arca collocatos fuisse scribunt, cum hæc eorum mens sit, in Sancto positos fuisse coram arca fœderis, licet velum inter arcam & mensam oppansum esset, ibidem jam monuimus.

§. II. Qualem vero locum vasa hæc tria, candelabrum, altare suffitus, & mensa nostra, in Sancto olim tenuerint, silente Scriptura Sacra, ex scriptis *Josephi*, aliorumque Virorum, in Ecclesia Judaica celeberrimorum, confici omnino debet. Falluntur sane, qui statim post velum Sancto oppansum ea collocant; nam *Josephus* antiq. lib. III. cap. VII. *mensæ* nostræ non longe ab adyto versus *septentrionem* locum suum assignat: huic vero in *meridionali* latere oppositum erat *candelabrum*. Exod. XL. 24. ejusdem proinde cum illa ab adyto distantiæ. *Altare* tamen *suffitus*, licet *medium* inter mensam & candelabrum locum occuparet, ab adyto reliquis aliquanto erat remotius, cum inter mensam & candelabrnm forinsecus quodammodo protractum fuerit. Consentientes habemus *Maimonidem*: ושלשתן היו שונתין משלש ההיכל ולפנים כנגד הפרכת המבדלת בין הקדש ובין קדש הקדשים; *omnia autem tria erant sita a tertia parte templi & interioris adyti, ex opposito veli, distinguentis inter San-*

Sanctum & Sanctorum. Et *R. Salomonem* ad Exod. XXV. 35. המזבח והשלחן והמנורה מושכין מן הפתח לצד מערב עשר אמות. *altare autem & mensa & candelabrum distabant ab introitu versus occidentem decem ulnis*. Conferantur, quæ in tract. de *panibus facierum* Part. I. cap. IV. §. XI. breviter hac de re disseruimus. Neque est, quod quis objiciat, hæc quidem loca de situ illorum *in templo* agere, non autem in *tabernaculo*; nam vasa Sanctuarii eundem, quem olim in tabernaculo, postea in templo, locum habuerunt, teste *Josepho* antiq. lib. VIII. cap. II. ἔστησαν ἐν τῷ ναῷ πρὸ τοῦ ἀδύτου κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, καὶ πότε ἐν τῇ σκηνῇ κείμενοι κατεῖχον *collocarunt* (ea) *in templo ante adytum iisdem locis, in quibus in tabernaculo antea sita fuerunt*.

§. III. *Septentrionem* versus *mensam* nostram in *Sancto* collocatam fuisse, ex testimoniis modo adductis luculenter jam patet. Idem docetur a *Mose*, servo illo fidei Exod. XXVI. 35. & XL. 22. ad quem locum priorem *R. Salomon* observat, a pariete septentrionali remotam fuisse ulnis duabus cum dimidia, nimirum respectu latitudinis, ut recte monet *Woltersius* differt. II. §. XXXV. nam secundum longitudinem decem ulnis absuisse ab introitu versus occidentem, supra eodem ex Doctore Judaico ostendimus. Hæc ut eo melius intelligantur, notandum omnino est, mensam sic collocatam fuisse, ut ejus longitudo conveniret longitudinis ædis שכל הכלים שהיו במקדש ארכן לארכו של בית. *quod longitudo omnium vasorum, quæ in sancto erant, secundum longitudinem domus fuerint disposita* מנחות XI. 6. quæ ratio etiam in *Gemara* confirmatur his verbis: תנו רבנן כל הכלים שבמקדש ארכן לארכו של בית חוץ מארון שארכו לרחבו של בית. *tradunt Doctores nostri, quod omnium vasorum, quæ in Sanctuario erant, longitudo fuerit secundum longitudinem domus, excepta arca, cujus longitudo erat secundum latitudinem domus*. Mensam vero nostram situm illum habuisse, egregie confirmat R. *Maimonides*, aliquoties jam laudatus: השלחן היה מונח ארכו לאורך הבית ורוחבו לרוחב הבית וכן שאר כל הכלים שבמקדש אורכן לאורכו של בית ורוחבן לרוחב הבית חוץ מן הארון שהיה אורכו לרחב הבית *mensæ longitudo secundum longitudinem domus, latitudo vero secundum latitudinem ejusdem fuit disposita*. *Similiter omnium vasorum Sanctuarii longitudo secundum longitudinem, & latitudo secundum latitudinem domus fuit; excepta arca, cujus longitudo fuit secundum latitudinem domus*. בית הבחירה. III.

§. IV. His missis, quorsum mensa nostra demum pervenerit, quæque fata mirifica per tot seculorum intervallum habuerit, paucis adhuc investigabimus. Doctores Hebræorum ferunt, Josiam Jeremiæ jussu arcam fœderis, mensam & aram suffitus in spelunca subterranea occultasse, quoniam non recensetur inter ea, quæ tunc deperdita 2. Reg. XXIV. 15. 2. Chron. XXXVI. 18. sqq. Jer. LII. 19. teste *Jo: Meyero* in *annotatt.* ad סדר עולם p. m. 151. *R. Abarbanel* quoque inter res, quæ ædem priorem ornarunt, ac in posteriori non fuere visæ, mensam nostram numerat apud *Theod. Hasæum* in dissert. de *Spiritu Sancto*, *gloriam templi secundi præsentia sua aucturo* ad Hagg. II. 810. §. XX. Bremæ. 1724. recusa in *sylloge* dissertatt. p. 135. sqq. Verum omnia, quæ Judæi de vasorum sacrorum absconsione tradiderunt, putida otiosi cerebri figmenta esse, *Jo: Buxtorfius*, & tot alii jamdudum demonstrarunt. Breviter, sed erudite, eandem fabulam destruxit *Christ. Bruningius*, Theologus *Palatinus*, in differt. de כפורת seu *Propitiatorio* Sect. I. §. XXXIV. sqq. unde nos in ea prolixe refutanda operam non perdemus. Quantopere autem homines illi fallantur, quando vasa inter deperdita *mensam* nostram & *candelabrum* aureum collocare audent, ex tot argumentis, totque ipsorum Hebræorum testimoniis, ubivis facile obviis, quæ præsentiam illorum in templo secundo omnino confirmant, abunde constat [2]; hinc etiam *Josephus*, ubi triumphum Imperatoris Romani & spolia Judaica recenset, *mensæ* nostræ mentionem diserte facit lib. VII. de *Bello Jud.* cap. XXIV. imo affatim illud docent figuræ, quæ in *arcu Titiano* hodie adhuc Romæ conspiciuntur. *Augustinus* quidem *Torniellus*, arcam fœderis in triumphum Titi quoque ductam fuisse, servarique imaginem ejus Romæ probaturus, non *mensam*, sed *arcam* in arcu *Titiano* conspici contendit in *annalibus Sacris*, quorum quarta editio ex officina *Plantiniana* Antwerpiæ 1610. lucem vidit, ad A. M. C. 1885. sed ipsam *mensam* esse, cujus *Josephus* quoque meminit, recte jam agnoverunt *Abulensis* ad Exod. XXV. & *Franc. Ribera* lib. II. apud *Jo: Frischmuth*, Professorem in Academia *Jenensi* olim celeberrimum, in differt. de *non speranda arcæ fœderis restitutione* ad Jer. III. 14. sqq. cap. III. §. VIII. Et si nostris die-

diebus aliquis forte supersit, qui hac de veritate adhuc dubitet, omnem is sibi scrupulum eximi haud gravatim patietur attenta lectione libri a nobis sæpius laudati, quem de *spoliis templi Hierosolymitani, in arcu Titi conspicuis*, imprimi curavit *Hadrianus Relandus*. Ultraj. 1716. (8), ubi etiam ultimo capite ea consectatur Vir doctissimus, quæ de *fatis* horum spoliorum in monumentis veterum memoriæ prodita invenit, nimirum, ut paucis multa complectamur, spolia illa Romæ asservata fuisse in templo *Pacis* usque ad ejus incendium, quod imperante *Commodo* contigit, teste *Herodiano* Hist. lib. I. cap. XIV. seculo quinto a *Gezericho*, Romam expugnante, in Africam translata, a *Belizario* autem circa A. C. DXX. devictis Vandalis, ex Africa in Europam iterum delata. Hæc omnia nituntur testimoniis Virorum fide non indignorum, *Anastasii* videlicet Bibliothecarii, qui sub *Nicolao I. Hadriano II.* & *Johanne IX.* Episcopis Romanis, floruit, in *Historia Ecclesiastica*, ex græco *Theophanis* translata, passim; nec non *Procopii*, gente Palæstini, educatione Cæsariensis, qui a *Justiniano* Imperatore circa A. C. 527. *Belisario* exercituum Præfecto Consiliarius ac Notarius datus, cum eo, Vandalis bellum illaturo, contendit in Africam, annotavitque sedulo, quod posterorum notitia fuit dignum, unde *Vir pollens autoritate publica, nec quicquam referens in acta, cujus se rationem redditurum haud auderet*, merito appellatur a *Jo: Andr. Schmidio* differt. *de elinguatis, mysterium Trinitatis prædicantibus* §. VII. quæ recusa legitur in *decade dissertatt.* historico-theologg. p. 216. sqq. Helmst. 1714. (4).

(¹) Nisi forsan asserere malis cum nonnullis Interpretibus, adfuisse quidem mensam & candelabrum, non ipsa autem authentica, vel Mosaica monumenta, quæ templo Salomonis maximo olim ornamento fuerunt, sed ad exemplar illorum tantum confecta. Quorsum etiam inclinare videtur *Hier. Vigandus Biel* differt. de *gloria templi prioris præ posteriori*. §. 18.

CAPUT V.

De mensæ sacræ mysterio.

ARGUMENTUM.

§. Mysterium mensæ sacræ agnoverunt Judæi, inprimis R. Bechai. Clemens Alexandrinus notatur. Christiani Interpretes dissentiunt. §. 2. Mensa fuit typus Messiæ, & quare? Locus Hebr. I. 3. illustratur. §. 3. Lignum Sittim typus Christi hominis. Analogiæ variæ indicantur. Spinæ sunt emblema peccatorum. De ligno Sittim varia. Gen. VIII. 21. illustratur. Desertum symbolum Judaismi. Aurum non est emblema divinæ naturæ, sed Christi glorificati, nec non sapientiæ, sanctitatis &c. §. 4. Forma quadrata & numerus quaternarius quid notaverint? Pedes sunt emblema roboris, dominii &c. §. 5. Limbus symbolum regiæ dignitatis Messiæ. Cingulum conjunctionem infert. Messias est Rex & Pontifex. §. 6. Annuli IV. typus IV. Evangelistarum. Numerus binarius ad prophetas & Apostolos respexit. Vectes typus Apostolorum. Actor. IX. 15. illustratur. Lignum Sittim emblema Apostolorum & quare? Aurum itidem. §. 7. Sanctum emblema Ecclesiæ invisibilis. Cur mensa versus septentrionem sita?

§. I.

Mysterium mensæ nostræ iisdem conficitur argumentis, quibus panes ipsos rei sublimioris imaginem gessisse, alibi uberius adstruximus. Verum qualis hoc sub cortice latuerit nucleus, *Judæi* æque, ac *Christiani* Interpretes, non parum dissentiunt. R. *Maimonides*, Vir cæteroquin sapientissimus, *causam mensæ & panum, jugiter ei impositorum, in hunc usque diem ignorare se*, libere fatetur in מורה נבוכים seu *Doctore perplexorum* Part. III. cap. XLV. Ex mente R. *Abarbanelis* mensa hæc cum panibus significavit *mercedem corpoream, divitias & honores* Ps. XXXVII. 25. & Proverb. III. 16. *justum non relictum iri, neque cariturum pane, divitiasque & honorem consequi, non per accidens & per naturam, sed Dei providentia. Deum semper*

per

per abunde largiri, dum modo recipientes apti & dispositi sint ad accipiendum, sicuti mensa fuerit ex auro puro &c. apud *Jo. Meyerum* in annotatt. ad סדר עולם p. 754. Ex Christianis ejusdem observationes non plane contemnendas pie inculcat *Herbergerus magnal.* tom. VI. f. 272. ex quo varia excerpsit *Mich. Baumannus* in *analectis typicis*. p. 180. Alias Rabbinorum conjecturas, sed valde subtiles, imo aliquando absurdas, ut taceamus, altius ascendit R. *Bechai*, Kabbalista præstantissimus, scribens, *hominem hodie expiari per mensam, cum templum non amplius existat, sicuti olim in ipso templo expiatio per altare facta sit;* imo postea addit: *aurum illius mensæ fuisse typum regni Davidis, & simul cum regno domus Davidis, quod hic infra est, comprehendere* מלכות של מעלה *regnum quod supra est* דויד מלך ישראל חי וקיים *Ille est David, Rex Israelis, qui vivit atque perdurat*; comm. ad Exod. XXV. adeoque ipsum Dominum *Messiam* mensæ illius antitypum esse, egregie observat. In Ecclesia Christiana Interpretes docti non uno modo mysterium hujus mensæ enuclearunt. Jejuna valde est observatio *Clementis Alexandrini*, Doctoris cæteroquin in Ecclesia antiqua longe præstantissimi: Τῆς δ᾽ οἶμαι εἰκόνα ἡ τράπεζα δηλοῖ, τέσσαρσιν ἐπειριδομένη ποσὶ, θέρει, μετοπώρῳ, ἔαρι, χειμῶνι, δι᾽ ὧν ὁδεύει τὸ ἔτος. Διὸ καὶ κυμάτια στρεπτά φησιν ἔχειν τὴν τράπεζαν, ἤτοι ὅτι περιόδοις καιρῶν κυκλεῖται τὰ πάντα, ἢ καὶ τάχα τὴν ὠκεανῷ περιῤῥεομένην ἐδήλου γῆν. *Mensa videtur telluris imaginem exhibere, fulta quatuor pedibus, æstate, autumno, vere & hyeme, per quos annus fertur. Propterea & undulata ornamenta habere mensam dicit, quoniam circuitu tempestatum omnia ambiuntur, aut forsitan, quod Oceani undis terra cingatur;* miscell. lib. VI. Altius qui ascendunt; iis mensa typus *ministerii Sacri* fuisse videtur: plures vero eam symbolum esse *Verbi Divini*, in quo Christus, panis vitæ, populo suo exhibetur, pie agnoverunt. Ex veteribus huc spectant *Origenes*, *Hieronymus*, *Hesychius*, *Gregorius*, & *Beda*, Doctor ille *Venerabilis*, quos ex recentioribus fere omnes sequuntur, nominatim *Baumannus analect. typ.* p. 16. *Lundius* in *antiquitatibus*, *Witsius* in *miscellaneis Sacris*, Woltersius differt. II. p. 63. plures ne memoremus.

§. II. Nostro tamen judicio *mensa aurea* fuit typus ipsius *Messiæ*, sicuti *altare* aureum & *candelabrum* Sacrum, vasa in Sancto etiam reperta, eundem præfigurarunt. Idem jam vidit *Hermannus Witsius*, Theologus perspicacissimus, qui, licet maxime contendat, mensam specialius fuisse figuram verbi evangelici & Sacramentorum, Messiam tamen quoque significari, optime largitur. Hic suis est *panis vitæ* Joh. VI. 48. 51. & insimul mensa, quippe in quo *omnis divinæ gratiæ suavitas* confertur nobis atque proponitur. Joh. I. 16. 17. Hic *omnia verbo potentiæ suæ portat*, sicuti mensa panes. Hebr. I. 3. ubi Apostolus ad illam Hebræorum respicit traditionem, qua non arcam solum & propitiatorium, sed & totum hoc universum *lapide fundamenti* sustentari ac fulciri credebant, judice *Theod. Hasæo*, in singulari, eoque plane eximio, quem de hoc *lapide fundamenti* conscripsit, tractatu cap. IV. §. XXXVI. p. 147. Hic est summa sapientia, quæ amicos suos ad convivium Sacrum suavissime vocat, & simul *mensa*, quæ ab ipsa instruitur. Prov. IX. 2. Quam emphatice vero *mensa* nostra *mensa facierum*, & *mensa pura*, appelletur, ea de re conferri possunt, quæ de *Messia*, *Angelo facierum*, eoque *Sanctissimo*, in tract. nostro de *Panibus facierum* Part. II. cap. I. §. III. IV. uberius disseruimus.

§. III. Materia mensæ fuit *lignum* & *aurum*. *Lignum* hoc emblema gerit Christi *hominis*, *fructus terræ*. Jes. IV. 2. qui sub nominibus *arboris*, *fruticis*, *radicis*, *germinis*, *virgæ &c.* frequenter venire solet. In specie *lignum Sittim* erat *spinosum*, species acanthi sed tamen simul *pulchrum*. In pandectis Sacris *peccatum* & *peccatores* per *spinas* aculeatas, pungentes & lacerantes sæpe repræsentantur. Nahum. I. 10. Mich. VII. 4. hinc etiam ἁμαρτία κέντρον τοῦ θανάτου *stimulus, aculeus mortis*, a D. *Paulo* eleganter appellatur. 1. Cor. XV. 56. Christus, noster Salvator optimus, *in similitudine carnis peccato obnoxiæ* apparuit. Rom. VIII. 3. erat tamen *omnis peccati expers*. 1. Petr. II. 22. *lilium inter spinas*, spinis legis, stimulis persecutionum, & aculeis peccatorum coronatum atque redimitum, sed tamen candore & odore præstantissimum. Cantic. II. 1. vid. *Steph. le Moyne* in *Variis Sacris* tom. II. p. 705. *hominum omnium longe pulcherrimus*. Ps. XLV. 3. Præterea erat lignum *durum* atque ἄσηπτον, quod in ipsis aquis corrumpi non potuit, teste *Hieronymo*. In Christo erat ἡ δύναμις *vitæ indissolubilis*. Hebr. VII. 16. *non debuit videre*

dere corruptionem Ps. XVI. 10. coll. Actor. II. 27. 31. XIII. 35. 36. neque *in abysso aquarum absorberi*. Ps. XLIX. 16. Denique erat lignum *boni odoris*, teste *Bellonio*. Christus se ipsum tradidit in oblationem ac hostiam Deo, *in odorem suavitatis* Eph. V. 2. ut Deo simus *bona fragrantia Christi* 2. Cor. III. 12. Philipp. IV. 18. Hic est *odor quietis*, quem Jehovah odoratus est Gen. VIII. 21. seu *cum beneplacito suscepit*, ut Interpres *Chaldæus* explicat. Conferatur exercit. nostra de האדם ad Gen. locum citatum §. X. ex qua varia excerpsit *Ladisl. Batktsi*, Hungarus, in dissert. sub præsidio *Pauli Gyongyossi* habita, de *Noacho typico* ad Gen. V. 29. Francof. 1734. Locus, ubi arbores Sittim crescebant, erat *desertum*. Christus venit in hunc mundum, qui *deserto* plane similis est. Addere possumus, eum apparuisse illo tempore, quo Judæi ob sterilitatem doctrinæ, & improbitatem vitæ *deserto* cuidam simillimi fuerunt, *arbores, fructus bonos non ferentes*. Matth. III. 10. *emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ, eradicatæ*. Jud. v. 12. Alias ejusmodi analogias haber *Theod. Hasæus* differt. de *ligno Sittim* §§. L. LI. *Aurum* vero, quo lignum mensæ nostræ obductum erat, cujus rei imaginem gesserit, disceptatur. Plurimorum ex judicio conjunctio ligni & auri amicissimam *duarum naturarum* in Christo *conjunctionem* designavit: Ita quoque judicant *Hasæus* loco citato, & *Jo. ab Hamm* in tract. de *ara interiore*, *ejusque mysterio* Part. III. cap. I. §§. IV. V. sed cum *aurum*, æque ac *lignum*, fructus terræ sit, adeoque pro symbolo *divinitatis* minus commode haberi queat, nostra quidem sententia Christum *hominem*, sed ad dextram Patris exaltatum, & pro nobis ibi intercedentem Rom. VIII. 34. Hebr. I. 3. VII. 25. emphatice præfiguravit. Addi possunt *sapientia & sanctitas* plane singularis, aliæque qualitates eximiæ in Messia nostro valde conspicuæ, quarum emblema *aurum* purissimum in Theologia symbolica esse solet, & de quibus nos in *meditatione* Sacra de *lamina aurea Pontificis M. ejusque mysterio* p. 9. sqq. prolixe jam diximus.

§. IV. Forma *quadrata* mensæ, nec non numerus *quaternarius pedem* ejus, quarum rerum typi atque imagines fuerint, ex iis, quæ de mysterio formæ *quadratæ* ipsorum *panum* Part. II. cap. III. jam disseruimus, facile cognoscetur. Subjungi merentur verba *Herbergeri*: Die vier Ecken des Tisches weisen auf die Schriften der vier grossen Propheten / und dreymahl vier kleine Propheten / und auf die Bücher der vier Evangelisten und Lehre der dreymahl vier Apostel. magnal. Part. IV. f. 289. *Pedes* aurei, mensam nostram sustinentes, sunt symbolum *status* Messiæ *stabilis & gloriosi*, nec non *roboris* ac *fortitudinis*, imo *dominii* atque *potestatis*, quarum facultatum emblema pedes in literis sacris & profanis esse solent. *Pedum duplex est respectus & usus: vel sustinent corpus, vel idem movent. Secundum priorem respectum significant personæ cujusque statum* Ps. XL. 3. *Pedibus enim nitimur & consistimus. Secundum posteriorem notant actiones. Motu enim in persona significat actum, unde gressus Dei passim sunt actus providentiæ, qua mundum & Ecclesiam administrat: Gressus hominis ipsius actiones.* Ps. XVII. 5. LVII. 7. LXVIII. 24. ut scribit celeb. *Vitringa* in comm. ad Apoc. II. 18. qui etiam in aureo ad *Jesaiam* commentario passim conferri meretur. Fuse autem & docte hoc *pedum* emblema illustravit Clariss. *Evvaldus* in exercit. ad Apoc. II. 18. §§. XVI. XVIII. inserta *Museo Brem.* vol. II. p. 627. sqq. nec non in *emblematibus Sacris* Part. III. p. 396. 470. cui subjungi possunt *Casp. Barthius* in animadv. ad *Claudian.* p. m. 1309. & *Alb. Schumacher* dissert. de *corpore Christi mystico* ad Apoc. I. 14. 16. p. 28. sq. Bremæ 1730.

§. V. *Limbum aureum*, quo mensa nostra exornata fuit, R. *Salomon* & R. *Bechai* ad Exod. XXV. 24. כתר מלכות *coronam regiam* appellant. Cum ergo mensa hæc ad duplicem Domini Messiæ dignitatem, *regiam* & *Sacerdotalem*, respectum suum habeat, cujus rei imaginem το מסגרת seu *cingulum*, pedes mensæ nostræ constringens, gesserit, mox cuivis patebit, conjunctionis nimirum suavissimæ duplicis illius officii, quo Messias optimus in admirando opere salutis strenue functus est, imo hodie adhuc fungitur, unde cingulum illud limbo quodam quoque cinctum erat. Hic est *Princeps & Dominator*, nec non *Sacerdos*, quem ad *se appropinquare* facit Pater. Jer. XXX. 21. Hic *Sacerdos in solio sedens*. Zach. VI. 13. vid. *Jo. ab Hamm*. de *ara interiore &c.* Part. III. cap. I. §. IX. unde glorioso *Regis & Pontificis* titulo in literis sacris & scriptis Hebræorum frequenter insignitur, sicuti nos ante aliquot annos jam docuimus, tum in *decimis Sacris* observ. XLVII. p. 466. sq. tum in *meditatione sacra* de *lamina aurea Pontificis M. ejus-*

que

que mysterio Sect. II. §. I. Addi nunc omnino meretur Vir celeb. *Ern. Fried. Neubaver* differt. qua *Michael Messiam esse*, ipsis Judæorum testimoniis comprobatur. cap. I. §. 12. 13. Gissæ 1733.

§. IV. *Annuli quatuor*, pedibus mensæ nostræ infixi, ad quatuor mundi partes a plurimis Interpretibus referri solent; sed nostro quidem judicio numerum *quaternarium Evangelistarum*, a quibus historia evangelii, quovis auro, etiam pretiosissimo, longe desiderabilioris Ps. XIX. 11. pie consignata est, commode præfigurarunt. Conferantur, quæ de numero *quaternario* alibi jam monuimus. Numerum vero *binarium Vectium*, annulis illis immissorum, quibus mediantibus mensa nostra, nec non arca fœderis, candelabrum aureum, aliaque tabernaculi vasa de loco in locum portabantur, ad *duos* ordines testium Veritatis, *Prophetarum* & *Apostolorum* tuto referre possumus cum *Lampio* in scripto vernaculo, lectu dignissimo: von dem geistlichen Sänften-Bau des himmlischen Salomons ad Cantic. III. 9. 10. p. 40. *Vectes* ejusmodi enim non modo significarunt, *Christum Ecclesiæ suæ omni loco adesse*. Matth. XVIII. 20. XXVIII. 20. ut *Herm.* Witsius miscell. Sacr. lib. II. differt. I. §. XLIX. scribit; sed etiam prædicationem evangelii ministerio Apostolorum, qui tanquam Viri Dei, *vasa Jehovæ portantes*, Jes. LII. 11. Christum Salvatorem nostrum circumquaque, etiam per deserta mundi portarunt; hinc Apostolus Paulus, qui regiones quam plurimas ab Hierosolymis ad Illyricum usque evangelio Christi implevit, Rom. XV. 19. eleganti ad vasa tabernaculi allusione *vas electionis ad portandum nomen Domini in conspectum gentium & Regum & filiorum Israel* emphatice appellatur Actor. IX. 15. judice Cl. *Hammio* Part. III. cap. I. §. X. Nos tamen, an hoc loco ad vasa Sanctuarii alludatur, an ad instrumenta alia, in medio relinquimus cum *Alphenio* in *Historia Pauli* differtat. XVII. §. V. & phrasin illam ex loco Gal. VI. 17. tanquam maxime parallelo, propius explicandam esse, arbitratur *Ewaldus*, Vir doctissimus, in singulari ad hunc locum *exercitatione*, quæ Part. III. *emblem. Sacrorum* p. 245. 263. legitur. *Materia vectium* erat eadem, qua ipsius mensæ videlicet *lignum Sittim*, & *aurum purum*. Apostoli, æque ac reliqui fideles, spinis peccatorum natura cincti, eorum sub onere ingemiscunt, atque, maledictionem summi Numinis merentur; sed ex gratia divina fiunt arbores, plantatæ ad rivos aquarum & frugiferæ Ps. I. 3. Aspectu quidem sunt *viles* in oculis mundi, at *pulchri* in oculis Dei. Ps. XLV. 10. Fructus, Deo hominibusque acceptos, ferunt, atque jucundissimum sanctimoniæ ac bonorum operum odorem simul dispergunt. Alias ejusmodi analogias *Hasæus* differt. cit. §. ultimo diligenter congessit. Accedit maxime *aurum sapientiæ* & *Sanctitatis* Christi, quo largiter ditati, ad munus illud gravissimum apti fiunt, aliosque *divinæ naturæ* participes secum reddunt. 2. Petr. I. 4.

§. VII. Restat, ut de *loco*, quem mensa nostra in tabernaculo olim occupavit, pauca subjungamus. Sita nimirum erat in *Sancto*, quod *Ecclesiæ* Dei *invisibilis* in hac terra esse solet. vid. *Franc. Burmannus* in *synopsi Theologiæ lux mundi* Joh. VIII. 12. atque *panis vitæ* invenitur. Joh. VI. 35. hujus membra sunt *veri adoratores in Spiritu & veritate*. Joh. IV. 24. *Sacerdotes Dei* Jes. LXI. 6. Apoc. IV. 10. *Sacerdotium regale* 1. Petr. II. 9. sicuti olim solis Sacerdotibus Sanctum ingredi licebat. Porro mensa hæc situm in Sancto habuit versus *aquilonem*, sicuti candelabrum ad *austrum*, & altare aureum inter utrumque collocata fuere: cujus rei mysterium jamdudum vidit *Cyrillus*, Archi-Episcopus Alexandrinus, lib. X. de *adoratione in Spiritu* p. 335. scilicet *Christum primo Judæis ut lumen effulsisse*, & *cum illud non admiserint, factum postea fuisse gentibus vitam & panem de cœlo*. Sed locum hunc integrum jam dedimus in tract. de *panibus facierum*, *corumque mysterio*. Part. II. in *procemio* n. VI. p. 74. Conferri quoque possunt, quæ de *mysterio altaris aurei*, in *Sancto* collocati, *Jo. Hammius* loco cit. §. XI. pie disseruit.

VINDICIÆ

Crucis, Panibus facierum impressæ,

Nec non

Phraseos Paulinæ καθ᾽ ἡμέραν
Hebr. VII. 27.

VErissimum omnino est effatum doctissimi illius Arabis *Borhaneddin Alzernouchi* in *enchirid. Studiosi* p. 64.

الرفق اصل اعظم في جميع الاشيا.

Moderatio (modestia) *maxima radix est in rebus omnibus*. [1] Hanc enim virtutem haud exiguum *cujusvis* hominis, præcipue Christiani, ornamentum esse, nemo mortalium facile inficiabitur, unde ipsi *gentiles* eam a Jove derivare, imo *virtutem Diis privam* prædicare solent; vid. *Interpretes* ad Phoedrum p. 92. & 231. edit. Burmann. Non minus virtus illa, omnium fere encomiis celebrata, ornat *Virum doctum*, qui in aliqua rei literariæ publicæ luce versatur. Hic enim sicuti ab aliis *modeste* secum agi exoptat, ita aliis idem humanitatis officium præstare utique debet, animum, linguam, stylum, ubique moderans, ne superbus, rigidus ac contumax videatur. Absit tamen, ut *libertas sentiendi* ac *dissentiendi* in quocunque literarum studio idcirco cesset. Hanc enim si tollas, omni sapientæ obicem audacter posueris. Optime *Herm.* Witsius, decus illud Belgii: *Male profecto cum liberalibus ageretur ingeniis, si, interdicta iis ultra tendendi facultate, nihil in publicum proferre liceret, cujus non alium ante se auctorem laudare quirent. Pessimeque consultum fuisset rei theologicæ, si eadem lege vixissent majores nostri. O quam multis ac præclaris careremus observationibus, quas nunc tanquam sacræ eruditionis quasdam gemmulas suspicimus. Quam novæ inventionis laudem, cunctis expositam, adspernari, non modesti, sed segnis ingenii, eam autem aliis invidere, malevoli animi argumentum est* [2].

Eadem sit ratio *libertatis*, qua aliorum a conjecturis atque observationibus in medium prolatis *dissentimus*, eorumque hallucinationes calamo *moderato* publice notamus; nam cum *aliquem hallucinatum esse dicimus*, *hoc ad ullam alicujus contumeliam non pertinere*, recte judicant summus Scaliger in *prolegom. ad Eusebium* p. 4. & cum ipso *Jo: Andr.* Bosius exerc. ad II. Timoth. II. 22. p. 3. Jenæ 1673.

Hæc singula animo meo quotidie pensitans, *divinam* illam *virtutem* non modo aliis prolixe commendare, sed etiam ipsemet eam sectari pro viribus annisus sum. Et ne forsan mihi blandiri, aliosque fallere videar, testimonia quædam publica, quibus Viri doctissimi illam iu scriptis meis passim celebrarunt, adducere nunc liceat v. g. Rev. *Editores* der fortgesetzten Sammlung von alten und neuen Theologischen Sachen in recensione *decimarum* mearum occupati, ad A. 1733. &c. p. 155. Daß es möglich sey, Gelehrsamkeit und Bescheidenheit mit einander zu vereinigen, beweiset unser Herr Autor auf eine löbliche Art, und es ist zu vermuthen, daß die gelehrte Welt noch mehrere schöne Früchte von seiner F der und A beit erhalten werde. Et *Colerus* in der auserlesenen Theologischen *Bibliothec.* Part. LXXXII. p. 1078. In der allerletzten Anmerckung wird gegen Herrn D. R mbachen, der Gen. VIII. 21. Christum gesucht, unterschiedliches aber auf eine sehr bescheidene Art erinnert. Und diese rühmliche Bescheidenheit muß man überhaupt in der gantzen Schrift loben, welche nebst einer gross n Belesenhait überhaupt hervorleuchtet.

Quæ testimonia non ideo protuli, quod me laudibus ejusmodi efferri impense gaudeam, sed tantum, ut illi, qui variis *præjudiciis* præoccupati sunt, habeant, quod expendant.

Hos inter locum aliquem an mereatur vir *doctissimus*, qui *octo suas disputationes* publice olim ventilatas sub nomine *observationum Sacrarum* ante sex menses recudi fecit, ex præmissa ejus præfatione alii judicent. Certe in refellendis iis, quæ de *signo crucis panibus facierum est commentatus*, *dissensum suum est testatus &c.* inscius scilicet, me anno integro ante, quam dissertatio de *crustulis Pontificis* M. lucem viderat, hanc conjecturam proposuisse in exerc. *de cruce apud Judæos*, Christianos & *gentes signo salutis*. cap. I. §. II. Peccatum ipsum, quo a me læsus & irritatus, hoc est, quod *dissensum* meum testatus sim. Verum annon ipsemet V. Cl. a Lakemachero aliisque eruditis *toties dissensum* suum testatus est? An *modeste* id a me factum, non quidem subjungit, ne tamen Lector ex prolixa ejus

ejus refutatione forsan suspicetur, me cum ipso male egisse, breviter repetam, quæ secunda vice de hoc *crucis* signo disserui: *Et licet non ignoremus*, *quæ præter doct.* Heinium *contra ejusmodi traditionem*, *qua eandem* crucis *figuram in crustulis Pontificis M. expressam fuisse dicunt*, *ante biennium disputaverit* I. G. M. Part. II. §. V. &c. At pergit Vir doctus: *Quæ ibi scripseram*, *ad argumentum suum*, alieno *licet* loco, *revocavit*. Et paulo post: *Neque erudit*. Heinius, *nec ego quidquam de cruce panum facierum adduxeramus &c.* Duplici modo peccat V. Cl. nam primo monet, *alieno* illud *loco* a me factum, & tamen subjungit, *mei fuisse demonstrare*, *quod rationibus ipsius nulla probandi vis insit*. Hæc qua ratione cohæreant, plane non video. *Alienum locum* appellat, (sicuti & ego agnovi, idcirco tribus tantum verbis monens, me, licet non ignorem, quæ contra ejusmodi traditionem in genere H. & M. disputaverint, tamen in judicio *Hadr.* Relandi, quod olim mihi non displicuerat, adhuc acquiescere), & uberiorem *rationum* ab ipso adductarum refutationem tamen simul requirit. Deinde V. Cl. fucum facit lectori, quasi ego scripserim, quod H. & M. nonnulla de *cruce panibus facierum impressa* adduxerint, sicuti & infra, quasi non indicaverim, quod verba Relandi tantum spectent modum unctionis Pontificis M. imo quasi conclusionem ejusmodi inanem fecerim: si in unctione Pontificis M. X. digito fuit ductum, inde consequitur, idem panibus facierum impressum fuisse. Videat & judicet lector æquus, num res ita se habeat. Et præterea annon ipsemet de *cruce crustulis impressa* p. 42. differens confert figuram *crucis* in *unctione Pontificis* delineatam, sed quis iniquam ejusmodi conclusionem inde extorquere audebit? Certe non ego, qui par pari non referam, nec ullo modo a tramite *modestiæ* dimoveri me patiar.

Sed ad rem ipsam, de qua disputatur, nunc progredior. An panibus facierum impressa olim fuerit *figura crucis* 3, disquiri solet. *Affirmativam* defendi tum in exerc. cit. tum in tract. meo c. III. §. III. ita tamen, ne aliis eam tanquam certissimam obtrudere ausim, unde ipsemet p. 31. lin. 15. *conjecturam* diserte appellavi. Pro *negativa* stat V. Cl. cui *conjecturam* meam oppugnare lubuit judicans, *crucem panibus facierum oleo illitam longe incertiorem sibi videri*, *ac quidem illam crustulorum*, *quia de hujus aliquid*, *de illius nihil omnino referant Judæorum Doctores*. Sed quod proprio se jugulaturus sit gladio, non subodoratus est. De *cruce crustulis impressa* Judæos *aliquid* referre, libere scribit. Ubinam? in מנחות VI. 31. משיחין הרקיקין *lagana oleo illinuntur*. כציר מושחין *quomodo oleo illinunt?* כמין כי *secundum formam Chi*. *Verum* de רקיקין non de חביתין, quo nomine posteriori *crustula Pontificis* M. insigniuntur, sermonem esse, ecquis non videt? Prius nomen an *crustulis* illis ulibi tribuatur, nunc non inquiram, neque exempla a V. Cl. in recensendis eorum *nominibus* occupato allata animadverti. Dum ergo *conjecturam* meam oppugnaturus argumento a natura vocis רקיקין perito utitur, cur non eodem traditionem alteram de *crustulis cruce signatis* candide oppugnat? sed aliquid a Judæis pro ea referri, sibi aliisque persuadet. Interim verum ut fatear, neque *hæc crux crustulorum*, neque *illa panum facierum* hoc argumento satis feliciter destruitur. Verum quidem est, per רקיקין ex unanimi fere Ebræorum consensu intelligenda esse *lagana tenuia*, sicuti חלות *placentæ crassæ* sunt; vid. Part. I. tract. mei cap. I. §. II. minime tamen differentia hæc undiquaque observatur; hinc *crustula Pontificis* M. quæ *placentæ* fuere *tenuiores*, ut Ikenius in Antiq. Hebr. recte scribit, non refragante *Viro docto*, cum quo mihi res est, חלות appellata aliquoties deprehendi apud R. *Levi Barzelonitam* p. 184. aliosque. Sicuti etiam vox רקיקין in scriptis Judæorum usus latioris esse solet, ita ut *quascunque particulas exiguas* eo nomine insigniant. Certe R. Maimonides *massulas* seu *placentulas minores*, ex quibus atramentum Hebræorum olim paratum, רקיקין dicit in ה'תפלין I. 5. sicuti apud Sinenses ex *panibus exiguis* atramentum simile parari memorat *Matthæus* Riccius lib. I. *expedit. Sacr.* vid. *Jo: Jac.* Quandt differt. de *atramento Hebræorum* §. 5. Similiter verba Mischnæ citata latius patere videntur, unde ex sententia ipsius V. D. involvuntur *crustula*, quæ tamen non רקיקין sed חלות appellari solent. Eodem sensu latiori, ni fallor, accepit celeb. Heinius, vocem רקיקין generaliter *placentas* vertens; obs. S. lib. II. cap. III. §. IV. Ut taceam traditionem Jarchii ad Ex. XXIX. 36. ab eodem Viro Clarissimo allatam, *omnem unctionem peractam fuisse ad formam* Chi X. *ita*, *ut vasa tabernaculi*, *& tabernaculum ipsum crucis picturam habuerint*. Ast non lubet ulterius hæc prosequi.

Num

Num *conjectura* mea, qua crucem panibus facierum vindicavi, uberius ex hactenus allatis confirmetur, aliis dijudicandum relinquam.

Quæ V. D. sub finem oppositionis suæ monuit, levioris omnino ponderis sunt v. g. *me loco propositionis indefinitæ posuisse universalem*. An in eo erraverim, nondum perspicere mihi licet. *Theod.* Dassovius, Vir in his literis versatissimus, mentem Judæorum sic expresserat: *quod si munus offerretur ex laganis &c.* Ego ita: *omne munus ex placentis tenuibus oblatum &c.* Donec ergo non evictum fuerit, falsam esse *propositionem* meam *universalem*, erroris alicujus frustra insimulor. Ejusdem commatis est monela altera: *contra Judæos istiusmodi demonstrotiones nobis nihil prodesse &c.* Ego sane jamdudum monueram, *caute in hac re procedendum esse, & gentem* Christianam *contra Judæos pertinaces argumentis pro cruce Christi instructam esse longe solidioribus*. Conferantur, quæ sub finem c. I. dissert. cit. jam ante quinquennium monita fuere. Interim, si traditionem illam, qua *crucis figuram* tot rebus sacris serio vindicant, Judæis largiamur, annon contra ipsos pro cruce J. C. urgeri ea queat, nondum video. Certe nihil repugnat, quam si illud argumentum evertendo, vel unum armorum genus, quibus, adspirante divino favore, cum successu uti possumus, ex manibus Christianorum excutiamus, ut optime iterum, alia licet occasione, scribit *Hadr.* Relandus in *Palæstina* lib. I. cap. V. p. m. 30.

Cæterum cum V. D. ut supra dictum, demonstrationem efflagitaverit, *rationibus Ipsius*, quibus traditionem illam Hebræorum in genere oppugnare conatus est, *nullam probandi vim inesse*, eam pro viribus nunc tentabo. Rationes ipsæ sunt sequentes; α (*Judæi hac in traditione incostantes admodum sunt*, aliis, uti ex Tosephoth Jom Tobh apparet, literam græcanicam X. aliis literam Ebraicam ט, aliis נ, aliis, כ, aliis כ nominantibus. Resp. quamvis Judæi in designanda *crucis forma* inconstantes valde sint, sicuti in differt. de *cruce*, *signo salutis*, cap. I. §. 6. uberius ostendi, tamen inde non sequi, quod tota narratio falsa sit. Cæteroquin, si hæc argumentatio semper valeat, multæ *historiæ*, quarum de *veritate* nemo dubitat, *fabularum* in numerum referri deberent; β. si *placenta in sartagine frigenda oleo undique perfusa, quod a probabili ratione non abludit, figuræ alicujus locus in illa fuit nullus*. Resp. licet placentæ quædam oleo undiquaque perfusæ fuerint, non inde sequi, quod nullus alicujus figuræ locus in illis fuerit; nam cum oleum infusum a placenta imbiberetur, annon figura cruciformis, mediante digito, oleo alio pingi iterum potuit? Conferri huc velim, quæ de *modo effusionis olei* docte differuit Clariss. Relandus *antiq.* Part. III. cap. VII. §. 8. γ) *Potest forsitan Sacerdos, placentam formaturus, figuram aliquam digito suo effigiasse, sed qualis illa fuerit, & num illam pro lubitu & animi ergo, an deliberato consilio, ratione habita mysterii cujusdam, futuro tempore manifestandi, expresserit, pro certo adfirmare non possum*. Resp. si ponamus, Sacerdotem figuram aliquam digito effigiasse, quis illud *pro lubitu & animi ergo* factum fuisse pronuntiare audebit? Ego sane pro certo affirmavero, illud factum *deliberato consilio*, *ratione habita mysterii futuri*. Cultus sacer alium finem & *lusum animi* prorsus respuit. Forsan quidem regeret V. D. *mysteria quærenda esse in literis S. non vero in traditionibus Judæarum, quæ sint fidei non adeo certæ*. Sed Resp. Si hæc regula sine limitatione valeat, ipsemet V. Cl. contra eam peccavit, diligenter nimirum occupatus in enucleando *crustulorum* mysterio, de quo, ut & de *crustulis* ipsis, multorum ex judicio in pandectis Sacris nihil plane legitur. Non semper tamen eam valere, cum varios rirus a Patribus templi secundi demum introductos ipsemet Christus, Doctor ille longe sapientissimus, non rejecerit, in *Decimis Sacris* observ. XXIV. p. 211. jam inculcavi. Consentientem quoque postea deprehendi *Frid.* Spanhemium, summum illum Belgii Theologum, in *miscell. Sacr.* Opp. tom. II. f. 911.

His missis ad partem alteram disceptationis nostræ alacriter progredior. Disquiri nimirum ab Interpretibus doctis solet, quo sensu phrasis Paulina καθ' ἡμέραν Hebr. VII. 27. explicari debeat. A nonnullis *quotidie*, ab aliis *in die* sc. *expiationis* eam verti, in tract. de *panibus facierum* Part. II. cap. I. §. 2. paucis indicaveram. Judicium vero suum suspendit *Died. Jacobsenius* in tract. de *adspersionibus Hebræorum*. p. 109. Qui *in die* vertunt, eorum partes quam maxime tueri conatur Lakemacherus, cui Virum Clar. calculum suum addidisse, ibidem monui. Quod autem *demonstraverit*, nullibi a me dictum est. Ego sententiam priorem præferendam duxi,

duxi, neque judicii illius me pœnitet. Ad *anniverſariam oblationem* reſpici, ex *nexu* neutiquam conficitur. D. Paulus enim in eo occupatus eſt, ut *perfectionem ſummi* noſtri *Pontificis* præ omnibus aliis Sacerdotibus V. T. luculenter demonſtret. Ea vero quam maxime ex ſententia noſtra apparet, qua docetur, Pontificem V. T. hominem erroribus multis quotidie obnoxium, non *quotanis*, ſed *ſingulis diebus* expiatione pro propriis peccatis opus habuiſſe. Merito igitur ſic argumentamur: Quæcunque *ſententia* ex *communi* atque *perpetua* phraſeos *ſignificatione* in *literis Sacris* æque ac *profanis* confirmatur, & præterea ad *ſcopum* Apoſtoli *maxime* facit, ea omnino præferenda eſt *alteri*, quam ſignificatio phraſeos minime, & *ſcopus* Apoſtoli *aliquatenus* tantum admittit. A. E. † Plura non addam, donec Viro Cl. temporis anguſtia tum temporis circumſcripto, in hoc argumentum curatius inquirere licuerit.

[1] confer, ſi volupe eſt, elogia, quibus ἐγκρατεῖαν *continentiam* illam Scriptores alii celebrant apud *Lampium* diſſert. de *fide radice bonorum operum* §. 18.

[2] orat. de *Theologo modeſto*, miſcell. S. tom. II. p. 913. addi merentur, quæ eadem de materia erudite diſſeruit Ill. *Gundlingius* in orat. elegantiſſima de *libertate Fridericianæ* Halæ 1711. recuſa in celeb. *Kappii oratt. ſelectis* p. 803. ſeqq.

[3] *Panis Dei* imaginem in *panibus* gentilium olim impreſſam apparuiſſe, poſt *Almeloveenium* docet *Chriſt. Bruningius antiq. græc.* Sect. I. cap. II. p. 14. in notis.

† Similis fere eſt lapſus, quamvis in alia plane materia, *Gomari*, magni olim apud *Batavos* Theologi. Hic enim per τὸν λόγον Luc. I. 2. *filium Dei* intelligendum eſſe, cum aliis judicans, cum ſignificationem illam excellentiorem D. *Lucæ* plane inſolitam eſſe, ab aliter ſentientibus ſibi objici animadverteret, ita quidem regeſſit, *nullam cauſam eſſe neceſſariam, cur non poſſit aliqua vox una ſignificatione uno tantum libro uſurpari, in reliquis vero omnibus aliud notare*. Opp. tom. I. p. 152. Sed optime *Lampius*: *non negatur, vocem* πολύσημον *aliquando a Scriptoribus ſacris ſenſu alias non recurrente uſurpatam eſſe, quando* nexus, ſcopus & prædicata *iſtud clare exigunt. Iſtud tantum volumus, quando de* duabus diverſis notionibus *eſt quæſtio, quæ utræque cum* cohærentia & prædicatis *convenire videntur, tum* eam notionem *eſſe præferendam, quæ* ſimplicior, *quæque alias* frequentiſſime *apud eundem Scriptorem occurrit, cum altera* nuſquam *apud eum extet. Hoc facile putamus nobis conceſſum iri.* diſſert. de *locis N. T. quæ de* λόγῳ ὑποτακτικῷ *agere videntur*. §. XI. tom. I. p. 126. *collect. Gerdeſianæ*.



CHRISTIANI LUDOVICI SCHLICHTER

DE

PANIBUS FACIERUM

PARS PRIMA.

PROOEMIUM.

ARGUMENTUM.

Gentiles Diis panem obtulerunt, ſicut Hebræi. Feſtum μεγαλάρτια. *Spencerus* notatur. *Wolterſius* laudatur.

HAud levem inter ritus Hebræorum & Gentilium intercedere convenientiam vel ex oblatione *panum ſacrorum*, utriſque uſitata, evidenter apparet. De prioribus res eſt cuivis, in literis S. bene verſato, ſatis nota, & ipſo noſtræ materiæ argumento egregie confirmatur; poſteriores autem, quam varias, eaſque in deliciis habitas, placentarum ſpecies Diis offerre conſueverint, ex *Homero*, *Ariſtophane*, eorumque *Scholiaſtis* doctiſſimis, apud quos μελιττοῦτα, ἐσχάρα, ὀλπογύται & alia placentarum genera, in ſacris ethnicis uſu frequente trita occurrunt, abunde docuit *Jo. Spencerus* in libris, multiplici eruditione refertis, de *legibus Hebræorum ritualibus* Lib. III. cap. II. fol. 757. editionis ultimæ, quæ cum erudita præfatione Illuſtris *Pfaffii* ante quadriennium *Tubingæ* lucem vidit. Et quis ignorat panes magnos, quos Delii, Boeotive, in Cereris feſto huic Deæ obtulerunt, teſte *Plutarcho* de Iſide. p. 378. unde ipſum illud feſtum μεγαλάρτια fuit appellatum, uti obſervant *Euſtathius* ad Homeri Iliad. p. 262. & *Athenæus* Deipnoſ. lib. III. cap. XXV. p. 109. εἰσὶ ἄρτοι μεγάλοι, καὶ ἑορτὴ καλεῖται μεγαλάρτια *ſunt panes magni, & feſtum* μεγαλάρτια *dictum?* Subjungere poſſemus locum *Plutarchi*, ſatis quidem olim corruptum, ſed ab Illuſtriſſimo *Ezech. Spanhemio* in comm. ad *Callimachi hymn. in Cerer.* v. 12. feliciter integritati reſtitutum, aſt eundem jam aliquoties adductum vidimus a *Dachſio* ad Cod. *Succa* p. 502. & *Hakmanno* diſſert. de *panibus pentecoſtalibus* p. 68. Originem horum rituum quod attinet, merito nos miramur audaciam

daciam Viri cœteroquin doctissimi, *Jo. Spenceri*, utpote cui magis ex vero esse videtur, hujusmodi oblationes in antiquiorum gentium ceremoniis locum invenisse, easque Deum (paululum correctas & emendatas) in cultum suum recepisse, ut illius instituta ad populi modulum accommodaret, eosque grata sacrorum varietate demulceret. *Alias enim*, (inquit,) *quid Deus lagana, collyrides, crustula, aliaque* NB. *pueris dari solita sibi dari postularet*? Verum enim vero, licet sententia illa, qua omnes ritus & ceremoniæ, in veterum sacris usitatæ, ab Hebræis originem suam traxisse perhibentur, nec dum sit ita ad liquidum perducta, ut illi tuto possit in omnibus subscribi [1], in præsenti tamen materia *Spencero* fidem minime habemus; hinc ipsemet Vir doctus primum panis in sacris usum a *Noacho* derivans, nullum adfert testimonium, quo gentes ante tempora Mosis panem obtulisse probari possit. Postquam enim nonuulla de Noacho, ab antiquis Ogyges (ex sententia *Jac. Bolducii* עשׁר *factor* vel *sacrificator placentæ*) dicto erudite disseruisset, brevi post hæc subjungit: *non difficile est credere, gentes parentis hujusce communis* [*Noachi*] *exemplo doctas, panes ante tempore Mosis obtulisse, & Mosen oblationem minchæ non tam præcepisse, quam emendasse, & nova sanctione confirmasse*. Dum autem Lector ulteriorem hujus conjecturæ probationem avide expectat, filum orationis statim abrumpit his verbis: *sed piget obscurioribus hisce diutius immorari*, quibus infirmitatem causæ suæ satis prodit. Nos igitur cum *Steucho Eugubino* in comm. ad Levit. VII. 12. aliisque Interpretibus nulli dubitamus, quin gentiles literis S. edocti, vel ex fama saltem audientes, quid in cultu sacro Hebræorum geratur, & quam variis *panum* oblationibus Deus Israelis delectetur, tam varia & delicata panum genera Diis suis obtulerint. Ex Hebræorum oblationibus huc inprimis spectant *panes propositionis*, nec non *panes pentecostales*, quorum illi singulis septimanis, hi singulis annis ex mandato divino offerri debebant. Ex. XXV. 30. Levit. XXIV. 5. 9. & XXIII. 19. aliasque oblationes ex similagine confectas ne memoremus. De prioribus ex professo agere, sedet jam animo consilium. Novimus quidem, *Ludovicum Wolters*, Theologum postea apud *Gedanenses* dignissimum, qui ante biennium fere diem suum obiit, jam olim in Academia Frisiorum celeberrima eruditam in hac materia illustranda collocasse operam, ita ut multorum Eruditorum applausum meruerit [2], unde etiam, quæ nos ia chartam conjeceramus, in tempore abscondenda esse primum judicavimus. Ast cum materiam illam longe nobilissimam altius meditaremur, eamque variis, iisque novis, observationibus augeri posse animadverteremus, nostra quoque qualiacunque cogitata, quæ forsan ob ordinem satis concinnum haud injucunda erunt, in lucem mittere constituimus. Utriusque labores sedulo conferre non pœnitebit. Forsan & hic obtinebit, quod D. *Augustinum* dixisse, quamvis in alio argumento, monet *Jo: Henricus ab Elswich* [3], Vir Cl. *utile esse, plures libros a pluribus fieri, diverso quidem stylo, sed re una eademque, ut ita veritas & rerum gestarum memoria ad plures transmittatur*. Ut taceamus judicium *Hieronymi van Alphen*, Professoris Theologiæ in Academia *Ultrajectina* longe celeberrimi: *ad disputationem Academicam non necessario requiri, ut illa solum proponantur, quæ non sint dicta prius*! in Hist. *Pauli Apostoli* disputat. I. §. 2.

[1] Uti quidem existimat Vir doctissimus, qui ante aliquot annos *decimas* nostras *sacras* recensuit in *Actis Erudit. Lipsiens.* Supplem. tom. X. Sect. IX. p. 420. cui addi potest Cl. *Lakemacherus* obs. philogg. Part. III. p. 362. sqq.

[2] In duabus dissertatt. de *mensa & panibus propositionis*, sub præsidio *Jacobi Rhenferdi* Franequere A 1703. ventilatis, quas *eruditas & lucernam olentes* vocat *Theodorus Hasæus*, Vir insignis, in *Biblioth. Brem.* tom. III. p. 369. & in tract. de *lapide fundamenti*, *cui olim arca fœderis imposita* fuit. p. 5.

[3] In præfatione disquisitionis eruditæ de *formula concordiæ*, *num in Dania sit combusta*? Wittebergæ 1716.

C A P U T I.

De variis horum panum appellationibus.

A R G U M E N T U M.

§. 1. *Voces* לחם *&* ἄρτος *explicantur.* מלחמה *locus helluationis.* ἄρτος *convenit eum Pers.* Ard *farina. Panis pro omni cibo.* §. 2. חלות *ſunt panes craſſi,* רקיקין *placentæ tenues. Arab. Rakka notat tenuem eſſe.* κολλύραι & κόλλαβος *panum ſpecies.* §. 3. *Rationes appellationis* פנים *variæ. Alluditur ad titulum Meſſiæ, quo* מלאך פנים & הפנים *appellatur.* פנים *pro ipſa perſona.* §. 4. *Panes noſtri vocantur* קודש & קודש קדשים *quia typus erant Meſſiæ, qui Sanctus Sanctiſſimus dicitur. Loca Jeſ. VI. 3. & Dan. IX. 24. illuſtrantur.* §. 5. *Nomen* תמיד *non eſt adject. ſed ſubſtantivum. Radix ejus eſt* מדד emenſus eſt, *apud Arabes extendit.* תמיד πάντοτε *&* ἀδιαλείπτως *non ſemper actum continuum deſignant. Raupius excuſatur.* §. 6. *Nomen* מערכת *ad ordinem panum reſpicit.* ערך *de collocatione membrorum victimæ, & lignorum ſuper altari uſurpatur. Judæi per* סדר *explicant.* §. 7. *Lev. XXIV. 7. explicatur, ut & Jeſ. LXVI. 3.* אזכרה *&* הזכיר *ad thus reſpiciunt* ל *pro* ה חהה *Gen. XI. 3.* §. 8. *Verſiones Græcæ & aliæ illuſtrantur. In Tabernaculo & templo Deo tanquam Regi menſa quotidie parabatur.*

§. I.

Titulus præcipuus, quo *panes* hi inſigniuntur, eſt לחם פנים *panis facierum.* Nomen לחם vi originis ſuæ omne, quod conſumitur, innuit; verbum לחם enim apud Hebræos & Arabes *conſumere* ſignificat, ſive illud fiat ore, ſive gladio, id eſt, *veſci* atque *pugnare.* Hinc מלחמה, quod plerumque bellum denotat, pro loco helluationum quoque accipi ſolet, docentibus *Franciſco Tſepregi*, Hungaro doctiſſimo, diſſert. I. *de authentia ſelectiorum Cethebim.* p. 35. 59. & *Hieronymo van Alphen*, Filio, in diſſert. *de Sacerdote Caſtrenſi Hebræorum* p. 4. Proprie autem לחם de comeſtione ciborum uſurpatur, unde לחם vocabulum generale eſt, quod omnia ad vitam ſuſtentandam neceſſaria, præcipue, quæ comedimus, in quibus etiam caro eſt, complecti ſolet. Loca ſatis multa ex codice Sacro diligenter collegit *Salomon Glaſſius* in libro *Philolog.* S. utiliſſimo, & Studioſis Theol. maxime neceſſario tr. 1. c. XV. [1] Notionem *fructus* arboris ex lingua Arabica ei quoque vindicat *Albertus Schultens*, Vir in literis Arabicis noſtro ævo facile Princeps, in *animadverſ. philologg.* V. T. ad Jer. XI. 19. p. 407. Similiter apud Græcos nomen ἄρτος (confer vocem Perſicam *Ard*, quæ *farinam* denotat, docente *Relando* diſſertatt. miſcell. Part. II. diſſ. VIII. *de reliquiis veteris linguæ Perſicæ* §. 20. p. 134.) omnem cibum complectitur, hinc φαγεῖν ἄρτον ad exemplum Hebræi אכל לחם Gen. XLIII. 24. Sam. XX. 23. &c. totum prandium aut cœnam, atque adeo comeſtionem variorum eſculentorum deſignat; vid. *Suicerus* theſauri Eccleſ. tom. I. p. 518. *Lampius* comm. ad Joh. VI. 23. tom. II. p. m. 185. *Wolffius* ad Matth. XV. 2. & *Jo. Olearius de ſtylo N. T.* p. 6. collect. Rhenferd. Cæterum ſubtilior videtur quæſtio nonnullorum, an hæc τοῦ לחם notio, qua omne edulii genus ſub ſe comprehendit, propria ſit, vel an impropria, per ſynecdochen ſpeciei pro genere, cum panis ſit עקר מאכל האדם *ciborum hominis principaliſſimus*, ut ſcribit *Kimchi* in libro *radicum* ad vocem לחם. Prius placet *Vorſtio*, *Hakſpanio*, aliis; poſterius autem *Jac. Gouſſetus* in lexico & *Lampius* ad Joh. XIII. 18. tom. III. p. 47. in notis quam maxime defendunt. Verum nos ad alia properamus, cum *Wolfio* judicantes, hæc tanti non eſſe, ut in iis hæreamus.

§. II. Levit. XXIV. 5. nec non in ſcriptis Rabbinorum v. g. *R. Salomonis* ad Ex. XXV. 29. *Maimonidis* תמידין cap. IV. 12. 14. & aliorum panes noſtri appellantur חלות, quo nomine *placentas* indigitari *craſſas*, ſicuti per רקיקין *lagana tenuia*, Doctores Hebræorum unanimi fere conſenſu tradunt; vid. *Lexicon Aruch* f. 40. & *Maimonides* ad Beza fol. 99. apud *Daſſovium* in Scholiis Criticorum ad Levit. p. 5. add. *Jo. ab Hamm* de *ara interiore* Part. II. cap. IV. §. IV. & *Jo: Jac. Quandt* diſſert. de *atramento Hebræorum* §. IV. Regiom. 1713. unde miramur audaciam *Oleaſtri*, qui רקיקין panes *craſſos*, & חלות placentas *tenues* fuiſſe cenſet ad Levit. cap.

cap. 2. Certe hæc ſententia non modo conſtanti Judæorum traditioni, ſed & naturæ vocis רקיקין, quæ a radice Arab. *Rakka* commode derivari poteſt, aperte contrariatur; verbum *Rakka* autem apud Arabes ſignificare *tenuem eſſe*, alia occaſione magnus *Bochartus* hieroz. Part. I. lib. II. c. XXXI. p. 304. variis exemplis egregie confirmavit. Interim, ne aliquid reticeamus, ipſi Rabbini contradicere ſibi videntur, dum חלות placentas craſſas ſemper fuiſſe aſſerunt, & tamen panibus noſtris craſſitiem unius digiti, quæ tanta non eſt, diſerte vindicant in מנחות XI. 4. Sed dubium hoc ſtatim ceſſat, ſi modo attendamus, eos craſſos appellari quoque poſſe ratione laganorum, quæ magis tenuja erant, nec non reſpectu geminæ in extremitatibus replicationis, quam duorum palmorum vel ſeptem digitorum facere ſolent, ut infra cap. III. §. II. docebitur. Eadem ratione res ſeſe habuit cum panibus Pentecoſtalibus V. T. qui in מנחות II. 2. III. 6. & alibi חלות appellantur, licet placentæ tenues eſſent, excepta replicatione IV. digitorum, quæ ab utroque latere fieri ſolebat, docente *Hakmanno* cap. III. §. XII. Græcis ejuſmodi placentæ κολλύραι appellantur; κολλύρα autem eſt panis ſpecies, quam pueris dare ſolebant, ſeu fruſtulum panis, uti ex Scholiaſte *Ariſtophanis* obſervat *Scapula* in lexico, & vid. *Chriſtianus* ad *Ariſtoph.* f. 162. edit. Kuſterianæ. Neſcio, an huc referri quoque poſſint κόλλαβοι panes parvi, quos nonnulli figuræ quadrangulæ, alii oblongæ faciunt, uti docet *Kuſterus* ad Ariſtoph. *Equites* p. 107.

§. III. Epithethon primarium, quod ſingulari cum emphaſi in textu S. ſubjungitur, eſt לחם פנים. *Onkeloſus* לחם אפיא, & *Aquila* ἄρτες προσώπων. Hujus appellationis rationem non unam Interpretes Judæorum ac Chriſtianorum dare ſolent. Ex Judæis multi Doctores hos panes ſic dictos autumant, quod multas haberent facies, ſive multa latera, & unum latus, ſive una facies eſſet ſicut altera facies; vid. Abarbanel ad leg. CXCIV. col. 3. *Jom Tobboph* ad מנחות XI. 5. & alii ap. *Daſſovium* in diſſertatiuncula de *panibus facierum* contra Cl. *Witſium* §. V. edita Witteb. 1692. & recuſa 1736. Secundum alios appellationem illam inde traxerunt, quod ſemper eſſent in facie & conſpectu Domini, ſicuti LXX. vertunt ἄρτες ἐνωπίες, q. d. ἐν ὤπι in oculo. Ita quidem ſentiunt *Nachman Gerundenſis*, *Vatablus* & *Fagius* in bibliis criticis, *Flacius* in clave SS. *Daſſovius*, *Amelius* ad loca diffic. V. T. tom. I. p. 238. *Matth. Hoſtus* lib. I. de *menſuris* p. 120. aliique; ſed cum hi panes ob quotidianam præſentiam nomine תמיד inſigniantur, noſtram appellationem aliorſum reſpexiſſe, merito colligimus. Sunt denique [2] Viri docti, nominatim *Caſtalio* in bibliis criticis, qui *panes præſentiæ* (Dei) explicant, quod facies Dei in SS. ſæpius pro præſentia Dei ſumatur, & quod columna nubis, quæ ſymbolum fuit præſentiæ Dei, facies Dei appelletur. Ex. XXXIII. 13. 15. Ita etiam doct. *Ludov.* Wolters Sect. II. §. IV. qui præterea addit ſub phraſi לחם פנים gratiam & iram comprehendi, ſicuti *facies* Dei pro gratia, favore, miſericordia, & pro ira aliquando ſumatur, gratiam, cum panes illi Chriſtum, ut gratiam Patris ſollicitantem, propoſuerint, iram, cum ſacrificium Chriſti, a flagrante ira Dei conſumendum, retulerint. Verum hæc longius petita, imo aliqua ex parte obſcura eſſe, ecquis non videt? Ut igitur, quæ noſtra ſit ſententia, tribus dicamus, Deus Iſraelis ſapientiſſimus populum ſuum, qui tempore Moſis & ſeculis ſequentibus vixit, ſuaviſſima hac appellatione ad antitypum, per hos panes præfiguratum, ad Dominum Meſſiam, manu quaſi ducere voluit. Noverant nimirum, Meſſiam aliquando appellari *faciem* Dei. Exod. XXXIII. 14. פני ילכו *facies meæ ibunt*, ubi *Onkeloſus*: *Schechina mea ibit*. Et R. *Nachmanides*: מלאך הברית אשר אתם חפצים שבו יראו פני *Angelus fœderis, quem deſideratis, in quo videbitis faciem meam*; add. Jeſ. LXIII. 9. & Malach. III. 1. ubi Angelus idem, qui Moſi olim apparuerat, atque Iſraelitis tutiſſimum præſtiterat præſidium, מלאך פנים *Angelus facierum* appellatur. Agnoverunt id R. *Bechai*, aliique ex Judæis, inprimis Kabbaliſtæ, quorum teſtimonia jam dudum adduxerunt *Jac. Altingius* paſſim, & *Jo. Henr. Michaelis* in diſſ. de *Angelo Dei*. Halæ 1702. [3] Addimus nummum ſingularem, quem *Nicolaus Toinardus* chartæ impreſſum Pariſiis A. 1685. exhibuit, quique variis figuris Judaicis ornatus eſt, & inter alia quoque hæc verba repræſentavit: מטטרון שר הפנים i. e. *Metatron*, *Princeps facierum*; vid. quæ de hoc nummo uberius diſſeruere cel. *Tenzelius* in denen monatlichen Unterredungen A. 1691. menſe Decembri p. 1035. ſqq. & ex eo *Zach. Grapius* diſſ. de Judæorum & Muhamedano-

danorum חבוט הקבר seu *percussione sepulcrali* §. XVII. Rostochii 1699. Qui tamen per *Metatron Angelum mortis* minus recte intelligunt; nam secundum Judæos multa millia ejusmodi Angelorum dantur, & duo præterea iis præfecti, *Gabriel* & *Sammuel*; hos omnes antem dependere dicunt ab Angelo *Metatron*, cui Deus notum faciat, quot homines quotidie sint morituri, teste R. *Nathane Spira* apud doct. *Neubauerum* in sing. diss. de *Angelo mortis* §. XIV. ut taceamus, nomen *Metatron* Domino Messiæ in scriptis Hebræorum sæpissime vindicari, ut alibi uberius docebitur. Cœterum non mirum alicui esse potest, vocem פנים personaliter intelligi debere, cum etiam apud Arabes & alios *facies* pro homine ipso, persona ipsa, accipiatur, docente *Jo. Vriemoet* in miscell. philol. p. 6. sq. & in observatt. ad Matth. p. 71. imo Judæi antiqui tres personas appellant *tres facies*, uti ex notis *Andreæ Mulleri Greiffenhagii* observavit *Amelius* tom. I. p. 11. sq. Forte huc etiam spectat phrasis illa: נשא פנים *accipere faciem alicujus*, id est, *honorare* aliquem, de qua nos alibi dicemus.

§. IV. Ad easdem meditationes sacras pii Israelitæ gradatim ducebantur per nomen *Sanctitatis*, quo *panes facierum* insignitos deprehendimus. קדש קדשים audiunt Lev. XXIV. 9. nec non לחם קדש *panis sanctitatis* 1. Sam. XXI. 4. imo κατ' ἐξοχὴν קדש *sanctitas* v. 6. Cujus denominationis ratio erat duplex: (1) ut doceretur, panes illos iisdem gaudere privilegiis, quibus sacrificia *sanctissima* קדשי קדשים in oppositione קדשים קלים sive *minus sanctorum* gaudere soleant, inprimis respectu comestionis, ut in loco sacro, & a solis sacerdotibus, per tempus comestioni destinatum, sancte consumerentur; vid. infra cap. V. ubi de hac comestione ex professo agetur; (2) ut attentis fidei oculis antitypum horum panum contemplarentur, nucleumque sub cortice latentem læti comederent. Hic est Dominus Messias, qui idcirco *Sanctus*, imo *Sanctissimus*, in literis S. non raro appellatur. Lev. XI. 44. Job. VI. 10. Prov. IX. 10. Jes. VI. 3. Dan. IX. 24. Hos. XII. 1. 4 vid. præter *Vitringam* ad Jes. loc. cit. *Jo. Faes* in tr. de *hebdomade Magna* p. 50. ex quibus omnibus, ne nimis prolixi statim ab initio videamur, duo tantum loca, præ aliis bene notanda, examinabimus. Primus esto ille apud *Jesaiam*, ubi per trinam unius vocis repetitionem eximiam rei, de qua agitur, præstantiam, aut affectus vehementiam innui, multi quidem Interpretes judicant; verum nos, quamvis hanc observationem non semper contemnendam esse largiamur, licet etiam non diffitendum sit, multa esse loca, ex quibus SS. illud Trinitatis mysterium fortius adstrui possit, in trina tamen hac repetitione idem mysterium respici, adeoque & Messiam vocari *Sanctum*, firmiter sumus persuasi; inprimis cum textus prophetici συναφεία v. 8. ubi Deus de se in plurali loquitur, & N. T. collocatio, ubi hæc Θεοφανεία ad Filium Dei Joh. XII. 40. 41. & ad Spiritum S. Actor. XXVIII. 26. refertur, illud luculenter doceant; conf. *Glassius* philolog. S. lib. III. tr. 1. p. 268. Longe perspicaciores omnino multis Christianis fuerunt quidam Judæi, a quibus mysterium hoc in illis verbis jam olim deprehensum est; v. g. R. *Simeon* זה אב קדוש זה בן קדוש זה רוח הקדוש קדוש & *Jonathan* in paraphrasi Chaldaica, sicut in vetustis exemplaribus fuit קדישא אבא קדישא ברא קדישא רוחא קדישא docente Cl. *Helvico*, Prof. olim. Giessensi, in *vindicatione locorum* S. V. T. p. 341. (collect. Cren. fasce III.) Alter locus extat apud *Danielem* IX. 24. ubi idem Messias קדש קדשים appellatur. Non audiendi enim sunt Judæi, qui arcam fœderis cum utensilibus sacris, neque Christiani, qui *Cyrum* vel alium Regem intelligi volunt. Messiam esse illum *Sanctissimum*, agnoverunt ex ipsis Judæis R. *Abenesra* & *Abarbanel*, quorum testimonia jam adduxit *Chr. Bened. Michaelis* in doctissimis annotatt. ad *Danielem* p. 315. quibus alia ex *Maimonide* aliisque subjungi possunt apud *Amelium* loc. cit. p. 488. & vid. *Jo. Frischmuth* differt. de *Messiæ excisione & Hierosolymorum desolatione* ad Dan. IX. 26. 27. cap. I. §. III. IV. Cœterum, si res ipsa spectetur, sive in genere masculino *Sanctus Sanctorum*, sive neutraliter, *Sanctum Sanctorum* vertatur, perinde erit. Utroque modo emphatice exprimitur Messias [conf. de posteriori Luc. I. 35.] non excluso tamen corpore ejus mystico, Ecclesia novi Fœderis, donis Spiritus S. largissime perfundenda, licet eam solam intelligere nolimus cum *Vitringa* observ. S. lib. VI. cap. I. §. VI.

§. V. Aliud nomen occurrit Num. IV. 7. ubi panes nostri לחם תמיד *panes juges* appellantur. In voce תמיד litera ת vulgo radicalis putatur, &

nomen

nomen ipſum tanquam adjectivum exprimitur *jugis*, *e*; ſed cum nullibi in fœmininum flectatur, atque cum ſubſtantivo præcedente per regimen conſtrui ſoleat, ſubſtantivum eſſe, monent *Gouſſetus* in lexico, *C. B. Michaelis* in annotatt. laudatis p. 247. & nuper Cl. *Jo. Simonis* noſter in *arcano formarum nominum Hebr.* hinc תמיד eſt *perpetuitas*, q. d. tempus ſe prolongans, & longiſſime ſe extendens; hinc idem nomen nude poſitum pro ſacrificio vel cultu perpetuo ac jugi venit Dan. VIII. 11. 12. 13. XII. 11. & alibi. Quæ obſervatio non parum exinde confirmatur, ſi modo attendamus, verbum מדר in lingua Arabica *extendere* ſignificare, quam notionem quoque voci Hebrææ variis in locis feliciter vindicavit Cel. *Alb. Schultens* in animadv. ad *Jobum* p. 20. & in animadv. V.T. p. 123. לחם תמיד ergo erunt panes *quotidiani*, non eo ſenſu, quaſi ſingulis diebus fuerint apponendi, ſicuti exiſtimaſſe putatur *Raupius*, quem tamen *Daſſovius* §. ultimo excuſat, ſed, quod quotidie coram Domino præſentes eſſent, imo quod ex traditione Hebræorum menſa nunquam ſine panibus relinquenda eſſet; dum enim illi panes veteres auferunt, hi novos apponunt, ita, ut manus apponentis tetigerit manum auferentis. מנחות XI. 7. vid. infra cap. IV. §. 3. 4. Alio autem ſenſu vox תמיד de ſacrificio quotidiano, cui duo agni deſtinati erant, uſurpatur. Hi enim non actu continuo, ſed certis horis, mane & veſperi quotidie offerri debebant. Exod. XXIX. 38. Num. XXVIII. 3. 8. Eſdr. III. 5. Nehem. X. 33. unde 6. agni legitimi ad minimum peculiari cuidam ſtabulo ſemper includi, & per 4. dies ante mactationem diligenter viſitari ſolebant. *Erach.* III. 5. *Tamid.* III. 3. 4. ibique *Bartenora*; addatur *Relandus* antiq. Hebr. Part. I. cap. IX. §. VII. & P. III. c. I. §. IV. Similiter in ſcriptis Judæorum Viri *Otioſi* בטלנים, qui quotidie primi & ultimi in Synagogis erant, ut tempore precum ſemper legitimus cœtus inveniretur, licet non integrum diem in iis exigerent, dicuntur ſediſſe תמיד, id eſt, *quotidie*, *aſſidue*; vid. *Jac. Rhenferdus* Opp. philolog. p. 291. Conferri hoc loco merentur voces Græcæ πάντοτε, ἀδιαλείπτως, quæ non ſemper actum continuum, ſed aliquando ſtudium aſſiduum & non ſæpe remittens deſignant Luc. II. 37. XVIII. 1. Joh. XVII. 20. I. Theſſ. V. 17. de quibus, uti & de voce תמיד, plura dabunt *Wolffius* ad Luc. loc. cit. *Jo. Henr. Majus* obſ. S. Part. IV. p. 93. & celeb. *Jo. Georg. Michaelis*, Collega noſter conjunctiſſimus, diſſ. I. de *cruſtulis Pontificis M. quotidianis* p. 8.

§. VI. Non omitti denique debet nomen לחם המערכת 1. Chron. XXIII. 28. q. d. *panes ordinis* vel *diſpoſitionis*; ערך enim valet *parare*, *aptare*, *ordine diſponere*, pro diverſis circumſtantiis, in quibus vox ea uſurpatur. In literis S. aliquando occurrit phraſis ערך שלחן *menſam cibis inſtruere* Pſ. XXIII. 5. Jeſ. XXI. 5. &c. quam etiam retinent Doctores Hebræorum in *Mechilthah* fol. 38. 2. & in *Jalkuth* Part. 1. fol. 74. 3. hinc *David Millius*, decus illud Ultrajectinum, panes noſtros לחם המערכת dictos cenſet, quod menſa Sacra iis tanquam cibo ordinario fuerit inſtructa, in *diſſertatt. ſelectis* diſſert. IV. §. XXIV. p. 119. Verum, quod pace Viri longe celeberrimi dixerim, hæc explicatio vim illius appellationis minime exhaurit, dum verbum ערך non qualemcunque inſtructionem menſæ ſed *ordinatam* in ſpecie indigitat, ſicuti alias de collocatione membrorum victimæ in altari adhibetur Lev. I. 12. & ſicuti ipſum nomen מערכת de ordine lignorum ſuper altari impoſitorum in ſcriptis Rabbinorum occurrit, docentibus *Seringhamio* ad *Joma* p. 49. & *Zeltnero* in diſſert. de *cruce Chriſti in V.T. præſignificata* §. XII. Diſerte igitur hac appellatione reſpicitur ad certum ordinem, quem Sacerdotes in diſponendis panibus Sacris diligenter obſervarunt, ponendo ſenos & ſenos, ut duo in altum ſurgerent cumuli; vid. infra cap. IV. §. V. hinc Doctores Hebræorum duplicem illam ſeriem סדרים *ordines* emphatice appellant in מנחות cap. II. imo phraſin biblicam ערך per סדר *ordine diſponere* exponunt in Gem. תמיד fol. LXIV. 1. LXV. 2. & alibi, notante ipſo *Millio* p. 124.

§. VII. Hiſce omnibus quidam Interpretes nomen ſubjungunt novum אזכרה *memoriale* Levit. XXIV. 7. v. g. *Herbergerus* magnal. tom. VI. p. 269. *Feſſelius* in regno Chriſti myſtico, *Wernſdorffius* diſſ. *David* ἀρτόφαγος *a Filio Davidis excuſatus* p. 13. *Urſinus* in analectis Part. I. p. 396. aliique. Lut. vertit: Denckbrodt, & verſio antiqua: καὶ ἔσονται οἱ ἄρτοι εἰς ἀνάμνησιν. Sed minus recte; nam in loco citato non panis facierum, ſed thus, quando comburebatur, *memoriale* audit, ut tota textus συναφεία luculenter docet, ſiquidem memoriale illud dicitur igne abſumen-

ſumendum, quod panibus non competebat, ut recte jam monuit Cl. *Daſsovius* §. 22. & vid. *R. Bechai* ad hunc locum. Interim de ſenſu integri illius commatis non parum diſſentiunt Interpretes, hinc quidam cum *Druſio* ללחם vertunt *pro pane*, *vice panis*, id eſt, vice panis thus cremabitur in odorem ſuavitatis coram Jehovah; *non enim poterat adoleri panis*, inquit *Vatablus* ad hunc locum, *ſuper panes erat thus per totam hebdomadem: die Sabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur*: add. *Bernhardus Lamy* lib. III. de tabernac. Moſ. f. 377. Quo ſenſu litera ל loco præpoſitionis תחת poſita occurrit Gen. XI. 3. *& fuit eis later* לאבן *& lutum* לחומה *in cæmentum*. vid. *R. Abarbanel & R. Bechai* ad Gen. XXII. 3. Verum nihil obſtat, quo minus dativus retineri poſſit, q. d. *& erit hoc thus pani in momoriale in altari adolendum*; imo omnis difficultas eo citius ceſſabit, dummodo ex genio linguæ Hebrææ obſervemus, quam apte τὸ אזכרה ad ſuffitum referri poſſit; eſt enim a verbo הזכיר, quod pro *adolere* ſumitur Jeſ. LXVI. 3. מזכיר לבונה. Hieronymus: *qui recordatur thuris*; ſed melius LXX. ὁ διδὰς λίβανον εἰς μνημόσυνον *qui dat thus in memoriale*. Sicuti etiam Hebræi, *Abeneſra & Kimchius* vocem מזכיר per מקטיר vertunt, conſ. *Vitringa* in aureo comm. ad hunc locum, cujus ex judicio vox אזכרה in legibus Moſaicis valet id, quod de munere ſive ferto, oleo, thuri & ſali mixto accenditur ad nidorem faciendum in altari; ſed thuris præcipuum eſſe his reſpectum, inquit, cum thus panibus propoſitionis dicatur eſſe לאזכרת εἰς μνημόσυνον adolendum in altari. Legi quoque merentur *Druſius* ad Levit. locum citatum, & Cl. *Michaelis* de *cruſtulis Pontificis M.* exerc. IV. p. 3.

§. VIII. Illuſtrationis cauſa addi debent verſiones variæ. In Novo Teſtamento dicuntur οἱ ἄρτοι προθέσεως Matth. XII. 4. & Luc. VI. 4. ſed in epiſt. ad Hebr. IX. 2. ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, id eſt, ut *Vulgatus* quoque habet, *propoſitio panum*, per hypallagen, judice *Carpzovio* diſſ. *de arca fœderis* cap. I. §. V. qualem ex Thucydide quoque adfert *Georgius* apud *Wolffium* ad loc. citatum[1]. LXX. vertunt ἄρτους ἐνωπίους q. d. *panes præſentes & expoſitos*. vid. ſupra §. 3. *Aquila*: ἄρτους προσώπων & *Symmachus* προθέσεως. *Hieronymus*: *panes propoſitionis*, cum quo convenit verſio Græca, vocans *panes* προκειμένους 1. Chron. XXIII. 29. quæ vox non modo omnem propoſitionem in genere, ſed etiam *ordinatam diſpoſitionem* innuere videtur; προκεῖσθαι enim eſt verbum, cœteroquin *mortuis* proprium, cum in lectulo eleganter compoſiti, pedibus oſtium ſpectantibus, in atrio proponuntur. Qualis collocatio Græcis etiam πρόθεσις appellatur, & προτίθεσθαι νεκρὸν *collocare mortuum* denotat; vid. *Pollux* lib. VIII. cap. VII. & *Kuhnius* ad *Aeliani* Var. Hiſt. lib. 1. c. XV. p. m. 24. Interpres *Syrus* ad Matth. XII. 4. vocat *panem menſæ Domini*, & reddit: Schaubrodt, cujus appellationis rationem hanc dat *Herbergerus*: Dann GOtt verzehrete ſienicht / wie die Babylonier von ihrem freſſigen Bel ſchwärmeten zur Zeit Danielis / ſondern ſie lagen immer für GOttes Angeſicht / welcher zugeſaget hatte auf dem Gnadenthron zu wohnen / gleich als ein Schaueſſen; magnal. p. 269. add. Ven. *Jac. Elſnerus* in eleganti libro, *de ſtatu Eccleſiæ Græcæ recentiſſimo*, nuperrime edito; p. 243. 306. in notis. Cœterum ex tot nominibus emphaticis, quæ panes noſtri acceperunt, jam in anteceſſum conſpicere licet[2], tabernaculum primo, & poſtea templum, fuiſſe inſtar aulæ regiæ, in qua Deo tanquam Hero menſa quotidie apparabatur: hinc ſacrificia quotidiana, & panes etiam propoſitionis, & libamenta vini, aliaque id genus, quæ partim a Deo per ignem, partim a Dei miniſtris ac ejus quaſi aulicis abſumebantur, ut *Wernſdorffius* eleganter ſcribit. Et paulo uberius *Jac. Mejerus* 5 Vir Cl. *Erant, ut decet tantum Regem & Dominum, omnia pluſquam baſilice. Videas ibi alios curſantes menſam inſtruere, alios cernas gradientes, eandemque dapibus onerare; videas rurſus alios bellaria portantes, alios denique, ubi ſat menſæ epuliſque datum, ſcyphis & crateribus, vino & libaminibus plenis, menſam claudere. Ne vero quicquam, quod ad magnificentiam quotidiani hujus convivii faceret, intermitteretur, adolebatur quoque ſuaviſſimi odoris thymiama ſeu ſuffitus, quod & in conviviis Orientalium fieri ſolebat. Berachoth* cap. VI. §. 6. ibique *Bartenora*.

[1] Addantur auctores ab *Hakmanno* c. 1. §. jam excitati, nec non Ven. *Conr Ikenius* in antiquitate Hebr. Part. III. cap. VI. §. 3. *Theoph. Amelius* ad loca difficil. V. T. tom. II. p. 947. *Boccius* diſſ. de *juſto non derelicto* §. 14. & *Dav. Richter in phyſiognomia Sacerdotum* p. 15. ſq.

[2] Ut taceamus conjecturam Cl. *Urſini* in analect. S. Part. I. p. 396. quaſi hoc nomine alludatur ad certa ſymbola panibus his impreſſa, de quibus infra cap. III. §. 3.

[3] Subjungi possunt *Eisenmengerus* im entdeckten Judenthum Part. II. c. XIII. *Witsius* miscell. S. tom. II. exerc. IV. §. X. *Vitringa* ad Jes. loc. cit. fol. 862. in notis. *Polycarpus Lyserus* differt. inaug. de SS. *Trinitatis mysterio* ad Jes. LXIII. 9. 10. p. 24. 47. & p. 67. sq. Jenæ 1685. *Lampius* ad Joh. III. 28. tom. I. p. 667. in notis, celeb. *Alb. Wilh. Melchioris* diss. *de muliere adulterii nomine suspecta* p. 65. sq. & doctiss. *Neubaver de Michaele Archangelo* diss. III. p. 28. seq.

[4] Quam pie Judæi veteres de sanctitate & dignitate Messiæ interdum locuti sint, egregie docuit *Jo. Frischmuth* differt. III. *de ligatione Isaaci* cap. III. §. 23.

[5] In præfatione dissertationi, quam de *suffitu* conscripsit, Bremæ 1700. elegantissimæ præmissa. add. *Herm. Witsius* in nitida oratione de *Theocratia* Israelitarum §. XIII.

CAPUT II.

De materia Panum.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Vocis* סולת *origo, vera significatio, & differentia a* קמח *indicantur. Simila a polline distinguitur, non tamen semper. Apophtegma judæorum illustratur.* §. 2. *Judæi orbem in 3. partes dividunt.* ארץ *terra Canaan.* חוצה לארץ *regiones aliæ.* §. 3. *Terra Canaan tritico abundabat. Loca præcipua erant Michmas & Mezonecha, nec non Ephraim. Apud gentes varia loca ob triticum celebrantur.* §. 4. *Panes nostri ex tritico vel novo vel veteri parabantur. Triticum emebatur ex ærario publiblico.* Franzius *excusatur. Traditio Jud. ex Hieronymo adducitur.* §. 5. *Voces* שיפה & בעיטה *explicantur. Verbo* שות *varias tribuunt notiones. Olim frumenta igne tosta comminui solebant.* §. 6. *Cribra multiplicant Judæi. Vox* כפה *explicatur, & loco Jes. XXX. 28. lux quædam affunditur.* §. 7. עשר *decimas solvere & accipere notat.* עשרון & עומר *quid sint? assarium est monetæ species. Ovorum mensura judæis usitata. Maimonides notatur.* §. 8. *Panes non erant fermentari. Cur fermentum in nonnullis oblationibus permissum fuerit? Frumentum Sacerdotes Rom. non tangebant.*

§. I.

CUm verissima sit regula, quam de oblationibus V. T. in genere tradit R. *Maimonides*, Vir, judice Cl. *Buddeo. excellenti ingenio præditus & rerum patriarum peritissimus*: כל המנחות סולת חטין חוץ המנחות סוטה ועומר התנופה שהם מן השערים *omnes oblationes erant ex similagine tritici præter oblationem Sotæ & manipuli agitationis, quæ erant ex hordeo*, materiam, ex qua panes nostri conficiendi fuerint, facile colligere licet. Erat nimirum סולת Levit XXIV. 5. cujus nominis originem *Woltersius* a verbo Chald. סלת *findere, secare*, derivat; sed magis omnino placent alii, qui ad linguam Arabicam confugiunt, quasi sit farina *selecta*, purior pars, quæ ex re aliqua extrahitur, a verbo affini, quod *extraxit* significat; *extrahi* enim dicuntur subtilissimæ & purissimæ particulæ rerum, sicuti v. g. a חלץ *extraxit* est חלוץ *ad militiam selectus*; vid. *Alb. Schultens* in notis ad *Haririum* p. 94. & Cl. *Jo: Simonis* p. 190. Erit ergo סולת flos farinæ purissimus, vel farina frequenti cribri agitatione ab omni furfure separata, & ad maximam puritatem reducta, Græcis σεμίδαλις, & *similam* nonnulli vocare solent. Nec male; licet enim Latini veteres *similam* a *polline* distinguerent, quod *pollen* flos esset farinæ purissimus, *simila* vero ea, quæ pollini succederet, quæque maximam vim nutriendi haberet, inter pollinem & farinam confusaneam medium locum obtinens: *similam* tamen etiam pro flore purissimo accepit *Isidorus* lib. XX. Orig. cap. 2. *Smila subtilissima est farina*; vid. Clarissimi *Dilberri* dissertatt. acad. tom. II. p. 261. Doctores Hebræorum per סולת in specie intelligere farinam purissimam, non ex quovis frumento, sed ex *tritico* paratam, ex R. *Salomone Isacide*, qui ad Levit. XI. 1. scribit: אין סולת אלא מן החטין *non est Soleth, nisi ex tritico*, jam monuit Cl. *Hakmannus* c. II. §. 1. addita observatione, quam quoque alii inculcare solent, quod cum voci סולת aliquando jungatur חטים uti Exod. XXIX. 2. & apud *Maimonidem* loco cit. etiam in illis locis, ubi סולת nude pro farina triticea ponitur (nam vi radicis suæ omnem farinam puriorem denotat) eadem vox חטים subintelligenda esse videatur. Cœterum præstantiam τοῦ סולת non parum confirmat farina ei opposita, קמח dicta, id est, farina, quæ a prima mola diffluit, & copioso furfure scatet. [1] Farinam, quæ statim post molitionem evadit, id est, rudem, nec

adhuc

adhuc depurgatam, quidam Judæus vocat apud *Acoluthum* in libro de *aquis amaris* p. 186. Huc quoque respicit illud apophtegma Judæorum in *Vajickra Rabba* Sect. XX. apud *Buxtorfium* in lexico Talmudico ; כל קמחיא קמח וקמחא דקמחית סולת ; quod nonnulli ita vertunt : *omnis farina*, *farina est*, *sed farina farinæ simila*, retineri nequeat, cum potius utraque explicatio commode locum habere possit. Recte ergo *Buxtorfium* secutus est *Hakmannus*, in LL. OO. optime versatus; Dubius autem adhuc hærere videtur *Melchioris*, versionem illius dicti plane omittens. Similis sane allusio nominis occurrit in paroemia vulgari, quæ de *Davide Kimchio*, Doctore illo celeberrimo, circumfertur : אין קמח בלי קמחי *non est farina sine molitore*, id est, doctrina sine isto doctore, ut bene observat *Ambrosius Janvier*, Congregationis S. Mauri Monachus Benedictinus, in præfatione, *Dav.* Kimchii commentariis in Psalmos, ex Hebræo latine a se redditis, præfixa, vel ut *R. Schabbetai* in limine stricturarum suarum in *Eliæ Levitæ* animadversiones ad *Kimchii* michlol. de eodem scribit : כי הקמחי סולת ואן ברבריו פסילת *quod Kimchii hujus farina sit similaginea, in cujus verbis nihil sit furfuris*. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

§. II. Loca, ex quibus triticum nostrum parabatur, erant ארץ, & regiones חוצה לארץ *extra terram*, testibus Judæis in מנחות c. VIII. m. 1. כל קרבנות הצבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ *omnes oblationes*, *tam publicæ quam privatæ*, *veniunt ex terra*, *&* *regionibus extra eam*; & *R. Maimonides* in האיסורי מזבח cap. VI. §. 15. כל המנחות והנסכים כשרים מהארץ ומחוצה לארץ *omnia ferta & libamina licita sunt ex terra & locis extra eam*, *exceptis tamen manipulo paschali & panibus pentecostalibus*, *qui non nisi ex terra* (*Israelitica*) *repeti debebant*. Quæ ut eo melius intelligantur, observandum omnino est, Scriptores Judaicos universum terrarum orbem in varias partiri partes, non quidem in *duas*, ut Cl. *Ligtfootus* cap. 1. centuriæ Chorographicæ, evangelio Matthæi præmissæ, scribit, sed in *tres*, scilicet terram Israeliticam, Syriam, & regiones extra eam, uti ex *Maimonide* luculenter docuit *Relandus* in *Palæstina* lib. I. cap. II. Porro notari bene debet, *regiones extra terram* iterum dividi in duas partes, quarum unam efficiunt quatuor regiones, terræ Israeliticæ vicinæ, nimirum Ægyptus, Babylonia, Ammonitis & Moabitis, quæ ab omnibus aliis terris erant distinctæ, quod in iis nonnulla vigerent statuta, quæ aliis, excepta Syria & terra Israelitica, non observabantur; sub altera vero terræ reliquæ comprehenduntur; vid. *R. Maimonides* in התרומות cap. I. m. 6. Ex his igitur abunde patet, quam emphatice terra Israelitica in codice S. & scriptis Hebræorum ארץ κατ᾽ ἐξοχὴν appelletur, sicuti aliæ terræ regiones חוצה לארץ vocari solent. Loca satis multa, quæ hanc appellationem ulterius confirmant, adduxere *Relandus* in *Palæstina* passim, & in *antiquitatt.* Hebr. Part. I. c. I. §. VIII. Cl. *Vriemoet* in differt. de *filiis terræ apud Judæos* §. 3. Ultraj. 1719. *Jo. Alb. Fabricius*, (quem Polyhistorem summum, nuperrime fato functum, Musæ lugent elegantiores) Part. III. *Codicis apocryphi* N.T. p. 405. *Hottingerus* de *decimis* Hebr. exerc. V. §. 2. *Lakemacherus* in observationibus Part. II. obs. III. §. 7. p. 69. & *Hakmannus* cap. II. §. 4. in notis.

§. III. Terram Israeliticam *tritico* abundasse, ex Deut. VIII. 8. ubi *terra tritici* nuncupatur, & 1. Reg. V. 11. ubi Salomon 20000. *coros tritici* quotannis dedisse legitur, satis patet. Addi omnino debet Ps. LXXXI. 17. ubi *adeps tritici* memoratur. Similiter R. *Maimonides* triticum inter præstantissima terræ Canaanis numerat in הבכורים cap. II. §. 2. ut taceamus quæ Doctores quidam de magnitudine tritici in terra Israelis fabulantur in Cesub fol. III. col. 2. unde *R. Meier* per arborem, ex qua Adam & Eva comederunt, חטים ridicule intellexit; vid. *Thomas Crenius* in exposit. Gen. II. 16. 17. fasce II. p. 67. seq. In specie ob triticum præstantissimum in scriptis Hebræorum celebrantur *Michmas*, locus ad urbem Bethaven 1. Sam. XIII. 5. qui Græcis Nehem. VII. 31. μάχμας, *Josepho* autem μάχμα antiq. lib. VI. cap. VI. & 1. Macab. IX. 73. μάχμας nuncupatur; nec non *Mezonecha*, quæ cum *Michmas* apud Talmudicos jungi solet. Ita enim dicitur in מנחות VIII. 1. איזהו מובחר מכמס ומזוניחה אלפא לסולת *unde petebatur optima farina? Michmas & Mezonecha erant præcipua loca similaginis*. Additur ibidem עפרים, aliis הפרים, urbs in regione prope solitudinem, in qua Christus delituit. Joh. XI. 54. & quæ 8. milliaria ab Ælia aberat, teste Eusebio in onomastico. Urbem a fertilitate commendatam dicit *R. Nathan* in lexico Aruch;

nec

nec mirum, cum tota tribus Ephraim, quæ a Jordane usque Gadara in longum, & a Bethel usque ad campum magnum in latum protendebatur, teste *Josepho* Antiq. Jud. lib. V. cap. 1. esset regio longe fertilissima; hinc *Frid. Spanhemius* scribit: *Multis partibus hæc regio aliis plerisque præcelluit - - mira soli fœcunditas, seu in montana surgeret, seu in convalles dehisceret, seu in campestria sese dilataret.* in Geograph. S. fol. 31. Addatur Clar. *Relandus*, qui in *Palæstina* sua passim de iis locis erudite disseruit, & in *dissertat. miscell.* ubi ex *Maundrellio* docet; quod montes in Palæstina plurimi triticum proferant, & alias frumenti species dissert. III. §. IV. p. 128. Apud exteras gentes quænam loca ob tritici fertilitatem maxime celebrentur, indicabimus verbis *Plinii*, Viri diligentissimi: *tritico nihil est fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alat hominem; utpote, cum ex modio, si sit aptum solum, quale in Bizazio Africæ campo, centum quinquaginta modii reddantur. Misit ex eo loco Divo Augusto Procurator ejus ex uno grano [vix credibile dictu] quodringenta paucis minus germina, exstantque ea de re epistolæ. Misit & Neroni similiter CCCXL. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt, aliique, & tota Bætica, & inprimis Ægyptus.* Hist. natur. lib. XVIII. cap. X. ut taceamus campos Babyloniæ, & alios, quorum de fertilitate insigni quædam attulit *Rambachius* in relatt. Halens. A. 1731. n. VI. ad Matth. XIII. 8. quæ observatio egregia im Hessischen Hebopffer recusa legitur, cura Cl. *Neubaveri*, qui cathedram *Giessensem* maxime ornat. Ægyptum tamen quod attinet, eam tritico non perinde ut cœtero frumento gloriosam fuisse, cum apud *Theophrastum* Hist. plant. lib. VIII. cap. IV. postremo fere loco ponatur, judicat Illustr. *Caspar. Barthius* in animadvers. ad *Claudian.* p. m. 133. sq.

§. IV. Sed ad triticum, ex quo panes nostri conficiendi erant, revertimur. Illud poterat esse tam novum quam vetus. מנחות VIII. 1. כל קרבנות הצבור והיחיד באים —— מן החרש ומן הישן *omnes oblationes tam publicæ quam privatæ veniebant - - tam de novo, quam veteri frumento*, exceptis manipulo Paschali & panibus Pentecostalibus, qui nonnisi ex frumento novo adferebantur Si modo esset triticum מן המובחר *de optimo*, id est, selectissimum, notante R. *Maimonide* in ה'איסורי המזבח cap. VI. §. XV. Præterea triticum hoc emebatur sumptibus publicis ex ærario templi, quod siclos singulis annis ab omnibus Judæis solutos asservabat. Audiamus iterum R. *Maimonidem*, Virum insignem, in השקלים cap. IV. §. 1. *comparant eo argento* תמידין של כל יום והמוספין וכל קרבנות הצבור ונסכיהם —— והקטרת ושכר עשייה ולחם הפנים ושכר עושה לחם הפנים *sacrificia jugia cujusvis diei & addititia & omnia sacrificia cœtus & libamina eorum - - - & suffitum & mercedem pro ejus præparatione, & panes facierum, & mercedem illius, qui eos parat.* Erant enim panes nomine totius Israëlis offerendi, unde Judæi ad unum omnes inter ferta totius populi eos numerare solent. שלש מנחות לציבור עומר התנופה שתי הלחם ——— והמנחה השלישית הוא לחם הפנים *tria ferta sunt totius cœtus, manipulus agitationis, duo panes (Pentecostales) - - - - & fertum tertium, quod est panis facierum*, inquit Doctor modo laudatus, in ה'מעשה הקרבנות cap. XII. §. III. & alibi. Hoc sensu Cl. *Franzius* de *interpretatione* SS. P. 755. affirmat, quod Israelitæ tenerentur in mensa purissima ponere duodecim panes; non quasi statuat, Israelitas *Laicos* posuisse panes eo ordine in mensa, quo debebant poni, sed quod velit dicere, Ecclesiam Israeliticam illos panes per Sacerdotes posuisse; vid. *Dassovius* diss. cit. §. XXIV. Cœterum, quibus ex traditionibus hebraicis *Hieronymus* observationem illam, qua ipsi Sacerdotes *panes nostros serere, atque demetere* dicuntur, hauserit, nos omnino latet. Lege sodes ipsa verba, quæ ejus ex commentario ad *Malachiam* p. 1810. adduxit diligentissimus Antiquitatum S. Scrutator, *Hadr. Relandus* Antiquitatt. Hebr. Part. II. c. V. §. XXII.

§. V. Ex tali tritico farina, panibus nostris conficiendis inservitura, per שיפה & בעיטה parabatur. מנחות cap. VI. §. V. Hæ voces obscuræ quid sibi velint, non satis constare videtur, dissentientibus ipsis Hebræorum Magistris. Judice *R. Maimonide* שיפה vi radicis suæ שוף *conterere*, denotat percussionem, quæ fortiter fit manibus, donec pulvis ex tritico exiret, בעיטה autem calcationem, quæ fit pedibus, donec triticum confringeretur, ad מנחות loc. cit. Verum quam incerta sit hæc explicatio, vel exinde constat, quod verbum שוף, ad quod tanquam radicem vocis שיפה provocat, proprie conculcationem, quæ fit pedibus, si-

gnificet. conf. Gen. III. 15. unde *R. Salomon* pro illustratione hujus verbi confert Targ. Deut. IX. 21. ubi Hebr. כתת *conterere*, *contundere*, respondet, observante Ven. *Jo. Henr. Michaelis* in uberioribus notis ad *Jobi* IX. 17. o. 128. [z] Alii dicunt, שיפה agitatione palmæ, בעיטה autem contractione pugni factam fuisse, cum *Jarchio* ad מנחות fol. 76. a. imo *Bartenora* per שיפה intelligit confrictionem tritici, quæ fit manu in vase aliquo, ut ad decorticandum aptum evadat, per בעיטה vero contritionem tritici, quæ fit ea parte manus, qua junctura est, ad מנחות VI. 5. Quicquid vero sit, ex dictis facile cognoscimus, שיפה & בעיטה non ad ipsam molituram, ut *Cl. Wolters* quidem existimat diss. II. p. 6. sq. sed ad ejus præparationem pertinere, unde *R. Maimonides* ipsam molitionem a præparatione, per שיפה & בעיטה facta, diserte distinguit in התמידין cap. VIII. §. 3. Conferri merentur, quæ hac de re uberius disputat Clar. *Hakmannus* cap. III. §. 2. Apud alias gentes ante repertum molarum usum frumenta igne tosta comminui solebant, hinc *Virgilius* Æneid. lib. I. v. 181. sqq.

> *Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma*
> *Expediunt fessi rerum: frugesque receptas*
> *Et torrere parant flammis, & frangere saxo.*

Ubi *Servius* hanc notulam subjungit: *quia apud majores nostros molarum non erat usus, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant; & hoc erat genus pinsendi, unde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur.*

§. VI. Postquam igitur triticum per שיפה & בעיטה a cortice atque furfuribus esset separatum, imo per molituram insecutam ad majorem tenuitatem redactum, unicum hoc restabat, ut mediantibus cribris in סולת vel similaginem converteretur. Cribra ejusmodi undecim Doctores Hebræorum memorare solent in מנחות c. VI. §. VII. quorum unum altero fuerit angustius, sic ut ultima maxime angusta ipsam retinuerint similaginem, imo pulverem tenuem, qui illegitimus putabatur. Sed verum ut fateamur, in multiplicandis cribris, recensendisque variis cribrationum modis, admodum superstitiosi mihi videntur, unde his minutiis, quæ apud Woltersium, *Hakmannum*, alios, legi possunt, immorari nolumus. Rectius certe omnino pronuntiat ibidem *R. Simeon*, similaginem toties cribratam fuisse, quantum satis esset, vel donec perspexissent, similaginem legitime adhiberi posse, cum nullum inesset vitium, neque vermes, quod in tritico veteri interdum fieri poterat, in ea reperirentur; conf. מנחות VIII. 2. In literis S. tale instrumentum vocatur נפה. Jes. XXX. 28. a verbo נוף, quod proprie est *separare*, *secernere*, & dein *cribrare*, quæ significatio posterior etiam apud Æthyopes obtinet. Sunt quidem Viri docti, qui verba *Jesaiæ* simpliciter sic vertunt: *ad agitandas gentes agitatione vanitatis*, id est, tanta, ut in vanitatem abeant; sed majori elegantia atque emphasi gaudet locutio integra, si cum *Glassio* in philolog. S. p. m. 734. reddamus: *ad agitandum gentes in cribro vanitatis*, hoc est, ut populi dejecti in terram, tanquam per cribrum seu subcerniculum, & hinc inde disjecti non amplius compareant; nam metaphora desumpta est a cribratione, quæ tam violenter instituitur, ut cribranda comminuantur, & in nihilum exeant, judice *Vitringa*, Interprete illustri. Cribra ipsa quod attinet, ea pro diversa populorum indole vel ex Papyro, vel ex lino, vel ex setis equorum formabantur, testibus *Plinio* & aliis, quorum loca jam dudum collegerunt Viri modo laudati, & Rever. *Evvald* differtat. de *pulte colocynthidum farina per Elisam condita* 2. Reg. IV. 38. 41. p. 39.

§. VII. Mensuram similaginis, ex qua panes nostri conficiendi erant, colligere facile licet ex Levit. XXIV. 5. ubi dicitur: *duarum decimarum unaquæque placenta erit.* עשרון vi radicis suæ עשר, *decimas solvere*, & *accipere* significat, Deut. XIV. 12. XXVI. 12. I. Sam. VIII. 15. 17. Nehem. X. 38. 39. vid. Cl. *Hottingerus* in libro de *decimis Hebr.* exerc. I. §. II. est decima pars (Ephæ), quæ ex traditione Hebræorum in omnibus oblationibus adhiberi solebat. מנחות IX. 3. addatur *R. Maimonides* in מעשה קרבנוה XII. 3. כל חמנחות חקריבות לגבי המזבח אין כל אחד מהן פחותה מעשרון ומיעוטו מעכב את כולו. *omnes oblationes, in aram deferendæ, decima minores esse non debent; minor enim portio ejus tollit totum. Josephus antiq. jud.* lib. III. cap. VII. IX. & alibi ἀσσαρῶνα *Assaronem* (non *assarium*, ut editio latina Mediolanensis 1514. excusa habet, utpote quæ vox certam veterum monetam designat; vid. *Wolffius* ad Matth. X. 29. & Luc. XII. 6. [3]) vertit. Peculiare autem nomen huic mensuræ imposuit Moses, עמר ipsam appel-

appellans. Exod. XVI. 36. *Omer* autem tantam complectebatur cibi copiam, quanta homo singulis diebus ad sustentationem vitæ frui solet. Doctores Hebræorum quando aliqualem hujus mensuræ delineationem tradere nobis intendunt, per ova illam exprimunt, nostrumque עשרון ova 43 & quintam partem explevisse existimant. vid. *Raschi* ad Exod. XVI. 38. Et certe hæc per ova dimensio satis accurata videtur; epha enim continebat ova 432. quem numerum si per denarium dividas, habebis ova 43. cum quinta ovi parte. Conferantur, qui plura de his mensuris dabunt, præter *Waserum*, *Eisenschmidium*, *Hostum*, aliosque *Melchioris* dissert. cit. p. 50. & *Loscanus de sacrificiis quotidianis* p. 12. [4] Cum vero panes nostri ex frumento veteri, quod plus similaginis continet, quam novum, plerumque parandi essent, ad eos ex singulis satis [5] singulæ decimæ elici solebant, cum e contrario in manipulo Paschali & panibus Pentecostalibus ex pluribus Satis decimæ sumerentur; vid. *Maimonides* & *Bartenora* ad מנחות IV. 6. id quod accurate observatum volunt; Si enim in his omnibus *mensura* vel *diminueretur*, vel *augeretur*, *panes illegitimos evasisse*, pronuntiat *R. Maimonides* in ה'פסולי המוקדשין cap. XII. 1. qui tamen parum constare sibi videtur, contrarium plane asserens in ה'תמירין VIII. 3. וכולן אם רבה במדת הסאין שבאין מהן או מיעט כשר *sed omnia hæc*, [panes facierum, manipulus Paschalis & panes Pentecostales] *si augeretur mensura Satorum, vel diminueretur, nihilominus recta erant*. Quam Doctoris illius, cœteroquin celeberrimi, inconstantiam, ab *Hakmanno* & aliis hactenus minime notatam fuisse, merito miramur! Cœterum de quantitate horum panum ex collatione mensurarum hebraicarum cum Romanis & Græcis erudite disseruit *Hostus*, V. Cl. lib. 1. *de mensuris* p. 120. sqq.

§. VIII. Deniqu[e] hi panes erant sine omni *fermento*, u[t] Judæi recte tradunt in מנחות cap. V. §. 2. imo si vel minima fermenti particula in mactris reperta fuisset, totum opus pollui censebatur. *Josephus* etiam eos ἀζύμους fuisse agnoscit, & panes πάνυ καθαρὰς *valde mundos* appellat lib. III. cap. VII. quo titulo posteriori tamen ipsum ad summam gentis suæ curam, quam in secernenda similagine impenderunt, potius respexisse existimamus, nisi utramque rationem conjungere malis. Rationes hujus legis erant variæ: v. g. quia dicitur: *nulla ferta, quæ Deo offeres, facies fermentata* Levit. II. 11. Præterea hi panes depingebant Messiam nostrum, qui omni vitio atque labe carere debuit; fermentum autem in codice S. rei malæ emblema esse, suo looo docebitur. Nec obstat, quod Deus in primitiis pentecostalibus Levit. XXIII. 17. fermentum non rejecerit; alia enim ibi prorsus erat ratio, cum oblationes illæ non ad ipsum Messiam, sed ad ejus membra, & præcipue ad primitias fidelium N. T. Rom. VIII. 14. sqq. respectum suum haberent. conf. *Lampius* in *myst. fœderis gratiæ* Part. III. c. XXVII. & *Gsellius* in libro de *sacrificiis* V. T. pag. 51. Similiter apud Romanos Sacerdotibus non licuit farinam fermento imbutam attingere, teste *Gellio* lib. X. cap. XV. Rationes hujus iuterdicti varias habet *Plutarchus* quæst. Rom. quæst. 109. sed eas a Clar. *Woltersio* dissert. II. §. XXI. jam adductas repetere nunc non lubet.

[1] Radix קמח Rabbinis est *molere*, & licet in bibliis sacris non occurrat, olim tamen eadem in significatione fuisse videtur apud Hebræos in usu, judice Cl. A. w. *Melchioris* loco cit. p. 49.

[2] Licet non simus inscii, Lexicographos varias huic verbo tribuere significationes; quo tamen jure multiplicatio illa fiat, judicabimos judicio *Abrab. Gibelli*: *in tota SS. quater tantum extat hoc verbum* שוק, *& nihilominus faciunt ei significationes sex inter se longe diversissimas. Vere tenebras has dixeris!* in *diss.* de *genuina* λεξικογραφίας *Chaldææ constitutione*, & præsertim, de ratione nativam *significationem* in qualibet vocula *propriam* indagandi & reddendi §. XXXII. Witteb. 1616. recusa in analectis *Crenii*. p. 251. sqq.

[3] Auctoribus ibi citatis addi merentur *Bochartus* hieroz. Part. II. lib. I. cap. XXXIII. nec non *Matthæus Hostus*, Professor quondam in Academia Francof. supra annos quinquaginta dignissimus, in erudito opere de *re nummaria veterum* lib. III. p. m. 231. & de *ponderibus veterum* p. m. 199. edit. *Rechenbergianæ* Lipsiæ 1692.

[4] Subjungi possunt *Bernh. Lamy*. de *mensuris antiquis* lib. I. fol. 102. *Dassovius* ad tit. *Celim* §. XXV. *Acoluthus* de *aquis amaris* p. 188. sqq. Jo. *d'Outrein* ad Hebr. IX. 4. *Jacobsenius* de *adspersion. Hebr.* cap. 2. §. 2. p. 12. *Amelius* ad loca V. T. tom. II. p. 728. Clar. *Michaelis* de *crustulis Pontificis* dissert. I. §. VII. & *Hakmannus* cap. 3. §. 5.

[5] האסה *Satum* erat mensura Hebræorum, constans tertia parte Ephæ, vel 144. ovis. vid. præter auctores a diligentissimo *Hakmanno* cap. 2. §. 7. jam citatos *Ligtfootus* Opp. tom. 1. fol. 410. seq. *Bernh. Lamy* loco cit. & *Crenius* fasce III. p. 526. sq.

CAPUT III.

De forma & numero panum.

ARGUMENTUM.

§. 1. Panes formabantur in formis, quas דפוסין *τύπους appellant. Voces* קערה & מניכא *nec non ὀξύβαφα ἐμβάφια & τρύβλια explicantur. Judæi tres formas memorant. §. 2. Panum forma & inflexio qualis?* קרן *radius, rei extremitas. Cornua panibus tribuuntur. §. 3. Panes ad figuram crucis oleo uncti dicuntur. Loca quædam cod.* מנחות *conciliantur. Lundius in scriptis Judæorum parum versatus. Traditio Jud. de unctione cruciformi non rejicienda est.* פרס *frangere, distribuere. Apud gentiles panes incisuris variis dividebantur, nec non apud Christianos. §. 4.* עזרה *atrium M. Joan. Meyerus notatur. Domus foci describitur. Conclavia habebat varia. In uno parabantur panes a familia Garmo, opus illud dirigente Præfecto. Vox* מכותה *explicatur. §. 5. Nomen & situs loci Bethphage examinantur. Ibi oblationes S. coquebant. §. 6. Panes facierum non pellebant Sabbathum. Phrasis:* pellere Sabbathum, *& locus Matth. XII. 5. illustrantur. §. 7. Ad coctionem variis vasis utebantur. Coctio fiebat in furnis. Origo vocis* תנור *quæ? Furnorum materia & forma varia. Verbum* אפה *explicatur. Formæ variæ: Panes ex furno extracti ubi manserint? §. 8. Numerus duodenarius in SS. frequens est. Eundem gentiles amarunt.*

§. I.

POstquam justa ejusmodi farinæ mensura allata esset, omnis massa aquis puris & calidis, quæ ad omnium fertorum subactionem adhiberi debebant, teste *Maimonide* in הימעשה קרבנות XII. 21. tam diu diligenter subigebatur, donec in consuetas panum formas flecti posset. Ut vero certam ad figuram eo facilius redigerentur, in certis formis, quas judæi דפוסין τύπους appellare solent, fingi debebant. In literis S. appellantur קערות Exod. XXV. 29. LXX. vertunt τρύβλια, qua voce *Josephus* antiq. Jud. lib. III. cap. IX. etiam utitur. Veteribus vasa, quæ embammati continendo inserviebant, appellata fuisse ὀξύβαφα, ἐμβάφια & τρύβλια, docent Illustr. *Salmasius ad Solinum* p. 265. Commentatores ad *Polluc.* VII. 162. x. 86. & ad *Lucianum* vol. I. p. 160. *Matth. Hostus* de *mensuris* lib. I. p. 69. 145. & 153. *Cartwrigthus* ad Exod. XXV. 28. in supplem. Critic. tom. I. p. m. 1282. & *Wolffius* cur. crit. ad Matth. XXVI. 23. *Onkelosus* vocem קערה Num. IV. 7. reddit מניכא: μάγις autem apud Arabes *scutella* nuncupatur, teste auctore *etymologici magni*. Et ex traditione Hebræorum ablegmina agni paschalis ad altare deferebantur in מגיס ἐν μαγίδι. פסחים cap. V. m. 5. 10. nec non ablegmina juvenci & hirci comburendorum. Joma VI. 7. conf. Cl. *Relandus* in libro de *spoliis templi* cap. XI. p. 104. unde patet, קערות fuisse vascula aliquatenus profunda, quorsum etiam nos ducit radix Arabica קער, quæ *profundum esse* significat. Doctores Hebræorum ergo nostro loco per קערות vasa intelligunt, ad usum panum conficiendorum necessaria, ut certam ad figuram formarentur; imo triplex formarum genus, unam pro massa, alteram, quando in furno coquitur, tertiam, quando panis ex furno desumptus est, memorare solent; vid. Bartenora ad מנחות XI. I. vel ut in *Siphra*, & *Korban Aharon*, eximio in librum illum commentario, fol. 262. legitur, tres fuisse species vasorum, quæ τύπος דפוסין a Judæis vocantur, quod formam panum propositionis aut efficiant, aut conservent, primam in qua pani forma sua datur, secundam, in qua, dum coquitur, in furno est, tertiam, in qua sunt panes ex furno exempti, ut formam eandem retineant. Atque tertiam hanc speciem esse illa vasa, quæ קערות appellantur, ibidem legere est, teste *Relando* p. 112. sed præstat, ad omnes tres formas nomen hoc extendere cum *Tosephoth* ad hunc locum & aliis. Alia Hebræorum loca diligenter adduxere Woltersius differt. I. §. XXVI. & *Dassovius* de *imagg. rerum Hebr.* thesi IV. n. 2. Qualis autem fuerit formarum illarum conditio, ex propiori, quam nunc dabimus, panum ipsorum descriptione mox patebit.

§. II. Panes nostros *rotundos* fuisse, sive *orbiculares*, multi Christianorum Interpretes, qui rerum Hebraicarum non satis gnari sunt, scribere solent; sed

sed major omnino in rebus domesticis fides habenda videtur Judæis, quorum unanimi ex traditione fuerunt *oblongi*, vel *quadrato oblongi*, ita ut longitudo cujusvis panis esset palmorum [1] decem, latitudo palmorum quinque & altitudo digitorum septem, cujus figuræ character Talmudicis est יהו 10. 5. 7. מנחות XI. 2. vid. *Maimonides* aliique a Cl. *Dassovio* §. IV. & in differt. de *imaginibus rerum hebr.* thesi V. jam excitati, nec non *Relandus* Antiq. Hebr. Part. I. cap. V. §. XV. & *Wernsdorffius* Sect. 2. differt. cit. §. 4. Præterea Hebræi scribunt, panes illos habuisse figuram *arcæ disruptæ*, sive latera illa inflexa sese habuisse instar laterum arcæ, cujus basis & latera, quæ latitudinem constituunt, adhuc supersint, lateribus in longitudinem porrectis, & operculo, destructis. Ita ex lexico *Aruch* aliisque Hebræorum scriptis *Dassovius* §. VI. vel ut *R. Salomon* ad Exod. XXV. 29. scribit: *erant instar cistæ apertæ in duobus lateribus, & suum fundum habentis inferius, quæque erecta sit in altum, hic & illic, sicuti parietes sunt.* Sed verum ut fateamur, licet non plane obscurum sit, quid Rabbini hac locutione sibi velint, videtur tamen esse similitudo minus congrua, & quæ ipsam rem minus accurate explicat, quicquid etiam contra *Bonfrerium*, qui ad Exodi locum cit. se phrasin illam non intelligere fatetur, disputet Cl. *Dassovius*, ipsum adminiculis discendi destitutum fuisse judicans. Denique altitudo illa septem digitorum, quam Hebræi panibus nostris tribuunt, non de crassitie totius panis intelligi debet; hæc enim erat exigua, unius digiti, מנחות XI. 4. sed de gemina panum in extremitatibus replicatione, quæ altitudines ab utroque latere eminentes קרנות *Cornua* in מנחות & alibi appellantur, vid. *Bartenora* ad מנחות XI. 4. & *Dassovius* de *imaginibus rerum Hebr.* p. 15. a radice קרן, quæ *radiavit*, *radium emisit*, proprie & primario significat, unde קרן *Radius* [2], & quod radii instar ex capitibus animantium enascitur, κέρας, cornu, Horn, judice celeb. *Rhenferdo* in exercit. *Eusebio Hieronymiana* de *angulo Arabiæ* vel *Batanææ*, (quæ extat in Opp. philologg. p. 816. sqq.) §. XII. Ita etiam judicat *Mich. Liebentanz* diss. de *facie Mosis*, quam pingunt, *Cornuta*, cap. 2. §. 1. Observandum quoque est, vocem קרן, licet nonnunquam stricte sic dictum cornu animantium denotet, sæpe tamen *oram*, *extremitatem* alicujus rei designare, etiamsi omnino quoad figuram a cornu proprie dicto discrepet, uti uberius docuit Cl. *Cramerus* de *ara exter.* cap. V. §. 3. vel omne id, quod ex corporis alicujus superficie prostat, quamcunque etiam figuram habeat, unde Judæi cornua altaris de columnis quibusdam quadratis, ex quatuor angulis ejus prodeuntibus, accipiunt; vid. *Bartenora* ad זבחים cap. 5. §. 3. & *L'empereur* ad *Middoth* cap. 3. [3] Cœterum, quoniam longitudo panum versus latitudinem mensæ extendebatur מנחות XI. 3. ne ultra illam latitudinem prominerent, illa panum in extremitatibus replicatio omnino necessaria fuit. Duorum palmorum eam fuisse, Judæus scribit apud *Dassovium* §. IV. quod assertum minime contrariatur traditioni in *Tosephoth* ad מנחות XI. 4. crassitiem illorum laterum, sive parietum, unius palmi fuisse. Prius enim qua ratione intelligi debeat, ex ipso Codice מנחות discere licet, ubi dicitur, *quod duos palmos panis in hoc, & duos in illo latere replicuerint*, adeoque ibi non de crassitie parietum, sed de numero palmorum ex panibus replicatorum diserte agitur. Verum cornua illa non modo erant necessaria, sed etiam ad ornatum panum apprime faciebant. Certe cum cornua seculis antiquissimis divinitatis, potentiæ, honoris & sanctitatis symbola fuerint, ut suo loco docebitur, illa panibus ipsis dignitatem, Sacerdotibus autem, eos comedentibus, omnem reverentiam incutere debebant.

§. III. Ad ornatum panum nostrorum quoque spectat Hebræorum traditio, qua eos *oleo* unctos fuisse, ita ut figuram *crucis* referrent, *volunt* in מנחות cap. VI. §. 3. unde ex quorundam Interpretum, nominatim *Jo. Henr. Ursini* in analectis sacris P. I. p. 395. sq. sententia ad hos panes unctos alluditur Joh. VI. 27. 33. vid. *Lampius* & *Wolffius* ad hunc locum. Prioris tamen ex judicio minus probabile est, quicquam panibus nostris inscriptum fuisse, cum & codex S. & Magistri Hebræorum altum ea de re taceant. Idem quoque judicium tulit *Lundius* antiq. lib. I. cap. XXIV. cujus tamen Viri cœteroquin optime meriti, autoritas hac in re tanta non est, cum in scriptis Hebræorum parum versatus, autores Christianos, Hebrææ literaturæ gnaros, maxime sequi soleat, uti jam dudum judicarunt *Muhlius* in præfatione ad *Lundium*, & celeb. *Dassovius* diss. de *Hebræorum accubitu ad agnum paschalem*, thesi I. §. 5. Imo hæc forsan causa est, cur *Gustavus Georg.* Zelt-

Zeltnerus, Theologus in Academia *Altorffina* olim Clariſſimus, varios, qui traditione Hebræorum nituntur, typos diligenter recenſens, hunc noſtrum plane omiſerit in diſſ. de *cruce Chriſti in V. T. præſignificatione*. Altorffii 1714. Interim cum locus ex מנחות citatus conjecturam illam confirmet [4], & Judæi inſuper doceant, omne munus, ex placentis tenuibus oblatum, ſigno crucis unctum fuiſſe, uti eadem ex miſchna, ejuſque commentatoribus doctiſſimis probat *Daſſovius* diſſert. 2. de *emphaſi vocum Sacrarum* n. VI. §. 4. p. 18. traditionem hanc Hebræorum non ſtatim plane rejiciendam eſſe, jam ante quatuor annos pronuntiavimus in exercitat. hiſtorico-antiquaria de *cruce*, apud Judæos, Chriſtianos & gentes, *ſigno ſalutis* cap. I. §. II. Et licet non ignoremus, quæ præter doctiſſ. *Heinium* obſerv. lib. III. cap. II. §. 3. contra ejuſmodi traditionem, qua eandem crucis figuram in cruſtulis Pontificis M. expreſſam fuiſſe dicunt, ante biennium, in Academia Viadrina diſputaverit Clariſſimus noſter *Jo. Georg. Michaelis* Part. 2. §. 5. quamvis etiam haud inſcii ſimus, gentem Chriſtianam contra Judæos pertinaces argumentis pro cruce Chriſti inſtructam eſſe longe ſolidioribus, nobis tamen ſemper quam maxime placuit judicium *Hadriani Relandi*, de unctione Pontificis M. ex mente Hebræorum differentis: *nullam eſſe rationem, cur traditio illa rejici debeat, cum adverſus Judæos pro cruce Chriſti urgere poſſit*, Antiquitatt. Hebr. Part. 2. cap. I. §. 10. Cœterum hac occaſione obſervamus, apud veteres certas figuras ac ſigna panibus impreſſa fuiſſe, ut partes, in quas dividebantur, æquales eſſent. Hinc apud Hebræos פרס, quod *frangere* ſignificat, vid. *Bochartbus* hieroz. Part. 2. lib. 2. cap. 5. p. 186. ſq. de diſtributione panis uſurpatur Jeſ. LVIII. 7. *Athenæus* panes talibus inciſuris diviſos βλωμιλιους appellat lib. 2. cap. 29. βλωμὸς enim eſt panis fragmentum & quadra, quæ vox poſterior fruſtum aliquod fractum denotat, ut diſcere licet ex *Senecæ* de beneficiis lib. IV. cap. 29. *Quis beneficium dixit quadram panis?* conf. *Almeloveenius* in *amœnitatt. philol.* & *Clericus* ad *Heſiodum*, jam laudati ab *Hakmanno* cap. 5. §. 3. Imo gentiles panes cunctos coquendos cruciformi decuſſatione ſemper inciſiſſe dicuntur, unde quidam inciſionem panis euchariſtici cruciformem, in Eccleſia Græca olim uſitatam, ad hunc morem referunt, cum *Baronio* ad A. C. LIV. num. 64. docente *Joan. Andr. Schmidio* in diſſert. de *oblatis eucharisticis*, quæ *hoſtiæ* vocari ſolent §. XIV. Helmſtad. ad 1702. recuſa 1727.

§. IV. Locus, ubi panes noſtri parabantur, ex traditione Hebræorum erat duplex, עזרה & בית פאגי *Bethphage*. מנחות cap. XI. §. 2. Per עזרה *atrium magnum* intelligimus; nam ubi vox hæc abſolute uſurpatur, עזרה גדולה denotat; vid. *Abraham Harophe* in Schilte hagg. c. XXXIII. fol. XVIII. Hinc minus accurate ſcribit *Jo. Meyerus*, Vir Cl. *ubi* עזרה *atrium abſolute ponitur, ibi intelligitur* atrium Iſraelis; *alias additur, vel mulierum, vel Sacerdotum*; in מגלת תענית cap. VIII. p. m. 59. cum atrium Iſraelis modo fuerit pars atrii magni, עזרה κατ᾽ ἐξοχὴν dicti; atrium enim magnum in duas diſtinguitur partes, quarum una *atrium Iſraelitarum*, altera *atrium Sacerdotum* appellari ſolent; vid. *Relandus* Antiq. Hebr. Part. I. cap. IX. §. 2. Non autem ubivis in atrio magno panes facierum legitime parabantur, ſed, ſicuti variis inſtructum erat conclavibus, ita huic uſui conſecrata fuit בית המוקד *domus foci*, ad ſeptentrionem atrii Sacerdotum ſita, ubi ignis perpetuus ad Sacerdotes, qui ſuper ſolum marmoreum nudis pedibus incedebant, bene calefaciendos, ali debuit. מדות cap. I. m. V. VI. ibique *Bartenora*, addatur Cl. *Dilberrus diſſertatt. acad.* tom. II. pag. 194. Sita erat partim in loco ſancto, partim profano; hinc, ut partem ſanctam a profana rectius diſcernere poſſent, trabium extremitates, utrinque ex pariete prominentes, hanc ab illa diſtinguebant. מדות cap. I. m. VI. *R. Nathan* in lexico *Aruch*, & doctiſſ. *Cleffelius* diſſ. de *expurgatione altaris* p. 9. ſq. Witteb. 1718. In quatuor ejus angulis quatuor conclavia 1) *agnorum*, 2) *lapidum*, 3) *balnei*, 4) *panum propoſitionis* reperiebantur. מדות cap. I. m. VI. ibique *Jomtobb* ad m. I. nec non *Relandus* loc. cit. §. VII. Quartum ergo panibus noſtris conficiendis maxime inſerviebat, unde etiam ab ipſis nomen ſuum accepit; non autem a panibus pentecoſtalibus, quoniam nimirum hi ſingulis tantum annis ſemel, illi vero ſingulis ſeptimanis, ibi coqui ſolebant, & quidem temporibus templi ſecundi a familia *Garmo*, uti traditur in יומא cap. III. §. 2. & in שקלים cap. V. §. 1. totum opus dirigente quodam *Præfecto*, qui inter XV. ממונים ſive *Præfectos* recen-

ſetur

ſetur in שקלים cap. V. m. 1. Catalogum eorum quoque exhibet Cl. *Relandus* antiq. Part. II. cap. 3. §. 2. Verum cujus dignitatis Præfectus ille fuerit, minus liquet; cum enim Præfecturæ varia ſint genera, aliæque aliis digniores & nobiliores, vox ממונה pro varia orationis circumſtantia, & prouti in oratione ad has vel illas præfecturæ ſpecies varie reſtringitur, modo majores & digniores, modo minoris auctoritatis & dignitatis Præfectos omnino denotat, ut recte monet Cl. *Vitringa* obſervatt. S. lib. VI. cap. XXIII. §. VII. p. m. 521. Sed latiſſimam vocis illius ſignificationem noſcere qui cupit, eum remittimus ad *Jac. Rhenferdum*, magnum ſui ævi Philologum, qui inſigni eruditionis apparatu ex natura ipſius nominis, nec non ex antiquis Hebræorum monumentis uberius eam oſtendit in *Opp. philolog.* p. 512. ſqq.

§. V. Alter locus, ubi panes noſtri ſecundum Judæos legitime confici poterant, erat בירת פאגי *Betphage* 5, nomen ſuum habens non a *maxillis*, q. d. בית פגא *domus maxillarum*, quod illa Sacerdotum eſſet, & quod *maxilla* pars propria fuerit Sacerdotum ſecundum legem Dei, uti *Origenes* in Matth. cap. XX. aliique Patres apud *Relandum* in *Palæſtina* contendunt, eam ob rem a variis eruditis merito notati, cum noſter locus per ג, non per כ ſcribi ſoleat; neque a quodam *Phagiel*, cujus mentio fit Num. I. 13. ut conjicit *Matth. Hillerus in Syntagm. hermeneut.* p. 265. Sed a *groſſis*, qui Chaldæis & Syris פגי appellantur. De ſitu ejus Viri docti valde diſſentiunt, non ſatis exploratum habentes, quid *Bethphage* fuerit, unde cum *Ligtfooto*, hac in re valde dubio, mox infimam partem montis oliviferi faciunt, mox autem locum fuiſſe in monte oliveti ſitum, plane negant, atque ædificium muro urbis Orientali adſtructum conſtituunt; vid. Cl. *Winckleri* oratio de *iis, quæ circa feſtum Pentecoſtes ſunt memorabilia* p. 17. in notis Lipſ. 1734. Quantum ex SS. novimus, *Betphage* fuit ad montem oliviferum prope *Bethaniam* Matth. XX. 1. & quidem ad orientem illius montis, uti Cl. *Relando* videtur, conf. Luc. XIX. 29. 37. Judæi addunt, *Betphagen* habuiſſe murum, a muro Hieroſolymitano diſtinctum, qui tamen reſpectu juris in nonnullis rebus idem fuerit; hinc quidam Viri doctrina celebres *Betphagen* Talmudicorum a *Betphage*, cujus mentio in N. T. tabulis fieri ſolet, diſtinguere conati ſunt. Verum non opus hoc eſſe, recte judicat Cl. *Lakemacherus* obſervatt. philologg. Part. III. obſerv. VI. §. VIII. qui cum *Origene*, *Euſebio*, & *Hieronymo*, Viris in hoc negotio magnæ auctoritatis, per *Betphagen* villulam intelligit in monte oliveti ſitam, quæ neque intra moenia urbis propria fuerit concluſa, neque ager plane patens. Interim licet Doctores Hebræorum *Betphagen* extra muros urbis Hieroſolymitanæ collocent, non longe tamen a monte templi abſuiſſe affirmant; vid. *Bartenora* apud *Buxtorfium* in lexico. Quod Hebræorum aſſertum ne cuiquam mirum videatur, prope tenendum eſt, montem oliveti longe patuiſſe, ad ipſam urbem protenſum, uti docent *Relandus*, aliique auctores, qui ex profeſſo de hoc monte *olivarum*, nec non de *Bethphage* egerunt, ſedulo jam collecti a celeb. *Wolffio* ad Matth. XXI. 1. & Actor. I. 12. addatur *Petrus Giebelhauſen* diſſ. de *monte olivarum* Lipſ. 1704. Cœterum hic locus non modo panibus noſtris conficiendis inſerviit, ſed etiam coquendis oblationibus aliis, ut probat doct. *Buxtorfius* ex *Bartenora*, & *Bartenora* ex *Rambam* in tract. Talmudico Sota c. II. fol. 95. b. בירת פאני הוא שם מקום שהיה חוץ לירושלם וסמוך להר הבית שמם היו אופין המנחות *Bethphage nomen erat loci extra Hieruſalem prope montem templi, in quo coquebant oblationes*, conf. *Sam. Bochartus* hieroz. Part. I. lib. II. cap. XVII. fol. 209.

§. VI. Tempus, parandis panibus noſtris deſtinatum, colligi poteſt ex מנחות cap. XI. m. 1. ubi de panibus facierum & de Pentecoſtalibus ita legitur: ואינן דוחות את השברת *non depellunt Sabbathum*. Hinc die Sabbathum præcedente, ſive *veſpera Sabbathi*, ut Judæi loqui amant, eos confectos fuiſſe, ſcribit *R. David Kimchi* in comment. ad 1. Sam. XXI. 7. לחם הפנים לא היתה אפיית רוחה שבת ומערב שבת אופין אותו *panum propoſitionis piſtio non depellebat Sabbathum, ſed pridie Sabbathi pinſuerunt eos*; imo ſi feſtum aliquod in diem Veneris incideret, coctionem die Jovis peractam fuiſſe, docet *R. Maimonides* in תמידין ומוספין cap. V. §. 10. Similiter סדור קנים *collocatio cannarum* vel *calamorum*, & נטילתן *ſublatio* eorum, non pellebant Sabbathum, ſed pridie Sabbathi *ſublatio* fiebat. מנחות XI. *6*. Cœterum hoc loco obſervari omnino meretur, quid ſibi velit phraſis illa, Doctoribus Hebræorum valde familiaris,

qua

qua opera quædam *Sabbathum pellere* dicuntur, id est, opera illa, quæ ad certum aliquod tempus Deus immutabiliter adstrinxerat, necessario peragi debebant, non obstante Sabbathi quiete, cœteroquin summo studio observanda. Talia opera erant sacrificia, certo diei adstricta, de quibus *Bartenora* ad מנחות cap. XI. §. 1. כל קרבן שזמנו קבוע דוחה את השבת *omnis oblatio, quæ habet fixum tempus, depellit Sabbathum*, & ad תמורה cap. II. §. 1. כל קרבן שזמנו קבוע ועם עבר הזמן אין לו תשלומים דוחה שבת *omnis oblatio, cujus tempus fixum est, utpote cujus, si transierit tempus, non datur compensatio, pellit Sabbathum*: Talia erant opera, in festo Paschatis peragenda, v. g. agni mactatio, adspersio sanguinis ejus, expurgatio intestinorum ejus, & concrematio adipis ejus. פסחים VI. 1. quibus, & alijs uberius recensendis, immorari nunc non lubet, in primis cum ea, satis accurate enumerata, erudite explicuerit *Vitus Henricus Hasenmuller* in singulari Differt. quæ Jenæ 1708. lucem vidit. Conferri omnino heic loci merentur verba Christi Matth. XII. 5. οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ σάββατον βεβηλοῦσι quibus hoc infert Christus, Sacerdotes id egisse Sabbatho, quando nempe ligna scindebant, ignem accendebant, vel alia ministeria S. obibant: quod si egisset alius, is Sabbathum profanasset; nam, ut *R. Maimonides* ad פסחים cap. V. scribit: אין שבת מקדש *nullum otium est in templo* vid. præter *Ligtfootum Vitringa* apud *Wolffium* ad hunc locum, & *Hasenmullerus* §. XIII.

§. VII. Tandem ad ipsam panum nostrorum *coctionem* progredimur. Cibis sacris & communibus Hebræorum coquendis varia inserviebant instrumenta atque vasa v. g. *Cuppach* & alia, in מנחות v. 9. aliqua ex parte memorata, quæ nunc non moramur. Qui tamen, qualia ea fuerint, propius cognoscere cupit, adeat *Dassovium* ad tit. *Celim* §§. XXVIII. sqq. & *Woltersium* differt. II. p. 16. Panes vero in *furnis* parari solebant. Levit. XXVI. 26. Nomen תנור (quod quidam ex נתן *dedit*, prima radicali nun per aphæresin abjecta, & Chald. נור *ignis* compositum volunt, alii ex אתון Aram. Aethyop. & Arab. *fornax*, quod est a תנן Arab. *fumavit*, & נור q. d *fornax ignis*, pro quo Chald. divisim dicitur אתון נורא Dan. III. 6. conf. *Jo. Simonis* libro citato p. 675.) furnos qualescunque in genere designat, sive ex lateribus sint parati, sive ex metallo: qua ex materia posteriori nostrum, de quo agimus, constitisse, tradit *R. Maimonides* in המעשה קרבנות cap. XII. §. 23. De forma illorum, quæ ollæ instar inversæ fuisse dicitur, id est, eos infra fuisse latiores, supra autem angustiores vid. Cod. *Celim* capp. V. VI. In ejusmodi furnum panes nostri, tempore constituto immissi, in certis formis, quas *Jarchi* ad Exod. XXV. 29. *ferreas* facit, bini & bini coquebantur. מנחות cap. XI. m. 10. & *Maimonides* in תמידין cap. V. §. VII. *Coctio* ipsa Levit. XXIV. 5. exprimitur verbo אפה, quod Gen. XIX. 3. & alibi proprie de *panibus* usurpari solet, observante *Kimchio*: unde *Onkelosus* nomen אופה Gen. XL. 1. נחתומא *panificum* reddit. Vulgatus *pistorem*; vid. *Heserus* in lexico ad vocem אפה, & *Hakmannus* cap. III. §§. I. & XIV. Denique panes satis cocti, atque ex furno extracti *formis aureis* imponebantur, *Jarchi* loc. cit. & מנחות XI. 10. cum quibus in mensa marmorea, quæ in pronao templi fuit, positi manebant, donec die sequenti in Sanctum inferrentur. מנחות XI. 7. quod notari debet contra nonnullos, qui existimant, panes per integram noctem in furno mansisse, ut tempore impositionis calidi adhuc essent, cum 1. Sam. XXI. 6. die Sabbathi panis *calidus* memoretur; sed optime *Lut.* & *Piscator* verterunt frisch Brodt/ in oppositione panum veterum, qui illo die ablati erant, unde non opus est, ut vel cum *Kimchio* dicamus, quod panes ante Sabbathum non extraxerint, vel cum aliis, apud *Jo: Meyerum* in annotatt. ad Seder olam p. 474. quod panes nostri in mensa sacra calorem suum per integrum octiduum miraculose servaverint. Miramur vero quam maxime, *Kimchii* sententiam *Munstero*, *Clario*, & ex recentioribus *Woltersio* non displicuisse, cum probabile potius sit, panes in mensa marmorea collocatos fuisse, ut per noctem refrigescerent & indurarentur; ne, si ex furno statim in mensam sacram deferrentur, situm sibi aut mucorem contraherent, cum liberior illic aer, tanquam in conclavi undiquaque clauso, transire inter eos non posset, ut optime observavit *Jom Tobb* ad מנחות XI. 7. alias rationes, etiam typicas, ut taceamus.

§. VIII. Restat, ut de numero horum panum pauca subungamus. Ille fuit *duodenarius* pro numero tribuum Israelis, quarum nomine singulis septimanis

manis offerebantur, sicuti XII. lapides pro numero tribuum ab Israelitis positos fuisse legimus Jos. IV. 3. 5. 8. Quam frequens ille numerus in literis S. sit, nemo facile ignorat. Huc spectant XII. Patriarchæ, XII. gemmæ in pectorali Pontificis M. XII. Leones in throno Salomonis, XII. boves, mare æneum in templo Salomonis sustentantes, ne memoremus XII. stellas, XII. fundamenta, XII. portas, & sic porro, quæ in Apocalypsi S. Johannis passim memorantur. Quam apte vero numerus hic insignis in duodecim Salvatoris nostri Apostolos quadret, infra suo loco docebitur. Ipsi gentiles numerum hunc non parum amasse videntur, uti discere licet ex verbis *Galeni*, qui de diei horarum numero *duodenario* agens ita differit: Numerum hunc tanquam " omnium utilissimum delegerunt. Dimi- " dium enim continet, & duplum, & " quartum, & sextum, & duodecimum: " quæ nullus alius post ipsum numerus " usque ad vigesimum quartum contine- " re videtur. Hunc etenim tanquam " longiorem repudiarunt, & duodena- " rium numerum veluti commoderatum judicantes, in tot particulas totius " diei tempus diviserunt. Hanc autem " partitionem ex usu esse, alii multi " & Romani ipsi experientia compro- " bantes atque utentes, ostendunt; si- " quidem hæreditatem omnem, cum te- " stamentum condunt, in duodecim por- " tiones distribuunt, & ponderum ac " mensurarum, quibus in vita opus " est, plurimas in duodecim partes di- " vidunt. vid. *Gruterus* in *thesauro* " *Crit.* P. II. *n.* 1298. & ex eo *Dil-* " *herrus* dissertatt. *academ.* tom. I. p. " 382. sq.

[1] טופח *palmus* erat mensura 4. digitorum, quam LXV. nomine παλαιστὴς insignire solent. vid. *Lamy de mensuris antiquis* p. 94. & *Matth. Hostus* lib. 3. p. 208.

[2] De qua significatione legantur Jo. *Ern. Gerhardus* de *sepultura Mosis* cap. 1. §. 14. *Lampius* in *Biblioth. Brem.* tom. 2. pag. 681. *Boccius* differt. de *ornam. festi* cap. 2. §. 3. Jo. *Hammius* de *ara inter.* cap. 3. §. 2. *Zornius* in *Biblioth. antiq.* p. 117. & Cl. *Emon Luc. Vriemoet* in tract. de *Schiloh* cap. 4. p. 93. 127.

[3] add. præter *Hammium* loco cit. *Hænerus* in miscell. §. 18. Rev. *Jacobsenius* de *adspersionibus* Hebræorum cap. 5. §. 32. & *Henricus Lampe* diss. de *pruna ab altari sumpta* ad Jes. VI. 6. §. 5. Bremæ 1730.

[4] Contradicere quidem sibi videntur Magistri Hebræorum in eodem cod. מנחות v. 3. scribentes: לחם הפנים טעון לבונה ואין טעון שמן *panes facierum requirunt thus, sed non requirunt oleum*. Quæ regula ut eo facilius intelligatur, observandum omnino est, quibusdam fertis addita fuisse oleum & thus, aliis solum oleum, ut videre est ex integra tabella, quam ex codice nostro exhibet Cl. *Relandus* antiquitatum Part. 3. cap. 7. §. 7. Verum duo illa loca, quæ pugnare secum videntur, facile conciliari possunt, si modo observemus, in quibusdam fertis locum habuisse subactionem olei cum simila, in aliis vero solam unctionem; vid. laudatus *Relandus* loc. cit. §. 8. Adeoque sensus codicis מנחות hic est, massam panum nostrorum pure subigendam fuisse sola aqua, remotis quibusvis rebus aliis, fermento & oleo, licet postea panes ad formam crucis oleo uncti fuerint. De subactione regulam modo citatam quoque interpretatur *Woltersius* diss. 2. §. 21. a quo tamen unctio nostra plane omissa est.

[5] Monent quidem nonnulli, pisturam vel coctionem panum propositionis & panum Pentecostalium in conclavi atrii M. fieri debuisse, licet subactio & dispositio eorum extra illud alibi peragi potuerit. אבות cap. VII. §. 1. sed alii aliter judicant vid. *Woltersius* Diss. 1. p. 52. & *Hackmannus* cap. III. §. XVIII.

CAPUT IV.

De oblatione panum.

ARGUMENTUM.

§. I. Vocis אולם *origo & significatio vera. In pronao erant 2. mensæ, marmorea & aurea. Marmoreæ mensæ olim æstimabantur. §. 2. Phrasis* לפני יהוה *latissime patet. Stuckius notatur. Svicerus & Ravanellus excusantur.* לפני הפרכת *quid sit? §. 3. Phrasis die Sabbathi, die Sabb. explicatur. Panes in Sanctum inferebantur a Sacerdotibus Sabbatho, & quidem mane. Raupius &* Franzius *excusantur. §. 4. modus inferendi panes describitur. Nan omnes ritus sunt institutionis divinæ. §. 5. Panum ordines duo. Panes carebant pannis, sicuti mensa velamine purpureo. Num. 4. 7. illustratur §§. 6. 7.* קשות & מנקיות *quid fuerint? Locus Exod. 37. 16. & 1. Chron. 28. 17. explicantur. Judæi 10. miracula in templo facta memorant.* נסך *texit. Hinc* מסכה *tegumentum, &* נסיכים *Principes. Relativa aliquando referri debent ad nomen remotius. In templo mensæ plures erant. Una panibus instructa. §. 8. LXX. soli non sunt sequendi. Philonis autoritas & merita. Linguæ Hebr. & rituum Jud. erat ignarus, hinc sæpe erravit. Sal non fuit in mensa S. §. 9. Lo-*

9. Locus Josephi illustratur. Ναὸς & ἱερὸν *explicantur. Voces* σπονδὴ & σπονδεῖον *late patent; ut & θυμιατήρια,* מחתות. §. 10. *acerræ thuris in mensa inter panes collocatæ erant, non super panes. Siphra comm. in Levit.* על *juxta, apud, propter.* של *propter.* ἐπὶ, *accusativo junctum, notat inter, apud, propter, nunquam cum.* ὑπὲρ *propter, sub.* §. 11. *Situs mensæ in Sancto & panum in mensa. Candelabrum & altare suffitus ubi in Sancto locum suum habuerint? Altitudo totius mensæ cum panibus quæ?*

§. I.

Locus, ubi panes nostri, ex furno extracti, in templo Hierosolymitano refrigescere debebant, erat אולם, quæ vox a radice Arabica אול *præcessit, anterior evasit*, deducta, anteriorem ædis S. partem sive *pronaon* denotat. vid. Cl. *Rhenferdus* Opp. Philol. p. 798. sq. & *Wichmanshausen* differt. de *columnis æneis in porticu templi a Salomone positis* p. 180. sqq. Minus accurate a nonnullis appellari *vestibulum*, observat *Relandus* Antiq. Part. I. cap. IX. §. XXI. cum *vestibulum* apud veteres pars ædium non fuerit, teste *Cæcilio Gallo* apud *Gellium* lib. XVI. 5. nostrum vero אולם omnino pars anterior ipsius ædis S. in latitudine viginti, in longitudine decem cubitos habens 1. Reg. VI. 3. In hoc pronao præter ἀναθήματα alia, a variis Regibus ad ornandum templum missa, reperiebantur mensæ duæ, *marmorea*, cui panes, in Sanctum deferendi, imponi solebant, & aurea, quæ ex Sancto delatos excipiebat. שקלים VI. 4. Idem traditur in מנחות XI. 7. his verbis: שני שולחנות היו באולם מבפנים על פתח הבית אחד של שיש ואחד של זהב על של שיש נותנים לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקודש ולא מורידין. *Duæ mensæ erant in pronao ad portam domus constitutæ, quarum una marmorea, altera aurea erat, supra marmoream deponebant panes propositionis inferendos, supra auream vero elatos, quoniam in sanctuario ascendunt, non descendunt.* Mensas *marmoreas* olim in pretio fuisse, docent *Fulvius Ursinus in* appendice ad *Petrum Ciacconium* de *Triclinio* p. 218. & *Jo. Dougtæus* in libro rariori de *calicibus eucharisticis* veterum Christianorum cap. VIII. p. m. 107.

§. II. Hoc ex pronao panes singulis Sabbathis per quosdam Sacerdotes in Sanctuarium inferebantur, ut *coram facie Domini jugiter* essent Levit. XXIV. 8. Phrasis hæc: *esse coram facie Dei* לפני יהוה in cultu sacro Hebræorum est frequentissima; sed usus simul latioris; quicunque enim ad locum conventus sacri solennem, vel ad tabernaculum, vel ad templum, accederet, sive sacris in genere operaturus, sive statum aliquod festum ex mandato Dei celebraturus, *coram facie Dei* comparere dicebatur. Exod. XXIII. 15. Deut. XVI. 16. 1. Sam. I. 22. & alibi, licet etiam non ingrederetur locum longe sanctissimum, in quo admirandum *illud* atque gloriosissimum præsentiæ divinæ symbolum reperiebatur; hinc recte Cl. *Melchioris* differt. cit. p. 64. scribit: hæc phrasis *plus in recessu habere videtur, quam prima fronte apparet*. Legi de eadem locutione merentur *Amelius* ad loca difficil V. T. tom. I. p. 233. sqq. & *Hermannus Bruningius* differt. de *sacrificiis eucharisticis* cap. I. §. XV. In specie phrasis illa plagam templi orientalem sæpe innuit, docente *R. Maimonide* במעשה קרבות cap. IX. §. 6. imo quæcunque *coram facie Domini* peragenda fuisse jubentur, in porta Nicanoris, quæ erat in plaga orientali, vel ante eam, in templo fieri debuisse, Judæi tradunt in *Gem. Hierosol. Sota* fol. XVII. 1. & alibi. vid. *Hottingerus* in libro: de *decimis Judæorum* exercit. IX. §. XIV. p. 215. & *Hakmannus* cap. IV. §. IV. Qualis igitur locus in specie indigitetur, ex nexu semper colligere licet: sicuti nostro loco Sanctum, utpote in quo mensa panum propositionis, lychnuchus aureus & altare suffitus inveniebantur, intelligi debere, omnes circumstantiæ suadent; unde Cl. *Stuckium* in *antiq. conviv.* lib. 2. fol. 197. panes nostros ad Sanctum Sanctorum retulisse, merito miramur. Tolerandi tamen sunt quidam Viri docti, quando panes facierum coram arca fœderis positos fuisse scribunt v. g. *Svicerus* in *thesauro Eccles.* & *Ravanellus* in *biblioth.* S. hæc enim eorum est mens, in Sancto collocatos fuisse coram arca fœderis, licet velum inter arcam & mensam oppansum esset, uti recte eos excusat *Dassovius* diff. cit. §. 26. Sic altare suffitus, quod erat לפני הפרכת ante velum, Sanctum a Sancto Sanctorum distinguens, Exod. XXX. 6. לפני ארון העדות *ante arcam fœderis* Exod. XL. 5. fuisse dicitur. vid. *Abarbanel* & alii ad hunc locum, nec non *Relandus* antiq. Part. I. cap. V. §. X. &

& Cl. *Opitius* in diſquiſitione hiſtorico-philologica de *candelabri Moſaici admirabili ſtructura*, *ejuſdemque poſitu in Sancto Sect. II.* §. V. p. 49. ſqq. Jenæ 1708.

§. III. Tempus, quo panes noſtri in Sanctum inferebantur, erat *Sabbathum;* nam ſingulis Sabbathis panes novos ſubſtituendos fuiſſe, docetur Levit. XXIV. 5. ubi notanda omnino eſt phraſis: ביום השבת ביום השבת *die Sabbathi*, *die Sabbathi*, id eſt, quovis Sabbatho, ex more Hebræorum, qui nomina diſtributiva geminatione earundem dictionum repetere ſolent; vid. *Vatablus* & *Druſius* ad hunc locum, *Glaſſius* philolog. S. lib. V. tr. II. cap. I. *Hottingerus* exerc. IV. §. II. & *Amelius* tom. I. p. *997*. Minus accurate igitur ſcribit *Raupius*, *eos* quotidie *coram Domino* poſitos fuiſſe, niſi cum *Daſſovio* ipſum excuſare malimus, quaſi nihil aliud innuerit, quam quod quotidie coram Domino præſentes fuerint. conf. ſupra cap. I. §. IV. In ipſo autem Sabbatho tempus matutinum obſervabatur: *poſt oblationem agni quotidiani* Exod. XXIX. 38. Num. XXVIII. 3.8. *una cum additamento Sabbathico* Num. XXVIII. 10. *ad inferendum panem ſe præparaſſe Sacerdotes*, ſcribit *Kimchius* ad 1. Sam. XXI. *6*. a ſolis enim Sacerdotibus eos in Sanctuarium fuiſſe illatos, ſatis conſtat, unde verba *Franzii* in libro de interpret. SS. c. 12. ſcribentis, *quod Iſraelitæ tenerentur in menſa ponere duodecim panes*, cum grano ſalis intelligenda ſunt; nam Vir doctus id non innuit, quaſi Iſraelitæ laici panes in menſa poſuerint, ſed quod Eccleſia Iſraelitica per Sacerdotes Domino eos obtulerit, ut ſupra jam monuimus cap. II. §. IV.

§. IV. Modum inferendi panes in Sanctuarium, eoſque cum veteribus permutandi, ipſis Hebræorum verbis ex cod. מנחות cap. XI. §. VII. uberius deſcribere lubet: ארבעה כהנים נכנסין שנים בידם שני סדרים ושנים בידם שני בזיכין וארבעה מקדימין לפניהם שנים ליטול שני סדרים, שנים ליטול שני בזיכין המכניסים עומדים בצפון ופניהם לדרום המוציאין עומדים בדרום ופניהם לצפון אלו מושכין ואלו מניחין וטפחו של זה כנגד טפחו של זה שנאמר לפני תמיד. "Quatuor Sacerdotes ingrediebantur (Sanctum), duo ex
„ illis binos panum ordines manibus
„ ferebant, duo autem reliqui duo thu-
„ ribula. Hos quatuor præcedebant Sa-
„ cerdotes alii duo, ut auferrent bi-
„ nos (veterum panum) ordines, duo
„ ad auferendas duas acerras thuris.
„ illi ex claſſe accedente ſtabant ad
„ ſeptentrionem (menſæ ſacræ), fa-
„ ciebus ſuis ad meridiem converſis,
„ reliqui ex claſſe recedente ad meri-
„ diem erant conſtituti, faciebus in
„ ſeptentrionem converſis, dum hi au-
„ ferebant, illi (novos) ſubſtituebant,
„ ſic ut manus manibus e regione eſ-
„ ſent oppoſitæ q. d. *ut ſint coram me jugiter*. Eſſe nonnullos, qui ad permutationem panum, citiſſime peractam, vocem תמיד referant, ſupra cap. I. §. IV. jam dictum eſt. Interim eam tam accurate obſervatam fuiſſe, non omnes conſentiunt. Saltem R. *Joſe* inquit: אפילו אלו נוטלים ואלו מניחין אף זו היתה תמיד; *quamvis hi panes abſtulerint*, *antequam illi alios ſubſtituerint*, *temen hoc eſt jugiter*. מנחות loc. cit. imo, verum ut fateamur, non omnes hi ritus ex inſtitutione divina derivari debent, ſed ex ſtudio Phariſæorum, qui non una ratione jugum cultus Levitici longe gravius reddere conati ſunt. Idem judicium ante nos jam tuliſſe Cl. *Relandum*, nuper animadvertimus: "Quem
" quidem ritum ab ætate Moſaica non
" derivabimus, ſed recentiorum tem-
" porum conſuetudine, quando omnia
" ex Phariſaica leges divinas interpre-
" tandi methodo fieri conſueverunt, ſecus ac olim. in libro de *ſpoliis templi Hieroſol. in arcu Titiano Romæ conſpicuis* cap. XI. p. 117. ſq. His rite peractis, panes veteres, ex Sancto delatos, in menſa aurea, quæ in pronao erat, poſitos fuiſſe, ſupra §. I. hujus capitis modo diximus.

§. V. Sed ad panes novos revertimur, *ordinem* eorum in menſa ſacra contemplaturi. *Duobus ordinibus* eos in menſa diſpoſitos fuiſſe, & quemvis ordinem *ſex* habuiſſe panes Moſes teſtatur Levit. XXIV. *6*. Doctores Hebræorum addunt, panem infimum cujuslibet ordinis menſæ, non patinæ, incubuiſſe, reliquos autem panes calamis aureis, ex quatuor ſtipitibus, utrinque menſæ adſtantibus, protenſis, quales tres inter unumquemque panem collocatos volnnt, excepto ſupremo, qui duobus tantum innitebatur, diſtinctos fuiſſe, ne mucorem contraherent, ſed ut aeri liber ad illos pateret aditus, docente *Daſſovio* §. 10. Hebræis autem in re domeſtica non omnis fides denegari debet; erant enim multi eorum αὐτόπται, neque ullo lucro mentiti fuiſſent, ut cum *Pfeiffero Wernſdorfius* Sect. II. §. 5. recte judicat. Falluntur ergo, qui de patinis, panibus

vel

vel ſuppoſitis, vel impoſitis, cum *Ligtfooto*, *Junio*, *Witſio* & aliis cogitant; vid. *Daſſovius* §. XVI. & diſſert. de *imaginibus rerum Hebr.* quæ noſtra ætate circumferuntur, theſi IV. Eadem de patinis ſuppoſitis ſententia *Lampio* in *myſt. foed. gratiæ* Part. III. p. 1312. olim non diſplicuit, ſed alibi ipſum mentem ſuam mutaſſe animadvertimus. Falluntur etiam, qui menſam velamine purpureo quotidie tectam fuiſſe exiſtimant cum *Kimchio* apud *Daſſovium*, §. XVII. vel veſte hyacynthina, ut *Burmannus* in *Synopſi Theolog.* lib. IV. cap. XIV. §. XI. ſcribit: nam locus Num. IV. 7. ad quem alias provocare ſolent, docet, menſam ejuſmodi velamine fuiſſe inſtratam, ſed cum Iſraelitæ caſtra ſua moverent, non quotidie, atque in cultu ſacro, uti ex nexu facile evincitur. [1]

§. VI. Inſtrumenta, quæ panibus ſuſtentandis inſerviebant, קשות & מנקיות Exod. XXXVII. 16. alibique appellantur. Quædam de iis erudite jam attulerunt præter *Wolterſium* Viri Clariſſimi *Druſius* atque *Cartwrigthus* in *bibliis criticis* ſupplem. tom. I. ad Exod. XXV. 29. *Daſſovius* de *imaginibus rerum Hebr.* theſi IV. & celebr. *Hottingerus* diſſert. quæ Godwini Moſen & Aaronem p. 316. 340. ornat, de *tabernaculo*, *ejus atrio & vaſis* §§. XXIX. XXX. Sed nos paulo luculentius eadem de materia difficili nunc agemus, cum Viri docti in explicandis his vocibus & olim & hodie in varia abierint. LXX. & Interpres Vulgatus *vaſa libatoria* interpretati ſunt. Hos ſequuntur *Xantes Pagninus*, *Jo. Lorinus* & *Jo. Dougtaeus* in libro laudato de *calicibus eucharisticis*. p. 36. quibus nuperrime acceſſit Cl. *Jo. Simonis* loco cit. p. 478. Singularis eſt conjectura *Hadriani Relandi*, Viri doctiſſimi, qui, relicta ſententia meliori, his nominibus innui cenſet vaſcula duo, alterum alteri imponendum, in quæ thus infundebatur, quod in Sancto per dies ſeptem fuerat, ut ex iis in altare exterius daretur, igni cremandum, unde & textum S. אשר יסך בהן ſic vertit: *quibus effundetur*, ſcilicet thus in altare exterius, in libro *de ſpoliis templi Hieroſol.* p. 113. Verum nos cum *Munſtero* & aliis *ſuſtentacula* intelligimus, panibus facierum applicata, per quæ a putredine, quæ ipſis alias a contactu mutuo accidere potuiſſet, feliciter vindicarentur. [2] Hæc certe ſententia, textui S. valde congrua, auctoritate Hebræorum antiquiſſimorum nititur, unde Cl. *Wolterſius conſtantem, eamque communem Rabbinorum omnium traditionem* appellare haud veretur; imo illam non ſtatim rejiciendam eſſe agnoſcere videtur ipſemet *Relandus*, loco citato ita ſcribens: *Sunt Judæi, qui de calamis inter panes collocandis & ſtipitibus hic cogitant. Et profecto conjecturis locus eſt, quoniam incerta eſt utriuſque vocis ſignificatio.* Cujus autem formæ, cujuſque uſus קשות & מנקיות fuerint, ipſis Hebræorum verbis breviter indicare lubet. מנקיות הן נסיכין, inquit R. *Salomon*, Doctor celebris, כמין יתרות זהב עומדין בארץ ונביהין עד למעלה מן השלחן הרוכה כנגד גובה מערכת הלחם ומפוצלין חמשה פצולין זה למעלה מזה *Menakkioth illæ ſunt perticæ* [3] inſtar clavorum aureorum, in " terra ſtantium, quæ eminent longe " ſupra menſam ad altitudinem diſpo- " ſitorum panum, & furcatæ ſunt quin- " que furculis, quarum alia furcula altior eſt altera. De קשות autem ſic pergit: כמין חצאי קנים חלולים הנסרקין לארכן דוגמתן עושה של זהב *Erant ſicut dimidii calami concavi, qui fiſſi ſunt juxta longitudinem ſuam. His ſimiles fecit ex auro.* Calami ejuſmodi erant XXVIII. quatuordecim pro quovis ordine, uti traditur in מנחות XI. 6. & ne onus panum ſuperiorum gravaret inferiores, atque hi frangerentur, extremitates calamorum ſuper furculas perticarum jacebant, docente *R. Salomone* aliquoties laudato.

§. VII. Non deſunt tamen, qui per מנקיות & קשות *vaſa libatoria* intelligere malint; 1) quod Exod. XXXVII. 16. & 1. Chron. XXVIII. 17. menſæ impoſita legantur vaſa, אשר יסך בהם, ἐν οἷς σπείσεις *quibus libetur*. 2) quod LXX. nec non *Philo Judæus* Opp. p. 400. & *Joſephus* de *Bello Jud.* lib. 1. cap. V. σπονδεῖα in menſa S. fuiſſe memorent. His adduntur objectiones plures, ſed commemoratione aliqua vix dignæ, unde iis miſſis, ad ſolutionem priorum, quæ majoris momenti videntur, ſtatim nos accingimus. Verba Moſis citata cum aliis Interpretibus ſic vertimus: *quibus* (calamis) *tegetur*, ſcilicet panum diſpoſitio, vel panis. Hanc ſane verſionem minus coactam eſſe, ipſum τὸ יוסך facile ſuadet; ſive enim cum *Buxtorfio & Opitio* derives a verbo סכך, quod *tegere* ſignificat, ſive cum aliis a נסך, perinde erit; poſterius enim ſignificationem *tegendi* quoque habet, obſervantibus *R. Salomone*, contra quem *Cartwrigthus* fruſtra diſputat, & *Kimchio* in *libro*

radi-

radicum, quibus calculum suum non immerito addunt Viri summi, *Theod. Dassovius* §. XVIII. & *Campeg. Vitringa* comm. ad Jes. XXV. 7. fol. 43. & ad cap. XXX. 1. fol. 165. hinc מסכה pro *tegumento* sumitur Jes. XXV. 7. & XXVIII. 20. hinc *Principes*, qui alios *protegere* debent, נסיכים dictos arbitramur. Neque obstat, proxime præcedere מנקיות sive *perticas*, quæ, cum juxta mensam steterint, nomen tegumenti minime mereantur; recte enim *R. Salomon* & *R. Aben Esra* jam observarunt, hac phrasi non ad מנקיות *perticas*, sed ad קשות *calamos* respici, collato exemplo Ps. XCIX. 7. ubi dicitur: in *columna nubis locutus est ad eos*, scilicet Mosen & Aaronem, qui v. 6. memorantur, & mentio Samuelis cum invocantibus nomen Dei inter antecedens & relativum interseritur. Canon igitur ille: *Relativa quandoque referunt ea, quæ remotius distant, licet adsint propiora, ad quæ videri possint referri*, quem *Classius philolog.* S. lib. III. tr. II. p. m. 329. variis confirmavit exemplis, semper ob oculos versari debet. Alter locus, ex libro *Chronicorum* adductus, mentionem quidem facit pelvium, & craterum, mensis impositorum, sed ibi de mensis Salomonæis, quibus alia imponi poterant instrumenta, quæ ad panes facierum non requirebantur, non de mensa panum propositionis sermonem esse, recte cum Hebræis judicat *Dassovius* §. XIII. Nimirum in templo Salomonis mensæ erant decem 1. Chron. XXVIII. 16. 2. Chron. IV. 19. unde, dissentientibus ipsis Hebræorum magistris, disquiri solet, an Mosaica iis adjecta, ubi omnes collocatæ, & an omnibus panes sacri impositi fuerint? quandoquidem 1. Reg. VII. 48. tantum unius mensæ, cui panes facierum impositi fuerint, mentio fit, sed 2. Chron. IV. 19. plurium, atque sub regno Hiskiæ iterum una mensa memoratur 2. Chron. XXIX. 18. Nostro quidem judicio perinde erit, sive cum *Relando* antiquitatt. Part. 1. cap. VII. §. VIII. dicamus, panes modo huic, modo illi mensæ impositos fuisse, sic, ut semper lychnuchus ille, qui e regione mensæ esset, quæ panes illa hebdomade haberet, per eam hebdomadem noctu luceret, sive soli Mosaicæ, cum aliis apud celeb. *Jo. Franc. Budeum Hist. Eccles.* V. T. Per. II. Sect. III. p. m. 203.

§. VIII. Minoris momenti sunt, quæ ex *Philone* & *Josepho* adferri solent, ut taceamus Interpretes *Alexandrinos*, quos solos, cum sæpissime hallucinentur, nunquam sequendos esse, judicat Cl. *Harenbergius* in *Mus. Brem.* vol. II. p. 317. *Philo* quidem Judæus, coævus *Paulo* apostolo, (quem scripta *Philonis* quoque legisse, variis ex locis colligit *David Flud a Giffen*, Theologus Batavus, in epist. quadam *ad Petrum Vogelsangium* p. 12. Amstelod. 1686.) fuit Vir suo tempore celeberrimus, cui sane non neganda est laus eruditionis, facundiæ & eloquentiæ, cum dignitate & natalium splendore conjuncta, judice *Vitringa* observatt. lib. V. cap. XI. §. III. unde ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος a Josepho *antiq.* lib. XVIII. cap. X. appellatur. Scripta ejus apud Romanos, Græcos, alios, tanta in admiratione erant, ut digna existimarent, quæ in Bibliotheca tanquam monumenta quædam reponerentur, teste *Eusebio*. Plura qui ejus de meritis atque autoritate nosse cupit elogia & testimonia, adeat Josephum, Hieronymum, & reliquos, excitatos a *Dan. Cramero*, in *judicio academico* de תיקון סופרים §. X. quibus *Giffenius* p. 13. seq. & Cl. *Noldius* in *Hist. Idumæa*, sive de *vita & gestis Herodum* n. 73. subjungi merentur. Quantus autem, quantus, inquam, *Philo* fuerit, in præsenti sane materia autoritas ejus vel exigua admodum, vel prorsus nulla est; nam 1) non fuit testis αὐτόπτης, sed, quæ de ritibus S. in templo Hierosolymitano observatis habet, ex fama aliorumque relatione tantum accepit, cum ipsemet Alexandriæ in Ægypto vixerit, unde rituum illorum plane ignarum *Bonfrerius* ad Levit. XXI. 14. eum appellat. 2) textum Hebræum non legit Vir in lingua illa parum versatus; imo ipsum ejus plane ignarum fuisse, judicat Ill. *Scaliger* apud *Huetium* in *demonstrat. Evang.* p. 419. & *Trillerum* ad *Grotii Christum patientem* p. 485. unde ab Interpretibus Alexandrinis plus vice simplici decipi se passus est, aliosque sua autoritate fefellit v. g. quando illi salem una cum thure appositum fuisse memorant, Philo statim ita scribit: ἡ δὲ τράπεζα τίθεται, πρὸς βορείοις, ἐφ' ἧς ἄρτοι καὶ ἅλες *mensa autem posita est versus septentrionem, super quam panes & sales* lib. III. de *vita Mosis* p. 669. Mirum vero est, hanc sententiam, quæ autoritate codicis S. plane destituitur, fautores tamen quosdam accepisse autoritate τῶν LXX. & *Philonis* Judæi deceptos, nomina-

minatim *Villalpandum* tom. II. ad Ezech. lib. IV. cap. LVII. *Fortun. Schacchum* in *myrothecio* Part. II. cap. XLI. & *Speneerum* de *legg. Hebræorum* lib. 1. cap. V. fol. 247.

§. IX. Neque majus pro vasis libatoriis præsidium reperitur in *Josepho*, cujus verba hæc sunt: *Ingressus vero Pompejus* εἰς τὸν ναὸν, ἔνθα μόνῳ θέμιτον ἦν παριέναι τῷ ἀρχιερεῖ, τὰ ἔνδον ἐθεάσατο, λύχνιαν τε καὶ λύχνους, καὶ τράπεζαν, καὶ σπονδεῖα. καὶ θυμιατήρια ὁλοχρύσα πάντα, πλῆθος τε ἀρωμάτων σεσωρευμένων, καὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων τάλαντα δισχίλια præter Pontificem adesse fas erat, " quæ intus erant, candelabrum cum " lychnis, & mensam & spondea, & " thuribula ex auro omnia spectavit, " copiam aromatum congestorum, & " sacram pecuniam ad *duo millia ta- " lentorum*. B. I. lib. 1. cap. V. nam

1) ea non de solo Sancto Sanctorum, ut quidam contendunt, neque de solo Sancto, sed de toto templo, quod Pompejus perlustravit, accipienda esse, argumentum ipsum totius loci facile suadet, ubi nimirum multitudo aromatum congestorum, & thesauri sacri in fine memorantur. Hinc aliquando in eam incidimus conjecturam, num vocula καὶ omissa sit: *ingressus in templum*, &, *vel imo*, *ubi neminem* &c. inprimis cum nomen ναὸς, (quod est ab hebr. נוה *inhabitavit*, unde & ναίω *habito*, judice *Lamberto Bos* diss. de *etymologia Græca* p. 34.) sit usus latioris, sicuti *Pollux* ναὸν καὶ ἱερὸν pro eodem capit; licet non ignoremus, has voces diverso modo interdum accipi, ita ut τὸ ἱερὸν sit totum templum, & ὁ ναὸς pars templi interior; vid. *Wolffius* ad *Cebetis tabulam* p. m. 155. edit. *Berkelianæ*. Lugd. Batav. 1670. & vir celeb. *Henr. Jac. van Bashuysen* Diss. I. clavi Talmudicæ maximæ præmissa, p. 88.

2) σπονδεῖον est quidem *vas*, quod vinum libandum continet, testibus *Polluce* & *Athenæo*, sicuti σπονδὴ *vinum*, quod libari solet, designat, docente *Barnesio* ad *Euripid.* Jon. v. 1188. sed vox illa non semper & ubivis hac notione usurpatur; hinc αἷμα esse σπονδὴν ψυχῆς *Philo* scribit in libro de *victimis*, & *Josephus* dicit αἷμα ἐπισπένδειν *antiq.* lib. XIII. cap. XVIII. Similiter Græci voces זבח ומנחה Dan. IX. 27. θυσία καὶ σπονδὴ reddunt; nec non *Aquila* & *Theodotion* מזרקות per σπονδία verterunt Jer. LII. 18. Addimus *Hesychium*: σπενδόμενος, ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ, & σπένδεται θύεται. His aliisque exemplis, quæ latiorem nominis σπονδεῖον usum satis confirmant, inductus Cl. *Relandus* per σπονδεῖα a Josepho memorata vasa libatoria minime intelligenda esse, recte judicat in libro de *spoliis templi* p. 114. sq. Sed quædam, ad refellendam illam sententiam facientia, ex ipso adducere nunc lubet: *Falluntur sane*, inquit Vir doctus, qui σπονδὴν & σπένδειν nonnisi „ de vino libaminis accipi posse autumant, & propterea vascula, vino „ repleta, mensæ huic imposita fuisse „ crediderunt. Josephus certe οἰνοχόας „ vocat [nomine a σπονδείοις diverso) „ vasa in atrio collocata, juxta vel e „ regione altaris exterioris, quæ non „ possunt esse nisi vascula, ex quibus vinum libandum invergebatur „ simpulo altaris lib. III. antiq. cap. „ XII. Sic etiam antiq. lib. III. cap. „ II. distinguit suis nominibus, agens „ de mensa sacra, φιάλας καὶ σπονδία, „ fecisse illa Salomonem narrans, & „ supra mensam eam fuisse collocata - - - Videtur ergo Josephus φιάλων nomen de mensa sacra agens, „ tribuisse acerris thuris, sive כפות, „ & σπονδείων nomen vasculis majoribus, quæ supponebantur acerris; „ certe non istis vasis, quibus vinum „ libabatur: nam eodem loco [Antiq. III. 2.) post interpositam lychnuchi descriptionem distinguit οἰνοχόας & φιάλας, sic ut οἰνοχόας vocet vasa vinum continentia, vel „ meraria, ἀκρατοφόρα, ut loquitur „ idem lib. VI. de B. I. cap. 16.

3) neque obstat, θυμιατήρια hoc loco in specie subjungi, adeoque per σπονδεῖα vascula thuris commode intelligi non posse; nam observari bene debet, vocem θυμιατήριον latioris quoque esse usus; hinc *Josephus* antiq. lib. VIII. cap. II. acerras, quibus thus imponebatur, adolendum in altari interiori, θυμιατήρια vocat, & idem nomen dat vasis illis, quibus prunæ, ab altari exteriori desumptæ, deferuntur ad altare interius. Conveniunt cum Hebr. מחתות, quæ similiter sunt vascula, in quibus prunæ continebantur, ab altari exteriori petitæ, docente *Kimchio* apud *Schindlerum* in *lexico pentagl.* p. 674. sq. Verum nobis nunc non licet ea uberius deducere, inprimis, cum de utraque voce erudite disseruerint *Relandus* laudatus passim, *Jo: Justus Sonneschmid* diss. de *thymiaterio* Witteb. 1723. *Georg. Fried. Rogall.* diss. de מחתה sive *thuribulo* Regiom. 1724.

Jo.

Jo: Georg. Michaelis in *Museo Brem.* vol. II. statim ab initio, & *Henricus Lampe* diss. de *pruna ab altari sumpta* Jes. VI. 6. p. 15. sq. Bremæ 1730.

§. X. His missis, respectu ordinis vel dispositionis panum nostrorum monendum adhuc est, in medio mensæ inter utrosque ordines superfuisse spatium vacuum duorum palmorum, observante R. *Mejer* ad מנחות cap. XI. §. V. atque inter illos duas acerras thuris in ipsa mensa collocatas fuisse, Judæi plurimi tradunt, ne honori panis aliquid detraheretur. Josephus quidem eam ὑπὲρ τῶν ἄρτων super geminos eorum ordines eas positas fuisse, plus vice simplici scribit, sed cum hac ratione levissimo motu acerræ ex panibus dejici potuissent, & præterea pondere suo (erant enim vasa satis capacia, quibus singulis pugillum thuris impositum fuisse in *Siphra* fol. 262. 1. scribunt] panes illos non parum pressissent, nos cum Judæorum Doctoribus fere omnibus acerras in ipsa mensa inter geminos panum ordines potius collocamus; vid. מנחות XI. V. *Siphra* (commentarius ille in Leviticum antiquus, qui & תורת כהנים appellatur, ac si *pandectas juris Sacerdotalis* diceres, notante alicubi *Relando*) fol. 263. 1. & R. *Maimonides* ad תמיד V. 2. His calculum suum addunt ex Christianis Interpretes varii a *Lundio* excitati, quibus nos subjungimus *Schachum* in *myrothecio* cap. XL. *Dassovium* §. XXI. *Woltersium* diss. II. §. XL. *Relandum* antiq. Part. I. cap. V. §. XV. & in libro: de *spoliis templi* &c. p. 119. nec non *Dachsium* ad *C. Succa*. p. 510. Neque huic sententiæ contrariatur particula על Levit. XXIV. 7. quæ non modo *supra*, sed etiam aliquando *juxta* denotat v. g. Gen. XVI. 7. Job. I. 14. Jer. XXXV. 4.. Ezech. XXV. 9. alia loca ut taceamus, quæ præter *Noldium* & *Glassium* suppeditant *Seringhamius* ad *Joma* p. 29. *Spencerus* de *legibus Hebr.* lib. II. cap. XV. *Jac. Hasæus* in *Biblioth. Brem.* tom. I. p. 312. & *Zornius* in *biblioh. antiq.* p. 620. nec non ad *loca difficil.* V. T. tom. I. p. 1041. in notis. Et quis nostrum ignorat, τὸ על in literis S. sæpe idem valere, quod אל *ad*, *apud*. Gen. XVIII. 8. Judic. III. 16. 1. Sam. I. 10. 2. Chron. XXX. 1. Jes. II. 2. Mich. IV. 1. vid. præter *Zornium* Cl *Witsius* in *œcon. fœd.* p. 110. & *Hobeiselius* in *notis philologg.* ad *Jesaiam* p. 188. Imo cogitavimus aliquando, anne verti queat *propter*, sicuti Gen. XXVI. 7. XLIII. 18. & alibi. Addimus Levit. XXIII. 18. ubi R. Salomon voces על הלחם per בגלל *propter* explicat: בגלל הלחם חובה ללחם. *propter panes, ut sit quasi debitum, panibus Pentecostalibus annexum*. Idem faciunt R. *Obadias* ad מנחות IV. 3. *Maimonides* in תמירין cap. VIII. §. XVI. XVII. docente Cl. *Hakmanno* cap. I. §. VII. & cap. V. §. 1. Saltem loca quædam veterum Hebræorum deprehendimus, in quibus de panibus nostris differentes, particula של uti solent v. g. in Misna Joma V. 1. בזיכי לבונה של לחם הפנים *vascula thuris* propter *panes facierum* תמיד II. V. & *Maimonid*. תמידין II. IV. של autem non modo est articulus genitivi casus, sed etiam hanc significationem commode admittit; hinc quoque apud Hebræos cum ב ab initio *propter* denotat. Eccles. VIII. 17. Jon. I. 12. vid. *Buxtorfius* in *lexico*. Interim, verum ut fateamur, sententia prima, quæ τὸ על *juxta*, *apud*, vertit, præferenda omnino est. Versiones Græcas quod attinet, LXX. τὸ על per ἐπὶ, & Josephus ὑπὲρ reddunt; licet vero autoritas versionis Alexandrinæ tanta non sit, ut a sententia nostra recedere nos cogat, commode tamen cum textu Hebræo conciliatur; ἐπὶ enim quarto casui junctum aliquando significare *inter*, *apud*, *Scapula* in lexico recte docet: interdum quoque denotare *propter*, ex indice *Aristophanis*, in editione *Kusteriana* subjuncto, constat. *Nortonus Knatchbull* Vir. doct. eandem præpositionem vertit *cum* Luc. I. 17. *ut convertat corda patrum* ἐπὶ τέκνα *cum filiis*; quæ explicatio, si recte sese haberet, nostro sane scopo apprime inserviret: sed τὸ ἐπὶ accusativo junctum, nunquam hanc habere notionem, *Lambertus Bos* in *exercitatt.* N.T. & *Hombergius* in *parergis* S. recte monuerunt, quos etiam sequitur *Wolfius*, Vir Clarissimus. Simili ratione verba Josephi ὑπὲρ τῶν ἄρτων cum textu Hebræo facile conciliari possunt, quoniam τὸ ὑπὲρ varias in scriptis sacris & profanis notiones habet v. g. *propter*, 4 quo sensu verba Josephi accepisse videtur *Lundius*, nec non *sub*, ut idem aliquando sit, quod ὑπὸ, docentibus *Massonio* & aliis apud *Wolfium* ad 2. Cor. XII. 13. Sed in explicandis his præpositionibus prolixiores esse nolumus, nulli dubitantes, quin in sententiam nostram plurimi lubentes ituri sint pedibus.

§. XI. Cœterum non possumus non de *situ mensæ* in Sancto, & *panum* in ipsa mensa, subjungere, ne in materia

ria longe graviſſima omiſſum aliquid videatur. Panes facierum ad res ſanctiſſimas קדש קדשים referri debere, ex Levit. XXIV. 9. diſcimus; hinc menſa ad plagam ſeptentrionalem, quam pro omnium ſanctiſſima Kabbaliſtæ habere ſolent, collocata fuit. Exod. XXVI. 35. Tria nimirum vaſa, altare ſuffitus, candelabrum & menſa, poſita erant in Sancto, ita ut candelabrum eſſet in latere meridionali, menſa in aquilonari, altare autem medium inter menſam & candelabrum locum obtineret, arcæ fœderis, quæ in Sancto Sanctorum erat, ex diametro oppoſitum. Exod. XL. 22. 24. XXX. 6. ibique *Raſchius*. Falluntur tamen Viri docti, qui ſtatim poſt velum Sancto oppanſum vaſa hæc tria collocant, nam Joſephus Antiq. lib. III. cap. VII. menſæ noſtræ non longe ab adyto verſus ſeptentrionem locum ſuum aſſignat; huic vero in meridionali latere oppoſitum erat candelabrum. Exod. XL. 24. ejuſdem proinde cum illa ab adyto diſtantiæ. Altare tamen ſuffitus, licet medium inter menſam & candelabrum locum occuparet, ab adyto reliquis aliquanto erat remotius, cum inter menſam & candelabrum forinſecus quodammodo protractum fuerit, teſte *R. Maimonide* in ה' בית הבחירה cap. III. n. XVII. conf. *Joſephus* antiq. lib. III. cap VII. lib. VIII. cap. II. *Opitius* de *candelabro Moſaico* p. 49. ſq. *Jo. ab Hamm* de *ara inter*. Part. I. cap. IV. & *Relandus antiq.* Part. I. cap. V. §. VI. His præmiſſis obſervandum porro eſt, menſam noſtram ſic collocatam fuiſſe, ut ejus longitudo conveniret longitudini ædis שכל הכלים שהיו במקדש ארכן לארכן של בית *quod longitudo omnium vaſorum, quæ in Sancto erant, ſecundum longitudinem domus fuerit diſpoſita*. מנחות XI. VI. Hæc menſa alta erat cubitum cum dimidio, lata unum, & longa cubitos duos, ſive palmos duodecim; hinc panes (qui decem palmos longi erant, antequam replicarentur, at ſex palmos, poſtquam eſſent replicati) longitudine ſua latitudini menſæ erant æquales, & latitudine ſua, (quæ erat ſingulis quinque palmorum, adeoque junctim, quia duo erant panum ordines, palmorum decem) tegebant decem palmos longitudinis menſæ, & ſpatium duorum palmorum intermedium relinquebant, acerris thuris deſtinatum vid. *Relandus* antiq. Part. I. cap. V. §. XIII. Denique ex his omnibus colligere facile licet, quænam totius menſæ una cum panibus ei impoſitis altitudo fuerit, ſcilicet palmorum XXII. id eſt, quatuor ulnarum, uno minus palmo, obſervante *Jombopb* ad מנחות XI. 5.

[1] Cœteroquin integumenta menſarum apud Hebræos in uſu fuiſſe, eaque vel majoris vel minoris pretii, pro dignitate patris familias, eleganter docet Cl. *Daſſovius* diſſ. de *accubitu ad agnum paſchalem Hebræorum. p.* 22.

[2] Judæi inter *decem* miracula, quæ in templo olim contigerunt, etiam hoc memorare ſolent, quod vitium in panibus noſtris nunquam fuerit repertum. in פרקי אבות cap. V. & מסכת יומא c. I. Loca integra de decem his miraculis jam adduxerunt *Carpzovius* diſſ. de *arca foed.* cap. I. §. VIII. *Hottingerus* de *decimis Jud.* p. 8. & multi alii, unde ea repetere nolumus.

[3] Alii, nominatim *Maimonides*, & qui eum ſequitur. *Hottingerus*, per מנקיות *calamos dimidiatos*, per קשות autem *perticas* intelligunt; ſed nos cum *Onkeloſo*, *Salomone* & aliis קשות *calamos*, מנקיות *perticas* interpretamur, parum curantes diſſenſum nonnullorum, qui cauſæ noſtræ nullum plane damnum infert; nam ut recte monet Wolterſius, *nominibus rerum, non rebus ipſis diſcrepant illi*; *omnes perticas adfuiſſe menſæ, fatentur*.

[4] De hac ſignificatione conſulantur Ven. *Jac. Elſnerus* obſ. 8. tom. II. p. 129. *Biblioth. Brem*, tom. VII. p. 662. *Wolffius* ad Philipp. II. 13. & diſſertatio noſtra, ante duodecim annos *Bremæ* edita, de *baptiſmo* ὑπὲρ τῶν νεκρῶν 1. Cor. XV. 29. §. VI.

CAPUT V.

De comestione panum.

ARGUMENTUM.

§. I. Panes facierum non comburebantur; neque panes Pentecostales. Botsaccus, Eman. Saa & Leydekkerus notati. Levit. XXIII. 18. & XXIV. 7. illustrantur. §. 2. Thus panum in altari holocaustorum comburebatur. Panes inter duas classes dividebantur. Pontifex non semper partem sibi sumebat. Divisio ubi facta? Latus septentrion. erat præcipuum. Osiander notatur. §. 3. Sabbathis & festis inter omnes Sacerdotes panes divisi. Oliva pars minima. Omnes satiati. §. 4. Kimchius notatur. Ipso Sabbatho panes comedebantur. Cogitationibus peccari posse Judæi dicunt. §. 5. מקדש *late patet. In atrio M. comedebantur panes, olim intra vela, vel castra Domini.* לשכות *conclavia, Lesca vox bene latina,* παστοφόριον *latioris usus est,* ἐξέδρα *conclave. Jo: Bona laudatur. §. 6. Soli Sacerdotes comedebant. Matth. XII. 4. illustratur,* εἰ μὴ *sed, sicuti Lat. nisi. §. 7. locus 1. Sam. XXI. 5. 6. explicatur.* כלי *corpus. David & socii excusantur. Necessitas excusat.* βούλιμος *fames ingens. Nob urbs Sacerdotum. Judicium Christi est plenariæ autoritatis.*

§. I.

PAnes propositionis thure conspersos, atque ad ignem oblatos fuisse, scribit *Jo: Botsaccus* in *promptuar. allegor.* S. n. 558. sed minus recte, cum Sacerdotibus in cibum dati fuerint, ut statim uberius docebitur, unde Judæi eos ab altari diserte excludunt in זבחים IX. v. Sine dubio Vir doctus verba Levit. XXIV. 7. coll. v. 9. ubi panes hi oblationibus ignis annumerari videntur, male intellexit; nam vox אשה non ad panes, sed ad thus, in altari postea comburendum, referri debet. Breviter, sed optime ad hunc locum *R. Abenesra*, Doctor insignis: והלבונה שהיתה עם הלחם הוא אשה לשם והלחם לכוהן *& thus, quod panibus addebatur, erat sacrificium incensum Deo, panes autem Sacerdotibus cedebant. Dassovius* quidem, Vir. Clarissimus, §. XXIII. *Botsaccum* excusare annititur, sicuti etiam *Emanuelem Saa*, ejusdem erroris reum, in *scholiis Criticorum* ad *Leviticum* pag. 35. excusaverat, quasi verba illius sic explicanda sint, quod thus cum panibus conjungeretur, & thus in ignem conjici deberet, ut panes ad esum redderentur liciti, & sic mediante thure quasi panes offerrentur. Sed nostro quidem judicio verba ipsa: *ad ignem offerebatur panis ille Leviticus Domino*, satis clara sunt, & sensum, quem *Dassovius* exsculpit, minime fundunt. Interim, ne aliquid, quod ad *Botsaccum* ab hoc errore absolvendum facere possit, reticeam, Vir. Cl. quæ loco citato inconsiderate satis scripserat, emendare aliquatenus videtur n. 1299. thus in ignem conjiciendum a panibus propositionis distinguens, p. m. 483. edit. Amstelod. Similem errorem ratione panum Pentecostalium erravit *Melchior Leydekkerus* de republica Hebræorum lib. IX. cap. V. §. IV. eos in altari, uti animalia, igne absumptos fuisse, existimans ex Levit. XXIII. 18. sed cum hujus rei nullum in litteris S. vestigium quoque exstet, imo contrarium inde pateat, quod panes illi fuerint fermentati, Deus autem diserte omne fermentum ab altari abesse voluerit, merito eam ob causam notatus est *Hakmanno* cap. III. §. IX. & cap. X. §. I. nec non Cl. Wincklero in orat. de iis, *quæ circa festum Pentecostes sunt memorabilia*. p. 16. in notis.

§. II. Panes nostri per Sacerdotes ex Sanctuario in pronaon delati, in mensa aurea positi manebant, donec thura sale conspersa in altari holocaustorum adolevissent. *Maimonides* המירין cap. IV. §. X. & *R. Jehuda Leo de templo lib.* III. cap. XII. §. LXXV. His peractis, ad panum divisionem sese accingebant, ita, ut una pars Pontifici M. altera reliquis Sacerdotibus cederet, quia dicitur: *panes vero Aaroni & filiis ejus cedent*. Levit. XXIV. 9. Quanta fuerit pars Pontificis, indicat *Gemara Joma* cap. I. §. 2. ארבע או חמש מעשה לחם הפנים רבי אומר לעולם חמש *accipiebat quatuor vel quinque ex panibus propositionis, Rabbi ait: eum semper accepisse quinque*. Vulgo quidem putatur partem dimidiam sibi sumpsisse; sed licet forte dimidia pars ad ipsum pertinuerit, ex modestia tamen eam nun-

quam accepit, docente *R. Maimonide* IV. 14. addita ratione: שאין זה כבודו *quia hoc illi decorum non erat*, imo ſæpiſſime inter ſolas claſſes duas Sacerdotales, abeuntem & accedentem, dividi ſolebant. vid. *Maimonides* IV. 12. & *Bartenora* ad מנחות xi. 7. & quidem ita, ut claſſis accedens portiones ſuas diſtribueret in parte aquilonari, recedens in meridionali. *Maimonides* loco cit. & C. *Succa* cap. V. m. 8. Rationes hujus moris reddunt varias: 1] ut claſſi accedenti tribuatur honos; nam latus ſeptentrionale ſanctiſſimum putabatur. 2) provocant ad traditionem antiquam, quod omnes illi, qui montem templi intraverint, in dextro latere ingreſſi, ac deinde circumeuntes in ſiniſtro iterum egreſſi fuerint. Utramque ſuggerit *Talmud. Hieroſol.* in *Succa* fol. LV. col. 4. Subjungi meretur tertia, ut omnibus pateſceret, illos in latere ſeptentrionali collocatos ſeſe accingere ad facienda ſacrificia, cœteraque munia ſacra illius ſeptimanæ obeunda: hos autem in latere meridionali miniſterio S. renuntiare. Gem. *Succa* fol. LVI. 2. nam ad latus ſeptentrionale altaris erat locus jugulationis victimarum, quas קרשי קרשים *Sanctiſſimas* vocare ſolent; nec non ibidem erant annuli, ad quos victimæ jugulandæ adſtringebantur; hinc *R. Salomon Jarchi* (אב בתלמוד *Parens doctrinæ Talmudicæ, & quidem omnium verſatiſſimus*, judice Abarbanele in comm. in Judic. XX. 17. f. *69.* d.) in gloſſa: *ut omnibus inde pateat, illos in aquilone miniſterium aggredi: latus enim ſeptentrionale altaris locus præcipuus eſt, quem SS. deſtinavit* לשחיטת קרשי קרשים *ad jugulationem victimarum Sanctiſſimarum*. Cœterum Doctor quidam Judæus, variis ſententiis heterodoxis non ignotus, exiſtimat, claſſem intrantem duos panes plus quam exeuntem accepiſſe, mercedis loco pro claudendis januis, quas hæc mane apertas reliquerat: ſed huic omnes alii non ſine ratione contradicunt; vid. Cl. *Dachſius* ad Cod. *Succa* p. 512. ſq.

§. III. Alia plane erat rerum conditio, ſi unum ex feſtis majoribus incideret in Sabbathum, vel ſi etiam Sabbathum in medium feſti caderet; hoc enim tempore claſſes Sacerdotales, in templo ob multitudinem laborum præſentes, in partitione panum noſtrorum æquales erant, atque ex iis participabant. Rationem hujus æqualitatis Doctores Hebræorum petunt ex Deut. XVIII. *ex æquo comedent*, & addunt: כחלק עבורה כן חלק אכילה *ſicuti ſuas partes habent in miniſterio, ita etiam habeant in comeſtione* in Gem. *Succa* fol. LV. 2. Idem inculcat *R. Maimonides*: בזמן שהיה יום טוב של אחד משלש רגלים בשבת וכן בשבת שבתוך החג חולקין כל המשמרות בשוה מערב י״ט שהוא שבת בלחם הפנים מפני שהקרימו לעבורה וכן אם חל י״ט האחרון להיות בערב שבת חולקין כל המשמרות בשוה בלחם הפנים באותה שבת שהיא מוצאי החג. „ quando dies bonus unius „ ex tribus feſtis majoribus in Sabbathum ipſum in medium feſti incidit, omnes claſſes æqualiter partiuntur panes propoſitionis veſpera feſti, „ quæ Sabbathum eſt: eo quod anticiparunt miniſterium ſuum. Sic pariter cum dies bonus ultimus in veſperam Sabbathi cadit, iterum omnes claſſes æqualiter ſeſe habent in „ partitione panum propoſitionis illius „ ſeptimanæ, quoniam illa pro exitu „ feſti cenſenda eſt. תמידין IV. 12. Si vero feſtum Pentecoſtale in Sabbathum incideret, duplex ibi erat portio panis inter omnes claſſes Sacerdotales diſtribuenda, azyma nimirum ex panibus propoſitionis, & fermentata ex panibus Pentecoſtalibus; hinc cum portionem ex panibus noſtris traderent, dicebant הילך מצה *ecce tibi azymum!* cum ex Pentecoſtalibus: הילך חמץ *ecce tibi fermentatum!* ut traditur in Cod. *Succa* cap. V. §. 6. ibique vid. *Bartenora* & *Maimonides*. Cœterum cum omnes claſſes XXIV. in templo temporibus feſtis miniſtraverint, exigua fruſta ad quemvis Sacerdotem perveniſſe, ecquis eſt, qui non videat? Interim licet vel minima pars eſſet, quam Judæi in *Gem. Joma* fol. LXXX. 1. & alibi cum *oliva* comparare ſolent, eam tamen non modo famem ſedaſſe, ſed & ad ſatietatem uſque inſerviiſſe, traditur in *Gemara Hieroſol. Joma* fol. XLIII. col. 3. Verum hæc uberius deducere, nunc non lubet. Lectorem harum rerum cupidum remittimus ad *Lundium* lib. III. cap. XXIII. *Daſſovium* §. XXV. *Hakmannum* c. III. §. X. & cap. V. §. III. necnon *Fried. Bernh. Dachſium*, Virum Clar. ad Cod. *Succa* c. VI. §. VII. p. m. 497. ſqq.

§. IV. Peracta panum ſacrorum diviſione, claſſis recedens miniſterio S. renuntiabat, novæque accedenti locum cedebat. Interim non ſtatim templo exibant, ſed ibi ad unum omnes manebant, donec panes ſuos in loco ſancto conſumpſiſſent. Tempus huic comeſtioni deſtinatum erat ipſum *Sabbathum*, vel

vel ille ipse dies, quo ex Sanctuario ablati erant, usque ad mediam noctem. מנחות cap. II. §. 2. ibique *Bartenora*. Fallitur ergo R. *David Kimchi*, Doctor in gente Hebræa cœteroquin celebris, scribens ad 1. Sam. XXI. 26. *Sacerdotes non omnia die Sabbathi consumpsisse, sed eos, qui honesti dicti fuerint, partem suam in crastinum reliquisse*. Fallitur etiam *Chytræus* ad Levit. XXIV. docens, *per totam septimanam hos panes comedi potuisse*, cum panes hi fuerint ex oblationibus sanctissimis, quas in diem crastinum relinquere non licuit. *Maimonides* תמידין cap. VIII. §. II. Præterea panes comedendi erant in loco Sancto; Sacerdotes autem per totam septimanam in templo expectasse, ecquis sibi persuadebit? ut taceamus consensum Doctorum plurimorum, imo forte omnium, si a *Kimchio* discesseris, qui docent, panes nostros profanos redditos fuisse, si ultra mediam noctem extiterint, cum *Bartenora* ad מנחות cap. XI. m. 7. imo eos execrabiles reddi potuisse, si quis cogitaverit, crastina luce demum comedere, addunt in מנחות II. 2. Cœterum secundum Judæos comestio illa fieri debuit non ante *nonum*, neque post *undecimum* diem a panum coctione: נאפה בערב שבת ונאכל בשבת לתשעה חל יום טוב להיות ערב שבת נאכל לעשרה שני ימים טובים של ראש השנה נאכל לאחד עשר ואינו דוחה לא את השבת ולא את יום טוב. *cum coquuntur in vespera Sabbathi, tum comeduntur ipso Sabbatho, adeoque nono* (post coctionem) *die; si vero dies festus in vesperam Sabbathi cadat, tum* (quoniam una die coctio eorum anticipanda erat) *comedebantur non nisi decimo die*; cum *denique ambo dies festi novi anni* (immediate Sabbathum præcedant), *demum undecimo* (post coctionem) *die consumebantur, quoniam* (coctio eorum) *neque Sabbathum neque festum pellit*. מנחות XI. 9. Eadem leguntur in *Gemara Pesachim* fol. XLVII. 1. ab initio, observante *Dachsio*, Viro in his literis plane insigni.

§. V. Locus comestionis memoratur Levit. XXIV. 9. ואכלוהו במקום קדוש & *comedent eum in loco Sancto*. Doctores Hebræorum, dona XXIV. Sacerdotibus debita מתנות כהונה recensentes, מקדש locum illum appellant. Decem enim consumenda erant במקדש, quatuor Hierosolymis, & decem extra Hierosolymam. Inter decem illa, במקדש consumenda, panes nostri quoque reperiuntur, in *Gem. Hierosol. Challa* fol. IV. 2. *Gem. Babyl. Chullim*. fol. 133. 2. addatur R. *Maimonides* in הבכורים cap. I. §. IV. qui octo tantum במקדש comedenda memorans, quatuor priora sacrificia in duo contrahit. Ipsum Hebræorum catalogum exhibent *Relandus* antiq. Part. II. cap. IV. §. XI. & *Hottingerus* de *decimis Judæorum* exerc. VI. p. 143. sq. Interim nomen hoc מקדש in scriptis Judæorum est usus latissimi; nam mox totam Hierosolymam, urbem Deo sacram, una cum templo intelligunt, mox solum templum, palatium Regis magnificum & Sanctum; vid. *Maimonides* & alii excitati ab *Hottingero* exerc. VII. p. 249. addi debet *Raschius* ad Ezech. XLII. 20. הר הבית בכללו נקרא בית המקדש *mons domus vocatur Domus Sanctuarii*, & Cl. *Vitringa* ad Jes. XXXII. 14. Per nostrum מקדש intelligimus *atrium magnum*, in quo sanctissima, ad quæ panes nostri pertinent, comedi debebant. vid. *Raschi* ad Num. XVIII. 10. Tanta enim erat eorum Sanctitas, ut atrio ne quidem efferre liceret, cœteroquin sacrificia minus sancta in omni loco, dummodo non extra Hierosolymas, comedi potuerint, docente *Maimonide* ה' בכורים cap. I. §. X. & vid. *Relandus* antiq. Part. III. cap. I. §. XXXV. Stante tabernaculo comestio hæc fieri dicebatur *intra vela* in C. זבחים XIV. 4. vel *intra castra Domini* apud *Maimonidem* בית הבחירה cap. VII. 11. quibus de phrasibus conferri merentur *Jo. ab Hamm* de *ara interiori* pag. 197. sq. *Relandus* Part. 1. cap. III. §. II. & *Hakmannus* cap. V. §. V. Eum in finem atrio M. erant לשכות (unde *Lesca*, vox vetus bene Latina, judice *Sephano le Moyne*, Viro magno, in observatt. ad *Varia Sacra* tom. II. pag. 920.) conclavia, in quibus sanctissima comedebant. Sunt tamen, qui putent, conclavia ipsa in solo loci profani condita fuisse, sed aperta versus atrium magnum, & hoc modo satis fieri mandato Dei jubentis, sacra quædam comedere in loco Sancto, observante *Relando* antiq. Part. I. cap. IX. §. V. Græci ejusmodi conclavia vocant παστόφορια 1. Chron. IX. 26. 33. XXIII. 28. XXVIII. 11. Jer. XXXV. 4. & alibi, a παστός, quæ vox *thalamum* significat; hinc conclavia illa sic dicebantur, quod in aliquibus thalami essent deputati ad vescendum pro Sacerdotibus, teste *Lyrano* apud *Fesselium* in *advers*. S. tom. I. p. 54. cui addantur *Cuperus* aliique ab *Hakmanno* jam excitati. Apud Scriptores Ecclesiasticos παστόφοριον esse συνώνυμον vocis σήκρητον, qua

qua interdum loca servandis vasis sacris inservientia appellantur, *Jo. Bona*, (Vir. ex sententia *Jo. Faes* in libro de *hebdomade Magna* pag. 263. *antiquitatum peritissimus*, &, judice *Dougaeo* de *calicibus eucharist.* pag. 78. *in tantum landandus, in quantum pietas, eruditio & candor intelligi possunt*) observat apud *Jo. Guil. Baierum* in dissert. de *Paulo Samosateno* cap. I. §. XI. 4 Coeteroquin conclavia in atriis palatiorum & templorum, variis usibus destinata, a veteribus ἐξέδραι appellabantur, qua de voce Cl. *le Moyne* loco citato plura attulit.

§. VI. Personae comedentes erant Sacerdotes, iique soli; nam licet ad quasdam oblationes minoris Sanctitatis Sacerdotes, eorumque uxores, filii ac filiae Num. XVIII. 11. imo servi & ancillae apti essent, alia plane erat ratio rerum Sanctissimarum, utpote quibus vel omnino non licuit vesci, vel ad quarum comestionem admittebantur soli Sacerdotes, quos liquido constabat esse ex posteris Aaronis. Nehem. VII. 65. & quidem mundi iique mares Levit. VI. 22. vid. *Cramerus* ad *Maimonid.* בכורים cap. I. m. 3. 4. 9. & *Relandus* antiq. Part. III. c. I. §. VII. & XXXVI. Idem de panibus nostris in specie docet *Salvator* noster, Interpres legis divinae Sapientissimus, neque Davidi, neque sociis ejus eos comedere licuisse, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις, *nisi solis Sacerdotibus* Matth. XII. 4. ut *Erasmus* vertit, & qui ipsum contra *Bezam* defendit, *Jo. Fried. Hombergius* in *parergis sacris* p. m. 53. existimans εἰ μὴ hic jungendum esse cum ἔξον ἦν φαγεῖν, & segreganda verba αὐτῷ, & illa οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ; nihil enim frequentius esse in his libris, quam ut servata constructione addita reperiantur orationi aut commati verba, quae sensum quidem explicant, attamen intelligi possunt, etsi non addita essent, q. d. ὃς οὐκ ἔξον ἦν φαγεῖν εἰ μὴ ἱερεῦσι μόνοις. Verum nos, his subtilitatibus neglectis, cum *Beza*, *Hakspanio* & aliis simpliciter reddimus: *sed*, quo sensu in variis locis N. T. pro ἀλλὰ adhiberi solet Matth. XXIV. 36. Joh. XVII. 12. Gal. I. 7. 1. Cor. VII. 17. &c. sicuti apud Hebraeos כי אם; hinc etiam Syrus aliquando vertit per אלא, quod ipsissimum Graecorum ἀλλὰ est; vid. praeter *VVolffium* ad loca citata *Lampius* ad Joh. XVII. 12. nec non *Noldius* in *concord. partic. Hebr.* & in *Historia Idumaea*. n. LXX. Similiter Scriptores Latini particula *nisi* pro *sed* aliquando utuntur v. g. *Terentius* Adelph. Act. I. Sc. II. v. 73. *ecce autem de integro: nisi quicquid id est, volo scire.* Et Eunuch. Act. III. Sc. IV. *nisi quicquid hic est, procul hunc.* Plura ejusmodi exempla habent *Faber* in lexico, & *Manutius* in scholiis ad *Sallustium* pag. 404. aliique, quos *Lampius* in notis diligenter adduxit.

§. VII. Haec cum ita se habeant, qua ratione David ejusque socii, homines laici, panes nostros, solis Sacerdotibus ob singularem Sanctitatem privos, comedere potuerint, non immerito inquiri solet. Falluntur Interpretes, qui Davidem non ex panibus propositionis, sed ex quacunque alia oblatione sacra, vel ex collectis Sacerdotum comedisse, cum R. *Levi Ben Gerson* existimant; nam contrarium patet ex 1. Sam. XXI. 6. *& dedit ei Sacerdos Sanctitatem, quia non aderat panis, nisi panis facierum*, quod & Matth. XII. 4. ab ipso Christo, fallere & falli nescio, diserte confirmatur. Alii, qui panes facierum tum temporis comestos fuisse largiuntur, id non a ministris & comitibus, sed a solo Davide, cui tanquam Regi designato hanc praerogativam vindicant, factum esse contendunt; verum & illi maxime falluntur, cum non modo David, sed etiam socii ejus de panibus his comedisse dicantur, privilegium autem, quod Davidi, Regi futuro, tribuunt, est plane fictum, nulloque in literis S. nititur fundamento. Nos ergo cum iis facimus, qui Davidem cum Sociis panes facierum sacros in cibum sumpsisse existimant, eumque a nonnullis injustitiae, sacrilegii, aliorumque criminum, injuste accusari, firmiter sumus persuasi; nam 1.) David ita fecit, extrema necessitate coactus: *ubi autem necessitas adest, ibi lapsus reprehensioni non est obnoxius*, judice *Chrysostomo*. *Necessitas magnum est humanae imbecillitatis patrocinium, quicquid cogit, excusat*, teste *Seneca*; hinc ipsemet Abimelech, necessitate illa bene perspecta, Davidem non reprehendit, sed petitioni ejus legitimae ut satisfaceret, panes ipsos ei dedit, addita tamen conditione, *si modo puri sitis* 5, non ignorans, in lege ceremoniali, si necessitas ita jubeat, dispensationem locum habere posse: neque unquam eam ob rem ab aliquo notatus legitur. Lex ceremonialis in hoc casu cedere debebat legi naturae, quae jubet quemcunque cibum, etiam Deo sacrum, alacriter comedere, ut vita conservetur. Necessitas autem erat duplex: α) *fames*, teste *Christo* apud Matthaeum. Judaei di-

dicunt, Davidem correptum fuiſſe a morbo, qui *bulmus* vocatur, & qui ex ciborum defectu oriri ſolet, vid. *David Kimchi* ad 1. Sam. XXI. 5. Græcis appellatur βούλιμος, & βουλιμία, q. d. *bovina fames*, id eſt, ingens fames, quia nimirum homines morbo illo laborantes, non ſatiantur, licet multum comedant. Vehemens fames, a refrigeratione vehementioris ventriculi contracta, teſte *Gellio* lib. XVI. cap. III. apud *Scapulam* in lexico, & vid. *Ezech. Spanhemius*, Vir dignitate & eruditione Illuſtriſſimus, in obſervatt. ad *Callimach.* pag. 712. β] *defectus aliorum panum: non panis profanus ſub manu mea eſt*, inquit Abimelech, ſed לחם קדוש *panis Sanctitatis* 1. Sam. XXI. 4. & v. 5. *& dedit ei Sacerdos* קודש *Sanctitatem* [id eſt, panem Sanctitatis] *quia non ibi erat panis* [profanus חל *laicus* βέβηλος, *communis*; conf. *Jo. Faes* in libro laudato contra *Tilemannum*, *de communione peregrina* pag. 59.] *ſed panis facierum*. Objiciunt quidem, panem communem *ſine* dubio in civitate Nob reliquum fuiſſe, unde ab Amilecho peti potuerit; ſed reſp. Abimelechum, qui legitimam Davidis petitionem eſſe bene noverat, varias habuiſſe cauſas, cur non a cive aliquo panem alium pro Davide quæreret, inprimis, ut *Kimchi* obſervat, ne David civibus innoteſceret, utpote quem Rex Saul, vehementi in ipſum innocentem accenſus odio, adhuc perſequebatur. Innotuiſſet autem omnino, ſi cives quæſiviſſent, propter quem pontifex panem alium quæreret, cum ipſemet panes propoſitionis hoc die in uſum ſuum accepiſſet. Præterea urbs Nobe, [6] erat Sacerdotalis 1. Sam. XXII. 19. quæ tota Sacerdotibus impleta fuit, neque alios Iſraelitas ſecum habuit: Sacerdotes vero collectas comedebant ſacerdotales, quas comedere aliis Iſraelitis quoque non licuit, monente iterum *Kimchio*, cujus locum integrum, ſatis prolixum *Wolterſius* diſſert. 11. §. LVIII. jam adduxit. Ut taceamus, periculum fuiſſe in mora, cum Saul Davidem noſtrum ubivis locorum quæreret, unde ab uno loco ad alium fugere coactus eſt; vid. *Jo. Meyerus* in annotatt. ad *Seder Olam* pag. 472. ſq. 2] Ipſemet Chriſtus Interpres legum V. T. ſapientiſſimus & optimus, Davidem apud Matthæum ob omni culpa liberat: ex quo unico abunde patet, quod recte & ſalva Dei lege, ſalva ſanctitate & juſtitia divina fecerit David, quicquid fecit. In ſolo ejus effato acquieſcere poſſumus, utpote de quo recte dicitur: αὐτὸς ἔφα. Conferri omnino hac de re merentur *Wernſdorfius* in elegantiſſima diſſertatione, qua *Davidem* ἀρτόφαγον *a Filio Davidis excuſatum* exhibet. Witteb. 1717. & Jo. *And. Schmidius* in alia, cui titulus: αὐτὸς ἔφα, ſive: *Ipſe dixit Pythagoræorum*, collatum cum αὐτὸς ἔφα, ſive *Ipſe dixit Chriſtianorum* Helmſt. 1712.

[1] in hoc altari tres erant lignorum ſtrues; prima pro comburendis ſacrificiis, ſecunda pro igne petito ad ſuffitum adolendum, tertia pro conſervando igne perpetuo in altari. *Joma* IV. VI. *Maimonid.* II. IV. qui §. VIII. hæc ſubjungit: שעליה מקטירין בכל שבת שני בזיכי לבונה של לחם הפנים תמידין *ſuper illam* (ſecundam) *ſingulis Sabbathis adolent duas acerras thuris panum propoſitionis*; vid. *Jac. Mejerus* de *ſuffitu* §. LII. & *Relandus antiq.* Part. I. cap. IX. §. X.

[2] Ex hoc Judæo, qui ex more Hebræorum combinatis literis initialibus *Raſchi* appellari ſolet, duos, *Jarchium* & *Raſchium* male fecit *Jo: Adamus Oſiander*, Prof. quondam *Tubingenſis*, in comm. ad Exod. XXV. 7. idcirco notatus celeb. *Opitio* diſſ. prima *de libris apparenter deperditis* Sect. II. §. III. Lipſ. 1704.

[3] Tale enim palatium vox hæc aliquo deſignat. v. g. Ezech. XXVIII. 18. *profanaſti* מקדשיך *Sanctuaria tua*, ubi *Kimchius* per ארמון interpretatur. Amos. VII. 13. & alibi. Rationem hujus appellationis dat *Spencerus* palatium regium מקדש Hebræis dicitur, vel quod locus ſeparatus ſit, ad " quem nulli, niſi Regi, & interioris admiſſionis famulis & amicis datur aditus, vel quod a Re- " ge, tanquam Numine terreſtri Sanctitatem quandam hauriat. lib. I. de *legg. Hebræorum cap. V.* fol. " 245. & 249. Conferantur tamen, quæ de hac ſignificatione in locis citatis erudite monuit *Vitringa* ad Jeſ. VIII. 14. fol. 219. a. "

[4] Aliquando idem eſt cum nominibus *Diaconicon*, *Sceuophylacion*, *veſtiarium*, quæ thecas quaſdam veſtibus S. cuſtodiendis deſtinatas deſignant. vid. *Carolus du Freſne* in *gloſſ. mediæ lat.* tom. 11. fol. MCCXC. aliique, excitati a *Jo. Faes* in *obelo peregrinitati communionis peregrinæ* Cl. *Tilemanni fixo*, p. 89. Bremæ. 1694.

[5] In reſponſione Davidis v. 5. verba ultima intellectu difficilia ſunt. *Jo. ab Hamm* exerc. de *ara interiore* Part. II. cap. III. §. II. ſic reddit: *vaſa* (i. e. corpora, conf. σκεῦος 1. Theſſ. IV. 4.) *puerorum pura ſive ſancta*, *& ille*, ſubaudi panis, *eſt inſtar panis communis*, *quia bodie alius in vaſe*, i. e. menſa panum propoſitionis, *ſanctificatur*. Vocem כלי pro corpore etiam ſumit le *Moyne* Vir doctiſſimus: *corpora juvenum ſunt pura*, *nec opus habent*, *ut noctem flumine purgent.* tom. II. V. S. p. 628. ſq.

[6] Urbs tribus Benjaminiticæ Nehem. XI. 32. quæ in codicibus quibuſdam Græcis nec non in *Euſebii* onomaſtico Νόμβα appellatur, ſed a *Joſepho* lib. IV. antiq. Νώβα vid. de hac civitate *Vitringa* in commentario ad Jeſ. X. 32. fol. 192. b. & *Relandus* in *Palæſtina* p. 911.

PARS SECUNDA.

DE
MYSTERIO PANUM FACIERUM.

PROOEMIUM.

ARGUMENTUM.

Loca Hebr. X. 1. & IX. 23. illustrantur. Voces σκιά, ὑπόδειγμα, & σημεῖον *typos indicant. Typos totius tabernaculi & panum nostrorum agnoscunt Judæi. Ferta V. T. erant typica.* עולם *omnem universalitatem innuit. Nummus quidam Hebr. spurius declaratur.* Cyrillus *laudatur. Alii excusantur. Mysterium hoc varii enuclearunt. In studio typico via media est optima. Caute & pie semper agendum est.*

P*Anes facierum* imaginem rei sublimioris gessisse, ex argumentis sequentibus evidenter constat:

1) tota lex V. T. adeoque & hæc nobilissima ejus pars umbram bonorum futurorum continuit, teste Apostolo Hebr. X. 1. qui typos emphatice dicit *umbras*, non ac si per se nihil aliud sint, quam umbræ, uti male contendit *Spencerus* lib. I. de *legg. Hebræorum* cap. II. ita enim revera nihil essent, cum umbra saltem sit privatio lucis, sed ideo, quoniam sicuti umbra certissime significat adesse corpus, cujus est umbra, ejusque etiam utcunque figuram exhibet, ita etiam typi præsignificant certum adventum corporis, & qualicunque similitudine, quale istud futurum sit, sed obscure tamen, condocent atque declarant. *Certe* σκιά est σκιαγραφία, qua uti solent pictores ante picturæ perfectionem, ut quodammodo cognosci queat, cujusmodi ipsa εἰκὼν sit futura, unde τῇ εἰκόνι, id est, uti *Theodorus Beza* optime vertit, *expressæ formæ rerum* diserte opponitur. Conferri huc merentur, quæ ex magni *Bocharti geographia* S. lib. I. cap. VI. aliisque auctoribus diligenter excerpserunt *Petrus Zornius* in *Bibliotb. antiq. exeg.* p. 837. seq. & celeb. *Wolfius* ad locum Pauli citatum, quibus addi omnino debet *Jo: Franc. Buddeus* in elegantissima, quam de *peccatis typicis* conscripsit, dissertatione p. 38. Jenæ 1706. Eandem veritatem jam agnoverunt Doctores Hebræorum antiqui, saltem cordatiores v. g. *Abarbanel*, doctrinam ceremoniarum V. T. ספר חכמה עליונה ולימוד אלהי: *librum sapientiæ superioris & doctrinæ divinæ* appellans, in comm. ad *legem* fol. 197. Magis clare *R. Bechai* in leg. fol. 101. 2. *notum est* inquit, *tabernaculum & vasa ejus omnia ista fuisse imagines seu figuras corporales, ut inde intelligerentur imagines supernæ, quæ istarum sint figuræ;* & R. Menachem Raknatensis fol. 119. 1. *omnes res supernæ habent figuram aliquam, & significationem in hoc mundo, quod se habet ad illud ut umbra ad corpus*, apud *Jo. Meyerum* in libro *de temporibus S. & festis diebus Hebræorum* p. m. 117. edit. Amstelod. 1724.

2) ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων Hebr. IX. 2. ab eodem Apostolo v. 23. collocatur inter vasa tabernaculi, quæ fuerint ὑποδείγματα τῶν ἐν οὐρανοῖς, *exemplaria rerum cœlestium*, non παραδείγματα, ut *Henricus Dodwellus* habet apud *Jo. Alb. Fabricium* in *Codice Pseudepigr.* V. T. t. I. pag. 552. Vocem ὑπόδειγμα *Hesychius*, Grammaticorum omnium doctissimus, judice Ill. *Barthio* ad Claudianum, per σημεῖον, [1] & *Theophylactus* ἀμυδρὸν δεῖγμα interpretantur. Rabbinos, ubi de typis agunt, easdem amare locutiones, *Jac. Altingius* & alii jam dudum observarunt. vid. *Jo. D. Outreinius* comm. ad Hebr. VIII. 5. *Museum Brem.* vol. II. pag. 21. & nos infra cap. V. §. 2. loca quædam suppeditabimus.

3] idem suadent nomina valde emphatica, quibus panes nostri, ut supra docuimus, in literis S. insigniuntur, terra Canaan, ex qua fruges petebantur, templum, in cujus atrio parari debebant, tempus Sabbathi, quo panes novi, sublatis veteribus, imponebantur, & quæ id genus plura fuere, præstantius quid complectentia, atque omnino typica.

4] alia ferta & munera farinacea typum rerum spiritualium gesserunt, do-

docentibus *Lampio* comm. ad Ps. XLV. exerc. X. p. 497. sqq. & *Dav.* Gsellio in libro de *sacrificiis V. T.* p. 216. sq. Duisburgi 1712.

5) accedunt aurea *R. Bechai*, insignis illius Kabbalistæ, testimonia, quibus mensam cum panibus nostris typum Messiæ fuisse, luculenter agnovit. Sic v. g. in comm. ad Ex. XXV. docet, *hominem hodie expiari per mensam, cum templum non amplius existat, sicuti olim in ipso templo expiatio per altare facta sit?* imo deinde addit, *aurum illius mensæ fuisse typum regni Davidis, & simul cum regno domus Davidis, quod hic infra est, comprehendere* מלכות של מעלה *regnum, quod supra est* הוא דויד מלך ישראל חי וקיים *Ille est David. Rex Israelis, qui vivit atque perdurat.* Simili ratione in ipsis panibus sublimius quid animadvertit, docens, *per adolitionem thuris singularem panibus nostris accessisse benedictionem* למזונות העולם *ad cibandum mundum* in comm. ad Levit. XXIV. 7. vel uti ad Exod. XXV. scribit: *demisit benedictionem suam in panes* — — ויבאשובע לכל העולם *& accessit saturitas toti mundo* [2] Alium locum insignem *Abarbanelis*, a Doct. *Cramero* dissert. cit. p. 17. sq. jam adductum, ut taceamus, huc quoque trahi posset nummus quidam pentagonus, characteribus Hebraicis hodiernis scriptus, & quidem quinque lineis circularibus, quæ varia nomina Messiæ continent. Centrum ejus repræsentat faciem quandam cum hac inscriptione: לחם פנים *Panis facierum*. Sed nummum hunc minus genuinum esse, Viri eruditionis haud vulgaris jamdudum observarunt, unde legi merentur, quæ de eo docte disseruit *Steph. le Moyne*, Theologus in Academia Lugdunensi apud Batavos celeberrimus, cujus inter κειμήλια ille olim fuerat, in dissert. de *Jehovah Justitia nostra* ad Jer. XXIII. 6. cap. V. §. 3. p. 239. sqq.

6) accedit consensus Patrum ecclesiæ Christianæ, & Doctorum in ea recentiorum, qui nucleum eundem sub cortice illo diligenter quæsiverunt. Ex veteribus instar omnium esto *Cyrillus*, Archi-Episcopus Alexandrinus, Vir, judice *Fried. Spanhemio* [3] *doctrina multijugi, studio orthodoxiæ, scriptis, denique sanctitate & autoritate inter prima sui seculi decora habendus*, qui lib. X. de *adorat. in Spiritu* p. 335. ita pie differit: Νοτιωτάτη μὲν γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα, βορειότερα δὲ πάλιν ἡ τῶν ἐθνῶν. Οὐκοῦν ἀπό γε τῆς θέσεως τῶν ἀμφοῖν τῆς τε λυχνίας καὶ τῆς τραπέζης, φημὶ περιέσται δὴ που τοῖς ἐθέλουσιν εὖ μάλα νοεῖν, ὅτι τοῖς μὲν Ἰουδαίοις φῶς ἐπελάμψεν ὁ χριστὸς, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐκήρυττεν, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς. Ἀπεστάλται γὰρ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπόλοτα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ αὐτῶν εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι κατὰ τὰς γραφάς. Ἐπεὶ δὲ οὐ προσήκαντο τῆς ἀληθείας τὸ φῶς γέγονε τοῖς ἔθνεσιν ζωὴ καὶ ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ, ad austrum, enim erat regio Judæorum, uti „ terra gentium ad septentrionem. Igi„ tur ex situ utriusque, lychnuchi sci„ licet & mensæ, facile est volentibus „ intelligere, Judæis quidem ut lumen „ effulsisse, & apud illos ea verba præ„ dicasse: ego sum lux. Missus enim fuit „ ad oves deperditas domus Israelis, „ & eorum sunt promissiones, uti Scri„ pturæ dicunt. Sed quoniam illud ve„ ritatis lumen non admiserunt, factus „ est gentibus vita & panis de cœlo. „ Recentiores [4], in ipsa tractatione suo quovis loco commemorandos, & maximam partem haud ignotos, nunc lubentes omittimus. Consuli quoque debent, qui vel breviter, vel uberius typum hunc illustrem explicuerunt, v. g. *Franc. Burmannus synops. Theolog.* lib. IV. cap. XIV. §. 11. 12. *Herm. Witsius* & alii, jam laudati a *Wolfio* ad Joh. VI. 33. quibus addi omnino merentur præter *Baumannum* in *analectis typicis*, *Lampius* in *myst. fœd. gratiæ* Part. III. p. 1310. sqq. *Woltersius* dissert. II. §. 8. *Wernsdorffius* dissert. *David.* ἀρτόφαγος a *Filio Davidis excusatus* Sect. II. §. 8. & *Theoph. Amelius* ad loca difficil. V. T. tom. II. p. 249. sq. Nos vestigia horum Virorum secuturi, naturam & indolem hujus typi accuratius nunc contemplabimur, additis observationibus variis, quas sane apud alios frustra quæsiveris. Operam tamen simul dabimus, ne in enucleando hoc mysterio luxuriare videamur, putantes, viam mediam esse optimam atque tutissimam, cum Illustri *Pfaffio* in *Hist. liter.* Part. I. p. 96. & in dissert. Operibus *Spenceri* præfixa f. 5. Si tamen, lector benevole, nos in eruenda significatione mystica ingenio nostro interdum indulsisse existimaveris, non tamen eam ob rem totum hoc negotium, quod in laudem infinitæ Dei sapientiæ cedit, in, nescimus, quam suspicionem adducendum erit, & ingenii humani lusibus accensendum. Lege sodes judicium acutum *Rambachii* contra Cl. *Gudium*, qui contra celeb. *Lampium* disputans, mysticam miraculorum Christi interpretationem in singulari tractatu acriter oppugnaverat, sub finem responsionis ad *Gudii* exercit.

epi-

epistol. de *Jobo*, *incarnationis Christi Vate*, & de *urbe Sichem sale conspersa* Halæ 1730. Nos enim firmiter sumus persuasi cum *Herm. Witsio* oecon. *fœd.* Dei lib. IV. cap. VI. §. 8. p. 490. tolerabilius eum peccare, qui Christum se videre arbitratur, ubi fortasse sese non ostendat, quam qui eum videre renuit, ubi se clare satis offert. Alterum enim est indicium animi, Christum diligentis, plurimumque & vel minima, vel fortasse nulla data occasione de eo cogitantis: alterum segnem animum arguit, & qui tardus sit ad credendum. *Habet hoc amor, ut, quem desiderat, ubique invenire se credat*, judice *Ambrosio*. Atque huic judicio sapientissimo calculum suum addere Illustrem C. M. *Pfaffium* differt. de *recta Theologiæ typicæ conformatione* cap. II. §. 2. p. 20. læti animadvertimus. Cœterum in his, uti in omnibus rebus typicis, caute agendum erit μετὰ φόβυ καὶ τρόμυ, unde Spiritum σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως supplices rogamus, ut oculos mentis nostræ collustret, quo ad arcana Dei consilia, quæ nonnisi amicis patefiunt, cognoscenda propius admittamur, & σοφίαν ἐν μυσηρίῳ introspicere læti possimus. Sanctificet quoque nos sua gratia, ne otiosam ingenii delectationem, sed animæ pabulum in hoc labore quæramus; *nucleus sensus mystici* enim *Christus* est, *non otiose contemplandus*, *sed edendus*, & *in pabulum animæ vertendus*, ut pie monet *Rambachius* in comm. de *sensus mystici criteriis*. p. 79. cum quo verba *Lampii* maxime emphatica, imo plane aurea, in *myst. fœd. gratiæ* Part. II. p. 349. sq. conferri omnino merentur.

[1] optime; nam τὸ σημεῖον *typum* emphatice significat, æque ac Hebr. אות, uti variis SS. locis evicerunt *Lampius* in comm. aureo ad Joh. II. 11. p. m. 513. sq. *Henr. Heisenius* in *Mus. Brem.* vol. 1. p. 573. sqq. & *Jo. Dan. Cramerus* diss. de Mose typorum suorum Interprete. p. 19.

[2] Vox עולם quamcunque universitatem significat, unde Judæi Deum רבון של עולמין id est, *Dominum mundorum* appellare solent. vid. *Hadr. Relandi* dissertatt. miscell. Part. II. p. 34. In literis sacris & alibi aliquando pro sola terra Israelitica, aliquando pro toto terrarum orbe accipitur, docentibus *Lampio* comm. ad Joh. tom. I. p. 335. tom. II. p. 308. in notis. & Cl. *Uriemoet* diss. de *filiis terræ apud Judæos p.* 33.

[3] in *Hist. Eccles.* N. T. *ad* sec. V. alia ejus elogia habet *Klausingius* in historia *controversiæ Nestorianæ*. cap. I. §. 10.

[1] Novimus quidem, nonnullos Interpretes, quibus hypoteses *Spencerianæ* non displicent, Christum ibi non quærere, ubi Judæi, gens cœteroquin cœca, Messiam jam dudum invenerunt. Ipsemet *Joh. Spencerus* causam panum coram Deo in mensa S. positorum hanc solam judicat, ut Israelitis suis familiariter uti, eorum pane quotidiano gaudere, & inter eos non tam Regis, quam amici cujusdam ordinarii personam sustinere videtur lib. II. de *legg. Hebr.* cap. XII. fol. 349. horum tamen partibus accenseri minime debent, qui vel cum *Philone* de *vita Mosis* lib. III. dicunt, Mosen eo ipso Israelitis in memoriam revocare voluisse, quod omnia vitæ suæ alimenta soli Deo debeant, vel cum *Jo. Ligfooto* Opp. tom. I. f. 183. panes hos commonefecisse Israelem providentiæ Dei specialis erga singulas tribus, imo ostendisse, commeatum Isreaelis a Deo & coram Deo esse, sicuti olim in deserto eos sustentaverit. Hi enim Viri docti, literas S. ex antiquitatibus & aliis philologiæ S. subsidiis, illustraturi, sensum sublimiorem, a scopo ipsorum alienum, studio omittunt.

CAPUT I.

De mysterio Nominum.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Manducationem Messiæ Judæi norunt. Manna typus Messiæ est.* Ligtfootus *laudatur. Sohar liber cabbalisticus. Joh. VI.* 50. & *Apoc. II.* 17. *illustrantur. Convivium M. in diebus Messiæ parandum.* §. 2. *Varii panes Christum præfigurarunt. Non autem crustula Pontificis. Dassovius notatur. Crustula cur olim oblata? Locus Hebr VII.* 27. *illustratur.* Καθ' ἡμέραν *quotidie.* θύειν, θυσία *late patent. Levit. VI.* 13. *explicatur.* ב *loco* מ *occurrit.* §. 3. *Christus dicitur facies, imago Dei, & quare?* §. 4. *Christi sanctitas perfecta demonstratur. Dii gentilium Sancti male vocantur.* §. 5. *Christus opus Patris semper perfecit. Gentiles memoriam Dei commendarunt.*

§. I.

JUdæos æque ac Christianos sub symbolo panum propositionis Dominum Messiam sedulo quærere ac invenire, in præfatione nostra jam docuimus: neque mirum hoc alicui esse potest, cum *manducatio* Messiæ in genere

in ſcriptis Rabbinorum paſſim memoretur. *Sanhedrin* fol. 98. 2. עתידין ישראל דאכלי שני משיח *comeſturi ſint Iſrael annos Meſſiæ*, ubi Gloſſa: *Saturitas, quæ erit in diebus Meſſiæ, erit Iſraelitarum*; conferantur cum hac phraſi verba Salvatoris optimi Joh. VI. 50. ad quem locum legi meretur Jo. *Ligtfootus*, Vir, judice *Carpzovio*, infinitæ in Talmudicis Rabbinicisque lectionis, in *horis Hebraicis*, quas ſingulari encomio, & quidem digniſſimo extollit *Jac. Rhenferdus* in *Opp. philolog.* pag. 261. Idem eſt Meſſias, quem ſub *manna*, ex cœlis olim in deſerto deſcendente, Judæi antiquiſſimi quæſiverunt, v. g. in midraſch *Cohelet* fol. 90. 2. מה גואל הראשון הוריד את המן שנאמר הנני ממטיר לחם מן השמים אף גואל אחרון יוריד את המן שנאמר והי פסת בר בארץ *quemadmodum redemptor prior* (Moſes) *deſcendere fecit manna, ſicuti dicitur* Ex. XVI. 4. *ecce ego pluere vobis faciam panem e cœlo; ita etiam poſterior redemptor* (Meſſias) *deſcendere faciet manna, ſicut dicitur* Pſ. LXXII. 19. *impleatur fruge terra*. Sed locum hunc plane eximium, ex quo luculenter diſcimus, Judæos veteres expectaſſe Meſſiam, qui ea præſtaret, quæ Chriſtum noſtrum præſtitiſſe conſtat, integrum exhibent *Ludovicus* Wolters in locis ſelectis Rabbinicis ex libris *Sohar* & *Rabboth*, SS. & fidem Chriſtianam illuſtrantibus (§. ultimo.) quæ extant in *Biblioth. Brem.* tom. III. pag. 1084. ſqq. & ante eum *Hadrianus Relandus* in *Palæſtina* lib. I. cap. LIV. p. m. 352. De illo manna, quod זיו השכינה *ſplendorem gloriæ divinæ* (hic alibi titulus Meſſiæ eſt) appellant, juſtos in futuro ſeculo comeſturos eſſe, non eo modo, quo Iſraelitæ olim comederunt, ſed longe excellentiori, quali nunquam factum ſit, Judæi quoque docent in libro Sohar [1] fol. 27. 4. & paſſim conf. Apocal. II. 17. ibique Vitringa, Vir illuſtris, nec non *Godofr. Jungſt*, Theologus Bremenſis, diſſert. *de manna recondito*. Bremæ. 1723. pag. 19. Ut taceamus, quæ de convivio magno, in diebus Meſſiæ parando, Rabbini tradunt apud *Bartoloccium*, *Wulferum*, alios, a *Jo. Alb. Fabricio*, in *Cod. apocr. N. T.* tom. I. pag. 525. magno numero diligenter excitatos.

§. II. Nobis, qui Chriſto nomen dedimus, hac de veritate dubitare non licet, ſed ex argumentis ſupra adductis per gratiam Dei colluſtrantem firmiter perſuaſi, pie credimus, Jeſum Nazarenum *panem vitæ*, qui ex cœlo deſcendit, & mundo largitur vitam Joh. VI. 35. Hinc per panem a Melchiſedeco oblatum Gen. XIV. 18. per panem azymum tempore Paſchatis Exod. XII. per manna, per panes facierum, aliaſque oblationes farinaceas fuit præfiguratas. Eundem in ſacra ſynaxi ſub ſymbolo panis venire, ecquis ignorat? *Theodorus Daſſovius*, Vir. Cl. huc quoque refert *duodecim cruſtula*, olim a Pontifice M. ſingulis diebus mane & veſperi oblata, quaſi populo Iſraelitico indicaverint ſummum Sacerdotem Meſſiam, tanquam panem vitæ pro tota Eccleſia aliquando offerendum; diſſert. II. de *emphaſi vocum* S. pag. 18. ſed minus recte; nam Pontifex V. T. munus illud in ſartagine coctum non pro Eccleſia Iſraelitica, ſed pro propriis peccatis omnino obtulit, unde inter decem, propter quas munus hoc inſtitutum exiſtimat *R. Abarbanel*, rationes hanc quoque adducit: *Ut ſe ipſum quotidie bis ornaret, id eſt, culpa* liberaret; « dixerunt enim Antiſtites: orna prius « te ipſum, & tunc orna alios, id eſt, « crimine te prius libera, & tunc alios « abſolve. Quoniam itaque nullus ju- « ſtus in mundo, qui bonum faciat, « ut non peccet, decebat eum, in « quem totius Iſraelis oculi (intenti) « ob expiationem pro illis præſtandam, « ut ipſe eſſet mundus ab omni pec- « cato; in comm. ad Levit. VI. imo, quod valde mirum eſt, ipſemet *Daſſovius* locum Apoſtoli in epiſt. ad Hebr. VII. 27. hoc ex ritu egregie illuſtrat. Novimus quidem, eſſe Viros doctos, qui putent, Apoſtolum ſolenne illud potius in animo habuiſſe officium, quod die, expiationi anniverſariæ ſacro, obeundum erat Pontifici, & in quo duplex occurrebat ſacrificium, unum ex juvenco, peccatis Pontificis expiandis inſerviens, alterum ex hirco, expiationi totius populi deſtinatum. Levit. XVI. 11. ſeq. quare etiam illud καθ' ἡμέραν idem eſſe volunt cum ביומא *in die*, nimirum *expiationis*, quem Judæi per excellentiam ſic appellabant. Ita præter Jo. *D' Outreinium* alioſque judicant *Jo. ab. Hamm* in exercitatt. de *ara interiore tabernaculi* Part. III. cap. IV. pag. 260. & inprimis *Jo. Godofr. Lakemacherus* obſervatt. *philologg.* Part. I. obſ. VII. pag. 62. ſqq. cui Cl. noſter *Jo. Georg. Michaelis* diſſert. I. de *cruſtulis Pontificis* M. p. 11. ſeq. calculum ſuum addidit. Verum enim vero, quod pace virorum doctorum dictum ſit, cauſas a ſententia *Daſſoviana* recedendi ſufficientes perſpicere nobis nondum licet.

licet. Certe phrasis illa καθ' ἡμέραν nunquam alio sensu, quam *quotidie*, usurpatur; vid. Hebr. X. 11. & conf. locutio integra καθ' ἑκάστην ἡμέραν cap. III. 13. Ita etiam τὸ καθ' ἡμέραν sumitur apud *Euripidem* Orest. v. 317.

Καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ' ἡμέραν,
Κ' εἰ σμίκρ' ἔχοιμι πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι.
„ atqui mihi quidem vivendi in dies
„ etsi pauca habeam, omnia sufficient,

id est, in diem omnia mihi sufficient, seu quamdiu vivo, per totum vitæ tempus; & in eadem tragœdia v. 627.

- - - Κεῖνος δ' ὀλβιώτατος,
Ὃ τῷ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακὸν
„ - - - ille vero felicissimus
„ cui de die in diem nihil accidit mali,

observante viro illustri, *Gisb. Cupero* observatt. lib. III. cap. XIX. pag. 349. sqq. Interdum Scriptores Græci adverbialiter loqui amant ἡμέρᾳ pro καθ' ἑκάστην ἡμέραν. *Ælian.* V. H. lib. XIV. cap. XXXVIII. aliquando ἐφ' ἡμέραν lib. XIV. cap. VI. D. Petrus in 2. epist. II. 8. dicit ἡμέραν ἐξ ἡμέρας pro ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν; conf. cel. *Christ. Schoergenius* ad *Lamb. Bosii* ellipses Græc. p. m. 342. Rectius ergo cum *Dassovio* faciunt *Alb. Voget*, Professor hodie in Academia *Ultraject.* celeberrimus, in orat. *de natatilibus ad aram Jehovæ non factis* p. 87. in notis, & nuper Cl. Wolfius in *curis criticis* ad hunc locum, qui in quotidiano illo munere acquiescere mavult, etiam ideo, quod Apostolus Sanctitatem Pontificis nostri opponat impuritati Pontificum V. T. quæ tanta fuerit, ut expiatione quotidiana indigeret. Sed hæc ἐν παρόδῳ [2].

§. III. Idem est Dominus Messias, in quem *nomina panum* nostrorum emphatica optime quadrant. Hic est *Angelus faciei Dei*, in cujus *facie* gloria Dei refulget 2. Cor. IV. 6. imo *ipsa Dei facies*, *imago Dei*. 2. Cor. IV. 4. Colos. I. 15. ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ χαρακτὴρ ὑποστάσεως αὐτοῦ Heb. I. 3. quo de loco legi merentur cogitata *Theodori Hasæi*, Viri celeberrimi, in tract. de *lapide fundamenti, cui olim arca fœderis imposita fuit* cap. IV. §. 34. sqq. *Nomen Dei in medio ejus est*. Exod. XXIII. 21. sicuti olim Pontifex V. T. nomen יהוה in fronte gestavit Exod. XXXIX. 30. hinc ipsemet Salvator inquit: *qui me videt, videt Patrem*. Joh. XIV. 9. Dicitur autem *facies* & *imago Patris*, quia Patrem refert omni gloria, & quidem in maxima emphasi, ad omnimodam similitudinem, imo identitatem gloriæ paternæ exprimendam. Egregius hanc in rem est locus *Basilii* contra *Eunom.* *Imago dilectus est filius*, & est imago genita: & splendor " gratiæ Dei, & sapientia, & virtus, " & justitia Dei, non ut habitus, ne- " que ut aptitudo, sed viva substantia " & operans, & splendor gratiæ Dei. " Quapropter totum Patrem in se ipso " Filius habet, ut imago genita, & " splendor majestatis Dei, ex tota ejus " majestate resplendens: Et absurdum " est, majestatem Dei non habere " splendorem, & non una cum Deo " semper fuisse. vid. *Jo. Melchioris* Opp. tom. I. pag. 521. sq. *Campeg. Vitringa* comm. ad Jes. LXIV. 9. & *Bernh. von Sanden* dissert. de *pulchritudine Christi* Ps. XLV. 3. p. 12. Regiom. 1711. Præterea, quoniam Pater per filium voluntatem suam gratiosam in opere redemptionis manifestavit; uti enim ex facie agnoscitur homo, ita per filium Pater Joh. I. 17. Breviter, sed nervose, ut solet, Lampius: weil Er derjenige war / in welchem das Ungesicht des dreyeinigen Gottes durch Offenbahrung der Tugenden desselben / und sonderlich seiner Gnade bey Ausführung des Erlösungs Wercks entdeckt war; in mysterio fœd. grat. Part. III. pag. 464. Plura sine dubio hac de appellatione dabunt *Campegius Vitringa* Fil. dissert. inaug. de *facie & posterioribus Dei*. Franeq. 1715. & *Alb. Wilh. Melchioris*, Theologus magnus, in singulari, quam alicubi promissam legimus, de *facie Dei* dissertatione, quæ tamen an lucem hactenus viderit, dicere non habemus.

§. IV. *Panes facierum* fuisse res *sanctas*, imo *sanctissimas*, supra ex literis S. ostendimus. Quojure autem titulus *Sancti* & *Sanctissimi* Salvatori nostro, tanquam Messiæ, in literis V. T. ac scriptis Hebræorum insignito (Part. I. cap. I. §. IV.) competat, res ipsa loquitur; adeo perfecta enim erat ejus sanctitas, ut nulla neque interne coram Deo, neque externe coram hominibus adesset culpa aut macula. Ignorabat omnem ἁμαρτίαν, ita ut ne de uno quidem peccato ipsum arguere possent hostes infensissimi, perpetuique ejus observatores atque obtrectatores Joh. VIII. 46. 1. Petr. I. 19. II. 22. Hic est *Sanctus* Dei, Luc. IV. 34. τὸ ἅγιον c. I. 35. Hic κατ' ἐξοχὴν *justus* merito appellatur, a Pilato Matth. XXVII. 24. Petro Actor. III. 14. & Stephano in iisdem Actis VII. 25. conf. Jes. LIII. 11. Hic est verus antitypus Pontificis M. vestibus

bus albis Deum expiantis, Sacerdotum, qui integri, & victimarum, quarum corpora sine omni vitio esse debebant. *Talis, talis nos decebat Pontifex!* Hebr. VII. 26. 27. Viderunt jam dudum Philosophi veteres, quicquid sit in genere humano vitiorum, ad tria reduci posse genera, avaritiam, superbiam & φιληδονίαν, exinde non immerito colligentes, neminem adhuc extitisse perfectum sapientem, id est, in quo summæ doctrinæ ac scientiæ summa virtus & perfecta justitia consenserint, teste *Lactantio* lib. IV. cap. XXIII. Verum talis fuit noster Jesus, omnis erroris expers, summa sapientia præditus, & ita omni virtute circumfulgens, ut plane nihil vitii in eo deprehendatur. Provocamus ad historiam ejus universam, ubi ne vestigium quidem ullum aut superbi, aut avari, aut voluptatibus addicti animi licet observare. Consideremus omnes virtutes. Nulla ei defuit. Consideremus omnia vitia. Nullum adfuit. Ita *C. A. Heumannus*. Vir ille longe celeberrimus, qui argumentum hoc nobilissimum exequitur in annotatt. ad *Grotium* de *veritate relig. Christianæ* lib. II. §. XIX. p. m. 275. edit. *Koecherianæ*, cui *Lampius*, aliique Interpretes docti ad loca codicis S. citata subjungi omnino merentur. Cœterum gentiles eandem virtutem in Diis suis mirifice prædicarunt, unde Jupiter, Hercules, alii κατ' ἐξοχὴν *Sanci*, idest, *Sancti* appellantur, docentibus *Commentatoribus* præstantissimis ad *Phoedrum* pagin. 290. 458. edit. *Burmann.* [8] & Cl. *Wonna* differt. I. de *geniis* c. III. §. V. Ut taceamus nomen *Sadyc* צדיק, quo Jupiter apud gentiles insignitus legitur, uti ex *Philone Biblio* & fragmentis *Damasceni* erudite observavit *Steph. le Moyne* in differt. de *Jehovah justitia nostra* ad Jer. XX. 6. p. 186. sq. ad ipsa idola hunc titulum transiisse, ex *Brissonii* lib. I. de *formulis* discere licet. Verum cum iidem gentiles singulis pene vitiis & quæsiverint Deos & præfecerint, imo cum ipsi illi Dii omnium vitiorum sordibus commaculati passim memorentur, & mox optimi, mox pessimi audiant, quam absurde hæc cum sanctitate illa convaniant, ecquis non videt? Lege, si placet, hoc de argumento docte differentem *Jo. Sartorium* in tract. de *hypocrisi gentilium circa cultum Deorum* cap. I. Lips. 1713.

§. V. Reliqua nomina מערכת & תמיד Christum in opere Patris sui indesinenter occupatum, & omnia secundum ordinem in concilio pacis præscriptum, vel uti Spiritus S. loquitur, *quod manus & consilium Dei prædefiniverat* Act. IV. 28. sedulo agentem, vivis quasi coloribus depingunt. Legem Dei Ille in visceribus suis reconditam habebat, atque se esse oportere in iis, quæ Patris erant Luc. II. 49. optime noverat. Hinc non solum puer duodecennis ea, quæ Patris cœlestis & officii demandate erant, diligenter curare jam incepit, sed etiam annis crescentibus in his fuit totus; utpote cui officii mediatorii executio cibi instar erat maxime delectabilis secundum proprium effatum: *esca mea est, ut faciam voluntatem illius, qui me misit, & perficiam opus ejus*. Joh. IV. 34. quotidie docendo occupatus Zeph. III. 5. Jes. L. 4. Matth. XXVI. 55. conf. præter *Lampium* Jo. Casp. *Kregelius* in Epist. ad Cl. *Schoetgenium* gratulatoria, in qua de loco Luc. II. 49. breviter, sed docte, differuit Lipsiæ 1716. precibus quoque vacans ἀδιαλείπτως nec non meditationibus sacris; nam *Dominum sibi jugiter proposuerat, etiam per noctes Ipsum erudierunt renes ejus* Ps. XVI. 7. 8. Quod quam pium sit in homine quovis atque necessarium, ipsi gentiles, memoriam Dei Creatoris perpetuam serio commendantes, agnoverunt, v. g. *Marcus Antonius* Imperator, quem Vir quidam doctus *Romanorum Salomonem* appellat lib. VI. §. VII. πάντα σὺν μνήμῃ Θεοῦ *omnia cum recordatione Dei*; nec non *Epictetus*: συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν ἢ ἀναπνεῖ *frequentius de Deo cogita, quam respira* enchirid. cap. LII. & differt. lib. II cap. XVIII. μέγας ὁ ἀγὼν ἐστι, Θεῖον τὸ ἔργον, τοῦ Θεοῦ μέμνησο *magnum est certamen, divinum opus, Memento Dei*. vid. *Herm. Witsius* miscell. S. tom. II. p. 169. sq. Subjungi omnino meretur inscriptio, quæ *Epidauri* ad templi fores proposita, quænam sit vera ἁγνεία, edocere voluit:

ἁγνὸν χρὴ νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
ἔμμεναι· ἁγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια.

„ thuricremum visens templum sit
purus oportet,
„ at mens sancta agitans res
mihi pura puta est.

teste Cl. *Hubnio* ad *Ælian.* Var. Hist. lib. II. cap. XXXI. p. m. 129.

[1] Qui est commentarius ad legem cabbalisticus, A C. centesimo circiter scriptus. vid. *Jo. Buxtorfius* & alii apud *Neubaverum*, virum celeb. differt. de *Angelo mortis* cap. I. p. 14. in notis.

[2] Objectiones *Lakemacheri* & aliorum sunt sequentes: 1) crustula illa θυσίας appellari vix posse? Resp. θυσία non modo sacrificium proprie sic dictum denotat, sed etiam omne munus, quod Diis

offertur, fructus, odoramentum, gramen & alia; hinc etiam θύειν occurrit pro *ἀπάρχεσθαι τῶν καρπῶν*, *primitias frugum dare*, *munera frugum* sine *sanguine Diis offerre*, ut docent *Grævius* ad *Hæsiodum & alii apud Hakmannum* de *panibus Pentecost.* cap. I. §. VI. addantur Jac. *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. IV. 1. *Ezech. Spanhemius* ad *Aristoph. Plut.* f. 248. & *Relandus Antiq. Hebr.* Part. III. cap. VI. §. XIV. 2.) Sacerdotem gregarium ea plerumque obtulisse. Resp. Pontifex vel ipse obtulit, vel alius ejus nomine, quod posterius ultimis temporibus factum videtur, ubi Pontifices nimio fastu elati non nisi diebus festis cultui S. vacaverunt, ministerium quotidianum fastidientes. 3) non crustula sed sacrificium תמיד prius crematum fuisse. Resp. Apostolus demonstraturus, Pontificem N. T. semel se ipsum obtulisse, cum Pontifex V. T. pro se & populo offerre debuerit quotidie, ordinis illius, quo agni & crustula oblata fuere, rationem non habet. Sufficiebat enim docere, qua ratione Pontifex, aliorum peccata expiaturus, propria expiatione quotidie indiguerit. Cœteroquin D. Paulus, in lege Mosaica optime versatus, bene noverat, qualem locum ferta quæcunque in cultu sacro tenuerint. Vel etiam Apostolus respicere potuit ad morem Sacerdotum, quo summo mane & ante omnia de crustulis conficiendis cogitarunt, docente *Relando* antiq. Part. II. cap. V. §. IV. Cœterum sunt Viri docti, qui locum Levit. VI. 13. non de fertis quotidianis, sed de munere die initiationis offerendo intelligunt; sed licet fuerit munus initiationis, potuit tamen postea iterari: hinc α) dicitur תמיד. β) crustula quotidie offerenda diserte memorantur in תמיד IV. 3. & יומא II. 3. III. 4. γ) verba ביום משחו *Aben Esra* non male vertit: *a die unctionis suæ*, sicuti ב loco מ occurrit Levit. VIII. 32. vid. *Loscanus* de *sacrif. quotid.* p. 13. sq. & *Jo. Georg. Michaelis* dissert. I. de crustulis Pontificis M. p. 8. sqq.

CAPUT II.

De mysterio materiæ panum.

ARGUMENTUM.

§. 1. *Triticum ejusque farina laudantur. Emblema Christi.* σῖτος *omne frumentum notat.* §. 2. *Messias ex Judæis proditurus. Luc. II. 30. illustratur.* ישועה *Salvator. Bethlehem locus amœnus & fertilis, patria Messiæ.* §. 3. Woltersius *notatur. Duæ decimæ cujus rei typus? Triticum emblema doctrinæ & virtutum variarum.* §. 4. *Numerus denarius in SS. frequens est. Ad Ecclesiam respicit. Judæi & gentiles numerum hunc amant. Parobolam de 10. Virginibus Judæi quoque habent. Numerus binarius in literis S. & profanis occurrit. Aliquando paucitatem innuit.*

TRiticum, cujus ex farina purissima panes facierum olim parabantur, ob eximias, quibus gaudet, proprietates, non modo fidelium, sed & aliquando ipsius Christi emblema in pandectis S. esse solet. Luculenter sane id confirmat locus omnino eximius Joh. XII. 24. licet enim σῖτος quodvis frumentum, ex quo panis conficitur, pro momentis rerum circumstantium determinandum proprie significet, unde etiam apud Scriptores Græcos pro omni pane & cibo in genere usurpantur, vid. *Jos. Barnesius* ad *Euripidis* Helen. v. 427. & *H. Ursinus* analect. S. part. II. pag. 147. hoc tamen loco significatio tritici minime excludi debet, cum triticum sit species frumentorum longe nobilissima, cum quo Salvator noster optimus præcipue comparari meretur; hinc doct. *Harenbergius*, qui pro notione generali quam maxime pugnaverat, ad panes tamen triticeos simul, licet non solum, nec determinate, respici largitur in meditatione ad Luc. XXII. 31. 32. §. VII. quæ extat in *Biblioth. Brem.* tom. VII. pag. 414. sqq. Eodem sensu LXX. voce hac utuntur pro חטה 1. Chron. XXI. 23. Cantic. VII. 2. & alibi. Merito autem triticum ejusque farina gerit symbolum J. C. nam 1) triticum, fructus terræ, quoad speciem externam vile est. Christus noster secundum humanam naturam assurgebat uti planta tenera Jes. XI. 1. & radix ex terra solitaria. Non erat ei forma, neque decor &c. Jes. LIII. 2. erat *vermis*, *non vir*. Ps. XXII. 7. 2) sed tamen frumentum nobilissimum, optimum & utilissimum, hinc Martialis epigramam XIII. 10.

> *Nec poterit similæ dotes numerare,*
> *nec usus.*

Farinam ejus *laudatissimam*, *purissimam* atque *delicatam* esse affirmat *Plinius Hist. natur.* lib. XVIII. cap. IX. X. imo *florem tenuissimæ formæ*, *mundissimæ* vocat *Barthol. Anglicus* de *propr. rerum* lib. XVII. cap. CLXVIII. id quod *Aristotiles* quoque confirmat Probl. sect. XXI. quæst. I. ubi disputat, cur cibus triticeus corporibus nostris competentior atque vescentior sit quam hordeaceus? & rationem subjungit, quia mediocrem habet lentitiam, quam cibus habeat oportet, quippe qui adhærere conglutinarique corpori debet, quæ res non nisi lentore effici potest; conf. *Jo. Andr. Schmidius* de *oblatis eucharist.* §. II. p. 7. Christus noster est *pulcherrimus*

rimus filiorum Adam Pſ. XLV. 3. *albus inſtar Bedolah*, cui manna ſimile erat Num. XI. 7. cibus ſuaviſſimus, qui vitam noſtram ſpiritualem alit, provehit & confortat Joh. VI. *cibus replens ſine faſtidio*, *dans famem deſiderio*, ut eleganter *Bernhardus* alicui ſcribit, *nam qui te guſtant*, *eſuriunt*, *qui bibunt*, *adhuc ſitiunt*, *deſiderare neſciunt niſi Jeſum*, *quem diligunt*, Alias analogias, ſatis notas, ut taceamus.

§. II. Regio, ex qua triticum hoc peti debuit, erat *terra Canaan*. Meſſias non in terra gentium, ſed *ex fratribus* ſuis aliquando erat proditurus Deut. XVIII. 18. ex Jacobo, ex Iſraele. Num. XXIV. 17. Jeſ. XI. 1. Jer. XXX. 22. *Ex Judæis* enim erat ἡ σωτηρία Joh. IV. 22. abſtractum pro concreto coll. v. 25. ſicuti etiam Luc. II. 30. ubi Simeon ſenex, & humanitatis pellem atque exuvias depoſiturus, inquit: *oculi mei viderunt* τὸ σωτήριόν σου *ſalutem tuam*, id eſt Servatorem tuum. Similiter in V. T. Meſſias ישועה & ישע appellatur Gen. XLIX. 18. & Jeſ. XII. 1. אל ישועתי quæ verba Hieronymus reddit: *Deus Salvator meus*, & in commentario addit: *id eſt*, *Jeſus*. Addatur Pſ. CXIV. 155. ubi רחוק maſculinum *cum* ישועה fœminino conſtructum infert, quod Vir aliquis cauſa ſalutis foret, quod inde magis apparet, ſi locus hic conferatur cum verbis Prov. XV. 29. ubi, quod in Pſalmo de ſalute, de Jehovah pronuntiatur. Eandem metonymiam apud Interpretes Alexandrinos nec non apud Scriptores profanos haud inſolentem eſſe, variis nos teſtimoniis confirmavimus in *decimis Sacris* obſ. XLVII. p. 495. ſqq. Proxime vero Meſſias proditurus erat ex *Bethlehem Ephrata*, ſicuti prædictum Mich. VI. non diffitentibus ipſis Judæis in *Gemara Berachoth* fol. 5. 1. & alibi apud *Jo. Ligtfootum* in *horis Hebr.* ad Matth. II. 2. *Lampium* ad Joh. I. 46. VII. 42. & *Theoph. Amelium* ad loca difficil. V. T. tom. II. p. 788. in notis, unde non ſine ſingulari Dei providentia nomen *domus panis* accepit: α) ob eximiam agri Bethlehemitici fertilitatem & amœnitatem; nam terra illa rerum omnium copia multum præſtat, atque ſingulari ſua amœnitate, arboribus, hortis, odoratis herbis, tranſeuntes uſque adeo delectat, ut ſi ad tam præclaram naturæ faciem cœleſtis aliqua & digna Chriſtiano homine meditatio accedat, non jam in terris ſibi eſſe videantur, ſed in paradiſo Chriſti nativitatem & incunabula præſentibus oculis contueri, teſte *Adrichomio* io *theatro terræ* S. p. 41. β) quod panis vitæ in hac civitate naſci debuit. Ita poſt Patres multos *Carolus* IV. Imperator in comm. quem ipſemet de vita ſua conſcripſit, atque Wenceslao & Sigiſmundo dicavit, bene animadvertit: *domus Davidis Bethlehem vocatur*, *quod interpretatur domus panis*. *De hac domo voluit Deus Chriſtum ſuum naſci*, *qui eſt verus panis* &c. vid. *Ægid. Strauchius* diſſ. de *patria Meſſiæ* (edita Witteb. 1659. & recuſa a *Thoma Crenio* faſce v. p. 398. ſqq.] §. II. & XV. XVI. nec non *Valentinus Alberti* diſſert. de *turri Eder* ad Gen. XXXX. 21. Mich. IV. 8. p. 21. ſqq. Lipſ. 1689. 1734.

§. III. Ex tritico ſumma cum cura parabatur farina puriſſima, cujus *duæ decimæ* cuivis pani conficiendo inſerviebant. *Wolterſius* binas has decimas ad duplicem I. C. naturam, divinam ac humanam refert; ſed cum hac ratione materia eadem in eodem nexu imaginem rerum diverſiſſimarum habuiſſe ſtatuatur, & præterea farina tanquam fructus terræ non niſi ad humanam I. C. naturam relationem habere poſſit, aliis conjectura hæc non immerito valde incommoda viſa eſt. Rectius ergo alii cum *Lampio* cogitant de *duobus præceptis cardinalibus* Decalogi, a quibus lex & Prophetæ pendent, & quæ utraque arctiſſime inter ſe connexa Filius Dei perfecte præſtitit. Vel etiam forſan haud incongrue referre poterimus ad perfectam *ſanctitatem*, quæ in *doctrina* Matth. VII. 28. 29. March. I. 22. Luc. IV. 32. Joh. VII. 46. XIV. 6. & *vita* Salvatoris noſtri (conf. Part. I. cap. I. §. IV.) quotidie ſeſe exerebat; ſicuti triticum, ejuſque nucleus, farina, in ſcriptis ſacris & profanis ſymbolum *doctrinæ* purioris nec non *virtutum* variarum eſſe ſolet. De priori conferri merentur Jer. XXIII. 18. Pſ. LXXXI. 17. CXLVII. 17. Matth. III. 12. III. 37. XIII. 33. &c. & per partes illud uberius oſtendit Cl. *Wilh. Ern. Ewaldus* diſſ. de *pulte colocynthidum*, *farina per Eliſam condita* 2. Reg. IV. 38. 41. p. 37. ſqq. Sic etiam Judæi loqui amant, uti patet vel ex ſolis elogiis plane eximiis, quibus Davidem *Kimchi*, Doctorem illum inſignem, mactare ſolent v. g. אין קמח בלי קמחי *non eſt farina ſine molitore*, id eſt, doctrina ſine iſto Doctore, conf. Part. I. cap. II. §. I. Alia ejuſmodi elogia, in quibus ſimilis locutio metaphorica reperitur, diligenter adduxit Joh. *Andr. Danzius* diſſert. de *ſinceritate SS. V. T.*

con-

contra Abarbanelem aliosque §. III. p. 18. in notis. Ipsi denique gentiles farinam emblema *doctrinæ* agnoverunt, unde Rex quidam Ægypti bibliothecæ suæ hanc dedit epigraphen: *Alimentum Animæ*, uti ex *Pierii* hieroglyphicis Rev. *Ewaldus* jam observavit; imo symbolum *virtutis* dixerunt v. g. mansuetudinis, sicuti farina mollis est & tractabilis, cum in moribus cicurandis & ad mansuetudinem componendis non minima pietatis pars sita sit. Ita *Plutarchus* in *Numa*, & *Gyraldus* ad illud Pythagoræ: *non litandum esse sine farina*, apud Cl. *Dilherrum*, dissertatt. acad. tom. II. p. 262. Pro symbolo *castitatis* triticum quoque habent Judæi, dicentes, quod fœmina adulterii suspecta non triticeam, sed hordeaceam oblationem offerre debuerit; vid. *Andr. Acoluthus* in libro: de *aquis amaris* p. 183.

§. IV. Cœterum nos in eruendo hoc mysterio attente occupati, plus vice simplici in eam incidimus conjecturam, an forte *numerus decimarum binarius* simul respexerit ad universalitatem Ecclesiæ, *duabus* ex catervis, Judæis & gentibus, colligendæ, cui Messias cibus foret maxime sufficiens, & ad quam numerus duodenarius ipsorum panum, in duos ordines divisorum, a Theologis haud immerito quoque referri solet, ut infra docebitur. Hoc certum est, numerum *denarium* in relatione ad Ecclesiam in literis S. esse frequentissimum. Huc spectant dimensiones totius tabernaculi, ejusque asserum & cortinarum, inprimis Sancti Sanctorum, quod in longitudine, latitudine & altitudine decem cubitos undiquaque complectebatur. Exod. XXVI. XXVII. XXXVI. XXXVIII. nec non in templo Salomonis labra *decem*, & mensæ *decem* 2. Chron. IV. 6. sqq. Alia exempla ut taceamus, ipsemet Christus Ecclesiam sub symbolo *decem* virginum sistit Matth. XXX. in parabola elegantissima, quam, teste *Seringhamio* in præfatione ad יומא, ipsi Judæi in scriptis suis habent, apud quos numerus *denarius* non minus sacer ac symbolicus esse solet, unde multa ex codice S. ad ipsum referunt, quorum catalogum integrum deprehendimus in פרקי אבות v. I. sqq. Dicunt etiam, Ecclesiam constare *decem* hominibus, adeo ut infra istum numerum non censeatur cœtus vel Ecclesia: cui assertioni fidem faciunt loca eorum, a Viris magnis, *Campegio Vitringa* Synagog. p. 234. sqq. & *Jac. Rhenferdo* Opp. philologg. pag. 294. sqq. diligenter adducta. Idem nos docent *Jo. Ligtfootus* Opp. tom. II. fol. 369. *Steph. le Moyne* Var. Sacr. tom. II. p. 44. sqq. *Jo. Conr. Hottingerus* comm. de *Decimis Judæorum* p. 7. sqq. & *Jo. Henr. Hæner* de *ritu benedictionis Sacerdot.* cap. II. §. 71. Ipsi gentiles numerum hunc quanti fecerint, ex ejus usu in Græcorum ac Romanorum rebus sacris & civilibus, mysteriis, spoliorum dedicationibus, tributis, initiationibus, titulis &c. evidenter constat: sed huic argumento prolixius inhærere, nunc nobis non licet; conferri interim merentur *Jo. Spencerus* de *legibus Hebr.* fol. 722. 728. sqq. & auctores, qui de numero nostro uberius egerunt, a *Lampio* comm. ad Ps. XLV. pag. 56. nec non in *myst. fœd. gratiæ* part. III. pag. 935. in notis, jam excitati. Ajunt etiam, ex numeri hujus religione Antiquos fidei comparandæ causa dextras suas copulasse, atque ita numerum perfectum, hoc est, *denarium* perfecisse, docente *Pancirollo rerum memorabil.* P. I. tit LIII. p. 279. Simili ratione numerus *binarius* ad Ecclesiam ex Judæis & gentibus suo tempore colligendam singularem habuit respectum, & *sicuti unus* panis ex *duabus* decimis constabat, ita fideles utriusque gentis, qui natura unam massam constituunt Rom. IX. 21. etiam in unitate fidei ad unum corpus redigendi erant Jes. LVII. 19. Eph. II. 14. 18. IV. 36. Interim numerus utriusque catervæ foret exiguus in oppositione infidelium, regno Messiæ acriter repugnantium, sicuti numerus *binarius* paucitatem in literis S. aliquando significare solet. v. g. 1. Reg. XVII. 12. Jes. XVII. 6. Jer. III. 14. Hos. VI. 2. vid. *Sam. Bochartus hieroz.* Part. I. fol. 622. Eundem numerum in sacris gentium occurrere, probant Viri docti in *observationibus* ad *Callimachum* tom. I. pag. 480. editionis *Grævianæ*.

CAPUT III.

De mysterio formæ & numeri panum.

ARGUMENTUM.

§. 1. Figura quadrata in SS. via notat. Loca Hebr. XIII. 8. 1. Joh. II. & Dan. IX. 24. illustrantur. §. 2. Numerus quaternarius in SS. frequens. Typus IV. Evangelistarum. Eundem Judæi & gentes æstimant. §. 3. Numerus duodenarius in SS. frequens. Typus XII. Apostolorum. §. 4. Cornua symbolum rerum variarum. Imagines Deorum, Regum, aliorum cornutæ. Huetius *notatur. Cornu Amalthea. Cornua sanitatem restituunt. Embema Messiæ. §. 5. Aqua & oleum, emblema Spiritus S. Locus Jes. XII. 3. illustratur. Formæ typus consilii divini.* Woltersius *notatur. §. 6. Fermentum emblema doctrinæ & vitæ malæ in literis S. & profanis. Locus Jes. I. 17. illustratur.* Ewaldus *notatur. §. 7. Passiones Christi variæ. Cribratio emblema tentationis diabolicæ. Locus Hebr. XIII. 12. illustratur.*

§. I.

QUÆ de *cribratione* farinæ, & quo respectu panes nostri *oblatio publica* fuerint, dici adhuc potuissent, infra magis apte monebimus. Missa igitur *materia*, nunc ad *formam* & numerum panum nostrorum alacres progredimur. Figura quadrata, a qua merito initium faciamus, ex sententia Theologorum fere communi in panibus nostris & rebus sacris aliis, quæ eandem formam habuerunt, duo designat: α) Jesum Christum eundem esse *heri, hodie & in secula* Hebr. XIII. 8. tum ratione usus spiritualis, seu viæ ad salutem novo antiquæ Actor. XV. 10. tum respectu typorum & figurarum ipsum repræsentantium, uti locum illum Paulinum eleganter explicuit *Godofr. Olearius* differt. de *utroque testamento*, veteri & novo. Witteb. 1628. recusa a *Crenio* fasce II. p. 203. sqq. Vel eundem esse per singulas Ecclesiæ œconomias, nam voces *heri, hodie, & in secula*, omnes temporum differentias denotant, ut recte observat *Herm. Witsius œcon. fœd.* lib. III. c. II. §. XXXVI. a quo tamen illud *hodie* ad N. T. sicut heri ad V. T. non satis commode refertur. Quod etiam faciunt Interpretes alii, nec non *Herm. Deusingius* in exegesi Psal. XL. §. VIII. in *Biblioth. Brem.* tom. III. pag. 778. sed nobis magis sane placent, qui per *heri* tempus promissionis, per *hodie* œconomiam legis & per *secula* Ecclesiam N. T. intelligunt cum *Lampio* myst. fœd. grat. Part. II. pag. 102. sqq. β) Jesum Christum ex quatuor mundi partibus ad ipsum accedentibus æque obvium Jes. XLV. 12. Ita Cl. *Witsius*. miscell. S. lib. II. differt. 1. §. XLIX. de forma quadrata altaris Mosaici agens, cui addimus discipulum ejus, *Campegium Vitringam*: *numerus quaternarius est mysticus cum σχέσει* ad Ecclesiam « sub œconomia nova per universum « terrarum orbem diffundendam, ut « vel constare potest ex mysterio ta- « bernaculi Mosaici & quatuor cater- « varum, in quas castra Israelis divisa « circa tabernaculum figura quadrata « collocata erant, & Hierosolymæ no- « væ, ut ab Ezechiele & Johanne de- « scribitur, figuræ quadratæ cum re- « spectu ad universitatem electorum, « ex quatuor terræ angulis colligendo- « rum, & ipsius quoque Ecclesiæ sta- « bilem conditionem; comm. ad Apocal. IV. 1. 11. p. m. 189. in notis; & *Davidem Millium*, Prof. hodie Ultraject. celeberrimum, qui quatuor altaris ad evangelium de Christo, cornu salutis, in quatuor mundi angulis prædicandum, pie refert. differt. de *cornibus altaris exterioris* §. XVI. coll. §. X. ubi R. Israel idem mysterium in hoc numero quæsivisse memoratur. De forma quadrata lapidis fundamenti, cui arca fœderis olim imposita fuit, idem inculcat Theod. Hasæus cap. IV. §. 6. & de forma panum nostrorum in specie *Lampius myst. fœd. grat.* Part. III. pag. 1279. & alibi. Et certe hic est panis, qui vitam dat *mundo*. Joh. VI. 35. quæ locutio conferri meretur cum illa 1. Joh. II. 1. ubi Christus factus dicitur expiatio non tantum pro peccatis nostris, sed etiam *totius mundi*, id est, non modo *Judæorum*, sed & gentium, unde apud Danielem IX. 24. dicitur allaturus *justitiam seculorum & mundorum*, hoc est, non justitiam unius personæ, non unius familiæ, non unius tribus, gentis, sed omnium seculorum,

præ-

præteritorum, præſentis & futurorum, ſicuti olim hircorum unus Hieroſolymis jugulabatur pro Judæis, alter vero in deſertum mittebatur, ut deſerti incolis & habitatoribus ſpem faceret, quod etiam illorum peccata eſſet portaturus, & non tantum pro Judæis, ſed etiam pro ethnicis mortem libens oppetiturus vid. *Steph. le Moyne* V. S. tom. II. pag. 643.

§. II. Verum enim vero licet hæ ſint cogitationes piæ, neque textui S. minus congruæ, nos tamen aliud myſterium hoc ſub cortice latere exiſtimamus. Sicuti enim numerus *duodenarius* a Theologis antiquis & recentioribus ad Apoſtolos N. T. referri haud immerito ſolet, ita noſtro quidem judicio numerus *quaternarius*, ſeu figura illa *quadrangularis* [quæ in ſenſu myſtico non differunt, uti Cl. *Vitringa* optime judicat] commode reſpicit ad quatuor Evangeliſtas N. F. quorum ſcripta θεόπνευσα τετράμορφον τὸ εὐαγγέλιον a *Theophylacto* in præfat. ad Marcum, imo *ſacra Evangeliorum tetractys* ab *Euſebio* Hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XIX. & *Theodoreto* epiſt. 130. appellantur, docente *Jo. Alb. Fabricio* in *Cod. pſeudepigr. N. T.* tom. I. p. 385. Antiqui Eccleſiæ Chriſtianæ Doctores quam pias de numero quaternario foverint ſententias, & quam varie quatuor illos Evangeliſtas in V. T. adumbratos fuiſſe exiſtimaverint, ex tot exemplis, facile conſtat. Sic v. g. pie eos quæſiverunt in *quatuor* fluminibus ex paradiſo exeuntibus. Gen. II. 10. *Cyprianus*, *Ambroſius*, alii apud *Aringhium* in *Roma Subterranea* lib. VI. cap. XIII. in *quatuor* circulis vel annulis arcæ fœderis Exod. XXV. 12. in *quatuor* cornibus altaris. Exod. XXVII. 2. in *quatuor* pedibus menſæ panum noſtrorum Exod. XXV. in *quatuor* ordinibus lapidum pectoralis. Exod. XXVIII. 17. in *quatuor* ventis mortuos vivificantibus Ezech. XXXVII. in *quatuor* quadrigis per orbem diſcurrentibus Zach. VI. 1. in *quatuor* animalibus oculatis Ezech. I. Apocal. IV. 1, alia ut taceamus diligenter jam adducta a *Jo. Alb. Fabricio cod. pſeudepigr.* V. T. tom. III. p. 555. ſqq. & *Jo. Henr. Michaelis* diſſert. de *textu Græco N. T.* §. XXXVI. Similiter Judæi in numero hoc myſteria quærere ſolent, uti patet vel ex ſolo faſciculo Lulaf, cujus *quatuor* ſpecies, citrum, palmam, myrtum & ſalices, vel ad *quatuor* patriarchas, vel ad *quatuor* monarchias, vel alriorſum referre ſolent; vid. *Gabr. Grodekkii* diſſert. ſingularis de *Lulaf*, ſive *ceremonia palmarum apud Judæos in feſto tabernaculorum* Part. II. cap. 5. Imo gentiles, inani philoſophiæ dediti, circa numerum hunc ſuperſtitioſe verſabantur, ἀπόῤῥητον καὶ μυστικὴν δύναμιν ei ineſſe perhibentes, per eum tanquam divinum jurantes, alia ne memoremus. Sed hoc argumentum *Petrus Bungus* aliique jam dudum ſatis exornarunt. vid. *Jo. Spencerus* de *legibus Hebr.* lib. III. cap. X. fol. 723. Interpretes ad *Lucianum* tom. I. p. 372. 498. *Jac. Rhenferdus* de ſtylo N. T. p. 330. & *Jo. Georg. Michaelis* exerc. de *Tetracty Pythagorica*. Francof. 1735.

§. III. Numerus *duodenarius* quam frequens ſit in literis S. & profanis, ſupra Part. I. cap. III. §. ultimo jam indicavimus. Numerum panum noſtrorum ad Apoſtolos N. T. reſpexiſſe, judicant *Cyrillus*, *Ambroſius*, alii apud Cl. *Baumannum* in *analectis typicis* p. 17. quibus calculum ſuum addunt Theologi ex recentioribus plurimi, imo fere omnes, & quidem recte. Hi enim ſunt, quos Servator optimus ad Eccleſiam N. T. refocillandam elegit, & quorum miniſterio fideles per totum terrarum orbem diſperſi panem vitæ gratioſe acceperunt. Hi ſunt *duodecim* Patriarchæ, per quos domus Iſraelis ſpiritualiter ædificanda erat, unde nomina eorum fundamentis murorum novæ Hieroſolymæ adſcripta ſunt Apocal. XXI. 14. Hi ſunt *duodecim* boves, mare æneum a Salomone exſtructum portantes, ex quibus *tres* Orientem, *tres* Occidentem, *tres* meridiem, & *tres* Aquilonem verſus reſpiciebant, quaſi in omnes mundi plagas deſtinati 1. Reg. VII. 21. Hi ſunt *duodecim* ſtellæ, quibus corona ſponſæ exornata erat. Apoc. XII. 1. Imo in multis aliis Patres Eccleſiæ antiqui duodecim Apoſtolos quæſiverunt v. g. in XII. fontibus Elam, XII. gemmis in tunica *Aaronis*, XII. lapidibus a Joſua de Jordane electis, & in arcam teſtamenti conditis, XII. leunculis in throno Salomonis; alia exempla ut taceamus, pie quidem excogitata, ſed altiori adhuc digna indagine, cujus generis etiam eſt obſervatio illorum, qui XII. *tintinnabula* in veſtitu ſummi Pontificis pendentia typum XII. Apoſtolorum conſtituere ſolent: cujus ſententiæ caput & dux non eſt *Beda*, Doctor ille, ut Cl. *Santoroccus* quidem exiſtimat, ſed *Juſtinus Martyr* in Dialogo cum *Tryphone Judæo* p. 122. Verum hæc ulterius exequi nobis non licet, unde lectorem noſtrum, plura de nu-

numero duodenario notatu digna, a Patribus & aliis diligenter allata, legere cupientem, remittimus ad *Fried. Spanhemium* Opp. tom. II. fol. 299. *Jo. Henr. Michaelis* de *textu Græco N. T.* p. 58. *Campeg. Vitringam* comm. ad *Apocal.* p. 304. *Jo: Franc. Buddeum* in *Hist. Ecclesiæ Apostol.* p. 665. sqq. Ven. *Conr. Ikenium* dissert. de *XII. fontibus in Elim repertis* p. 26. Bremæ 1728. & doct. *Santoroccum* dissert. III. ad *Acta Apost.* p. 9. sqq.

§. IV. His missis, ad ipsos panes, a quorum consideratione materia numerorum sacrorum haud injucunda secedere aliquantisper nos fecit, alacres revertimur. *Cornua* in panibus nostris conspicua quid præfiguraverint, ex ipso *cornuum* emblemate, quod fœcundum valde est, mox patebit. Cornua fuisse symbolum *roboris* & *potentiæ* colligitur ex Deuteron. XXXIII. 17. Ps. CXII. 9. *cornu ejus elevatur honore*, ubi *Targum* sic παραφράζει: *potentia ejus elevatur bonore*, locisque aliis; & propter potentiam, quæ in Deo, Regibus, aliisque Viris autoritate insignibus elucet, dignitatem regiam in literis S. significare solet, uti ex Daniele & Apocalypsi Johanis satis constat. Gentiles quoque cornua *divinitatis*, *honoris* & *excellentiæ* singularis indicandæ causa usurparunt; hinc Deorum plurimorum imagines & simulacra *cornuta* conspiciuntur: cui veritati fidem faciunt Ill. *Ezech Spanhemius* atque alii Viri docti, qui ex nummis cœterisque antiquitatum monumentis eam uberius confirmarunt [a]. Hinc etiam nummi Regum antiquissimorum, Alexandri M. & successorum ejus, capita hac vel illa cornuum specie decorata nobis visenda præbent apud *Villalpandum* aliosque magno numero jam excitatos a *Jo. Alb. Fabricio cod. pseudepigr.* V. T. tom. II. p. 124. & *Theoph. Amelio* ad loca difficil. V. T. tom. II. p. 377. in notis. Duces belli cornua capitibus suis imposita gessisse, observant Interptetes ad *Phoedr.* fabb. lib. IV. cap. V. Addi omnino debent *Legislatores*, quos divinis honoribus affectos *cornutos* fingere solebant, uti de Osiride, Iside, Jove, Baccho, Neptuno, abunde novimus. Huc quoque nonnulli cum Viro Illustri, *Petro Dan. Huetio*, referunt nummum Catanensium antiquum, in quo effigiem cum cornibus *Charondæ*, Legislatoris celebris, referre faciem, asserere placuit Viro doct. & harum antiquitatum bene perito, *Raphaeli Triqueto du Fresne* in Epistola ad *Petrum Seguinum* Parisiis A. 1658. edita, & quæ tom. X. thesauri Gronoviani inserta legitur. Verum hanc in illo numero effigiem neutiquam *Charonda* faciem exprimere, sed *Sileni*, Bacchi Socii, quem *cornutum* veteres finxere, cum *Ezech. Spanhemio* docent Cl. *Fabricius* in *Biblioth. Græc.* lib. II. cap. XIV. §. VI. nec non in *eod. pseudepigr.* V. T. tom. I. p. 867. sqq. & *Jac. Hasæus* in *Biblioth. Brem.* tom. VI. p. 777. Cœterum hoc non tam ad Mosis imitationem, uti *Fried. Spanhemius* Opp. tom. II. f. 134. cum aliis existimat, quam quod cornua potentiæ, dominationis & auctoritatis essent symbola, factum fuisse bene observat B. *Jo: Franc. Buddeus* Hist. Eccl. V. T. tom. I. p. 410. Porro cornua fuerunt emblema omnis *abundantiæ & ubertatis*. Eam ob rem ex quorundam sententia Messias *cornu salutis* appellatur Ps. XVIII. 3. Luc. I. 69. Apud gentiles notum est cornu *Amaltheæ*, quod in proverbio dici solet de iis, qui affatim alicui divitiarum penu copiamque præstant, ut *Erasmus* in adagiis aliique docent. De ipsa fabula vid. *Eustathius* in *Homeri* Iliad. N. p. 817. edit. Rom. & *Palæphatus* de *incred. Hist.* cap. XLVI. jam citati a *Wollio* dissert. de *honoribus medicorum* apud veteres p. 11. in notis, & *Fried. Spanhemius* Opp. tom. II. fol. 133. Denique cornua eximium *sanitatis* symbolum esse queunt; ea enim sanitati restituendæ optime inservire, Medicorum filii jam pridem observarunt, uti ex *Bartholino* & aliis probat *Jo: Dougtæus* in tract. de *calicibus eucharist.* cap. X. p. 124. Hæc omnia quam apprime ad Salvatorem nostrum, *cornu Davidis* Ps. CXXXII. 17. per panes illos præfiguratum, applicari possint, quisque facile videt. Hic est *Deus* Israelis Exod. XX. 2. *Rex* populi sui Exod. XV. 18. *Legislator* in Sinai Exod. XIX. 3. Actor. VII. 38. *Medicus* Exod. XV. 18. *Dux* Exod. XV. 13. Ps. LXVIII. 8. *cornu salutis* Ps. XVIII. 3. Luc. I. 69. *cornu copiæ omnia in omnibus implens* Eph. I. 23. cujus ex *plenitudine omnem gratiam accipimus* Joh. I. 16. *abundantiam gratiæ & doni justitiæ*. Rom. V. 17. *omnia* in *omnibus* Colos. III. 11. Neque Judæos hoc emblema cornuum latuit; certe *Obadias de Saphorno* in Cavenoth Hattorah fol. LXXXIV. col. III. emphatice scribit: *sanguinem idcirco altari fuisse adspersum, ut Deus populum suum eo certiorem redderet, se cornu populo suo erecturum*. Quæ optime convenire cum iis, quæ de Messia cornu salutis

lutis erigendo in codice S. dicuntur, recte judicant *Theodorus Dassovius* de *altari exter. templi Hierosol.* §. VII. & *Dav. Millius* differt. laudata §. XX.

§. V. Tota massa similaginea, aquis puris & calidis subacta, in certis formis ad figuram consuetam redigebatur, remoto tamen omni fermento, cujus ne particula quidem minima immisceri debuit, vid. Part. I. cap. II. §. VIII. Sub symbolo *aquarum Spiritum* S. exhibere, Prophetis familiare admodum est Jes. XXXV. *6.* XLIV. 3. Ps. XXIII. 2. Ezech. XXXVI. 25. XLVII. 1. Huc quoque spectant typi quidam insignes v. g. aquæ in fontibus Elim repertæ, aquæ maris ænei, aquæ ex fonte Siloah ultimo die festi tabernaculorum hauriendæ, non diffitentibus ipsis Judæis antiquis, qui verbis Jes. XII. 3. promitti Spiritum S. ejusque dona salutaria, in diebus Messiæ largissime in Ecclesiam effundenda, pie crediderunt; vid. Talmud Hierosol. in *Succa* fol. LV. col. I. apud *Fried. Bernh. Dachsium* in differt. typico proph. ad Zach. XIV. *16.* §. XIV. & Cl. Wolffius ad Joh. VII. *39.* de ipso autem emblemate legi merentur *Campeg. Vitringa* comm. ad Jes. tom. II. fol. 474. & *Lampius* ad Joh. locum citatum, nec non in differtatt. de *Spiritu S.* cap. X. §. XX. XXI. Eundem ad Spiritum S. tuto referre possumus *oleum* illud, quo panes nostros unctos fuisse, Judæi tradunt; vid. Part. I. cap. III. §. 3. *Oleum* enim *Spiritus S.* commune symbolum in literis S. esse, ex tot locis Ps. XXIII. 5. Jes. LXI. 3. Matth. XXV. 3. 4. &c. abunde constat. Instar omnium hoc de emblemate consuli possunt Duum Viri modo laudati, *Vitringa* ad Jes. tom. I. f. 289. & *Lampius* exercitat. ad Ps. XLV. p. 264. sqq. nec non celeb. *Hieron. van Alphen* de *Rege in Sion uncto* §. *XV.* Cæterum formæ, in quibus panes nostri parari, coqui, atque ex furno eximi solebant, nostro quidem judicio fuerunt typus consilii æterni, cujus juxta ordinem omnia, quæ in toto vitæ J. C. curriculo contigisse leguntur, facta fuere. Luc. XXII. 22. Actor. II. 23. IV. 28. Novimus quidem, *Woltersium* in alia plane abire, quasi per formam primam figurata fuerit *nativitas* J. C. ex Maria virgine Hebr. X. 5. Math. I. 18. per secundam ferream, in qua panis coquebatur, crux, quam *emensus* est ille [phrasi latina hoc sonante] eodem modo, quo eam *formam panis metiri* debuit, atque per tertiam auream, cui panes furno jam exempti imponebantur, *gloriosum Christi corpus*, omni imbecillitate exutum atque purgatum. Ast verum ut fateamur, licet sint cogitata pia & erudita, nobis tamen nimis subtilia, imo valde contorta videntur, uti cuivis lectori, totam observationem altius meditanti, mox patebit.

§. VI. *Fermentum* cur a panibus nostris Deus abesse voluerit, facile constat. Est nimirum emblema rei malæ, adeoque panibus illis, qui J. C. mediatorem nostrum longe sanctissimum præfigurarunt, immisceri non debuit. Novimus quidem, esse Viros doctos, qui existiment, fermentum iis annumerari posse emblematibus, quorum magna est varietas, sic ut una eademque res v. g. leo, serpens, nunc in bonam, nunc in malam partem sumatur, inprimis si spectentur effectus ejus, *inflare*, *rarefacere* & *attenuare*. *Hæc primum eo conducunt*, sunt verba *Philippi Melanchth.* tom. III. declamatt. pag. 425.
„ ut *in pane* singulæ partes recte &
„ æqualiter coqui possint. Deinde no-
„ stris corporibus utilior est panis ra-
„ rior, tenuior & æquabiliter assatus.
„ Facilius enim arripit natura nostri
„ corporis attenuatas & rarefactas par-
„ tes, & ipsa mistura fermenti rare-
„ factionem in ventriculo adjuvat. De-
„ inde & sapor, ex acido & salso mix-
„ tus, concoctionem irritat & acuit.“
Ita sane judicant *Altingius*, *Kirchmeierus*, alii conf. *decimæ Sacr.* observ. XX. §. VI. quibus nunc addimus *Glassium* in *philolog.* S. p. *716.* & *Baumannum* in *analectis typicis* pag. *96.* Apud Judæos quoque interdum in sensum meliorem adhiberi, ex *Kimchio*, qui, ad Jes. I. 17. de deliberatione in judiciis valde necessaria agens, ita scribit: *dicunt Rabbini*: *beatus est ille judex*, *qui fermentat judicium suum*, docet *Jo. Ligtfootus* hor. Hebr. ad Matth. XVI. *6.* [3] Verum enim vero, quamvis observatio hæc non prorsus sit contemnenda, in literis tamen sacris fermentum vel nunquam, vel saltem rarissime in bonam partem accipi solet. Esse symbolum *doctrinæ falsæ*, & *vitiorum* cum ea conjunctorum, impuræque animi effervescentiæ, ex Ps. LXXI. 4. Hos. XII. 4. Math. XVI. *6.* Marc. VIII. 15. Luc. XII. 1. 1. Cor. V. 7. Gal. V. *9.* abunde liquet; hinc חומץ est Vir *nequam*, *nebulo* Ps. LXXI. 4. proprie acidus corde & corruptus, a חמץ *fermentari*, *acidum esse*, quia pleræque res acescendo corrumpuntur; sicuti Græci eadem figura nebulonem ὄξινον, Latini *vappam* appellare

re solent; vid. *Bochartus* hieroz. Part. I. lib. II. cap. VII. fol. 113. & *Jo. Henr. Michaelis* annotatt. ad Ps. LXXI. 4. Similiter fermentum in scriptis Hebræorum de concupiscentia prava aliisque affectibus malis sæpissime occurrit. Sic *Abarbanel* ex Doctoris cujusdam peregrini commentario refert & comprobat, prohibitionem fermenti in festo paschatis designare *concupiscentiam vetitam, quod fermentum sit figmentum malum, ideoque in sacrificiis juxta cum melle, dulcedinis vitæ & voluptatum hujus mundi symbolo, prohibitum. Sicuti anima ejus, qui comedit fermentum, exscindenda, ita docet figmentum malum perdere hominis animam* &c. apud *Jo. Meyerum de festis Hebræorum* c. XII. §. LI. pag. 285. Alia Judæorum loca habent *Jo. Ligtfootus* hor. Hebr. ad Matth. XVI. 6. *Jo. Buxtorffius* in lexico, *Jo. Drusius* in bibliis crit. & *Jo. Christ. Wolffius* cur. crit. ad 1. Cor. V. 7. nec non *Hakmannus* cap. XIII. §. XII. Verum quo frequentior fermenti usus emblematicus apud eos est de pravitate vitæ, eo rarior de doctrina prava esse solet, unde *Jo. Ligtfootus* inter causas alias, quæ discipulos in erroneam verborum Christi interpretationem adegerint, hanc numerat, quod fermentum de doctrina adhibitum rarius audiissent. Minus recte autem doct. *Evvaldus* dissert. de *pulte colocynthidum* &c. p. 38. ad doctrinam pravam refert dictum illud in libro נוה שלום fol. 191. col. 21. *sicuti paululum fermenti magnam massam acore inficit, & corrumpit, ita* figmentum malum *totum hominem*; nam *R. Abraham Schalom* de *figmento malo*, quod fontem ac originem omnis peccati actualis dicunt, uti ex *Maimonide* docet Cl. *Vitringa* observatt. S. lib. III. cap. VIII. §. V. ibi diserte loquitur; hinc brevi ante dixerat: *Rabbini nostri vocant figmentum malum Fermentum in Massa*, quæ phrasis etiam reperitur in Cod. Babyl. *Berachoth* fol. XVII. 1. apud *Jo. Ligtfootum* loc. cit. & *Campeg. Vitringam* §. IX. ubi optime glossa: *fermentum, quod in massa, sunt pravi affectus, qui in cordibus nostris nos fermentant*. Ipsi denique gentiles *fermentum* emblema rei malæ esse, agnoscunt; v. g. Plautus: *uxor tota in fermento jacet*, & alibi:

Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.

Alia loca attulit *Dav. Gsellius* de *sacrificiis V. T.* pag. 221. sq. quem una cum *Sam. Bocharto* hieroz. Part. I. lib. II. cap. L. *Glassio* philol. S. pag. 818. *Suicero* in *thesauro Eccles. Nic. Gurtlero* in *vocibus typico-proph. Lampio* comm. ad Ps. XLV. pag. 500. aliisque supra memoratis, uberius hoc de emblemate agentibus, consuluisse, haud pœnitebit.

§. VII. Locus, in quo panes nostri pridie Sabbathi parabantur, ex traditione Hebræorum duplex erat: 1) conclave aliquod in atrio magno situm, & huic usui quam maxime consecratum. 2) *Betphage*, locus extra muros Hierosolymæ situs ad montem oliviferum, prope Bethaniam; vid. Part. I. c. III. §. IV-V. Jesus Christus per passiones plurimas consummatus est die Veneris, in medio Israelitarum, tum in ipsa urbe Hierosolyma coram Synedrio & Pontio Pilato, sicuti Manna in ipsis castris Israelitarum præparari solebat Exod. XVI. Num. XL. tum ἔξω τῆς πύλης Hebr. XIII. 12. sive extra castra v. 13. quod idem est ac extra Hierosolymam. Tria enim olim in deserto se quasi prodebant castra α) Dei tabernaculum cum atrio. β) Levitarum γ) populi Israelitici. Quibuscum convenerunt stante templo tria hæc spatia: 1) atrium magnum, quod complectebatur atrium Israelitarum & Sacerdotum. 2) atrium mulierum, spatium antemurale & mons templi. 3) urbs Hierosolyma. *Gem. Zevach.* CXVI. 1. vid. *Hadr. Relandus antiquit. Hebr.* cap. III. §. II. & *Jo. ab Hamm* de ara *inter.* Sect. IV. cap. I. §. III. Ex his vero patet, quid ipsa panum coctio in furnis ex metallo paratis facta, adumbraverit; sicuti enim cribrationes farinæ, toties totiesque repetitæ, emblema sunt tentationum & afflictionum plurimarum, quæ ipsi tum ab hominibus, tum a diabolo a primis pueritiæ annis obtigerunt 4, ita coctio panum commode depingit concertationem cum diabolo, tentationesque ejus externas, quas sibi imminentes ipsemet indicavit: *Venit Princeps hujus mundi, & in me non habet quicquam* Joh. XIV. 30. *hæc est hora illa vestra*, & *potestas tenebrarum* Luc. XXII. 53. imo desertionem divinam Ps. XX. 2. nam a Deo se desertum, in cruce pendens conquestus est Matth. XXII. 46. hinc adeo torrefactus exclamavit: *arescit ut testa vis mea, & lingua mea adhæret faucibus meis* Ps. XXII. 16. Legi omnino merentur, quæ de his passionibus extremis breviter, sed emphatice, pro more solito disseruit *Lampius myst. fœd. grat.* Part. I. cap. V. pag. 173. sqq. Interim servus ille a Deo percussus Jes. LIII. 4. ex

ex omni coarctatione & molestia tandem exemptus est v. 8. 11. & sic per tot passiones consummatus perfecta salutis nostræ causa exstitit Hebr. V. 9.

[1] Numerum *quaternarium* Spiritus S. quoque amavit in fingendo resipiscentiæ termino. Prioris mundi peccatoribus concedebat centum & viginti, sive ternos *quadraginta* annos Gen. VI. 3. Emorræis *quadringentos*, hoc est, *quadraginta decies* multiplicatos Gen. XV. 13. 16. Israelitis denique in deserto, ut eorum nepotibus Christi ætate Judæis, *quadraginta* tantum. Nehem. IX. 20. 21. conf. *Musæum Brem.* vol. I. p. 627. sq.

[2] Vid. *Jo. Spencerus* de *legibus Hebr.* fol. 680. *Jo. Dougtæus* analect. V. T. p. 127. *Nic. Gurtlerus* in *vocibus typico-proph.* ad vocem *cornu Salom. Glassius* philol. S. p. 818. sq. Cl. *Hammius* de *ara inter.* p. 16. sqq. *Dav. Millius* de *cornibus altaris exter.* p. 5. sqq. *Biblioth. Brem.* tom. II. p. 683. & *Petrus Zornius* in *biblioth. antiq. exeg.* p. 115. sq.

[3] Interim locum ipsum Jesaiæ, qui proprie sic verti debet: *quærite jus*, אשרו חמוץ *dirigite* vel *emendate, quod corruptum est*, Rabbini male vertunt; ridiculum enim est, quod ab illis scribitur, חמוץ eum ibi dici, qui fermentat judicium, id est, qui moram facit in judicando, judice *Sam. Bocharto* hieroz. lib. II. cap. VII. f. 113. cui & *Vitringa* calculum suum addit; חמוץ enim est *fermentari*, & quod fermentatum est, acescit & corrumpitur.

[4] Sic cribratio tentationem diabolicam indicat Luc. XXII. 13. vid. *Salomon Glassius* philol. S. p. 817. & *Jo. Cristoph. Harenbergius* in singulari meditatione: de *cribratione, quam Satanas Apostolis paravit*; quæ inserta est *Biblioth. Brem.* tom. VIII. p. 414. sqq.

CAPUT IV.

De mysterio oblationis panum.

ARGUMENTUM.

§. I. Nox, per quam panes in mensa marmorea positi refrigescebant, cujus rei typus? Marmor pro omni lapide. Arcæ sepulchrales veterum marmoreæ. Sepulchrum Aristotelis pretiosum. Judæorum ritus sepeliendi. §. 2. Christus mane resurrexit. Cur non die Sabbathi? Sanctum aliquando est emblema cœli. Panes inter Deum & Israelitas positi Christum mediatorem præfigurarunt. §. 3. Sacerdotes panem inferentes, & renovatio panum quovis Sabbatho facta, quid notaverint? §. 4. Calami emblema Doctorum Ecclesiæ. Locus 2. Cor. IV. 7. illustratur. νέκρωσις mors. Ὄστρακον *vas in luctu ante fores positum. §. 5. Perticæ IV. emblema Evangelistarum. Duo ordines panum totam Ecclesiam notant,* סוד *mysterium. Lapides duo* שהם *communionem fidelium depingunt.* Aben-Esra *laudatur. §. 6. Dispositio panum quid notet? Locus 2. Tim. II. 15. illustratur. Dissectio sacrificiorum in SS. fundamentum habet. Emphasis verbi* נתח. Elsnerus *laudatur §. 7. Thus emblema precum & intercessionis Christi. Thura cur sale consperssa, & Sabbatho in altari holocaustorum concremata? Gentiles thure Deos placabant.*

§. I.

POstquam panes nostri ex furno extracti essent, ad locum אולם partem anteriorem ædis S. formis aureis delati, in mensa marmorea, priusquam in Sanctum inferrentur, per totam noctem refrigescere debuerunt; vid. Part. I. cap. IV. §. 1. Cl. *Woltersius* per noctem illam quadraginta dies, per quos glorioso corpore discipulis conspiciendum se præbuit Christus, præfigurari censet. *Nox erat illud tempus*, inquit, *tum*, *quia mortuus adhuc Judæis*, & tenebrarum vinculis detineri censebatur; tum „ quia pusillanimorum de Christo fides „ remissa jam & quasi mortua videba„ tur - - Panes lapidea in mensa per„ sistebant; sic Christus eo adhuc tem„ pore inter discipulos, carnalibus ma„ xime præjudiciis veluti obduratos ver„ sabatur, quos in vivos lapides con„ vertere studebat 1. Petr. II. 5. - - - „ Quod autem marmorea fuerit, non „ obscure ad institutionem Christi al„ luditur, quam de rebus perquam ne„ cessariis jam jam discessurus discipu„ lis ferebat; " ita enim marmoribus olim res magni momenti *committere solebant*. Sect. III. §. VIII. Verum nostro quidem judicio nox illa magis commode transferri potest ad tempus illud, quod Salvator noster, honorifice sepultus Jes. LIII. 9. in sepulchro lapideo transegit, ut post tot exantlatos labores gravissimos iterum refrigesceret. *Mensa* vero *marmorea* ob oculos nobis sistit sepulchrum saxeum vel lapideum, in quo corpus Christi recondebatur, sicuti *marmor* pro omni lapide aliquando accipi solet, docente *Ezech. Spanhemio* observatt. ad *Callimachum* pag. 61. Apud veteres cadavera sepulturæ tradenda in arcis lapideis & marmoreis quo-

quoque recondita fuisse, ex tot monumentis constat. Marmoreas variis Italiæ in locis sese vidisse, testatur *Henricus Salmuth* ad *Pancirollum* tom. I. *rerum memor. deperdit.* pag. 723. Huc etiam spectat sepulchrum *Aristotelis*, quod ex pario marmore constructum Venetiis in admirabili Senatoris cujusdam gazophylacio integrum adhuc servatur, referente Cl. *Carpzovio* differt. de *arca fœderis* pag. 15. Hæc tamen observatio posterior, quam ἐν παρόδῳ tantum attulimus, minime ad sepulturam J. C. pertinet, nam Judæi feretris non utebantur, quibus corpora reconderent in sepulchris. Assumebant equidem ad ea sepulchris inferenda Luc. VII. 14. sed cum ad sepulchrum venissent, ex feretris corpora illa educebant, eaque intra monumentum lapideis quibusdam vel lateritiis caveolis ad corporum magnitudinem & figuram attemperatis imponebant; hinc in historia resurrectionis I. C. & Lazari mentio fit linteorum & fasciarum, quibus fuerant obvoluti, feretri vero nequaquam; vid. *Sam. Bochartus* in notis ad *Luciani*, *Caphargam*, Presbyteri, scriptum Opp. tom. I. fol. 1240. sq.

§. II. Nocte præterita, panes nostri horis matutinis diei sequentis ex mensa marmorea sublati, per quosdam Sacerdotes in Sanctuarium inferebantur; vid. Part. I. cap. IV. §. III. IV. Jesus Christus, Salvator optimus, horis matutinis non quidem diei Sabbathi, sed Solis, quem ille, Sabbathum ceremoniale abrogaturus, aliamque populo suo quietem Sabbathicam procuraturus, elegit sapientissime, ex sepulchro lapideo a Patre suo eductus & tandem tempore constituto in Sanctuarium ingressus est, æternam redemptionem nactus Hebr. III. 12. Neque obstat, quod panes nostri non in Sanctum Sanctorum, sed modo in Sanctum, quod non cœli, sed potius Ecclesiæ in his terris internæ emblema esse soleat, vid. *Witsii miscell. S.* tom. I. p. 416. illati fuerint; nam, ut taceamus, præstantiam antitypi, quam præ typo habet, eo ipso aperte indicari, Sanctum in literis S. symbolum cœli non raro gerere solet Psal. XX. 3. CXXXIV. 2. docente *Nic. Gurtlero* in *vocibus typico propb.* pag. 195. Quod inprimis temporibus I. C. jam dici poterat, postquam velum, quod hactenus Sanctum a Sancto Sanctorum separaverat, hora mortis ejus miraculose esset disruptum, unde non amplius duo Sanctuaria, sed unum modo videbantur. Præterea non sine singulari Dei sapientia panes facierum inter Deum super Cherubim sedentem, & inter Israelitas positi erant, ad depingendum eum, qui est mediator inter Deum & homines 1. Tim. II. 5. observante *Wernsdorffio*. Denique eo ipso ostendebatur via salutis per Christum, panem vitæ, ex quo nisi quis rite comederit, portam cœli inveniet clausam. Verum singula hæc propius enucleari adhuc merentur.

§. III. Illatio panum fiebat ministerio Sacerdotum quorundam, reliquis spectantibus. Illi possunt esse typus *Angelorum*, nec non *Sanctorum*, cum Christum, cœlos occupantem, comitati fuerunt: hi *Apostolorum* & *discipulorum* Christi, quibus præsentibus ascensio in cœlum facta est. Actor. I. 9-10. Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 51. Alio respectu Sacerdotes illi sunt emblema *Apostolorum*, aliorumque servorum piorum Ecclesiæ N. T. quorum ministerio Christus panis vitæ omnibus vere esurientibus offertur. Et sicuti panes Sabbathis propositi atque renovati coram facie Dei perpetuo collocati erant, ita, sunt verba Cl. *Burmanni*, in æternum „ vis vivificans Christi, requie ejus parata, perdurat, ac Ecclesiæ per omnia tempora sufficit. Quæ tamen „ quotidiano verbi ac Sacramentorum „ ministerio renovari, conscientiisque „ nostris applicari opus habent. Est „ enim omnis scriba, in regno Dei „ edoctus, similis Patrisfamilias, qui „ profert ex thesauro suo vetera & „ nova. Matth. XIII. 52. vel ut *Hermannus Witsius* elegantissime scribit: „ *Singulis Sabbathis* a Sacerdotibus debebant reponi recentes. Christus frequenter nobis per Evangelii præconium rememorandus est: nunc hoc „ nunc illo modo proponendus, modo „ nude, aliquando, ut olim, involutus „ ceremoniis, ut semper velut recens „ cibus palato nostro gratissimus sit, „ conf. Matth. XII. 52. inprimis id „ fieri oportet singulis diebus dominicis, „ qui ut ab ipso denominantum ita & „ ipsi, inque illius memoriam nobis „ sacri esse debent. Nam & ipse se eo die Johanni videndum luculenter exhibuit. Apoc. I. 10.

§. IV. Eosdem ministros Evangelii eleganter depictos fuisse per *calamos dimidiatos aureos*, qui panes nostros ab omni mucore & corruptione immunes conservare debebant, certo sumus persuasi. Hi sunt *calamorum* ejusmodi instar debiles quidem, sed tamen per Christum, qui ipsos confortat, oneri ferun-

ferundo pares 1. Cor. IV. 10. 2. Cor. XI. 29. 30. XII. 9. & III. 56. ad quem locum posteriorem legi meretur sermo vernaculus *Lampii*, tomo primo *mysterii fœderis gratiæ* annexus. Tales inprimis erant Apostoli, reliquique Doctores Ecclesiæ Apostolicæ, quorum ministerio Ecclesia primæva *Virgo*, id est, ab hæresibus pura atque incorrupta permansit, teste *Hegesippo* apud *Eusebium* Hist. Eccl. lib. III. cap. XXXII. Alia hujus rei testimonia addit *Jo. Guil. Janus* differt. de *Nicolaitis* pag. 15. sq. in notis, & qui de ipso *Hegesippi* loco uberius egit, *Jo. Andr. Schmidius* in differt. singulari, quæ in decade dissertatt. Helmst. 1714. recusa legitur. Hi habebant *thesaurum pretiosum in vasis testaceis* 2. Cor. IV. 7. qua phrasi secundum quosdam alluditur ad lampades Gideonis, quæ in lagenis testaceis erant reconditæ, quibus concussis & fractis lampades suo fulgore subito attonitos Midianitas fugarunt, victoriamque sine miraculo non expectandam Gideoni pepererunt. Ita quidem existimat *Steph. le Moyne* Var. Sacr. tom. II. pag. 629. Alia ratione locum hunc eximium illustrare studet *Theod. Dassovius*, Vir præstantissimus, provocans ad vasa fictilia in cultu sacro Hebræorum, quæ variis modis immunditiem facile contraxerint, adeoque pollutioni atque fractioni obnoxia diligenter servata fuerint, ne vitii aliquid conciperent, differt. 1. de *emphasi vocum sacrarum* pag. 27. sqq. Verum nostro quidem judicio præstat audire *Jo. Dougtæum*, Britannum celeberrimum, in libro, ut a *Jo. Faes* appellatur, *plane singulari & raro*, de *calicibus eucharisticis* veterum Christianorum p. m. 105. ego longe rectius & tutius puto attendi ad vasa illa sacra fictilia, quibus „ Diis libatum novimus, quod nec Corinthios ex gentilismo oriundos fugere poterat. Quæ enim in illis sacra ferebantur, omni cura & sollicitudine, ne vel perirent, vel effunderentur, servabantur. Unde non miramur, quod erudita hæc observatio Viris Clarissimis, *Petro Zornio* in *Biblioth. antiq.* pag. 1110. *J. C. Wolfio* cur. *crit.* ad hunc locum, aliisque haud displicuerit. Addimus, Apostolum ipsum v. 10. indicare, quid per thesaurum pretiosum intelligat, nimirum νέκρωσιν, sive *mortem* J. C. qua voce etiam *Irenæus* lib. III. cap. XX. de morte illius utitur; unde patet, quam elegans sit phrasis ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν; nam ὄστρακον olim dicebatur vas, quod ex more veterum ante fores domus luctus poni solebat, docente *Ludolpho Kustero* ad *Aristophanis* Equites fol. 215.

§. V. *Perticæ quatuor*, quæ clavorum aureorum instar in terra juxta mensam sacram stabant, & quibus longe supra mensam ad altitudinem panum nostrorum eminentibus, calami nostri innitebantur, sunt emblema IV. Evangelistarum; vid. cap. II. §. VI. qui vitam Salvatoris nostri Sanctissimam pie consignarunt, & cum quibus Doctores Ecclesiæ N. T. ad unum omnes vinculo indissolubili connexi sunt, panem vitæ toti mundo offerentes, id est, Ecclesiæ universæ V. & N. T. ex Judæis ac gentibus colligendæ, unde panes hi, *duos* in ordines divisi, in mensa sacra reperiebantur. Hac sub divisione mysterium aliquod latere, aliquatenus jam vidit *Aben Esra*, *Sapiens* vulgo dictus: שתים המערכות כמספר השבטים כסוד האפוד והחושן אושני עשרונים כמספר המערכות *duo ordines pro numero tribuum, sicuti mysticum est Ephod & Choschen; sive duæ decimæ pro numero ordinum*. Ubi non sine emphasi utitur voce סוד, qua Hebræi mysterium appellant, & quæ proprie significat rem calce illitam, a סוד, unde סיד *calx* originem suam habet. Verum quoniam calcis usus etiam est in jungendis lapidibus & parietibus, id repræsentabit, quod tectum est; vid. *Jo. Conr. Kesleri* oratio inaug. de *dimidio siclo argenteo*, *sancto lytro animarum Israelis*; pag. 17. Bremæ 1704. Sicuti ergo sub Choschen & Ephod, nec non sub duabus decimis, ex quibus panes nostri confici debebant, mysterium aliquod latuit, ita etiam *ordines duo* panum umbra rei spiritualis fuerunt. Quam maxime vero Judæus doctissimus respicere videtur ad duos lapides שהם, nominibus XII. tribuum insignitos, qui aperturam vestium in humeris fibularum instar clauserunt, ad depingendam arctissimam Sanctorum in Ecclesia communionem: cujus rei typus quam apte lapides illi esse queant, alia occasione docuit *Lampius* in exercitatt. ad Psal. XLV. pag. 309.

§. VI. Ipsam *panum dispositionem* quod attinet, ea cunctos Evangelii ministros officii sui bene admonet, ut verbum Dei discant ὀρθοτομεῖν 2. Timoth. II. 15. qua de phrasi quam varie Interpretes eruditi sentiant, ex *Wolfii* curis criticis facile constat. Addi merentur auctores, ab *Herm. Bruningio* differt. de *sacrificiis eucharist.* p. 33. jam excitati. Plerique ad dissectionem sacrificio-

ficiorum in V. T. usitatam respici existimant, quos inter ex recentioribus nomen suum profitentur *Jo. Mich. Dilherrus dissertatt. acad.* tom. II. p. 257. *Jo. Godofr. Lakemacherus observatt. philolog.* Part. III. p. 281. *Bruningius* laudatus, alii. Objicit quidem *Chr. Schoetgenius*, Vir Cl. in *horis Hebraicis* ad hunc locum, Deum nihil admodum de victimarum sectione præcepisse, eaque, quæ Judæi hodie libris singularibus tradant, esse ætatis recentioris. Sed licet Judæi utique non pauca ex ingenio suo addiderint, fundamentum tamen hujus dissectionis reperitur Levit. I. 6. conf. de emphasi vocis נתח Levit. VIII. 20. 1. Reg. XVIII. 13. Judic. XIX. 29. Interim ob dubium non unum sententia hæc nobis quoque displicet, existimantibus, rem acu tetigisse Ven. *Jac. Elsnerum*, qui vertit *recte tractare*, secundum normam legemque præscriptam, Hebr. ישר, quod Alexandrini vertunt ὀρθοτομεῖν Prov. III. 6. XI. 5. metaphora petita ab incedentibus itinere recto, distortis viis & flexuosis relictis, q. d. oportet te recta procedere in Evangelio, minime aberrare a via regia, nec quæsitas ambages, turpesque vias, quarum coram conscientia & Deo aliquando pudeat consectari, ideoque rere tractare ex præscripto, & ad normam divinæ voluntatis, verbum veritatis. Huc quoque tendit *Theodorus Beza*, licet ipsam locutionem a sectione victimarum petitam esse judicet: *Qui primum omnium, quod ad doctrinam ipsam attinet*, nihil prætermittat, quod „ dicendum sit, nihil etiam adjiciat de „ suo nihil mutilet, discerpat, torqueat: „ deinde spectet diligenter, quid ferat „ auditorum *captus, quicquid denique ad ædificationem conducat*. Proxime ad scopum nostrum, ubi de panum, in duos ordines, emblema utriusque Ecclesiæ V. & N. T. divisorum, dispositione ordinata agimus, facere videntur verba *Jo. Meyeri*, Theologi & Philologi apud Harderovicenses in- „ signis: Christianos Interpretes toto „ animo in id incumbere decet, ut ac- „ curate distinguant comminationes & „ promissiones, quæ spectant populum „ Israeliticum, iterumque discernant, „ quæ prædicta sunt de captivitate ac „ liberatione prima & secunda, & quæ „ denique competunt temporibus N. T. „ ut unicuique suum tribuatur: quod „ vere est ὀρθοτομεῖν *recte secare*, & di- „ stribuere *verbum veritatis*. In præfat. „ ad סדר עולם p. 2.

§. VII. Restat *thus*, quod duabus acerris in ipsa mensa positum inter duos panum ordines locum obtinuit medium. *Thus* in literis S. *precum* emblema esse solet Ps. CXLI. 2. Malach. I. 11. Apocal. V. 8. VIII. 4. ubi vid. Cl. *Vitringa*. [1] adeoque hoc loco duæ acerræ suffitu refertæ efficacem Messiæ intercessionem, qua coram facie Patris pro Ecclesia utriusque fœderis, per duos ordines panum depicta, interpellat Job. XXXIII. 24. Rom. VIII. 34. 1. Joh. II. 1. Hebr. IX. 24. eleganter depingunt. Quod autem thura non prius concremarentur, quam sale conspersa essent atque condita, teste *Maimonide* ה' תמידין cap. IV. §. X. indicabat efficaciam illius intercessionis, quæ tanta est, ut omnes accusationes Diaboli vanæ sint. Jes. LIV. 17. quoniam *nulla condemnatio reperitur in iis, qui in Christo Jesu sunt*. Rom. VIII. 1. Nec mirum; nam verbis utitur sale conditis, & ipsemet se tradidit *victimam in odorem bonæ fragrantiæ* Eph. V. 2. unde *Pater ipsum semper exaudit* Joh. X. 42. Tempus adolitioni thuris destinatum erat *Sabbathum*; si enim post Sabbathum quis adoleret, thus profanum habebatur מנחות XI. 8. Christus post peractos labores gravissimos quiete nunc fruitur suavissima, pro nobis indesinenter intercedens. Et quam efficax sit ejus intercessio, fideles in Ecclesia Sabbathica N. T. quam maxime animadvertunt, imo fructus ejus dulcissimos in ipso Sabbatho æternitatis aliquando demum gustabunt. Adolitio ipsa fiebat non in altari suffitus, sed in exteriori holocaustorum: quo ipso thus respectum sacrificii induit, unde etiam אשה ליהוה *sacrificium ignitum Dei* appellatur Levit. XXIV. 7. adeoque hic ritus optime innuebat vinculum arctissimum [2], quod inter sacrificium & preces Christi intercedit Job. XXXIII. 24. Jes. LIII. 11. 12. Cœterum apud ipsos gentiles thus erat species sacrificiorum, quibus Deos sibi reconciliabant, unde Horatius lib. I. Od. XXXVI. v. 1.

„ Et thure & fidibus juvat
„ Placare, & vituli sanguine debito
„ custodes Numidæ Deus

Et hinc formulæ: *propitiare, libare, adolere, thura dare*, in sacrificiis veterum locum habebant. Sed res satis nota est; vid. *Jo. Mich. Dilherrus dissertatt. acad.* tom. II. pag. 264. & *Jo. Georg. Walchius* ad Ovid. metam lib. I. v. 249.

--- rogant: quis sit laturus in aras “
thura? “

[1] Nec non Cl. *Loscanus* de *sacrificiis quotidianis* p. 29. *Jo. Bapt. Ottius* in *Biblioth. Brem.* tom. II. p. 537. *Theoph. Amelius* ad *loca difficil.* V. T. tom. I. p. 24. sqq. & multi alii.

[2] Idem vinculum *Woltersius* in eo deprehendit, quod mensæ potius, quam altari suffitus, atque „ adeo ipsis panibus acerræ appositæ fuerint. *Id docet*, inquit, *Christi preces nequaquam ab ipsius sacri-* „ *ficio separandas esse*, *ne in* meras illæ supplicationes, quales peragunt fideles, convertantur; cum „ justæ *postulationes* sint, quas vi æterni pacti, in debitum laboris sui *præmium*, *e Patre expleri cu-* „ *pit*. Sect. III. §. XVI. p. 56.

C A P U T V.

De Mysterio comestionis panum.

A R G U M E N T U M.

§. I. *Classes Sacerdotum*, *abiens & adveniens*, *Ecclesiam V. & N. T. depingunt. Utriusque Ecclesiæ privilegia*, *& novæ prærogativa*. §. 2. *tempus gratiæ vocatur* hodie, dies *&c. Sabbathum typus conditionis Ecclesiæ N. T.* עולם הבא *tempora Messiæ Inscriptio Ps. 92. illustratur*. §. 3. מקדש *symbolum Ecclesiæ. Extra Ecclesiam non datur salus. Gentiles non salvantur.* Zwinglius *absolvitur & laudatur*. §. 4. *Communio ejusdem mensæ signum amicitiæ. Emphasis vocis* כהן. *Unio fidelium cum Christo.* Amicus *nomen dignitatis. Cum Rege vesci*, *magnus honos erat. Pacta conviviis confirmata*. Stuckius *laudatur*. *Cibus emblema præmii. Sacerdotes gentilium ex sacris nutriebantur. Votum Hugonis!*

§. I.

POst peractam thuris adolitionem classis Sacerdotum abiens una cum classe adveniente ad panum distributionem sese accingebat. Distributio ipsa æquis inter omnes partibus fiebat, & qui advenerant, portionem suam ad aquilonem, qui vero abibant, ad austrum partiebantur: imo diebus festis omnes Sacerdotum classes, in templo ministerio S. fungentes, de panibus illis participabant; vid. Part. I. cap. V. §. II-III. Classes illæ sacerdotales Ecclesiam utramque V. & N. T. quarum illa *abiisse*, hæc *advenisse* dicuntur Jes. XLII. 19. Rom. XIII. 12. 2. Corinth. V. 17. Apocal. XXI. 1. optime depingunt. Utriusque Ecclesiæ fideles vi intercessionis Messiæ jus comedendi habent; hinc David Ps. XXIII. 5. aliique in abundanti bonorum spiritualium fruitione læti exultant; hinc ipsemet Messias verbis melle dulcioribus ad epulum hoc sacrum eos invitat Prover. IX. 3. Jes. LV. 1. 2. Hi sunt *Sacerdotes Dei & Christi*. Apoc. XX. 6. *Sacerdotium sanctum* 1. Petr. II. 5. *regium* v. 9. *quibus Jehovah delectatur* Ps. XVI. 3. quorum *corpora* sunt *sacrificium vivum*, *sanctum*, *Deo placens*. Rom. XII. 1. *templa Spiritus* S. 1. Cor. VI. 19. Hi omnes ex abundantia bonorum ad satietatem usque saturantur, unde merito cum Davide læti exclamant: *Quam pretiosa est benignitas tua* &c. Ps. XXXVI. 8. 9. Interim Ecclesiam N. T. variis præ antiqua privilegiis atque prærogativis gaudere, ex collatione locorum modo citatorum facile liquet. Classis accedens olim in parte septentrionali, tanquam Sanctissima, divisionem panum peragebat, abiens in meridionali, minus sancta. *Ecclesiæ* N. T. κατ' ἐξοχὴν *decora est Sanctitas in longitudinem dierum* Ps. XCIII. 5. II hac Ecclesia non una vel altera familia, non unus populus, sed *omnes gentes ex omni lingua*, *tribu*, *& natione Deo serviunt*. Jes. II. 5. Apoc. V. 9. sicut olim panes nomine totius populi Israelitici offerebantur. Est dies festus, quo omnes, qui ad Sacerdotium I. C. pertinent, læti comedunt. Est enim *dies lætitiæ*, *dies salutis*, *quem Dominus fecit*. Ps. CXVIII. 24. In Ecclesia V. T. erant instar famelicorum & sitibundorum (quales etiam in SS. sæpius dicuntur) qui, ut celeb. *Vitringa* in comm. ad Jesaiam passim loquitur, sese deprehendunt vacuos, inanes & incertos, quorsum se vertant ac cursitent, ad desideria, cupiditatemque cum molesto indigentiæ sensu conjunctam, explenda: imo qui cultu umbratili contenti, ad mysteria sublimiora non adspirabant, erant instar somniantium, qui sibi videntur ab imaginatione nocturna delusi, frui objecto desiderii aut spei, a quo longe absunt. Verum alia plane est rerum conditio in Ecclesia N. T. ubi credentes in Christum, Dei & Christi Sacerdotes, tum ex Judæis, tum ex gentibus, iisdem Judæis per communionem

fidei

fidei insertis, in regno Dei beneficiis gratiæ olim promissis & expectatis, nunc per Messiam repræsentatis, in arcta Dei communione fruuntur cum lætitia ac delectatione inenarrabili usque ad satietatem; hinc *edere* & *saturari* sæpius dicuntur Ps. XXII. 27. XXXVI. 9. LXIII. 6. LXV. 5. Jes. LXV. 15. Jer. XXXI. 14. &c. conf. laudatus *Vitringa* ad Jes. tom. II. fol. 907.

§. II. Tempus, comestioni panum destinatum, erat ipsum *Sabbathum*, neque in crastinam lucem comestio differri debebat. Qui Christum comedere cupiunt, *hodie* illud facere tenentur; hinc tempus gratiæ, inprimis sub Ecclesia N. T. emphatice *hodie* appellatur Ps. XCV. 8. Hebr. III. 7. IV. 7. *dies* Rom. XII. 13. *dies salutis* Jes. XLIX. 8. 2. Cor. VI. 2. *dies nuptiarum* Cantic. III. 11. Præterea Sabbathum V. T. egregie olim adumbravit quietem fidelium N. T. tum a servitute V. T. tum a servitute peccati & Diaboli, inchoate in hac vita, & consummate ab omnibus peccatorum reliquiis & ærumnis in vita futura. Jes. LVI. 2. LVIII. 13. Hebr. IV. conf. Jes. XXVIII. 12. adeoque comestio panum sub vesperam diei Sabbathi facta, ad beneficia, Ecclesiæ N. T. per Christum sub vesperam Ecclesiæ veteris parta, gradatim nos ducit. Hujus Ecclesiæ novæ statum felicem per Sabbathum V. T. haud obscure depictum fuisse, ex locis modo citatis luculenter constat; vid. *Vitringa* ad Jes. tom. II. fol. 726. & *Ruardus Andala* in *Biblioth. Brem.* tom. VIII. p. 550. Idem Doctores Hebræorum jamdudum agnoverunt; יום שבת איהו רוגמת החיים שהוא עולם הבא עולם הנשמות עולם הנחמות *Dies Sabbathi quid est? typus terræ viventium, quæ est seculum animarum, seculum consolationum*, in Zohar p. 33. col. I. sub finem. Et alibi: לא נתנה שבת אלא רוגמא של חעולם הבא *non datum est Sabbathum, nisi ut esset typus seculi futuri*, docentibus *Herm. Witsio œconom. fœd. Dei* lib. I. cap. VII. §. XIII. & *Jo. Meyero* in libro de *festis Hebræorum* p. 232. Nec opus est, ut prolixius probemus, phrasi עולם הבא Hebræis tempora Messiæ etiam comprehendi, cum luculentos hujus rei testes jam adduxerit Vir Cl. *Dav. Millius* in erudita præfatione, operibus *Jac. Rhenferdi* præmissa, nec non I. *J. Losius* differt. de *Hebræis veteribus*, *Christum*, *scopum SS. studiose quærentibus* p. 30. Halæ. 1709. Huc etiam spectat iscriptio Ps. XCII. שיר ליום השבת, quam Magistri Hebræorum ad tempora N. T. non exclusa tamen ipsa æternitate, diserte referunt in תמיד VII. m. ultima, & alibi, uti docuerunt *Huetius* & *Hasæus*, jam olim a nobis laudati in *decimis Sacris* observ. XLIII. §. III. quibus nunc addimus *Lampium myst. fœd. grat.* Part. III. p. 1398. in notis, & celeb. *Wolfium* cur. crit. ad Hebr. IV. 9.

§. III. Locus, in quo comestio panum fieri debuit, erat מקדש Levit. XXIV. 9. locus sanctus, atrium magnum, conclave ejus, quod a panibus nostris nomen gessit; vid. Part. I. cap. V. §. V. Symbolum Ecclesiæ, quam *Bethlehem*, *domum panis*, merito dixeris, cum ejus in gremio panis vitæ, tanquam thesaurus longe pretiosissimus, studiosum asservetur: unde patet, quid de sententia nonnullorum, qui gentiles, sapientia & probitate vitæ inclytos beatos prædicare incaute solent, vel saltem quæcunque optima de iis sperare jubent. Nobis enim minime cum *Franc. Puccio* [1] persuademus, quod & saniorum gentilium virtus locum habeat inter beatorum astra, quod & Aristidi atque Catoni spes salutis supersit, ut minus orthodoxe docuit in libro: *de Christi Servatoris efficacitate in omnibus & singulis hominibus*; nam in *nullo alio datur salus*, *nisi in Jesu* Actor. IV. 12. *Nemo venit ad Patrem*, *nisi per ipsum* Joh. XIV. 6. *Sine fide non possumus Deo grati esse* Hebr. XI. 6. *fides autem est ex auditu*, *& auditus ex verbo Dei* Rom. X. 17. Crucifixio J. C. quæ est fundamentum salutis nostræ, *Græcis est stultitia* 1. Cor. I. 23. ut taceamus opera gentilium, quæ bona videntur, Deo minus placere potuisse ob finem turpissimum, quem constanter ob oculos habuerunt, gloriam nimirum propriam; nos enim, qui ex grege Christi sumus, cum Davide *non nobis*, *sed nomini Jehovæ omnem honorem* vindicamus. Ps. CXV. 1. vid. quæ *Christoph. Sontag* diss. de *salute trium uxorum* p. 32. & J. C. *Danhaverus* dissert. ad Rom. III. 28. p. 10. hoc de argumento breviter, sed nervose disseruerunt.


§. IV. Cœterum magna omnino fuit dignitas, quæ, ut olim Sacerdotibus V. T. ita nunc fidelibus novi Fœderis hac ex comestione accessit. Communio ejusdem mensæ ab omni ævo pro inviolabili amicitiæ tessera habebatur, hinc symbolum illud Pythagoræ τὸν ἄρτον μὴ καταγνύναι *panem non esse frangendum*, de amicitia non violanda idonei auctores interpretati sunt; vid. *Stuckius* & alii, qui sanctam illam panis inter omnes

mnes gentes fidem illuſtrarunt, nec non *Barthius* ad *Claudian.* p. 1153. *Picinellus* in *lumin. reflex.* p. 657. *Lampius* ad Joh. tom. II. p. 163. tom. III. p. 48. in notis, *Jac. Elſnerus* obſervatt. N. T. tom. I. p. 339. & *Sam. Fried. Bucherus* in obſervatt. critico-paſſional. diſſ. IX. §. VII. Sacerdotes V. T. erant miniſtri, amici interioris admiſſionis prout ipſum nomen כהן egregie indicat, docentibus auctoribus, qui emphaſin ejus uberius enuclearunt, magno numero excitatis in *decimis* S. obſ. III. §. VII. p. 60. in notis. In N. T. fideles eodem honoris ſummi titulo gaudent: *Vos amici mei eſtis*, inquit Chriſtus Joh. XV. 14. nec mirum, cum arctiſſimo unionis vinculo ſint conſtricti. *Sunt in Chriſto* Rom. VIII. 1. & *Chriſtus in ipſis* Joh. VI. 56. Hac amicitia nulla major, nulla honeſtior, nulla potior ad tuendum, nulla facilior ad habendum, nulla delectabilior, nulla utilior, nulla jucundior, quæ Angelorum etiam amicitiam ſortitur, & omnium ſupernorum civium, ut pie ſcribit *Simon de Caſſia* Lib. XII. cap. X. apud *Lampium* ad hunc locum. Quanti ſemper ſit æſtimatum titulo amici Regis potiri, patet ex 1. Maccab. II. 8. X. 20. XI. 33. XIV. 40. & ex variis Scriptorum profanorum locis, ubi *amici*, *cognati* & *oculi* Regum dicuntur; vid. *decim. Sacr.* obſ. III. §. XIII. Quanta autem fuerit felicitas, quantuſque honos cum Rege veſci, diſcere liret ex *Sam. Pitiſco* comm. ad Curtium p. 608. in notis. conf. II. Sam. XIX. 28. Moris quoque olim fuit, ut conventiones & pacta adhibitis ſolennibus conviviis confirmarentur. Exempla in literis S. ſunt obvia. Gen. XXVI. 30. XXXI. 54. 2. Sam. III. 20. Idem gentilibus quoque uſitatum fuiſſe, egregie oſtendit Cl. *Stuckius* in doctiſſimo (uti ab Ill. *Barthio* alicubi appellatur) *antiquitatum convivalium commentario* lib. I. cap. XL. nec non *Herm. Witſius œcon. fœd. Dei* p. 3. *Lampius myſt. fœd. grat.* ſtatim ab initio, *Theoph. Amelius* ad loca difficil. V. T. tom. I. p. 827. & *Chriſt. Bruningius* in *antiquitatt. Græc.* p. 222. in notis. Sacerdotes, Seniores & totus populus Iſraelis, fœdus cum Deo in monte Sinai fecerant, hinc poſtea coram ipſo epulas agebant Exod. XXIV. 11. hinc quotidie epulis ſacris, & hebdomadatim comeſtione panum facierum, fœdus illud in memoriam ſibi quaſi revocabant. Fideles Eccleſiæ N. T. *fœdus cum Deo fecerunt ſuper ſacrificio filii ejus* Pſ. L. 5. hinc *pacem cum eo habent*. Rom. V. 1. *reconciliati per Chriſtum* Coloſ. I. 20. 22. Hujus autem fœderis memoriam frequenti S. Synaxeos uſu grata mente recolunt, illudque coram facie divina pie renovant. Denique cibus, præcipue in relatione ad opus, in quo aliquis occupatus fuit, perpetuum eſt emblema præmii fructuſque, quem quis a labore ſuo reportat. Jeſ. III. 10. Prov. I. 31. conf. *Hakmannus* cap. VIII. §. XVI. Panes facierum dabantur Sacerdotibus, quos ali ſportulis ſacris par erat, ſicuti etiam ex carnibus ſacrificiorum haud exigua iis ceſſit pars. *Qui ſacris operantur, ex ſacris nutriuntur* 1. Cor. IX. 13. unde apud ipſos gentiles Sacerdotes eorum ex epulis ſacris nutriri ſolebant; vid. *Potterus* lib. II. cap. III. & laudatus *Bruningius* cap. XXI. p. 235. Fidelibus novi fœderis poſt tot labores in opere ſalutis feliciter exantlatos dabitur poteſtas *comedendi ex ligno vitæ* Apoc. II. 7. *ex manna abſcondito* v. 17. Frumentum & muſtum, in regno gratiæ collecta, in regno gloriæ læti comedent, & Jehovam perpetuis celebrabunt laudibus Jeſ. LXII. 10. 11. LXV. 13. *edent & bibent in menſa Dominicum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo* Luc. XXII. 30. XIII. 29. *Beatus* ergo *eſt*, *qui edit panem in regno Dei*. Luc. XIV. 15. Finimus voto *Hermanni Hugonis* in *piis deſideriis* Part. III. eleg. XIV. v. 85.

O qui ſidereas habitas, Rex maxime, ſedes
Quot tua deliciis affluit illa domus!
Jam flagrat, & ſtudio nimis inflammata videndi
Mens deſiderio deficit ægra ſuo.

[1] Addunt nonnulli *Zwinglium*, qui Herculi, Theſeo, Socrati, Ariſtidæ, aliis, extra Chriſtum ſalutem addixerit; ſed maculam hanc, qua inquinare ipſum conantur, ſatis eluit variis confeſſionibus, quas ex ſcriptis ejus præter *Hottingerum* adduxerunt *Nic. Gurtlerus* dialog. euchariſt. pag. 85. & *Lampius* comm. ad Joh. tom. III. pag. 120. in notis. Subjungi merentur elogia prorſus eximia, quibus *Leo Juda*, aliique eum merito mactarunt apud *Anton. Mauritium*, Prof. Genev. in oratione, qua probatur, *linguæ Hebr. cognitioni acceptam referri debere reformationem*. Genevæ. 1709. recuſa a Cl. *Kappio* in *oratt. ſelectis* p. 470. ſqq. Sunt etiam, qui in eo cum Patribus quibuſdam falluntur, quod aliqualem Chriſti notitiam his gentilibus adſcripſerint, contra quos vide ſis *Tob. Eccardum* in *teſtimoniis non Chriſtianorum de Chriſto* p. 52. ſqq.

BLA-



BLASII UGOLINI
DISSERTATIO
DE MENSA
ET
PANIBUS PROPOSITIONIS

CAPUT PRIMUM.

I. De situ Mensæ. De ejus materia, forma, & mensuris. II. De decem Mensis Salomonis, & earum situ in Sancto.

I. Mensa sita erat in Sancto in plaga aquilonari; sicuti scriptum est *Exod.* XXVI. 35. *Mensamque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano; mensa enim stabit in parte aquilonis.* Ibid. XL. 20. *Posuit & mensam in tabernaculum testimonii ad plagam septentrionalem extra velum.* Babyl. *Joma* 33. 2. דתניא שולחן בצפון משוך מן הכותל שתי אמות ומחצה ומנורה בדרום משוכ׳ מן הכותל שתי אמות ומחצה מזבח ממוצע ועומד באמצע ומשוך כלפי חוץ קימעא ונוקמי׳ להדיהו כיון דכת׳ ואת המנורה נכח השלחן בעינן דחזו אהדדי. *Traditio. Mensa sita erat in aquilone, protracta a pariete duobus cubitos cum dimidio, & candelabrum situm erat in plaga australi, protractum a pariete duos cubitos cum dimidio; altare erat medium, & in medio situm erat, & paulo protractum erat ad partem exteriorem, & inter ea collocatum erat, sicut scriptum est* Exod. XL. 22. Posuit & candelabrum e regione mensæ; *necesse erat ut inter se respicerent.* Ubi *Raschi.* וכי עייל להיכל במזבח פגע ברישא קודם שיגיע למנורה שהמזבח משוך כלפי מזרח קימעא משוך מן הכותל מרוחק מן הכותל צפוני שתי אמות ומחצה שני כהנים זה אצל זה המסדרין שתי מערכות של לחם הפנים בשבת ומצוותו לסדרן ולסוקן יחד ארבע נכנסין שנים מצד זה של שולחן לסלק את המערכ׳ הישנה של לחם הפנים ושנים מצד זה לסדר החדשה משוכ׳ מן הכותל

שתי אמות ומחצה כמדת השלחן דהא
כתיב נוכח השולחן. *Ingredientine in tem-*
plum occurret primum altare, priusquam
perveniat ad candelabrum? Altare enim
protractum erat ad plagam orientalem,
paulo protractum a pariete, distans a pa-
riete aquilonari duos cubitos cum dimidio;
Duo sacerdotes, alter prope alterum dis-
ponebant duas ordinationes panis facierum
in Sabbatho; & ex præcepto una simul
ordinabatur, & tollebatur; quatuor in-
troibant, duo ex hoc latere mensæ ad tol-
lendam ordinationem veterem panis fa-
cierum, & duo ex altero latere ad dis-
ponendam ordinationem novam; Protra-
ctum a pariete duos cubitos cum dimidio,
juxta mensuram mensæ; scriptam est
enim; e regione mensæ. Tosaphta *Joma*
II. 19. נכנס ומהלך בהיכל עד שנמצא עומד
בין מזבח הזהב ולמנורה והמזבח לפנים ממנו
שלחן נתון בצפון משליש הבית ולפנים
משוכה מן הכותל שתי אמות ומחצה
מזבח הזהב ממוצע בנתיי' כנגד ב' בדי
ארון ומשוך כלפי מזבח וכולם היו נתונין
מחצי הבית ולפנים. *Ingrediebatur & am-*
bulabat in templo, donec deprehenderetur
stetisse inter altare aureum & candela-
brum; & altare erat illo interius. Men-
sa sita erat in aquilone ab tertia parte
domus & interius, protracta a pariete
duos cubitos cum dimidio; Altare aureum
erat medium inter ea versus altare, le-
gendum כלפי מזרח *versus orientem, om-*
niaque sita erant ab dimidia parte do-
mus & interius. Hierosf. *Sceckalim* 50.
והלא אין השולחן כשר אלא בצפון שנ'
ואת השולחן תתן על צלע צפון. *Verum*
mensa non erat legitima nisi in aquilo-
ne; dictum est enim Exod. XL. 20. Po-
suit & mensam ad plagam septentrio-
nalem. Ibid. paucis interjectis. השלחן
היה נתון מחצי הבית ולפנים משוך מן
הכותל כשתי אמות כלפי הצפון ומנורה
כנגדו בדרום מזבח הזהב היה נתון
באמצע הבית חולק את הבית מחציו
ולפנים משוך קימעא כלפי הצפון וכולהם
היו נתונין משליש הבית ולפנים. *Men-*
sa sita erat ab media parte domus &
interius, protracta a pariete quasi duos
cubitos versus aquilonem, & candelabrum
e regione illius in austro. Altare au-
reum situm erat in medio domus, divi-
dens domum in duas dimidias partes, pau-
lo protractum versus aquilonem, & omnia
sita erant ab tertia parte domus & in-
terius. Raschi iterum ad *Exod.* XXVI.
35. ושמת את השולחן שלחן בצפון משוך
מן הכותל הצפוני שתי אמות ומחצה
ומנורה בדרום משוכה מן הכותל הדרומי
שתי אמות ומחצה ומזבח הזהב נתון כנגד
אויר שבין שלחן למנורה משוך קמעא
כלפי המזרח וכלם נתונים מן חצי המשכן
ולפנים כיצד ארך המשכן מן הפתח
לפרכת עשרים אמה המזבח והשלחן
והמנורה משוכין מן הפתח לצד מערב
עשר אמות. Et pone mensam. *Mensa*
sita erat in aquilone, protracta a parie-
te aquilonari duos cubitos cum dimidio,
& candelabrum situm erat in austro,
protractum a pariete australi duos cubitos
cum dimidio; & altate aureum colloca-
tum erat contra spatium inane, quod in-
tercedebat inter mensam ad inferiorem
partem, paulo protractum versus orien-
tem, omniaque sita erant ab dimidio ta-
bernaculo & interius; Quomodo? Longi-
tudo tabernaculi ab porta ad velum erat
viginti cubitorum; altare, & mensa, &
candelabrum protrahebantur ab porta ad
latus occidentale decem cubitos. Vid. *Maim.*
Beth. Habechira I. 6. & *Schilthe Hag-*
gibborim cap. XXXI. Mensa ita sita erat
in Sancto, ut ejus longitudo responde-
ret longitudini templi, & latitudini
latitudo; quæ ratio servabatur in omni-
bus vasis templi excepta Arca, cujus
latitudo conversa erat ad templi lon-
gitudinem. *Siphra* 43. יערכנו אין עורך
עמו קנים בשבת אלא נכנס מערב שבת
ושומטם ונותנם לאורכו של שולחן כל
הכלים שהיו במקדש אורכן לאורכו של
בית חוץ מן הארון. Et ordinabit illum;
Non dispones cum illo calamos in Sab-
batho, sed ingrediebatur in vigilia Sab-
bathi, & extrahebat, & collocabat ad
longitudinem mensæ; Omnia vasa, quæ
erant in Sanctuario ita sita erant, ut
eorum longitudo templi longitudini res-
ponderet, excepta Arca. Tosaphta *Me-*
nachoth XI. 6. כל הכלים שהיו במקדש
אורכן לארכו של בית חוץ מן הארון שהיה
ארכו נתון כנגד רחבו של בית כך היו
בדיו נתונין כנגד רחבו וכך היה ניטל.
Omnium vasorum quæ erant in Sanctua-
rio, longitudo domus longitudini respon-
debat, excepta Arca, cujus longitudo sita
erat contra latitudinem domus, pariterque
ejus vectes collocabantur contra ejus latitu-
dinem, atque hoc modo ferebatur. Babyl.
Menachoth 98. כל הכלים שבמקדש ארכן
לארכו של בית חוץ מארון שארכו לרחבו
של בית וכך היה מונח וכך היו בדיו
מונחין מאי קאמר הכי קאמר כך היה
מונח מדבריו כל היו מונחין ובדיו מנלן
דתניא ויאריכו הבדים יכול לא היו
נוגעין בפרוכת ת"ל ויראו אי ויראו יכול
יהו מקרעין בפרוכת ויוצאין ת"ל לא יראו
דוחקין ובולטין בפרוכת ודומין כמין שני
דדי אשה שנאמר צרור המור דודי לי בין
שדי ילין *Omnium vasorum, quæ erant in*
sanctuario, longitudo respondebat domus
longitudini, excepta arca, cujus longitu-
do respondebat domus latitudini; atque
hoc modo collocabatur, pariterque hoc mo-
do

do ejus vectes collocabantur; Quid dicit? sic dicit; ita collocabatur, ex ejus verbis; ita collocabatur; & ejus vectes unde probantur? ex eo quod scriptum est; 1. Reg. VIII. 8. Cumque eminerent vectes, & apparerent; *crederem, quod ad velum non pervenirent; idcirco dictum est;* & apparerent; *crederem, quod lacerarent velum, & egrederentur; idcirco dictum est;* Non apparebant ultra extrinsecus; *impellebant, & desinebant in velo; & erant similes duabus mammis muliebribus; dictum est enim* Cantic. 12. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur. *Maimonides* Beth Habechira III. 12. השלחן היה ארכו שני עשר טפח ורחבו ששה ששה טפחים והיה מונח אורכו לאורך הבית ורוחבו לרוחב הבית וכן שאר כל הכלי׳ שבמקדש אורכן לאורכו של בית חוץ מן הארון שהיה ארכו לרוחב הבית. *Mensæ longitudo erat duodecim palmorum, & sex latitudo, atque ita sita erat, ut ejus longitudo domus longitudini, & latitudo latitudini responderet; pariterque omnium vasorum, quæ erant in Sanctuario, longitudo domus longitudini respondebat, excepta Arca, cujus longitudo domus latitudini respondebat.* Vid. Misna *Menachoth XI. 6.*

Mensa constructa erat ex lignis Sittim; sicuti scriptum est *Exod.* XXV. 23. ועשית שלחן עצי שטים. *Facies & mensam de lignis Setim. Abarbanel* in l. c. *Exod.* ואחרי הדביר הקדוש ומקדוש תהוא המיוחד למלך לבדו שלא יכנס בו אדם היה ההיכל והיה יתב מושבו אשר שם שלחן המלך וכסא ומנורה ושם יכנסו משרתיו ועבדיו לעבודו כי היה השולחן כשולחן המלך בעושר ובמעלה רמה ומנורה נגדו ומזבח הקטרת היה במקום כסא מלכותו היו מקטורין שם קטרת סמים בבקר ובערב כמיון מה שיעשו למלכים בעת מאכלם שתי פעמים ביום בבקר ובערב והנה היה השולחן גם כן מעצי שטים כדי שיהיה נקל לאשת אותו *Post oraculum sanctum, & sanctuarium, quod uni regi erat peculiare, quo nemini ingredi licebat, erat palatium, seu templum, quod erat domus ejus habitationis, eo quod ibi erat mensa regis, thronus, & candelabrum, quo ejus ministri & servi ad ministrandum illi ingrediebantur; etenim mensa erat ad similitudinem mensæ regis in opulentia & magnificentia, & candelabrum e regione illius, & altare suffitus erat in loco solii ejus regni, ubi adolebatur suffitus aromatum mane & vesperi, uti fieri consuevit regibus tempore convivii bis singulis diebus mane & vesperi; Præterea mense exstructa erat ex lignis Sithim, ut levis esset, quo facilius portaretur.*

Ligna Sithim *Syrus* reddit אשכרעא *Ebenum, Arabs* אל סנט, *Græci* ξύλα ἄσηπτα *ligna imputribilia*, & *Esai.* XLI. 9. תאשור interpratantur πύξον *Buxum*; quam vocem *Persa* reddit שמשר. Vocem שטים *Theodotion* & *D. Hieronymus* interpretantur *spinam*. *Numer.* XXXIII. 49. אבל שטים *Abel Scithim in campestribus Moab*. Et *Jos.* II. 1. וישלח יהושע בן נון מן חשטים שנים אנשים מרגלים *Misit igitur Josue filius Nun de Sethim duos viros exploratores.* Et *Joel.* III. 18. נחל שטים *Vallis spinarum*, redditur a *D. Hieronymo*, a quo hic locus his verbis illustratur. *Est autem genus arboris in eremo, spinæ albæ simile colore, & foliis, non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores sunt, ut latissima ex illis tabulata cædantur; lignumque fortissimum est, & incredibilis levitatis ac pulchritudinis, ita ut ex his etiam vasa torcularium, quæ* ἄρσενας καὶ θηλύας *vocant, ditissimi quique & studiosissimi faciant, quæ ligna in locis cultis, & in Romano solo, absque Arabiæ solitudine, non inveniuntur.* Et ad *Michææ* VI. 5. מן השטים *a Sithim usque ad Galgal;* שטים (inquit) *est locus, in quo Balac rex Moabitarum adversum Israel congregavit exercitum,* ὁμονύμως *arboribus, quæ per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur. Nam ubi in* LXX. *vel Arca Testamenti, vel altare & Tabernaculum, ceteraque quæ de lignis imputribilibus facta referuntur, in* Hebraico *ponuntur* עצי שטים ligna Sethim, *quæ similitudinem arboris, quam nos vulgo* spinam albam *dicimus. Unde arbitror &* LXX. σχῖνον *interpretatos esse, hoc est* Lentiscum; *sed paulatim librariorum errore factum esse, ut* σχοῖνον, *id est,* Funes, *pro* σχίνοις *hoc est*, Lentiscis, *legentur*. Spina alba non inter arbores, sed inter Carduorum species recensetur; Potius de spina nigra intelligendum est, quæ ἰσχυρὰ καὶ ἄσηπτος fuit. Verum ligna Sithim cedri speciem fuisse consentiunt omnes Hebræi; a quibus varia cedrorum genera commemorantur; decem in Gemara *Rosch haschana* 23. 1. *Bava Basra* 80. 2. *Thaanith* 25. 2. Et in *Tanchumah* 35. 4. quatuor & viginti: כ״ד מיני ארזים היו ומכלם לא נבחרו אלא ז׳. *Viginti quatuor species cedrorum fuerunt, e quibus non nisi septem electæ fuerunt, sicut dicitur;* Isai. XLI. 19. Dabo in solitudinem ארז שטה והדס ועץ שמן, ponam in deserto ברוש תדהר ותאשור יחדיו simul; ומכלם לא נבחר אלא שטה בלבד שנ׳ שטה וגו׳ *Et ex omnibus nulla est præstantior quam* שטה; *sicut dicitur;* e

lignis

lignis שטים Scithim. Citrea ligna apud Veteres quanti habita sint, nemo ignorat. *Plinius* lib. XIII. cap. 15. *Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri; & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt*. *Tertullianus* lib. de Pallio cap. V. *Nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, adigo canterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum, orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa ejusdem Mauritaniæ numerat; hem quantis facultatibus æstimavere ligneas maculas!* *Plinius* iterum lib. V. cap. I. *Et quidem minus miror incomperta quædam esse equestris ordinis viris, jam vero & senatorii, nil demirantibus quam luxuriam, cujus efficacissima vis sentitur atque maxime, cum ebori citroque sylvæ exquirantnr*. Vetus Scholiastes *Juvenalis* ad verf. 138. Sat. I. *Mensis citreis, quas antiquitus magno in pretio habebant, aut de ebore*. Cicero Verrina VI. *Maximam & pulcherrimam mensam citream a L. Lutadio Diodoro omnibus scientibus abstulisti*. *Horatius* lib. VI. Od. 18.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar,
Non trabes Hymethiæ
Premunt columnas ultima recisas
Africa - - -

C. Petronius Satyrico

Ecce Afris eruta terris
Citrea mensa, greges servorum, ostrumque renidens
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum.
Quæ sensum turbant, hostile ac mobile lignum
Turba sepulta mero circumvenit. ---

Quæ maculis conspicuæ erant hujusmodi mensæ, majoris æstimatæ sunt, teste *Plinio* l. c. *Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in cortice variis, illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinæ appellantur, hoc intorto, & ideo tales pantherinæ vocantur; sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum candæ oculos imitentur*. Et paulo post. *Postea muræna nigro transcurrens limite, variisque corticum punctis apprehensus papaverum modo, & in totum atro propior color, maculæque discolores*. *Seneca* de Tranquil. animi cap. I. *Placet minister incultus, ac rudis vernula, argentum grave, rustici patris sine ullo opere & nomine artificis, & mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones populo nota, sed in usum posita, quæ nullius convivæ oculos nec voluptate moretur, ne accendat invidia*. Idem lib. de Benefic. cap. IX. *Video isthic mensas, & æstimatum lignum senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris torsit infelicitas*. *Martial.* lib. X.

Et citrum vetus, Indicosque dentes.

Idem XIV. Epigr. 89.

Accipe felices, Atlantica munera, sylvas,
Aurea qui dederit dona minora dabit.

Idem ibid. Epigr. 138.

Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum,
Orbibus in nostris circulus esse potest.

M. Lucanus lib. IX. verf. 425.

— tantum Maurusia genti
Robora divitiæ, quarum non noverat usum,
Sed citri contenta comis vivebat, & umbra.
In nemus ignotum nostræ venere secures,
Extremoque epulas, mensasque petivimus orbe.

A. Persius Sat. I.

— Non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis.

M. Varro apud *Nonium Marcellum*

In quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores.

Idem Lib. III. *de re rustic.* cap. 2. *Nuncubi hic vides citrum aut aurum?*

Merito disquiritur inter Interpretes Judæos, unde tantam copiam lignorum cedrinorum in deserto habere potuerint, quibus construentur Arca, tabernaculum mensa &c. Commentitium est, quod refert *Raschi* ad *Exod.* XXV. 5. ומאין היו להם במדבר פירש ר' תנחומא יעקב אבינו צפה ברוח הקדש שעתידין ישראל לבנות משכן במדבר והביא ארזי למצרי' ונטעם וצוה לבניו ליטלם עמהם כשיצאו ממצרי'. *Unde illa habuerunt in deserto? Explicat R. Tanchumah. Jacob pater noster prævidit per Spiritum sanctum, quod Israelitæ essent ædificaturi tabernaculum in deserto; ideoque adduxit secum cedros in Ægyptum, easque ibi plantavit, præcepitque filiis suis, ut de Ægypto egredientes secum sumerent*. Probabilius mihi videtur, quod in h. l. dicitur a R. *Abraham Aben Esra*. ועוד הנה המצרים חושבים כי לזבוח הם הולכים ואחר כן ישובו על כן השאילים ואיך יוציאו קרשים רבים אורך כל אחד מהם עשר אמות גם בריחים וגו' ומה היתה תשובה לשואליהם למה יוליכו עצים שטים והם הולכים לזבוח דרך שלשת ימים והנה לא ידענו אם קבלה היתה היא ביד אבותינו שממצרים הוציאום גם אנחנו נשור אל משמעתם ואם סברא היא

היא יש לבקש דרך אחרת ונאמר כי היה סמוך אל הר סיני יער עצי שטים ובבאם שם אמר להם ששם יתעכבו הרבה ואין עליהם ענן כאשר פירשתי אז עשה כל אחד סוכה והנשיאים עשו כדמות חצרות כל אחד כפי מעלתו וכרתו כל יער כי עם רב היה ועשו סוכות ומשה לא דבר המשכן רק אחר יום הכפורים . *Præterea Ægyptii exiſtimarunt illos egredi ad ſacrificandum, & deinde reverſuros, idcirco eos interrogaturi fuiſſent, cur aſſeres & vectes decem cubitorum ſecum deferrent? &c. quid reſpondiſſent interrogantibus, cur deferrent ligna Sithim, ſi tridui itinere progrederentur ad ſacrificandum? ſed ignoramus, an per traditionem aliquam a patribus acceptam habuerint, quod ex Ægypto illa ligna ſecum adduxerint; ſi ita eſt, decet ut & nos eam recipiamus; ſi vero ſit opinio duntaxat alia erit quærenda reſpondendi ratio. Dicimus itaque prope montem Sinai fuiſſe ſylvam lignorum Cedrinorum; ad hanc cum veniſſent, dixit ipſis Moſes, illos moram longam illic facturos ſine nube, ſicut explicavi; Tunc ſibi quiſque conſtruixit tabernaculum, illudque principes fecerunt ad inſtar atriorum, unuſquiſque juxta dignitatem ſuam, totamque ſylvam ſucciderunt, quia plurimus erat populus; ſibique fecerunt tabernacula; Moſes autem nihil ipſis dixit de tabernaculo conficiendo, niſi poſt diem expiationum.* Nec minus probabilis videtur ſententia *Abarbanelis* f. 190. והיותר נכון הוא שהיו באים עמים מכל הסביבות אל מחנה ישראל למכור כל מיני סחורות ומשם קנו השמן למאור והבשמים ושמן למשחה ולקטרת כי אין לחשוב שהוציאו כל זה ממצרים ומשם גם כך קנו שטים . *Rectius eſt, ut dicamus veniſſe ex omnibus circumjacentibus regionibus populos in caſtra Iſraelitarum, qui ipſis omnis generis merces adveherent, & venderent. Ab his compararunt oleum ad luminare, aromata, oleum unctionis, ſuffimenta ad adolendum. Non enim exiſtimandum eſt, illos hæc omnia ex Ægypto tuliſſe. Et ab his compararunt etiam ligna Scithim.*

Ligna hæc auro puriſſimo obducenda erant; ſicut dictum eſt *Exod.* l. c. וצפית אותו זהב טהור *Et inaurabis eam auro puriſſimo*. Ubi *Abarbanel* ואמר וצפית אותו זהב טהור ר״ל שיהיה השולחן כלו בעליון ובתחיון כל העץ מצופה מכל צד מזהב טהור מזוקק שאין סיגים מעורבים בו . *Pariterque dictum eſt*; Et obduces eam auro puriſſimo; *id eſt, ut omne lignum menſæ tam ſuperius quam inferius ab omni latere obducatur auro puriſſimo, defæcato, ubi ſcorea & rejectamenta non miſceantur.* Sicut varia cedrorum genera, ita pariter multas auri ſpecies Judæi fuiſſe referunt, Babyl. *Joma* 44. אמר רב חסרא שבעה זהבים הן זהב וזהב טוב זהב אופיר וזהב מופז וזהב שחוט וזהב סגור וזהב פרוים זהב וזהב טוב דכתיב וזהב הארץ ההיא טוב זהב אופיר דאתי מאופיר זהב מופז שדומה לפז זהב שחוט שנטוה בחוט זהב סגור בשעה שנפתח החנויות נסגרות זהב פרוים שדומה לדם הפרים . *Dicit R. Chaſda; ſeptem ſunt auri ſpecies; aurum, & aurum bonum, & aurum Ophir, & aurum Muphaz, & aurum ductile, & aurum Segur, & aurum Parvaim; aurum, & aurum bonum; ſcriptum eſt enim* Geneſ. II. 12. Et aurum terræ illius optimum eſt; *aurum Ophir, quod affertur ab Ophir; aurum Muphaz, quod ſimile eſt auro purgatiſſimo, & aurum quod filo netur; aurum Segur, quando aperitur, omnes officinæ clauduntur; aurum Parvaim, quod juvencorum ſanguini ſimile eſt.* Hieroſ. *Joma* 41. 4. שבעה זהבים הן זהב טוב זהב טהור זהב סגור זהב מופז זהב מזרקק זהב שחוט זהב פרויים זהב טוב כמשמעו וזהב הארץ ההיא טוב . *Septem erant ſpecies aurorum, aurum bonum, aurum purum, aurum Segur, aurum Muphaz, aurum depuratum, aurum ductile, aurum Parvaim; aurum bonum juxta ſenſum literalem*; Geneſ. I. 12. Et aurum terræ illius optimum eſt.

Menſa patebat duos cubitos in longitudine, & cubitum in latitudine, & cubitum cum dimidio in altitudine; ſicut dictum eſt *Exod.* l. c. אמתים ארכו ואמה רחבו ואמה וחצי קמתו ; *habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem*. Ubi *Abarbanel.* והיה אמתים ארכו כאלו יאכל עליו אדם אחד בלבד כי רוחב האדם הוא אמה ונשאר חצי אמה מזה וחצי אמה מזה לשתי מערכות הלחם נשאר מקום פנוי לאכיל שמה והיו כל אחת משתי מערכות שש חלות לחם כנגד ששת הימים שהיה המן יורד לישראל שצריך לחם אחד בבקר לכל אחד מהם ולחם אחד בערב והיו י״ב לחם אך ביום השבת יערכנו הכהן לפני יי׳ מפני שלא היה יורד בו לחם מן השמים והיה השלחן אמה רחבו כדי שהיה המקום הנשאר פנוי לפני האוכל אמה והיה אמה וחצי קומתו כדי שיהיה השולחן בקומת אדם עד טיבורו כי קומת כל אדם שלש אמות ומן הרגלים אשר בארץ עד הטיבור הם אמה וחצי האמה ומזה תדע שלא בחר הקדוש ברוך הוא שיהיה שולחנו נמוך ועל פני הארץ כמו שאוכלים בני קדר אלא שיהיה השולחן גבוה מן הארץ למנהג היום באלו הארצות האוכלים על שולחנות נבוהים

נבוהים וכל שכן הגדולים והמלכים מהם כי הוא באמת המנהג המשובח והמתיחס אל הכבוד. Habentem duos cubitos longitudinis ; *quasi unus homo tantum in ea comedere posset ; etenim latitudo hominis est unius cubiti ; reliquus est hinc dimidius cubitus , & illinc dimidius cubitus pro duabus ordinationibus panis ; ut relinqueretur locus vacuus in ea comedenti . Quavis ex duabus ordinationibus continebat sex placentas contra sex panes ; quum descenderet manna Israeli , necessarius erat singulis alter panis mane , & alter vesperi ; qui erant duodecim panes in sex diebus ; verumtamen in Sabbatho ordinabat illos sacerdos coram Domino , eo quod illo die non descendebat panis de cœlo . Et mensæ latitudo erat unius cubiti ; ut relinqueretur spatium inane coram comedente unius cubiti quaquaversum . Et ejus altitudo erat unius cubiti cum dimidio ; ut mensa esset juxta hominis altitudinem usque ad umbilicum ; etenim cujusque hominis altitudo est trium cubitorum ; & a pedibus in terra consistentibus usque ad umbilicum altitudo erit unius cubiti cum dimidio ; Et hinc innotescit , quod Deus S. B. non elegerit mensam humilem , & in facie terræ , eo modo quo comedunt filii Cedar ; sed ut mensa alta esset ab humo , juxta hodieraam consuetudinem in his regionibus , ubi comedunt in altis mensis , præcipue Magnates , & Reges ; quæ quidem consuetudo est laudabilior , & dignitati convenientior* . Judæi Interpretes dissentiunt in definienda mensæ longitudine ; alii duodecim , alii decem palmis pro varietate cubitorum volunt patuisse . Babyl. *Menachoth* 96. השלחן ארכו עשרה א״ר יוחנן לדברי האומר טפחיים ומחצה קופל נמצא שלחן מקרש חמשה עשר טפחים למעלה לדברי האומר טפחיים קופל נמצא שלחן מקרש חמשה עשר טפחי׳ למעלה והאיכא קנים קנים שקועי משקע להו מ״ט משום איעפושי לחם סוף סוף קא מיעפש לחם דמנכה ליה פורתא להאיכא ההוא פורתא כיון דלא הוי טפח לא חשיב ליה והאיכא בזיכין דלחם הוו יתבי ולברי לחם הוו קיימי והאיכא קרנות קרנות לגויה דלחם כייף להו ולחם עליהו נח ליה והאיכא מסגרתו למאן דאמר מסגרתו למטה הית׳ ולמאן דאמר מסגרתו למעלה הית׳ פרקודי הוה מפרקרא ולחם בנייה דשלחן הוה יתיב כדתניא ר׳ יוסי אומר לא היו שם סניפין אלא מסגרתו של שלחן מעמדת אמרו לו מסגרתו למטה היתה . *Et mensæ longitudo decem palmorum : Respondit R. Jochanan verbis dicentis ; duplicari duos palmos cum dimidio , deprehendetur mensa sanctificasse superius quindecim palmos ; juxta verba illius qui dicit ; duos palmos duplicabatur ; deprehendetur mensa superius sanctificasse quindecim palmos . Nonne erant ibi cannæ ? Cannæ penetrabant* inter panes . *At qua de causa ibi erant cannæ ? Ne mucesceret panis .* Tandem (cum cannæ inter panes penetrarent) *mucuisset panis ; parum extollebantur ; verum erat illud parvum spatium ; sed cum esset minus palmo , non computabatur . Nonne erant ibi acerræ ? Acerræ collocabantur inter panem , & una cum pane considerabantur . Nonne erant ibi cornua ? Cornua intra panem duplicabantur , atque illis panis imponebatur . Nonne erat clausuram juxta opinionem ejus qui dicit , clausura erat inferius , & juxta opinionem ejus qui dicit , clausura erat superius ? supine omnino posita erat , & panis in ipsa mensa collocabatur . Juxta traditionem ; R. Jose dicit ; non erant ibi furculæ , sed clausura statuebat panem ; Respondèrunt illi , clausura erat inferius* . Sed clarius hæc controversia illustratur ex ipsius Misnæ textu Menachoth XI. 5. השלחן ארכו עשרה ורחבו חמש לחם הפנים ארכו עשרה ורחבו ה׳ נותן ארכו כנגד רחבו של שלחן וכופל טפחיים ומחצה מכאן וטפחיים ומחצה מכאן נמצא ארכו ממלא כל רחבו של שלחן דברי ר׳ יהודה ר׳ מאיר אומר השלחן ארכו שנים עשר ורחבו ששה לחם הפנים ארכו עשרה ורחבו חמשה נותן ארכו כנגד רחבו של שלחן וכופל טפחיים מכאן וטפחיים מכאן וטפחיים ריוח באמצע כדי שתהא הרוח מנשבת ביניהם . *Mensa patebat in longitudine decem , & in latitudine quinque palmos ; panis facierum patebat in longitudine decem , & in latitudine quinque palmos ; opponatur ejus longitudo latitudini mensæ , & duplicatur hinc duos palmos cum dimidio , & illinc duos palmos cum dimidio , deprehendetur ejus longitudo implevisse totam latitudinem mensæ ; verba R. Jehudæ . R. Meir dicit ; mensæ longitudo erat duodecim palmorum , & sex latitudo ; panis facierum longitudo erat decem , & quinque latitudo , opponatur ejus longitudo latitudini mensæ , & duplicetur duos palmos hinc , & illinc duos palmos , & sit in medio spatium duorum palmorum , ut ventus inter eos penetrare possit* . Ubi *Raschi* ורחבו ה׳ כדכתיב אמתים ארכו ואמה רחבו ור׳ יהודה לטעמא דאמ׳ אמת כלים באמת בת ה׳ ונותן ארכו של לחם כנגד רוחבו של שלחן וכופל הלחם טפחים ומחצה למעלה מכאן ומכאן והן הן הקרנות ונמצא זקופות בשוה לשפת השלחן ולמ״ר כמין ספינה רוקדת הוו הנך דפנות הולכות וזוקפות בשיפוע ונמצא ארכן ממלא רחבו של שלחן ורחבן מחזי׳ חצי אורך השלחן

רכשהיה סדר האחר אצלו נמצא שלחן כולו מלא אורכו יב̈ רבי מאיר לטעמיה דאמר כל האמות היו בבינוניות והלחם עשרה דבהא לא פליג וטפחים ריוח כאורך השולחן פשו להו טפחים והם ריוח בין סדר לסדר שתהא רוח מנשברת בהם שלא יתעפוש' אבא שאול אומר שם באותו ריוח שבין סדר לסדר בו בזיכים על המערכת על ממש ועליו מטה הוי אותו על בסמוך המופצלין לתת ראשי הקני' באותן פיצולין והרבה פיצולין יש בהן למניין דקני' כ̈ח קנים בגמ' מפרש כמה קנים ללחם לא סידור הקנים במערכת החרשה ולא נטללתן מעל הישנה דוחה שבת שומטן מבין לחם רלחם ומניחן לאורכו של שלחן ולמחר מסדר הלחם ולמוצאי שבת נותן הקנים בין כל לחם ולחם כמשפטן.

Et ejus latitudo quinque palmorum ; sicut scriptum est ; habentem duos cubitos longitudinis , & in latitudine cubitum ; *Et R. Jebuda juxta opinionem suam dicit ; cubitum vasorum fuisse sex palmorum ; & opponatur longitudo panis latitudini mensæ , & duplicetur panis duos palmos cum dimidio hinc inde & hæc erant cornua ; deprehendentur æqualiter erecta fuisse ad oram mensæ ; & juxta opinionem ejus qui dicit ad similitudinem navis exsilientis ; ista latera adscendebant , & erigebantur in declivitate , & deprehendebatur eorum longitudo implevisse latitudinem mensæ , & eorum latitudo respexisse dimidiam longitudinem mensæ ; & quando prope illum alter ordinabatur , deprehendebatur tota mensa repleta fuisse . Ejus longitudo erat duodecim palmorum. R. Meir juxta opinionem ejus , qui dicit ; omnes cubitos fuisse mediocres , & panem fuisse decem palmorum . In hoc non est dissensus . Et duorum palmorum spatium inane erat in medio inter duos ordines , & spatium panis non erat nisi quinque palmorum ; & duo ordines comprehendebant decem palmos juxta longitudinem mensæ in reliquis duobus palmis erat spatium inane inter unum & alterum ordinem ut ventus inter illos penetraret , ne mucescerent . Aba Saul dicit , in eo spatio inani inter unum & alterum ordinem impositas fuisse acerras , uti particula* על *simpliciter intelligenda est ; sicuti dictum est* Num. II. 20. Et super eo tribus , *ubi particula* על *designat* prope . *Furculæ fissæ : in quibus fissuris ponebantur capita cannarum , multæque erant fissuræ juxta numerum cannarum : viginti octo erant cannæ ; in Gemara exponitur ; quotnam erant cannæ pro pane facierum? Neque dispositio cannarum in nova ordinatione , neque earum ablatio ab veteri pellebat sabbathum ; removebantur ab eo spatio , quod intererat inter unum & alterum panem , & collocabantur ad longitudinem mensæ ; & postridie ordinabatur panis , & exeunte Sabbatho collocabantur cannæ inter panes juxta institutum.*

Præterea mensæ facienda erat corona, quæ illam circumiret ; uti dictum est l. c. *Exod.* ועשית לו זר זהב סביב. Et paulo post ועשית זר זהב למסגרתו סביב . *Faciesque illi coronam auream per circuitum . Faciesque coronam auream clausuræ in circuitu ; sic Hebræus .* Nonnulli ex Judæis interpretibus unam mensæ fuisse coronam contendunt , quæ clausuram circumiret . *Raschi* in h. l. ועשית זר זהב הוא זר האמור ופירוש לך כאן שעל המסגרת היתה . Faciesque coronam auream ; *hæc est corona , quæ jam commemorata est ; tibique hoc loco explicatur , quod esset super clausura . Aben Ezra* ibid. ועשית זר זהב עתה פי' כי הזר שהזכיר בתחלה יהיה סביב המסגרת. Faciesque coronam auream ; *Nunc explicatur , quod corona , quæ a principio commemorata est , clausuram circumiret .* Rectius *Abarbanel* in h. l. duas probat fuisse coronas . ואמר ועשית בו מסגרת ונו' להגיד שבעליון השלחן מצר חוץ יעשה זר אח' סביבו ולפנים מן הזר יעשה המסגרת מעצי שטים ורוחב טפח מכל צד ועוד יעשה זר אחר סביב למסגרת ואין ספק שיהיה גם כן מצופה זהב והיה החיצון כדי שהמסגרת אשר עליו היה קיים במקומו ולא יזוז ולא יפול והיה המסגרת והזר הפנימי כדי שלא יזוז לחם הפנים מהמערכה ולא יפול לכאן לכאן. *Pariterque dictum est ;* Faciesque illi labium &c. *ad demonstrandum , in parte superiori mensæ exstrinsecus factam fuisse unam coronam , quæ mensam circumiret ; & ab corona & interius factum fuisse labium ex lignis sithim , ejusque latitudinem in singulis lateribus fuisse palmarem . Præterea facta fuit altera corona , quæ labium circumiret ; neque dubium est fuisse hanc quoque auro obductam ; & erat exterior , ut labium , quod erat super ea , firmiter statueretur in loco suo , ne dimoveretur , & laberetur ; Eratque labium , & corona interius , ne dimoveretur ab ordinatione panis facierum , neque hinc inde laberetur .* Quanta fuerit coronæ mensura in Scriptura non definitur . Hierosl. *Suca* 51. 4. ועשית זר זהב למסגרתו סביב מה כאן כל שהוא אף כאן כל שהוא ; Faciesque labio coronam auream in circuitu ; *sicut eo loco , in quavis quantitate , etiam hoc loco in quavis quantitate .* Hierosl. *Schabath* 2. 4. ועשית זר זהב למסגרתו סביב מה כאן כל שהוא אף כאן כל שהוא . Faciesque labio coronam auream ; *sicut eo*

loco in quavis quantitate , in hoc loco pariter in quavis quantitate . Schilthe Haggibborim cap. XXXII. ועשית לו זר זהב ר״ל שיקיף בו סבוב זהב גבוה מעט כמו שנהוג בשלחנות היפות לעשותם בזה התואר כדי שיחזיקו דברים אשר ישימו עליו ולא יפלו ממנו Faciesque illi coronam auream ; *id est ut illam circumeat ad instar circuitus aurei , qui paulum emineat ; uti fieri consuevit in pulchris mensis hac ratione , ut comprehendant ea, quæ ibi collocantur , ne ab ea dilabantur*.

2. Paral. III. ab verf. 10. *usque ad 14. & videbitis, quod nullo modo nominetur dextra & sinistra in occidente, quamvis eo loci facile exprimi poterat; quia oraculum erat quadratum perfectum, sicut in eodem libro scriptum est vers.* 8. Cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum; *si protrahatur linea recta ab dimidia longitudine occidentis usque ad dimidiam longitudinem orientis, & si collocentur hinc inde Cherubini ab linea recta protracta; plane videbis alterum Cherubinum fuisse collocatum in angulo occidentali australi, & alterum in angulo occidentali aquilonari; Hinc plane & constanter deduci potest non fuisse expressam in lateribus dextram & sinistram propter longitudinem, nisi aliquid ibi sit, cujus causa hæ conditiones ipsius gratia, non vero, absolute commemorentur. Nunc vero, sicut ex parte longitudinis vobis demonstravi, non esse in quatuor lateribus dextram & sinistram, pariter demonstrandum mihi vobis erit ex parte latitudinis non esse dextram & sinistram; omnis enim latitudo australis vocatur auster, & omnis latitudo septentrionalis appellatur septentrio, donec omnino perveniant omnes latitudines ad latitudinem lateris, quod e regione illarum collocatum est; Atque in hoc est mihi testis fidelis, & propheta Domini sc.* Ezechiel cap. XLVII. 17. Et erit terminus a mari usque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Emath plaga septentrionalis; *sc. quod terminus erit ab omnibus lateribus plaga septentrionalis, i. e. ab initio latitudinis aquilonaris usque ad terminum Emath, qui pariter est in latitudine aquilonari; neque dicitur in latitudine septentrionali septentrio usque ad Emath, qui est dextra aut sinistra ab aquilone; sed nominatur omne latus septentrionale vocabulo septentrionis, nulla facta mentione dextræ & sinistræ. Neque in latitudine orientali, & australi, & occidentali declinat ad dextram, aut sinistram ex eo quod scripsit in latitudine aquilonari; Etenim de oriente dicit:* Porro plaga orientalis de medio Auran & de medio Damasci & de medio Galaad, & de medio terræ Israel Jordanis disterminans ad mare orientale, metiemini etiam plagam orientalem, *cum reliqua latitudine addita, quæ pariter est latus orientale. Similiter de plaga australi dicitur:* Plaga autem australis meridiana a Thamar usque ad aquas contradictionis Cades, & torrens usque ad mare magnum, & hæc est plaga ad meridiem australis. *Præterea reliqua erat ex eadem latitudine pars, quæ non erat mensurata usque ad finem lateris australis. Et de latere occidentali dicitur.* Et plaga maris mare magnum a confinio per directum, donec venias Emath, hæc est plaga maris, sive occidentis; *sc. totum mare magnum usque ad terminum proximum contra Emath, vocabatur latitudo occidentalis; Testimonio textuum* Ezechielis *officio meo functus sum, ostendique perexacte, sicut non erat dextra & sinistra in longitudine partium, ita pariter respectu earum latitudinis, non esse commemorandam neque numerandam in quatuor lateribus dextram & sinistram, uti diximus. Quod spectat ad secundum, sc. quod remotum fuerit candelabrum & mensa Mosis a templo, fueritque absconditum in thesauris domus Domini; hac de causa animo doleo, quod noluerint consentire verbis Rabinorum nostrorum f. m. qui necessario collocant candelabrum & mensam Mosis in sanctuario, sicut dictum est. Et juxta opinionem nostrorum sapientum f. m. quamvis facta fuerint decem alia candelabra, & decem mensæ, non idcirco removerunt candelabrum & mensam Mosis, ut societatem haberent in hæreditate Sanctuarii Domini. Equidem permissum fuit David, uti deduci potest ex eo, quod scriptum est* 1. Paral. XXVIII. *de summa vasorum, quæ ibi commemorantur, accendere, & disponere super omnibus vasis, quæ similia erant Mosaicis tam in magnitudine, quam in usu, si pariter cum his fuissent vasa, que fecit Bezalel, excepto altari exteriori, quod erat minus altari, quod fecit Salomon, quod absconditum fuit; quia non fuit permissum offerre adipem & sanguinem, nisi super uno altari in sanctuario duntaxat, non vero super multis excelsis; neque suffitus adolebatur nisi super uno altari, uti constat & notum est omnibus, qui nomine Israelis insigniti sunt; idcirco absconditum fuit cum altari exteriori Domini permissu, quia æquale erat Mosacio; & facta sunt ejus præcepto denuo duo altaria, ne hæc altaria otiosa in templo remanerent; Pariterque permissum fuit David alia facere vasa, quæ non fecerat Mose, propter ornatum & dispositionem rerum, quæ sanctuario necessariæ erant, ut ibid. scriptum est; omne scriptum est manu Domini, mihique significavit. Fortasse dicet opponens, hanc expositionem dextræ & sinistræ rectam videri posse, juxta situm duarum serierum, quarum altera erat altera interior, uti nostris oculis exposuerunt; sitque dextra & sinistra respectu candelabrorum, aut mensarum, non*

ratio-

ratione intervalli laterum; Non equidem scio quisnam facultatem illi dederit refellendi verba nostrorum sapientum f. m. quæ justa sunt; cum dicant quinque ad dextram candelabri aut mensæ Mosis &c. Ut locum & autoritatem suis verbis simplicibus compararent, quæ uni tantum ratiocinio innituntur. Sed revertamur ad locum unde digressi sumus, sc. ad id quod dixit noster præceptor in candelabro, in quo juvenimus objectionem, uti scripsimus; quoniam quam maxime doleo omnino in hoc argumento ejus opinionem, præsertim cum nonnulli ex nostris sapientibus cum eo sentiant, collocatum fuisse in latitudine domus; idcirco dixi mihi ejus rationem inquirendam; omnique virtute servabo omnes conditiones necessarias circa dispositionem eorum vasorum in templo, neque declinabo ad dextram & sinistram. Prima conditio ea fuit, ut mensæ & candelabra statuerentur ab tertia parte templi & interius uti dictum est in Tosaphtha Joma cap. II. *Secunda fuit conditio, ut distarent candelabra ab pariete australi, & mensæ ab aquilonari duos cubitos cum dimidio, uti pariter scripserunt nostri sapientes* Joma cap. III. *Tertia fuit conditio; ut ab lateribus mensæ & candelabra distarent inter se, ut spatium esset inane Sacerdotibus, quo ministerio suo fungi possent; idcirco inter candelabra erat spatium sacerdoti, qui removebat cinerem, & præparabat, & extollebat lucernas juxta consuetudinem, & inter mensas erat spatium sufficiens quatuor sacerdotibus, qui ingrediebantur, ut ordinarent panem & acerras ab una parte, & ab alia parte aliis quatuor sacerdotibus, uti videre est in tractatu* Menachoth XI. 7. *Quarta fuit conditio, ne vasa terminum definitum transilirent, ita ut omnia candelabra sita essent in austro, & mensæ in aquilone. Quinta fuit conditio, ut mensæ collocatæ essent in longitudine ad latitudinem templi, & candelabra in latitudine ad longitudinem templi; Sexta fuit conditio, ut inter unam & alteram mensam, & inter unum & alterum candelabrum tantum esset spatii inanis, ut distingueretur duas mensas, & duo candelabra, non unam mensam, & unum candelabrum confuse fuisse. Ego primum constituam ordinem mensarum, ut ex iis convenienter candelabrorum ordo cognosci possit. Nunc vobis mente fingite, unam ex decem mensis sitam fuisse ad longitudinem templi in latere aquilonari in tertia parte templi, quæ patebat tredecim cubitos & duos palmos, remotam a porta templi, atque ita protractam, ut distaret a muro duos cubitos cum dimidio, sicut conveniebat; & ab ea in spatio cubiti cum dimidio, remotam pariter ad templi longitudinem in linea recta statuite mensam Mosis, ejusque longitudo opponatur latitudini templi; & post intervallum cubiti cum dimidio a mensa Mosis collocate pariter in linea recta in latitudine templi aliam ex decem mensis additis in longitudine mensæ, tunc deprehendetis tertiam mensam collocatam in hac linea, pervenisse ad finem octavi cubiti & dimidii latitudinis aquilonaris, & non amplius. Posthac ad longitudinem mensæ primæ, quæ ita sita erat, ut distaret duos cubitos cum dimidio a pariete aquilonari, statuetis aliam mensam in intervallo duorum palmorum ad longitudinem templi, ne mensæ simul conjunctæ videantur; pariterque in linea recta ad longitudinem templi præterea collocate ante illam tres alias mensas, quarum altera ante alteram sita sit, cum intervallo duorum palmorum, uti dictum est: Similiter in linea recta cum memorato intervallo statuite quatuor alias mensas, quarum altera ante alteram sita sit ante tertiam mensam, quæ collocata est in cubito octavo in latitudine templi; tunc vobis erunt quinque mensæ in una serie, & quinque in altera serie collocatæ ad latitudinem templi, eritque mensa Mosaica inter duas mensas primas, aut si velitis, inter duas ultimas mensas, quæ perveniebant ad 24. cubitos, & 4. palmos ab longitudine templi procul omnino a velo quindecim cubitos & duos palmos; hic vobis erit ordo mensarum &c. Ecce altare aureum & candelabrum & mensa, hæc tria omnia collocata erant ab tertia parte templi & interius contra velum, & altare suffitus paulo protractum erat ad orientem; dictum est enim* Exod. XL. 22. Et candelabrum e regione mensæ; *ut mensa & candelabrum se mutuo respicerent. Ceterum longitudo templi patebat quadraginta cubitos uti vobis notum est; nunc si ab latere aquilonari in templo statuentur decem mensæ in templo altera prope alteram ad longitudinem domus, uti decet, una cum intervallo duorum palmorum inter unam & alteram mensam, videbitis nobis fore necessarios viginti quinque cubitos longitudinis templi; addite his tredecim cubitos & duos palmos, quod spatium comprehendebat tertiam partem longitudinis templi, tunc deprehendetis ultimam mensam sitam ab tertia parte templi & interius, fuisse remotam a velo cubitum & quatuor palmos.*

Ex Judæis Interpretibus alii putant, alii

alii negant in decem mensis Mosis collocatos fuisse panes. Hierosſ. *Scekalim* 50. אף על פי כן לא היה מסדר אלא של משה בלבד שנ' את השולחן אשר עליו לחם הפנים ר' יוסי בי ר' יהודה אומר על כולום היה מסדר שנ' את השלחנות ועליהם לחם הפנים . *Quamvis ita sit, non disponebatur panis nisi super una mensa Mosaica duntaxat ; dictum est enim* I. Reg. VII. 48. Et mensam super quam ponerentur panes propositionis. *R. Jose discipulus R. Jehuda dicit ; super omnibus ordinabatur panis ; dictum est enim* 2. Paral. IV. 19. & mensas & super eas panes propositionis. Tosaphta *Menachoth* XI. 6. עשרה שולחנות עשה שלמה שנ ויעש שולחנות זהב עשר ואף על פי כן לא היו מסדורין אלא על משה שנ' ואת השולחן אשר עליו לחם הפנים וגו' ר' יוסי בר ר' יהודה אומר על כל השלחנות היו מסדירין שנ' את השולחנות ועליהם לחם הפנים וגו' משום ר' אלעזר בן שמעון אמרו מה ת"ל את השולחנות ועליהם לחם הפנים זהב זה שלחן גדול של זהב שהיה לפנים מבהיכל ושולחן שהיה באולם על פתחו של בית שעליו היו נותנין לחם הפנים ישנה . *Decem mensas fecit Salomon ; dictum est enim* 2. Paral. IV. 8. Nec non & mensas decem aureas ; *quamvis non ordinarent panem nisi super mensa Mosaica tantum ; dictum est enim* I. *Reg.* VII. 48. & mensam super quam ponerentur panes propositionis &c. *R. Jose filius R. Jehuda dicit ; super omnibus mensis ordinabant panem ; dictum est enim* 2. Paral. IV. 19. & mensam & super eas panes propositionis &c. *Nomine R. Eleasaris ben Simeonis dixerunt ; cur dictum est ;* mensas, & super eas panes propositionis, aureas? *Hæc est mensa aurea, quæ erat intra templum, & mensa quæ erat in vestibulo, ad portam domus, cui vetus panis facierum imponebatur*. Babyl. *Menachoth* 99. עשרה שלחנות עשה שלמה ולא היו מסדרין אלא על של משה שני ואת השלחן אשר . עליו לחם הפנים זהב וגו' ר' אלעזר בן שמוע אומר על כולום היו מסדרין שנ' את השולחנות ועליהן לחם הפנים וגו' ר' יוסי בר יהודה אומר לא היו מסדרין אלא על של משה אלא מה אני מקיים ואת השלחנות אשר עליהם לחם הפנים זהב אלו שלשה שולחנות שהיו במקדש שנים שהיו באולם מבפנים לפתח הבית אחד של כסף ואחד של זהב על של כסף נותן לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקודש ביציאתו שמעלין בקודש ולא מורידין אחד של זהב בפנים שעליו לחם הפנים תמיד . *Decem mensas fecit Salomon, & non ordinabant panem nisi super Mosaica tantum ; dictum est enim* I. Reg. VII. 48. & mensam, super quam ponerentur panes propositionis, auream &c. *R. Eleasar ben Simeonis dicit ; super omnibus ordinabant ; dictum est enim* 2. Paral. IV. 19. Et mensas & super eas panes propositionis &c. *R. Jose bar Jehuda dicit ; non ordinabant nisi super Mosaica tantum ; verum quomodo explicabo*; Et mensas & super eas panes propositionis, aureas? *Hæ sunt tres mensæ, quæ erant in Sanctuario, duæ sitæ erant in vestibulo intra portam domus, quarum altera erat argentea, & altera aurea ; super argentea collocabantur panes, quum inferrentur, & super aurea, quum efferrentur ; etenim adscendunt non descendunt in Sanctuario ; In tertia aurea, quæ erat in parte interiori, imponebatur continuo panis facierum*. *Kimchius* ad l. cit. I. Reg. VII. 48. ועל כל השלחנות היו מסדרין ואף על פי שיש מחלוק' בזה בדברי רז"ל הנורה מן הפסוקים כן הוא . *Et super omnibus mensis ordinabant panem ; quamvis in hoc sit dissensus in verbis sapientum nostrorum* f. m. *tamen videtur ex textibus ita factum fuisse*. *Schilte Haggibborim* ibid. ועתה הואיל כי עלה בלבי לכתוב לכם בפרק זה סדור השלחנות ומנרות לארך הבית כתקנן גמרתי אומר לחזור ולכתוב לכם כאן שתי הסוגיות מש̇לם שבאו על זה מרבותינו ז"ל בגמרת מנחות פרק שתי הלחם שהן אלו תנו רבנן עשרה שלחנות עשה שלמה שנ' ויעש שלחנות עשרה וינח בהיכל חמשה מימין וחמשה משמאל ד"ה ב"ד ואם תאמר חמשה מימין הפתח וחמשה משמאל הפתח אם כן מצינו שלחן בדרום והתורה אמרה והשלחן תתן על צלע צפון אלא של משה באמצע חמשה מימינו וחמשה משמאלו עשר שלחנות עשה שלמה ולא היו מסדרין אלא על של משה שנ' ואת השלחן אשר עליו להם הפנים זהב מלכים א"ז ר' אלעזר בר' שמעון אומר על כלן היו מסדרין שנ' ואת השלחנות ועליהן לחם הפנים ד"ה ב' ד' ר' יוסי אומר לא היו מסדרין אלא על של משה אלא מה אני מקיים ואת השלחנות אלו שלש' שלחנות שהן במקדש שני שהיו באולם לפנים לפתח הבית אחד של כסף ואחד של זהב על של כסף נותן לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעליך בקדש ולא מורידין ואחד של זהב בפנים שעליו לחם הפנים תמיד וגו' וראשונה סשלחן מפני שהכתובים מסייעין אותו דכתיב ועליהם לחם הפנים דמשמע תמיד ולא לפי שעה ומה שכתוב במלכי' אשר עליו לחם הפנים זהב הוא או מפני שעדיין לא עשה שלמה העשרה שלחנות ולכן בספר מלכים לא נזכרו כלל שלחנות רבות אלא שלחן אחד אף בד"ה נזכרו או מפני שואה השלחן אשר עליו לחם הפנים הוא שם כולל כמו ויהי לי שור וחמור

צאן ועבד ושפחה׳ כאשר כתב רדק״ ז״ל ושלמה סדר הלחם על כל השולחנות ואם אמת היו דברי ר׳ יוסי שהשלחנות שנזכרו ברה״ היו השלשת שלחנות שבאולם ושבהיכל ושלא היו מסדרים אלא על של משה למה עשה שלמה׳ עשרה שלחנות אחרות על השלחן הזה שהיה בהיכל להעמודים שם בלי לחם הלא כתיב בשלחן ונתת על השלחן לחם פנים לפני תמיד שמות כה״ ויערך עליו ערך לחם לפני ה׳ שמות מ׳ ושמת אותם שתים מערכות כו׳ על השלחן הטהור לפני ה׳ ויקרא כד׳ ועוד שם ביום השבת ביום השבת יערכנו לפני ה׳ תמיד ואם היו השלחנות בלי לחם מימין שלחנו של משה ומשמאלו שהם בלי ספק מפסיקים בין שלחן של משה ובין הפרכת איך יקרא שלחן של משה ערוך לפני ה׳ וגם בהדלקת המנרות יפה דברי ר׳ אלעזר בר שמעון לסבות דומוד לנזכרות בשלחן ועוד כי הפסוק שבה ברה״ ר׳ זכר הדלקת המנורה כמותו ואם ברה״ ב׳ יג׳ כתיב את מנורת הזהב ואת נרותיהו אין בכך כלום כי זה אינו ספור הכתו׳ אבל היו דברי אביה בן רחבעם לירבעם בן נבט דפקר טפי שלא רצה אביה להזכיר עשרה מנרות שלא נצטוו בתורה׳ כדי שלא ליתן פתחון פה לירבעם לומר כי גם יהודה היו עוברים את פי ה׳ להוסיף על הדבר אשר צוה וכבר כתוב בתורה את כל הדבר אשר אנכי מצוה אתכ׳ אותו תשמרו לעשות לא תוסף עליו ולא תגרע ממנו דברים יג׳ על כן טוב הוא שנ׳ עם ר׳ אלעזר בר שמעון שהיו עורכין ערך לחם לפני ה׳ על האחד עשר שלחנות וכן שהיו מדליקין האחד עשר מנורות ככתוב ברה״ ואם תרצה לדעת אתה הקורא כי כנים דברי ושיש לי בזה על מה׳ להסמך דוק במדרש תדשא כי תשכח שם כתוב כדברים האלה אעפ״ שעשה שלמה עשר שלחנות לא היה מסדר לחם הפנים תחלה׳ אלא על של משה שנ׳ ואת השלחן אשר עליו לחם הפנים ואחר כך היה׳ מסדר על כלן שנ׳ והשלחנות ועליהן לחם הפנים ואעפ״ שעשה שלמה עשר מנרות לא היה מבעיר תחלה׳ אלא על של משה שנ׳ ומנורת הזהב ונרותיה ואחר כך היה מבעיר כלם שנ׳ ואת המנרות ונרותיהם לבערם כמשפט כו׳. *Nunc cum mihi venerit in mentem scribere in hoc capite de ordine mensarum & candelabrorum ad longitudinem templi, uti conveniebat; constituti hic vobis adducendos iterum duos textus integros, de quibus actum est in Gemara* Menachoth XI.*a nostris Rabinis f. m. & hi sunt, qui sequuntur. Tradiderunt magistri; decem mensas fecit Salomon, & posuit in templo, quinque ad dextram, & quinque ad sinistram;* 2. Paral. IV. 8. *si dices quinque ad dextram & quinque ad sinistram portæ; si ita est deprehendemus mensam in austro, cum in textu dicatur;* posuit & mensam ad plagam septentrionalem. *Verum Mosaica sita erat in medio, quinque ad ejus dextram; & quinque ad ejus sinistram. Decem mensas fecit Salomon, verum non ordinabant panem nisi super Mosaica; dictum est enim* 1. Reg. VII. 48. & mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream. *R. Eleasar bar Simeonis dicit, super omnibus ordinabant, dictum est enim* 2. Paral. VI. 19. & mensas, & super eas panes propositionis. *R. Jose dicit; non ordinabant, nisi super Mosaica. At quomodo ego explicabo,* & mensas? *Hæ sunt tres mensæ, quæ erant in sanctuario; Duæ erant in vestibulo intra portam, quarum altera erat argentea, & altera aurea, argenteæ imponebatur panis, quum inferretur, aureæ, quum efferretur; etenim adscendunt non descendunt in sancto, tertia erat aurea, in parte interiori, cui continuo panis facierum imponebatur &c. Primum quod spectat mensam, cui ipsi textus favere mihi videntur, de qua scriptum est;* & super eas panes propositionis; *quod continuo, non momentanee fuisse intelligendum est. Quod vero scriptum est* 1. Reg. VII. 48. super quam ponerentur panes propositionis, auream; *id ea causa scriptum est, aut quod nondum Salomon fecisset decem mensas, ideoque in libro Regum, nullo modo multæ mensæ numerantur, sed una tantum; at in* 2. Paral. *memorantur; aut quod hæc mensa super quam ponebatur panis facierum, esset nomen genericum; sicuti dicitur* Genes. XXXII. 5. Bovem & asinum, & ovem, & servum & ancillam; *uti scripsit* Kimchius f. m. *Si vera sunt verba R. Jose, mensas in* 2. Paral. *commemoratas, fuisse tres mensas, quæ sitæ erant in vestibulo, & in templo, neque fuisse panem impositum nisi mensæ Mosaicæ; Cur igitur fecit Salomon decem mensas, præter hanc mensam, quæ jam collocata erat in templo, ut remanerent sine pane? Verum scriptum est de mensa* Exod. XXV. 30. & pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. *Et ibid.* XL. 2. Ordinatis coram propositionis panibus. *Et* Levit. XXIV. 6. Quorum senos altrinsecus, super mensam purissimam coram Domino statues. *Præterea ibid. scriptum est;* Per singula Sabbata mutabuntur coram Domino. *Si vero mensæ ibi existerent sine pane ad dextram, & ad sinistram mensæ Mosis, quæ procul dubio dividebant inter mensam Mosaicam & velum, quo pacto vocaretur mensa Mosis ordinata coram Domino? Similiter in accendendis candelabris recte sentit R. Eleasar bar Si-*

meo-

meonis propter causas similes commemoratis in mensa. Praeterea in textu, qui adducitur 2. Paral. IV. *fit mentio de candelabris juxta ejus opinionem; Si vero* 2. Paral. XIII. *scriptum est*; Candelabrum aureum, & lucernas ejus; *hoc nullo modo obstat; etenim hæc non est narratio textus sacri, sed sunt verba Abiæ filii Roboami ad Jeroboamum, qui jam peccator erat; Nec voluit Abia commemorare decem candelabra, quæ in lege non fuerunt præcepta; ne causa præberetur Jeroboamo dicendi, quod Judæi quoque prævaricati essent præceptum Domini, addentes ea, quæ ab eo non fuissent mandata; cum scriptum sit in lege;* Deut. XII. 32. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas. *Idcirco præstat, ut dicamus cum R. Eleasare bar Simeonis super undecim mensis ordinatos fuisse panes coram Domino, pariterque undecim candelabra incensa fuisse, ut in* Paralip. *scriptum est. Si scire libuerit tibi, Lector, mea verba esse recta, mihique esse argumenta, quibus innitantur; observa in* Medrasc Tadsce, *ubi hæ verba scripta deprehendentur. Quamvis fecerit Salomon decem mensas, a principio non ordinabat panem facierum, nisi super una Mosaica duntaxat; sicuti dictum est,* 1. Reg. VII. 48. Et mensam super quam ponerentur panes propositionis; *sed deinde super mensis omnibus ordinavit, sicut scriptum est;* & mensas, & super eas panes propositionis. *Et quamvis fecisset decem candelabra, tamen ab initio non accendebat nisi super Mosaico, sicuti dictum est;* & candelabrum aureum, & ejus lucernas; *sed deinde omnia accendit; sicuti scriptum est;* Candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent juxta ritum. Probabilior omnibus mihi videtur *Raschi* sententia ad Babyl. *Menachoth* 99. qui putat non uno eodemque tempore sed alternatim super singulis ordinatos fuisse panes; על כולן היו מסדרין פעמים בזה פעמים בזה *Super omnibus ordinabantur, modo super hac, modo super illa.* Una tantum Mensa 2. *Paral.* XIII. 11. commemoratur. *Et proponuntur panes in mensa mundissima.* Parterque ibid. XXIX. 18. *Santificavimus autem domum Domini, & altare holocausti vasaque ejus, nec non & mensam propositionis cum omnibus vasis suis.* Fortasse in templi direptione mensæ Salomonis ab Sesac Ægyptiorum regæ ablatæ dicendæ sunt; scriptum est 1. *Reg.* XIV. 26. *Et tulit thesauros domus Domini, & thesauros regios, & universa diripuit;* & 2. *Paral.* XII. 9. *Recessit itque Sesac rex Ægypti, sublatis thesauris domus Domini.* In domo secunda unam fuisse mensam ex perpetua Judæorum traditione demonstrari potest. De fatis hujus mensæ Vid. cl. *Relandi* libellus *de spoliis Templi Hierosolymitani in Arcu Titiano conspicuis*, in quo Mensa insculpta adhuc visitur.

CAPUT II.

I. De simila Munerum. II. De ratione coquendi & ordinandi panes Propositionis. III. De Panibus distribuendis, & comedendis a Sacerdotibus in loco sancto.

I. OMnia munera ex optimo afferebantur; uti dictum est *Num.* XXVIII. 31. תמימים לכם ומנחתם תמימים יהיו ונסכיהם. Tosaphta *Menachoth* IX. כל קרבנות צבור והיחיד באין מארץ ומחוצ' לארץ אפי' מבין הגוים חוץ מבכור ומעשר שאין באין אלא מן הארץ באין ואין אלא מישראל כל המנחות באות מן הארץ ומחוצה מן החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם שאין באין אלא מן החדש ומן הארץ וכלן אין באין אלא מן המובחר שנ' וכל מבחר נדריכם איזהו מובחר שלהן מכמס זולחה אלפא לסולת שנייה לה עפריי' בבקעה ר' יוסי אומר אף חיטי ברחיים וכפר אחוס אלו היו בצר ירושלם היו מביאין. *Omnia sacrificia cum cœtus tum privati adducuntur tam ex terra, quam ex locis extra terram, vel ex regionibus gentium, excepto primogenito, & decimo, qui non adducantur nisi ex terra Israelis. Omnia munera possunt afferri tam ex terra, quam ex locis extra terram, tam ex tritico recenti, quam ex veteri, excepto manipulo, & duobus panibus, qui non afferuntur nisi ex recenti & ex terra; omniaque hæc non sunt afferenda nisi ex optimo, sicut dictum est* Deut XII. 11. Et quicquid præcipuum est in muneribus. *Quodnam est eorum optimum? Ab Chamas & Zolicha est Aleph, seu primum habet locum in simila, secundum Aphraim in valle. R. Jose dicit; frumenta quoque Barchaim, & villæ Achus,* qui

qui siti erant ad latus Hierosolymæ, & ex his adducebantur. Vid. Misna *Menachoth* VIII. & *Maimon.* VII. de rebus altari interdictis. Non solum in exploranda simila, sed etiam in serendis frumentis magnam adhibitam esse curam testantur Judæi Interpretes, ut essent optima munera, quæ Deo offerebantur. Tosaphta *Menachoth* ibid. אין מביאן אלא מן השדות הניטרות המיוחדות לכן כיצד הוא עושה נרה שנה ראשונה ושניה חורשה זורעה קודם לפסח שבעים יום כדי שתהא סמוכה לחמה והיה עושה סולת מרובה והיתה עושה קנה זרת ושבולת זרתיים. *Non adducuntur nisi ex agris custoditis, & ad hanc rem destinatis; quomodo faciebat? Primo anno novellabat, & secundo arabat, & serebat septuaginta dies ante Pascha, ut triticum esset solis tempori proximum, multaque simila ex eo produceretur; eratque calamus unius spithamæ, & duarum spithamarum spica*. Babyl. *Menachoth* 85. אמר נרה שנה ראשונה ושנייה נרה וזורעה או דלמ' נרה שנה ראשונה ושנייה זורעה בלא נרה תא שמע דתניא אמר ר' יוסי חיטים כרזיים וכפר אחים אלמלא סומכות לירושלים היו מביאין מהן לפי שאין מביאין את העומר אלה מן השדות המודרמות והמודרומ' לכך שבהן חמה זורחת ומהן חמה שוקעת כיצד עושה נרה שנה ראשונה ושנייה חורש ושונה וזורעה קודם לפסח שבעים יום כדי שתהה סמוכה לחמה ועושה קנה זרת ושיבלת זרתיים וגו' קתני מיהרת חורש ושונה וליטעמיך מתניתין לא קתני שונה ברייתא קתני שונה לא קשיא כאן כאן עבודה בשאינה בעבודה מאי הוי עלה תא שמע דתניא נר חציה וזורע חציה נר חצוה וזורע חציה א"ר יוחנן אין מביאין את העומר אלא מן השדות המודרמו' שבארץ ישראל שבהן חמה זורחת ומהן חמה שוקעת תניא נמי הכי אבא שאול אומר עומר היה בא מבקעת בית מקלה ככרת נ' סאין היתה ושדה מודרמ' היתה ובה חמה זורחת וממנה חמה שוקעת נר חציה וזורע חציה נר חצייה וזורע חצייה רב חלקיה בר טובי הוה לידה קרנא דארע' נר חציה זורע חצייה נר חציה זורע חציה ועבדה על חד תרי ומזבין להו לחיטי לסמידא. *Dictum est; novellabat anno primo, & secundo novellabat, & serebat; aut dicendum, novellabat anno primo, & secundo serebat, non autem novellabat. Veni, & audi; Traditio. Dicit R. Jose; Frumenta Cerasim, & villæ Achim; erant igitur proxima Hierosolymæ ex his afferebantur, quia non afferebant manipulum nisi ex agris orientalibus, & optime aratis; in quibus sol oritur, & submergitur, sive occidit. Quomodo faciebat? Novellabat anno primo, & secundo arabat & iterabat, & serebat ante Pascha septuaginta dies, ut esset seges proxima tempori solis, & canna esset unius spithamæ, & duarum spithamarum spica. Hinc docetur, quod araret; atque iteraret; & juxta sententiam tuam; Misna non docet, quod iteraret; at Baraitha docet, quod iteraret. Non est controversia, hic in cultura; & illic sine cultura. Quid hoc significat? Veni & audi; Traditio; novellabat dimidium, & dimidium serebat, novellabat dimidium, & dimidium serebat; Dicit R. Jochanan; Non adducebat manipulum nisi ex agris orientalibus, qui existerent in terra Israelis, in quibus sol oriretur, & occideret. Traditio; sic quoque Aba Saul dicit; Manipulus afferebatur a valle Beth Michla in tribus satis eratque ager orientalis, in quo sol oriebatur, & occidebat; novellabat dimidium, & dimidium serebat, novellabat dimidium, & dimidium serebat; Rab Hilkia bar Tubi; cui erat angulus terræ, dimidium novellabat, & dimidium serebat, dimidium novellabat, & dimidium serebat, & pro uno duo collegit, & vendidit frumenta quasi similam*. Vid. Misn. *Menachot* l. c. pariterque l. c. *Maim.* Post demessas fruges, summa diligentia cribrabantur, conterebantur & molebantur; Tosaphtha *Menachoth* VIII. 13. כל המנחות טעונות שלש מאות שיפה וחמש מאורת בעיטה אחרים אומרים שיפה ובעיטה בחיטין ר' יוסי אומר בבצק העומר היה בו עשרון משלש סאין נמצא עשרון קב ומחצה העומר היה מנפהו בשלש עשרה נפה שתי הלחם בשתי' עשרה לחם הפנים באחת עשרה ברקה ובנסה ברקה שתהא קולטת את הסולת ובנסה שתהא קולטת את הסובין ר' שמעון בן אלעזר אומר שלש עשרה נפה היו זו על גב זו תחתונות שבכולין עשויה שתהא קולטת את הסולת. *Omnia munera requirunt trecentas contritiones, & quingentas calcationes; alii dicunt; contritiones & calcationes fuisse factas in tritico. R. Jose dicit, in pasta. Manipulo erat decima trium satorum; deprehenditur ejus decima continuisse Kabum cum dimidio. Manipulus in tredecim cribris cribrabatur, duo panes in duodecim, panes facierum in undecim; in cribro crasso, & tenui; tenue continebat similam, & crassum furfures. R. Simeon filius Eleasaris dicit, tredecim fuisse cribra, altera alteris imposita, omnium infimum excipiebat similam*. Babyl. *Menachoth* 76. תנא שף אחת בועט שתי' שף שתים בועט שלש בעי ר' ירמיה אמטויי ואתויי חד או דלמא אמטויי ואתויי תרי מאי תיקו שיפה ובעיטה בחיטין ר' יוסי אומר בבצק איבעיא לאו בבצק

בבצק ולא בחיטין או דלמ׳ אף בבצק תא שמע דתניא שיפה ובעיטה בחיטין ר׳ ירמיה אומר שיפה בחיטין ובעיטה בבצק וגו׳ ת״ר בדקה בנסה ר׳ שמעון בן אלעזר אומר שלש עשרה נפות היו במקדש זו למעלה מזו וזו למעלה מזו עליונה קולטת סובין תחתונה קולטת סולת ר׳ שמעון אומר לא היה להן קצבה תנו רבנן סלת ואפית אותה מלמד שניקחת סלת ומניין שאפי חיטין ת״ל ולקחת יכול בשאר מנחות כן ת״ל אותה מפני החיסחון א״ר אלעזר מאי מפני החיסחון א״ר אליעזר התורה חסה על ממונן של ישראל. *Traditio: una confricatio, & duæ calcationes, duæ confricationes, & tres calcationes. Quæsivit R. Jeremia; ducebat & reducebat manum suam semelne an bis? Quid? Quæstio non est decisa. Contritio & calcatio in frumentis. R. Jose dicit in pasta. Necesse erat in pasta, non in frumentis; aut dicendum etiam in pasta? Veni & audi; Traditio; contritio & calcatio in frumentis; R. Jose dicit; contritio in frumentis, & calcatio in pasta &c. Id est, in tenui, & in crasso; R. Simeon ben Eleasaris dicit; fuisse in sanctuario tredecim cribra, alterum alteri, & alterum alteri impositum; superius excipiebat furfures, & inferius similam. R. Simeon dicit non fuisse illis quicquam definitum. Tradiderunt Rabini; dictum est* Levit. XXIV. 5. Accipies quoque similam, & coques eam; *ad docendum, quod compararetur simila; unde probantur etiam frumenta? ex eo quod dictum est* ולקחת & accipies. *Crederem vel in ceteris muneribus hoc fieri consuevisse; idcirco dictum est* אותה eam; *propter necessitatem; Quid propter necessitatem? Quia lex pepercit facultatibus Israelis.* Ubi *Raschi*. שיפה שמשפשף בידו שמוליך ומביא בפיש׳ ידו עליהן בעיטה שבועט בהן בגבורת אצבעותיו באגרופו שף אחת ובועט שתים שף שתים ובועט שלשה נמצא דכי שף פעמים בועט ה׳ פעמים ותו חוזר ועושה עד שנומר ש׳ פעמים שיפה ות״ק פעמים בעיטה וגו׳ העומר היה מנופה בי״ג נפה הלכה למשה מסיני שנ׳ ולקחת סלת ואפית אותה וגו׳ שתהא מנופה כל צורכ׳ שתהא סלת ברור׳ בשעת אפייה תנו רבנן כיצד היה מנופה בי״ג יפות ברקה בנסה דשתי נפות היו במקדש אחת דקה ואחת גסה שקורין קל״יר ובתחילה היו מניפין בדקה דהיתה קולטת הסלת והסובין והיה הקמח הולך לעבר הנפה כמנהג גרוסות ואחר כך נותנין אותו בגסה שקולטת הסובין שנשיירו בסלת והגרוסות בעין קרטון שממנו הסלת נעשה היה הולך לעבר הנפה ואחר כך חוזרים ומניפים בדקה ובגסה וכן חוזרין חלילה עד שיהא מנופה שלש עשרה פעמים ובלבד שלא ישתייר מן הקמח ומין הסובים עם הסלת וחוזרין וטוחנין קרטון והגרוסות ר׳ שמעון אמר לא היו עושי׳ כמו׳ שאמרת בדקה ובגסה אלא י״ג נפות היו במקדש זו למעלה מזו כל אחת גבה מחברתה עליונה ראשונה קולטת סובין שהיא היתה גסה שבבולן ולא היתה קולטת כ״א סובין ושוב היה נות׳ הקמח והסלת בתחתונ׳ בדקה הימנה והיא היתה קולטת הקרטון סלת והקמח הולך לעבר הנפה ושוב היה חוזר ונותן הסלת בדקה הימנה כדי שלא ישתייר מן הקמח ומן הסובין בסלת כלל שתהא הסלת ברורה ת״ל ולקחת מכל מקום ובלבד שתהא זו סלת בשעת אפייה יכול אף בשאר מנחות כך שיאו בקמח כמי חיטין ת״ל אותה נקחת חטין לפי שחסה תורה על ממונים של ישראל לפי שלחם הפנים הם כ״ד עשרונו׳ ולפי שהן בכל שבת ושבת ועולי׳ לדבר גדול הות׳ לקנות מן החיטין כדי שיביא לחם בזוליות׳ שהקונ׳ סלת קונ׳ אותה ביוקר אבל שאר מנחות שהן דבר מועט ואין באות תדיר לא הותרו לקנות כי אם סלת. *Est* שיפה, *quando confricat frumenta manu sua, nempe quando ducit, & reducit volam manus suæ super illa.* בעיטה *est actio qua, in pugno calcat illa summitatibus digitorum; una contritio, & duæ calcationes, duæ contritiones, & tres calcationes; Ita deprehenditur bis contritio, & quinquies calcatio facta fuisse; & præterea usque adeo repetebantur, ut perficerentur trecentæ contritiones, & quingentæ calcationes &c. Manipulus tredecim cribris cribrabatur; constitutio Mosis e monte Sinai; dictum est enim* Levit. XXIV. 5. ולקחת סלת ואפית אותו &c. *quantum satis esset, cribraretur; ut in tempore coctionis simila sit purificata. Tradiderunt Rabini; Quomodo? cribrabatur in tredecim cribris, in tenui, & in crasso. Duo cribra erant in Sanctuario, alterum tenue, & alterum crassum, quod* קל״יר *appellatur; & in principio cribrabant in crasso, quod similam, & furfures excipiebat, & erat farina; ibat ad latus cribri juxta consuetudinem molitorum, & posthæc ponebatur in crasso, quod excipiebat furfures, qui in simila remanserant;* והגרוסות *sunt similes pillulis, ex quibus simila conficitur. Et posthæc iterum cribrabant in tenui & in crasso; pariterque reciprocando iterabatur usque dum ter decies cribraretur, dummodo nihil relinqueretur farinæ & furfuris cum simila commixtum. Atque iterum pillulæ* והגרוסות, *molebantur, R. Simeon dicit; non ita faciebant, uti dixisti, in tenui, & in crasso. Verum exstabant in Sanctuario tredecim cribra, alterum altero superius, quodvis altero subli-*

blimius; supremum, quod ceteris omnibus erat crassius, non excipiebat nisi furfures; & præterea immittebatur farina, & simila in inferiori, quod illo erat tenuius, quod excipiebat pillulas, similam, & farinam, ibat ad latus cribri; & præterea immittebatur simila in cribro, quod illo erat tenuius, ne quicquam omnino in simila farinæ & furfurum remaneret, ut simila omnino purificata esset. Dictum est enim ולקחת *ex omni loco; crederem vel in ceteris muneribus, etiam frumenta fuisse purificanda; dictum est* אותו, *ipse comparatur in frumentis; non vero in ceteris muneribus comparatur in frumentis; Quia lex pepercit facultatibus Israelis. Etenim panis facierum constabat quatuor & viginti decimis; & præterea adducebatur singulis Sabbathis, & pro re magna offerebatur, frumenta comparabantur, ut vili pretio posset adduci panis; Quia qui emit similam, majoris emit; verum in ceteris muneribus, quæ in parva erant quantitate, neque jugiter afferebantur, non permiserunt nisi ex simila adducenda.* Præterea simila a quæstoribus Sanctuarii diligenter explorabatur, in qua si vermes deprehenderentur, illegitima habebatur. Tosaphta *Menachoth* IX 4. היו בוררין אותה ולותתין אותה וטוחנין אותה ומרקידין אותה ומוליכין אותה אצל גזבר וגזבר מכניס ידו לתוכה אם היה אבק עולה מתוכה חוזר ומרקידין שניי משם ר' נתן אמרו ידו סך בשמן ומשקיע לתוכה כדי שיה' אבק עולה מתוכה סולת שהתליעה הרי זו בעל מום למזבח חטין שהתליעו שהרקיבו הרי אלו בעלי מומין למזבח. *Expurgabant, & madefaciebant, & molebant, & cribrabant, & adducebant ad quæstorem, & quæstor in eam immittebat manum, si ab ea pulvis adscenderet, iterum cribrabatur; Nomine R. Nathan dixerunt; quæstor oleo sibi manum ungebat, atque in eam immittebat, ut exploraret, an in ipsa pulvis existeret. Si in simila deprehenderentur vermes, erat maculata pro altari; Similiter si in frumentis deprehenderentur vermes, erant maculata pro altari.* Babyl. *Menachoth.* 85. וקוצר ומעמר ודש וזורה ובורר וטוחן ומרקיד ומביא אצל גזבר וגזבר מכניס ידו לתוכה אם עלתה בה אבק אומר לו חוזר ונפה אותה שניה משום ר' נתן אמרו גזבר סך ידו שמן ומכניס לתוכה עד שמעלה כל אבק' וגו' תנו רבנן סלת שהתליעה רובה פסולה וחיטין שהתליעו רובן פסולות בעי ר' ירמיה ברוב חטה או ברוב סאה' תיקו. *Demetebat, & in manipulos colligebat, & purificabat, & molebat, & cribrabat, & afferebat ad quæstorem, & quæstor in eam manum immittebat, si pulvis adscenderet; dicebat illi; cribra illam iterum. Nomine R. Nathan dixerunt; Quæstor ungebat oleo manum suam, & in eam immittebat, donec omnis pulvis adscenderet &c. Tradiderunt Rabini; si in majori tritici parte vermes deprehenderentur, erat illegitimum; Quæsivit R. Jeremia; num in majori parte tritici, an in majori parte sati? Quæstio hæc manet dubia.* Vid. Misna *Menachoth* cap. VIII. & *Maimo.* l. c. *S. Hieronymus* comment. ad *Malach.* tradit, *panes propositionis juxta traditiones Hebraicas ipsos* (Sacerdotes) *serere, ipsos demetere, ipsos molere, ipsos coquere debuisse.* Apud S. *Lanfrancum in* decretis pro ordine *S. Benedicti* cap. VI. traditur triticum, ex quo hostiæ Eucharisticæ conficiendæ erant, summa diligentia fuisse eligendum & molendum. *Cura faciendi hostias super eum (æditituum) est, quæ ut mundissime & honestissime fiant, summopere studere debet. In primis si fieri potest, frumentum cum magno studio, granatim eligatur, electum in sacculo mundo, & de bono panno factum, & ad hoc opus tantum ponatur, & a famulo boni studii ad molendinam deferatur; quo delato famulus aliud frumentum in ipso molendino moli prius faciat, ut illud, unde hostiæ fieri debent, sine aliqua sorde moli postea valeat.* Apud Romanos mos invaluit, ut a Virginibus Vestalibus placentæ quædam torrerentur, pinserentur, molerentur &c. *Servius* ad illud Virgil. Eclog. VIII. vers. 82. Sparge molam. *Virgines Vestales tres, maximæ, ex Nonis Majis ad pridie Idus Majas, alternis diebus adoreas in corbibus messuariis ponunt; easque spicas ipsæ Virgines torrent, pinsunt, molunt: atque ita molitum condunt. Ex eo farre Virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalibus, Vestalibus, Idibus septembribus, adiecto sale cocto, & sale duro. Singuli panes duabus constabant decimis. Siphra* 53.4. שתים עשרה חלות שיהו שוות שני עשרונים שיהו שוים Levit. XXIV. 5. Duodecim panes; *ut sint æquales;* qui singuli habebunt duas decimas; *ut sint æquales. Pesiktha* 31. שתים עשרה חלות שיהו שוות שני עשרונים. Duodecim panes; *ut sint æquales*, qui singuli habebunt duas decimas; Babyl. *Menachoth* 76. 2. מאי טעמא כיון דמחדש אתי ומשעורין אתי עשרון מובחר לא אתי אלא משלש סאין שתי הלחם שתי עשרונות משלש סאין כיון דמחטין אתיין אף על גב דמחדש אתיין שתי עשרונו' אתו משלש סאין לחם הפנים וארבעה עשרונות

עשרונות מעשרים וארבעה סאין מאי טעמא כיון דמחיטין אתו ומישן אתו עשרון מובחר אתי מסארת. *Qua de causa? Quia manipulus de recenti & de hordeis afferebatur, afferebatur decima de optimo, non adducebatur nisi de tribus satis. Pro duobus panibus duæ decimæ ex tribus satis; postquam ex frumentis afferebantur, quamvis ex recenti afferrentur, duæ decimæ adducebantur ex tribus satis. Panis facierum requirebat quatuor & viginti decimas; Qua de causa? quia de frumentis, & ex veteri adducebantur, afferebatur decima, & afferebatur de sato.* Si vel parum de hac mensura, vel augeretur, vel minueretur, panes erant illegitimi. Babyl. *Menachoth* ibid. תנו רבנן המנחות שריבת במידה עשרון או שמיעט במידה עשרון פסולות ריבה במידה סאין שלהן או שמיעט במידה סאין שלהן כשרות. *Tradiderunt Rabini; omnia munera, quorum augeatur, aut minuatur mensura decimæ, sunt illegitima. Si vero augeatur vel minuatur mensura in eorum satis, legitima sunt.* Ubi *Raschi* מאי טעמא בא מ׳נ סאין כיון דמחדש אתי שיש בו סובין יותר מיבשין ושעורין נמי יש בהן סובין יותר מבחיטין לחם הפנים כד״ עשרונים דכתיב שתי עשרונים יהיה החלה האחת שריבה במידתה עשרונים שעשה העשרון גדוש או שמיעט שמחק העשרון יותר מדאי עד שחסר ריבה במידה סאין שלהן כגון שתי הלחם ולחם בבאי׳ סאין קמח ומניפין אותן לעשרונים כלת וכגן העומר שהיה בא מ׳נ סאין נקצר לצורכה ד׳ סאין או שלא חסר לה אלא ב׳ סאין. *Qua de causa adducitur ex tribus satis? Quia, quum afferatur ex recenti, deprehenduntur in eo plures furfures, quam in veteri; pariterque quia in hordeis plures furfures quam in frumentis deprehenduntur. Panes facierum constabat 24. decimis; scriptum est enim;* Duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas. *Si augeatur mensura decimæ; sc. quod faciat decimam accumulatam; aut diminuatur; sc. quod abradatur decima plusquam conveniat, multumque deficiat de sua mensura; In eorum satis; e. g. pro duobus panibus, & pane facierum adducuntur sata ex farina, quæ cribrantur pro decimis similæ, pariterque manipulus adducitur ex tribus satis; demetitur juxta necessitatem quatuor satorum, aut ne desint nisi duo sata.* Tosaphta *Menachoth* VIII. כל המנחות שריבה מדת חלות או שחסר מדת חלות או שהיתה מדה חסרה מחברתה או יתרה מחברתה הרי אלו פסולו׳ שתי הלחם ולחם הפנים חולות תודה ורקיקי נזיר שריבה מידת חלות או שחיסר מדת חלות או שהיתה מדה יתרה מחברתה

או חסרה מחברתה הרי אלו פסולות ושאר כל המנחו׳ בין משל יחיד ובין משל ציבור אין להן קציבה ובלבד שיביאו מן המובחר ונו׳ ושתי הלחם ולחם הפנים שריבה מידת עשרונן או שחסר מדת עשרונן שהיתה מדה מרובה מחברתה או דחסרה מחברתה הרי אלו פסולות ריבה מידת סאין או שחיסר מדת סאין הרי אלו בשרות *Omnia munera, in quibus vel aucta vel diminuta esset mensura placentæ, aut minor, aut major sit alterius mensura altera, sunt illegitima. Duo panes, & panis facierum, placentæ Eucharisticæ, & lagana Nazyræi, in quibus vel aucta, vel diminuta sit mensura placentarum, aut mensura alterius esset vel major, vel minor altera, sunt illegitimi. In ceteris omnibus muneribus sive privatis sive publicis nihil est definitum, dummodo ex optimo adducantur &c. Et duo panes, & panis facierum, in quibus decimarum mensura vel aucta, vel diminuta sit, aut alterius mensura sit major vel minor altera, sunt illegitimi; si augeatur, vel diminuatur satorum mensura, sunt legitimi.* Qua de causa Decima erat in sanctuario qua munera metiebantur. Tosaphta *Menachoth* X. ר׳ מאיר אומר מה ת׳ל עשרון א׳ שאינה נגרש זה שהיה נגרש בו מודד לכל המנחות זה שלא היה נגרש בו היה מודד לחביתי כהן משיח וכולן היה שם לא מידת שלשה לפר ולא מידת שנים לאיל אלא אפילו ששים פרים וששים אלים עשרון אחד היה מודד לכולן שנ׳ למנחה. R. *Meir dicit; cur dictum est decima? dicit, quod non sit accumulata; cum illa, quæ erat accumulata, metiebantur omnia munera, cum ea, quæ non erat accumulata, metiebantur sartagines sacerdotis uncti; & pro omnibus inserviebat; Non erat mensura trium decimarum pro juvenco, neque duarum pro ariete, quamvis essent sexaginta juvenci, & sexaginta arietes, una decima pro omnibus metiebatur; dictum est enim* Num. XXVIII. 21. למנחה. Babyl. *Menachoth* 87. תניא היה ר׳ מאיר אומר מה ת׳ל עשרון עשרון לכבש האחד מלמד ששתי עשרונות היו במקדש אחד גדוש ואחד מחוק גדוש שבו היה מודד לכל המנחות מחוק שבו היה מודד לחביתי כהן גדול וחכמים אומרים לא היה שם אלא עשרון אחד שנ׳ ועשרון אחר לכבש האחד אם כן מה ת׳ל עשרון עשרון לרבות חצי עשרון ור׳ מאיר חצי עשרון מנה ליה נפק׳ לי׳ מועשרון ורבנן וי׳ו לא דרשי ור׳ מאיר האי ועשרון אחד לכבש האחד מאי עביד ליה ההוא שלא ימדוד לא בשל שלשה לפר ולא בשל שנים לאיל ורבנן נפקא להו מנקודי דתניא אמ׳ ר׳ יוסי למה נקוד וי׳ו שבאמצע עשרון של עשרון ראשון של יום טוב הראשון

הראשון של חג שלא ימדוד לא בשל׳ שלש׳ לפר ולא בשל׳ שנים לאיל ור׳ מאיר נקודי לא דריש חצי עשרון מה היה משמש שבו היה מודד לחביתי כהן גדול׳ מודד ורמינהו חביתין כהן גדול לא היו באין חצאין אלא מביא עשרון שלם וחוצהו א״ר ששת מאי מודד נמי דקתני מחלק בעא מיניה רמי בר חמא מרב חסרא חצי עשרון לר׳ מאיר גדוש היה או מחוק היה סימן חצ׳ חביתי של״חן ותיבעי לך לרבנן עשרון גופיה קא מבעיא להו גודש היה או מחוק אמר ליה מדרבי מאיר נשמע לר׳ מאיר ומרבי מאיר נשמע לרבנן מדאמר ר׳ מאיר מחוק לרבנן נמי מחוק בעא מיניה רמי בר חמא מרב חסרא חביתי כהן גדול במה מחלקן לחלות ביד או בכלי פשיטא דביד דאי בכלי טורטני יכניס ויכניס כיון דבקללה כתיב לאו אורח ארעא. *Traditio. R. Meir, dicit; Cur dictum est?* Num. XXVIII. 21. Et decimam decimæ per agnos singulos? *Ad docendum duas fuisse decimas in sanctuario, alteram accumulatam, & alteram abrasam; accumulata metiebatur omnia munera; abrasa metiebatur sartagines sacerdotis summi. Sapientes dicunt ibi non fuisse nisi unam decimam; dictum est enim;* Et decimam unam pro agno uno*; sic* Hebræus. *Si ita est, cur dictum est,* decimam, decimam? *ad includendam dimidiam decimam. At R. Meir dimidiam decimam unde deducit? Ex eo quod dictum est* ועשרון. *At Rabini* וי״ו *non exponunt. Et R. Meir de eo quod dictum est*: Et decimam unam pro agno uno, *quid facit? ne metiatur tribus decimis pro juvenco, neque duabus pro ariete; Et Rabini deducunt ex punctis vocalibus. Traditio. Dicit R. Jose; cur punctatum est* וי״ו *in medio decimæ, decimæ primæ diei festi, qui erat primus solennitatis Tabernaculorum? Ne metiatur pro juvenco tribus decimis, neque duabus pro ariete. At R. Meir puncta vocalia non exponit. Dimidiæ decimæ quinam erat usus? Cum ea metiebatur sartagines sacerdotis summi. At apponunt. Sartagines sacerdotis summi non adducebantur dimidiæ; verum afferebat integram decimam, & in duas partes dividebatur. Dicit R. Sesat; Quid significat metiebatur? hoc significat, quod etiam divideret. Quærit Rame bar Chama a R. Chasda; dimidia decima juxta sententiam R. Meir eratne accumulata an abrasa? Hoc erat signum* חצ׳ חביתי שלחן. *Cur non quæritur a Rabinis, an decima esset accumulata, an abrasa? Dicit; a R. Meir respondetur R. Meir, & a R. Meir respondetur Rabinis; quod dicit R. Meir decimam fuisse abrasam, pariterque abrasam mediam decimam; quoniam juxta R. Meir erat abrasa, pariter juxta mentem Rabinorum erit abrasa. Quæsivit Rame bar Chama a Rab Chasda; crustula sacerdotis summi, quomodo dividebantur manune an vase? certe manu; trutinisne afferre debebat? si attulisset, quid intererat? Respondit; quoniam hæc erat una ex maledictionibus, non conveniebat, ut cum pondere afferretur.* Quænam fuerit hujus decimæ mensura illustratur in *Siphra* 14. 3. עשרית האפה אחר מעשרה לשלש סאין שהן שבעה רביעים ועוד Levit. V. 11. Similæ partem Ephi decimam; *unam ex decem partibus trium satorum, quæ sunt septem quartaria & amplius. Pesiktha* 6. והביא את קרבנו אשר חטא עשירית האיפה אחת מעשרה לשלש סאין שהם ז׳ רבעים ועוד האיפה ג׳ סאין סאה ו׳ קבין קב ד׳ לוגין לוג ו׳ ביצים. Offeret pro peccato suo similæ partem Ephi decimam, *unam ex decem partibus trium satorum, quæ sunt septem quartaria & amplius; Epha continet tria sata, satum tres Chabos, Chabus quatuor Logos, Logus sex ova.* Vide Babyl. *Menachoth* 77.

Familiæ Garmu demandata erat cura perficiendorum panum propositionis. Hierof. *Scekalim* 48. 4. בית גרמו על מעשה לחם הפנים בית גרמו היו בקיאין במעשה לחם הפנים וברדייתו ולא רצו ללמד שלחו והביאו אמנים מאלכסנדריאה והיו בקאים במעשה לחם הפנים וברדייתו לא היו בקיאין בית גרמו היו מסיקין מבפנים ורודין מבחוץ ולא היתה מתעפשה ואילו היו מסיקין מבפנים ורודין מבפנים והיתה מתעפשת כיון שידעו חכמים בדבר הזה אמרו כל מה שברא הקב״ה לכבודו ברא שנ׳ כל פעל יי׳ למנעהו שלחו אחריהם ולא רצו לבוא עד שכפלו להן שכרן שנים עשר מנה היו נוטלין ונתנו להן עשרים וארבע ר׳ יהודה אומר עשרים וארבעה היו נוטלין ונתנו להן ארבעים ושמונה אמרו להן מפני מה אין אתם רוצין ללמד אמרו להן מסורת היא בידינו מאבותינו שהבית הזה עתיד ליחרב שלא ילמדו אחרים ויהיו עושין כן לפני עבודה זרה שלהן בדברים הללו מזכירין אותן לשבח שלא יצא ביד בניהם פת נקייה מעולם שלא יהו אומרים מעשה לחם הפנים הן אוכלין. *Familia Garmu præerat perficiendis panibus facierum. Familia Garmu perita erat in faciendis panibus facierum, iisque e furno educendis, neque docere voluerunt. Miserunt & adduxerunt artifices Alexandria, qui callebant artem perficiendorum panum facierum, at non erant periti in educendis a furno. Familia Garmu incendebat intrinsecus, & educebat extrinsecus; & panis non mucescebat. Illi vero accendebant intrinsecus, & intrinsecus extrahebant; & panis*

panis mucescebat. Quum hoc cognovissent sapientes dixerunt; omnia quæ creavit Deus S. B. ad gloriam suam creavit; dictum est enim כל פעל יי' למנעהו. *Miserunt post eos, & noluerunt venire, usque dum merces eorum duplicata esset; Duodecim minas accipiebant, & dederunt quatuor & viginti. R. Jebuda dicit; quatuor & viginti minas accipiebant, & dederunt octo & quadraginta. Dixerunt illis; Cur noluistis docere? Responderunt. Est nobis traditio ab patribus nostris, dirutum iri hanc domum; ideoque noluimus alios docere, ne hujusmodi fecerent coram Idololatria. Qua de re commemorati sunt in laudem; Nunquam ex manu suorum filiorum exivit panis mundus; ne dicerentur panem facierum comedisse*. Babyl. *Joma* 38. תנו רבנן בית גרמו היו בקיאין במעשה לחם הפנים ולא רצו ללמד שלחו חכמים והביאו אומנין מאלכסנדריא של מצרים היו יודעין לאפו' כמותן ולא היו יודעין לרדות כמותן שהללו מסיקין מבחוץ והללו מסיקי' מבפנים הללו פיתן מתעפש' והללו אין פיתן מתעפש' כששמעו חכמי' בדבר אמרו כל מה שברא הקדוש ברוך הוא לכבודו ברא שנ' כל' הנקרא בשמי ולכבודי בראתי יחזרו בית גרמו למקומן שלחו להם החכמים ולא באו כפלו להם שכרן ובאו בכל יום היו נוטלין שנים עשר מנה והיום עשרים וארבעה ר' יהודה אומר בכל יום עשרים וארבעה והיום ארבעים ושמנה אמרו להם חכמים מה ראיתם שלא ללמד אמרו להם יודעין היו של בית אבא שבית זה עתיד ליחרב שמא ילמוד אדם שאינו מהוגן וילך ויעבוד עבוד' זרה בכך ועל דבר זה מזכירין אותן לשבח שמעולם לא נמצא פת נקיה ביד בניהם שלא יאמרו ממעשה לחם הפנים זה ניזונין לקיים מה שנ' והייתם נקיים מה' ומישראל. *Tradiderunt Rabini; Familia Garmu callebat scientiam perficiendorum panum facierum, & noluit docere; miserunt sapientes, & conduxerunt artifices Alexandria Ægypti; Qui noscebant artem coquendi ad eorum similitudinem; at ignorabant artem educendi ad eorum similitudinem; Quia illi accendebant extrinsecus, & isti intrinsecus accendebant, pariterque intrinsecus coquebant; illorum panes mucescebant; at istorum panes non mucescebant. Quum hoc audissent sapientes dixerunt; omnia quæ creavit Deus, ad gloriam suam creavit; sicuti dictum est* Isai. XLIII. 7. Et omnem, qui invocat nomen meum in gloriam meam creavi eum. *Restituerunt in locum suum familiam Garmu; miserunt sapientes ad eos, & venire noluerunt; duplicarunt eorum mercedem, & redierunt; singulis diebus accipiebant duodecim minas, & hodie quatuor & viginti. R. Jebuda dicit; singulis diebus accipiebant quatuor & viginti, & hodie octo & quadraginta. Dixerunt illis sapientes; Quid vidistis ut nolueritis docere? Responderunt illis; Cognoverat domus patris nostri, hanc domum dirutum iri; nequis fortasse disceret, qui non esse rectus, & procedens hoc modo serviret Idololatriæ; Qua de re commemorati sunt in laudem; quia nunquam inventus est panis mundus in manibus filiorum suorum, ne ex pane facierum ali dicerentur; ad confirmandum quod dictum est* Num. XXXII. 22. Eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel. Vide Hierof. *Joma* 41. & Tosaphta *Joma* cap. II. Familiam Garmu fuisse ex filiis Cahath demonstrari potest ex I. *Paral.* IX. 32. *Porro de filiis Cahath fratribus eorum super panes erant propositionis, ut semper novos per singula Sabbatha præpararent.*

Panes in atrio, quamvis nonnulli ex Interpretibus Judæis dissentiant, coquendi erant. Tosaphta *Menachoth* XI. אחת שתי הלחם ואחרת לחם הפנים לישת' ועריכתן בחוץ ואפייתן בפנים ואין דוחות את השבת דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר כל מעשיהן בפנים ר' שמעון אומר כל מעשיהן בחוץ שהיה רבי שמעון אומר לעולם אל תמנע לומ' אחות שתי הלחם ואחת לחם הפנים בדרך שכשרות בעזרה כך כשרות בבית פאגי כדרך שנפסלו' בעזרה כך נפסלות בבית פאגי ולשכה היתה לה בפני עצמה והיה עושה אותה בתוכה תנור היה לה כמין מזרה מרובע של שתי הלחם היה מחזיק אחת ושל' לחם הפנים היה מחזיק שתים. *Tam duo panes, quam panis facierum depsebantur, & præparabantur foris, & coquebantur intus; & non pellebant sabbathum; verba R. Meir; R. Jebuda dicit; omnes eorum operationes intus peractas fuisse. R. Simeon dicit, omnes eorum operationes foris peractas fuisse; dicebat enim R. Simeon, nec unquam cessabat dicere, tam duos panes, quam panes facierum fuisse legitimos tam in atrio, quam in Beth-Phage; sicut erant illegitimi in atrio, ita pariter erant illegitimi in Beth-Phage. Et conclave peculiare ibi erat, ubi perficiebantur. Similiter ibi erat furnus ad similitudinem palæ quadratæ; Furnus duorum panum unum continebat; & furnus panis facierum duos comprehendebat*. Babyl. *Menachoth* 95. 2. אמרת לישתן ועריכתן בחוץ ואפייתן בפני' אלמא מדת יבש לא נתקדשה אלמא מדת יבש נתקדשה רבה הקשה אדם קשה שהוא קשה כברזל ומנו רב ששת מאי קשיא דילמא עשרון לא מקדש תנור מקדש אלא אי קשיא הא קשיא ואפייתן בפנים

